A nosse, vel dicere, vel scribere, quæ solus Pater ad solum Filium locutus est dicens : *Faciamus hominem*<sup>5</sup>, et cetera universa, nisi solus Moyses, quæ revelavit illi Spiritus sanctus Paraclitus qui præsens erat; sic similiter nullus illius temporis poterat nosse in secreto quæ Deus ad diabolum locutus est pro increpatione ejus quæ in eo erat cogitationis, nisi solus Moyses, cui cuncta sunt revelata quæ ante erant abscondita, pro iis qui tunc legis auspicium erant accepturi. Quod autem Moyses hec scripsérat in Ægypto, etiam juxta ipsum tempus cum ejusdem sit numeri maxime comprobatur. Nam sicut quintus erat Job ab Abraham, ita quinta progenie missus est Moyses educere filios Israel de terra Ægypti. Super hæc autem omnia, o amici, invenimus in antiquorum dictis, quod cum magnus ille Moyses in Ægypto a Deo suis missus, et vehementem afflictionem filiorum Israel videret, et consolari eos ab anxietate lamentabilis eorum afflictionis qua illos Ægyptii affligebant, minime valeret, vehementes illos atque terribiles Job dolores pro consolatione illis enarraverit, necon et in Scriptura eos ponens adhuc cum essent recentiores, illi populo dederit : ut per cognationes et tribus suas hæc legentes, vehementes atque terribiles illos beati illius viri dolores audientes, invicem se consolarentur, et cum patientia atque gratiarum actionibus mala quæ eos circumdederant sufferrent, et ut bonam remunerationem Domini quam Job post tolerantiam largitus est audientes, etiam ipsi liberationem sperarent, et beneficia beatæ mercedis laborum suorum expectarent. Hujus namque rei evidens atque irrefutabile indicium est hoc, quod etiam adhuc usque in hodiernum diem beati Job tolerantia ante eos qui sunt in dolore et luctu atque planctu legitur pro consolatione atque exhortatione dolorum illorum, et pro ablatione angustiarum cordis eorum. Similiter autem et in conventu ecclesiæ in diebus sanctis legitur passio Job, in diebus jejunii, in diebus abstinentiæ, in diebus in quibus tanquam compatiuntur ii qui jejunant et abstinent, admirabili illi Job, in diebus in quibus in jejunio et abstinentiæ sanctam Domini nostri Jesu Christi passionem sectamur : ut terribilem ejus passionem transeuntes ad beatam ejus resurrectionem venire mereamur, compassi nunc ut et conregnemus, condolentes modo in tempore passionis, ut et congandeamus post hoc in tempore resurrectionis. Quam passionem Dominus noster Jesus Christus ad terras veniens in humano corpore sustinuit pro omnium hominum salute, ut per passionem sane mortem interficeret, per resurrectionem vero suam recidivam vitam cunctis ostenderet. Cujus passionis atque resurrectionis Domini formam atque exemplum quia Job passio in multis gerebat, sicut ii qui diligentius requisierunt, repe rerunt : merito etiam nunc in diebus passionis, in diebus sanctificatio

ni, beati Joh

<sup>1</sup> Cor. xv, 41, 42. <sup>2</sup> Dan.

<sup>3</sup> 15. <sup>4</sup> Job xix, 2

passio legitur, meditator atque scrutatur. Sed ad priorem revertamur sermonem.

Diximus quod magnus ille Moyses scribens passionem Job, et dolorem, et laborem, atque constantiam, pro consolatione dederit filii Israel; blande et benigne ac placide loquens ad eos, ac dicens: Constantes estote, filii Israel; animae qui res estote, posteritas Abrahæ, sustinete dolores, sufferte hæc mala, quia et olim erat quidam homo in regione Ausitide, cui nomen erat Job: qui cum esset justus et verax, et sine querela, ingentes sustinuit dolores, amara supportavit tormenta, propter zelum adversarii, atque nequissimi diaboli invidiā. Ita et vos, inquit, modo a Pharaone vexamini, ab Ægyptiis oppressionem patimini, ab immisericordibus vehementes sustinetis dolores, cum omnino non comprobemini peccatores, neque culpabiles, sed et sancti, boni factores, et perfecti, et grati amici et ipsis et patribus eorum estis comprobati atque ostensi. Sed cum hæc patimini illi cœte ab Ægyptiis in servitutem redacti, et absque culpa ab eis inacerati, atque injuste afficti ne defeceritis, neque succubueritis. Nolite fieri desprantes, sed sustinete constanter, atque sufferte viriliter. Erit namque et vobis liberatio quemadmodum et illi. Reddetur etiam vobis retributio hujus tribulationis, sicut et illi redditæ est. Si vos quos honorabiles atque divites esse oportebat propter patrum bonitatem atque divitias, inhonorabiles atque egeni effecti estis, nolite expavescere: quia et prefatus hic vir Job de sede regali et gloria ad sterquilinium devolutus est cum ignominia, ex immensis divitiis atque opulentia ad miserabilem paupertatem immutatus est atque inopiam. Si Ægypti quos amicos esse oportuerat propter gratiam Joseph, atque sinceritatem Israel, ad inimicorum nequitiam immutati sunt, nec hoc vobis sit mirum: quia et Job boni illi sodales, qui ei devoti atque integri amici esse debuerant, ad inimicitiam conversi sunt, et ad maximam reluctionem, atque criminacionem circa illum immutati sunt. His ergo similia etiam vos, inquit, sustinentes, filii Israel, usque in finem supportate, usque in finem sufferte. Erit enim vestra inspectio, sicut et illius facta est. Erit, atque reddetur vobis toleratio remuneratio, sicut et illi redditæ est. Ille namque et his similia Moyses loquens ad filios Israel scripsit dicens: *Homo quidam erat in regione Ausitide*<sup>4</sup>. Homo utpote natura existens homo: quidam vero, utpote ex omnibus singularis. In regione autem Ausitide, utpote qui illic moraretur, et illic natus atque ex ipsis fuerit, et inter eos advixerit. Et qui sunt isti Ausitæ? Genus Esau, posteritas atque tribus Edom. Nam Ausitæ et Minei, et Euchei, et Themanitæ, et cæteræ omnes tribus erant ex cognatione atque prosapia Esau filii Isaac, qui et Edom cogenitatus est. Idecirco cohabitatores

A sibi erant invicem, atque integri amici, utpote unius generis atque unius linguae, et, ut breviter dicam, unius gentis erant et contigui habitatores. Nam tunc universæ tribus Idumæi vocitatae sunt, ex nomine Esau ita nuncupatae. Nunc vero omnes uno nomine Arabes appellantur, non solum Idumæi qui erant ex Esau, sed et Ammanitæ et Moabitæ, omnes pariter nunc in Arabum nomine perstrinuntur. Hæc itaque diximus, ut ostendamus qui fuerint Ausitæ, ex quorum Job appellatur regione, quia tribus erant et cognationes Edom, qui et Esau. Nam sicut tribus Israel, qui et Jacob, ita et tribus Edom, qui et Esau, juxta carnales tribus, et non juxta studia spiritualia. Ausitæ ergo et Euchei, et Minei et Themanitæ, omnes pariter Idumæi fuerunt. Ob hoc ergo dicit: *Homo quidam in regione Ausitide*. Statim in primordio laudem beatissimi Job demonstrat. Nam cum hominem illum memorat, ostendit protinus quod ille homo fuerit, et non jumentum neque bestia. *Homo quidam erat*: sed, quia homo esse comprobatur, merito factus esse ostenditur. *Homo quidam erat*. Unus erat ex omnibus hominibus secundum corpus, secundum corruptionem, sed singularis erat præ omnibus hominibus juxta spiritus instantiam et animæ sinceritatem, atque justitiae perfectionem. *Homo quidam erat*. Vere homo, utpote homo factus, ut homo permanens, utpote ad imaginem Dei creatus, et ad similitudinem jumentorum ac bestiarum atque reptilium non est immutatus, sicuti dicitur de aliquibus: *Homo vanitatis similis factus est illis*<sup>5</sup>. Et adhuc: *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis*<sup>6</sup>. Homo quidam erat, patientiæ exemplum, constantiæ testimonium, tolerantiæ indicium. Homo quidam erat quem innumerí beatum dixerunt, quem præsentes timuerunt, quem absentes reveriti sunt, quem angeli admirati sunt, quem ipse Dominus dilexit. Homo quidam erat quem nequissimus æmulatus est, cui adversarius invidebat, quem inimicus hominum diabolus apud Dominum reprehendebat. Homo quidam erat qui versuti illius draconis caput conculeavit, qui sceleratum diabolum in fugam convertit, qui in corpore incorporeum supplavit. Homo quidam erat, homo vere tanquam constantissimus belligerator, tanquam singularis monomachus, tanquam constanter stans adversus omnes diaboli exercitus, tanquam qui singulariter de omnibus dæmonum virtutibus victoriam sumpserit solidus. Homo quidam erat, non erat bellua cruenta, non erat serpens nequitia, non erat equus neque mulus luxuria neque petulantia, non erat canis spurcitia, neque vulpes dolo atque astutia, non erat scorpius, neque veneni lethalis vipera, sed homo erat. Nam sicut obsceni atque impudicii, maligni quoque ac versuti his omnibus comparantur atque horum omnium appellatione nuncupantur, sicut di-

<sup>4</sup> Job 1, 1. <sup>5</sup> Psal. cxliii, 4. <sup>6</sup> Psal. xlvi, 2.

citur de hujusmodi : *Canes improbi animo nescientes saturitatem*<sup>9</sup>. Et adhuc : *Equi admissarii facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat*<sup>10</sup>. Et alibi : *Serpentes, generatio viperarum*<sup>11</sup>. Et, *Generatio serpentium volantium, qui veloces sunt in malitia.* Et iterum : *Apprehendite vobis vulpes pusillas exterminantes*<sup>12</sup>. Et, *Tanquam vulpes in solitudine facti sunt prophetæ tui, Israel*<sup>13</sup>. Et : *Ite, dicite vulpi huic* (dicit Dominus de Herode<sup>14</sup>), et alia innumera his similia dicuntur de hujusmodi in Scriptura. Sed beatus Job non erat talis, neque his similis. Sed homo erat intaminatus, et immaculatus atque illibatus. Homo, utpote hoc quod ad imaginem et similitudinem Dei factus est, integrum custodiens. Sic itaque homo quidam erat juxta haec universa quæ monstrata sunt. Non erant tales omnes homines, sed unus erat solus, talis quidem ex omnibus Job beatissimus. Ubi autem erat hic homo? In qua regione, in qua provincia? Respondeat dicens : *In regione Ausitide.* Qui autem sint isti Ausitæ, superius demonstravimus, quod ex genere fuerunt Esau, sive ex filiis Esau, sive ab ipso Esau Ausitæ erant vocati. Et quales isti erant Ausitæ? Impii, injusti, infideles, obsceni, Insatiabiles, sicut et pater eorum Esau, de quo dictum est a sanctis : *Nemo sit obscenus et insatiabilis sicut Esau*<sup>15</sup>. Cum ergo esset talis ipse Esau, non docuit filios suos pietatem neque justitiam quam ipse non sectabatur, sed impietatem eos docuit, et injustitiam atque infidelitatem. Quod si dixerit aliquis : *Cum ergo talis fuerit Esau atque generationes ejus, quomodo fuit Job ex illis, atque inter illos plus ac bonus?* Ita fuit sicut mox in principio Abel innocens cum injusto, sicut Noe justus inter gigantes illos sceleratos, sicut Melchisedech sacerdos Dei altissimi in medio maledictorum Chananæorum, sicut Abraham qui credidit in medio Chaldaeorum idola colentium. Sicut ergo isti omnes cum essent pii ac sancti, atque religiosi Dei amici, ex impiorum sunt generationibus procreati : ita admirabilis Job cum ex obsceni atque insatiabilis Esau genere atque cognatione prodierit, sanctus ac justus sponte effectus est; hoc scilicet demonstrat dicens : *Homo quidam erat in regione Ausitide.* Erat tanquam rosa inter spinas, tanquam lilyum inter tribulos candidus ac rubens, candidus fide ac sanctitate, rubens velut rosa, plane quia sustinuit dolores ac passiones. *Homo quidam erat in regione Ausitide.* Erat tanquam columba inter raptrices aquilas, tanquam agnus in medio luporum diripientium, tanquam stella in medio nubium teterimaru. Homo quidam erat, justus inter injustos, inter profanos sanctus, inter obscenos mundus, pius inter impios, bonus inter malos, tanquam smaragdus in luto, tanquam margarita in arena. Sic namque erat memoratus homo ille in regione Ausitide. Cum ergo inter tales esset,

A non talis fuit quales et illi. Cum inter impios esset, non declinavit ad impietatem. Cum esset inter infideles, non habuit infidelitatem. Cum esset inter injustos, non est commissus iniquitiis: sed permansit in medio impiorum tanquam adamus immobilis, lucerna inextinguibilis, tanquam lumen quod non immutatur, tanquam radius qui non occidit. Sic etiam oportet nos esse, o amici, sanctos atque immaculatos, pios ac religiosos, charitatem amplectentes atque perfectos, inviolabiles atque illibatos in medio generis pravi ac perversi, ut fulgeamus tanquam luminaria cœli in mundo, verbum vite continentis in die Christi, ut et de nobis dicatur sicut et de beato illo : *Et erat sine querela homo ille, justus, verax, Dei cultor*<sup>16</sup>. Homo ille memoratus atque designatus, qui in regione erat Ausitide, cui nomen erat Job. Ostendit hominem, cognitam fecit regionem, designavit nomen, dicens : *Cui nomen erat Job*<sup>17</sup>, quod cum justis scriptum est, quod in regione vivorum signatum est, quod in tabernaculis æternis est deputatum. *Cui nomen erat Job.* Dignos habeat etiam nos Dominus, ut nomina nostra scribantur cum viventibus, sic cum iis qui salvi sunt nominentur, sic cum justis connumerentur. Sed adhuc, inquit, *homo quidam erat in regione Ausitide, cui nomen erat Job.* Adversus diabolum est hic sermo, adversus nequissimum est haec disputatio, tanquam si diceret : *O malignissime diabole, o nequissime Satana, adversus quem altercaris? adversus quem bellum geris? adversus quem præliavis? adversus quem zelo succederis?* Adversus hominem, adversus corruptibilem, adversus mortalem, adversus carnalem, adversus terrenum, cuius incorruptibilis et incorporeus, atque immortalis; adversus eum qui in regione moratur Ausitide, tunc qui de cœlo cecidisti. Sed et sic superaris, concularis, humiliaris ab uno homine, cum sis spiritus ab uno ex corruptibilibus, tu qui ex incorruptibilibus cherubini cecidisti ordinibus. Haec itaque signavit dicens : *Homo quidam erat in regione Ausitide qui omnem exercitum diaboli fugavit, qui omnem virtutem nequissimi debilitavit, qui omnem virtutem et argumentum diaboli supervacuum demonstravit, qui omnem ventum et aquam, atque impetum maligni in se collidentem constanter sustulit, et immobilis perststit.* Ac si ergo diceret : *Homo quidam erat, o diabole, qui tibi prævaluit. Homo quidam erat qui omnem virtutem tuam infirmam ostendit. Homo quidam erat qui omnem malitiam tuam in derisionem deduxit, et quod est maximum, habitans in regione Ausitide, id est, impiorum atque infidelium, obscenorum quoque atque injustorum.* Nam cum illic moraretur, non potuisti, o diabole, immutare, neque convertere eum post impios ad impietatem, neque post infideles ad infidelitatem, neque post injustos ad injustitiam, sed inter omnes.

<sup>9</sup> Isa. lvi, 11. <sup>10</sup> Jerem. v, 8. <sup>11</sup> Matth. xxiii, 33. <sup>12</sup> 15. <sup>13</sup> Ezech. xxi, 4. <sup>14</sup> Lue. xiii, 24.  
<sup>15</sup> Hebr. xii, 16. <sup>16</sup> Job 1, 1. <sup>17</sup> Ibid.

et apud omnes injustos permansit justus, sicut testatur mox consequenter dicens : *Et erat homo ille magnus, admirabilis.* Beatus homo ille qui a Deo testimonium accepit, qui ab angelis prælatus est, qui ipsi diabolo in admirationem venit, utpote qui vehementioribus plagis atque periculis doloribus non succubuit. Hic ergo homo erat sine querela, utpote ab omni macula illibatus, utpote ab omni reprehensione exors. Erat sine querela coram Deo et hominibus, coram angelis et spiritibus corruptibilis et incorruptibilis. Erat sine querela, utpote formam in se ostendens novæ gratiæ, ubi episcopum irreprehensibilem esse oportet. Erat sine querela in animo et corpore, in consiliis et cogitationibus, in verbis atque operibus, in studiis atque conversationibus. In omni nihilominus vita sua erat sine querela. Ita dictum est post hoc de Samuele in laudibus patrum : *Et non reprehendit homo illum,* id est, non criminatus est illum homo, quia erat sine querela, sicut et olim Job. Et unde invenit hoc Job ut esset sine crimine ? Ex hoc invenit, quia erat justus. Ex hoc invenit, quia a justitia non declinavit. Ex hoc invenit, quia justitiam non dereliquit, quia a justitia non discessit, quia justitiam non despexit. Idecirco postquam sine querela illum ostendit, post hoc nihilominus etiam justum illum demonstrans dicit, sine querela justus. Justus erat quia sine crimine erat, et sine querela erat, quia justus nuncupatus est. Et erat homo ille sine querela justus in judicis, justus in causis, justus in legibus, justus in ordinationibus. Nam cum esset dux ac præneps provinciae suæ, et leges sanxit, et judicia judicavit. Sed procul dubio quod omnia juste disponuerit et judicaverit, atque misericorditer definierit, non reveritus personam, non aeciens munera, non ambulans post retributiones, non despiciens oppressum, non spernens viduam, non obliviscens orphantum ; pro his ergo omnibus, et ex his omnibus, atque per hæc cuncta erat justus tanquam omnem injustitiam conculcans, tanquam omnem injustitiam eradicans, tanquam omnem injustum humilians et non permittens emergere. Erat justus, utpote injustitiae non communicans, utpote injustitiae non approximans, utpote injustitiam, odio habens atque abominans. Erat justus quoniam illum diligebat, de quo dicitur in prophetis : *Et est justitia accinctus lumbos*<sup>18</sup>. Erat justus, quia in Deo sperabat, de quo dicitur : *Justus Dominus, et justitias dilexit, aquitatem vidit vultus ejus*<sup>19</sup>. Sic namque erat justus. Sic erat justus, ut ipse Deus qui cognoscit corda, attestaretur justitiae ejus. Ita erat justus, ut ipse de semetipso diceret : *Justitia eram induitus, et vestitus iudicio tanquam vestimento. Confregi molas iustorum, de medio autem dentium rapinas abstuli*<sup>20</sup>. Sic itaque erat justus, ut formam atque exemplum Domini Dei in se adimpleret, ejus qui cum sit justus, justitias dilexit. Cum autem justus esset, erat

<sup>18</sup> Isa. xi. 5. <sup>19</sup> Psal. x. 8. <sup>20</sup> Job xxix, 14, 17.  
<sup>21</sup> Joan. xvii, 5. <sup>22</sup> Job i, 22.

A verax. Nam multi videntur justi esse, sed non veraciter, sed fallaciter, non juste, sed injuste, non plane sed ficticie. Merito nunc istic cum justum dicere beatum Job, adjecit etiam hoc quod verax fuerit. Ob quam rem ? Ob hoc, ut ostenderet quia justitia ejus vera erat. Non erat mendax, non erat simulata, sed integra erat, atque Deo acceptabilis. Ob hoc ergo dicit, verax. Sciebat namque justus ille vir quod veritates requirit Dominus. Idecirco verax erat, verus, purus, simplex, non fictus. Non erat in illo hæsitatione. Non loquebatur aliud in ore, aliud vero cogitabat in animo. Non aliud dicebat verbis, et aliud cogitabat corde. Non erant verba ejus mollia in labiis, jacula vero in occulto, quemadmodum nunc sunt plurimorum, quemadmodum sunt innumerabilium, de quibus dicitur : *Molles fuerunt sermones super oleum, et ipsi sunt jacula*<sup>21</sup>. Et adhuc : *Proximo suo loquitur bona, et intra se habet mala.* Et alibi : *In labiis suis blandus obdulcat inimicus, in corde suo vero insidiatur*<sup>22</sup>. Sed non erat talis beatus Job, sed verax erat, verax utpote servus ejus de quo dicitur, *Sit Deus verax*<sup>23</sup> : tanquam vere servus illius de quo dictum est : *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*<sup>24</sup>. Cum ergo esset veri Dei servus verax, erat verax, nec ipse mentiens, nec mendaciis communicans, nec ipse mentiens, nec aliis mendacia congruere permittens. Verax in ore, verax in corde, verax in cogitationibus et verax in responsionibus, verax in verbis et verax in factis, verax cum hominibus et verax cum angelis, verax in corruptione et verax in incorruptionibus, et quod est omnium maximum, verax in conspectu omnia inquirentis Dei. Ob hoc enim dicitur : *Non peccavit Job in conspectu Domini, et non dedit insipientiam Deo*<sup>25</sup>. David bonus aspectui Domini nuncupatur, Job vero verax in conspectu Dei ostenditur, verax in lege ante legem, verax in mandatis ante mandata, verax in misericordia et in justificationibus ante Scripturæ sanctionem. Horum namque omnium commemorationem cum in natura haberet conscriptam a Creatore, cuncta hæc veraciter adimplevit, cuncta hæc veraciter perfecit. Idecirco veraciter verax dicitur atque comprobatur. Primum quidem sine querela, utpote in semetipso. Deinde justus, utpote circa omnes. Item verax tanquam in conspectu Dei. Propterea post hæc universa in conclusione omnium pro universorum recapitulatione adjiciens dicit : *Dei cultor* : quia omnem sanctitatem, et omnem justitiam, et omnem opus bonum quod visi fuerint homines facere, nisi in Dei cultura, nisi in Dei agnitione atque confessione fecerint, sine causa faciunt atque supervacue. Et ut breviter atque audenter dicam, omnia quæcumque fecerint homines sive in virginitate, sive in abstinentia, sive in corporis castitate, sive in carnis sua combustion, sive in bonorum suorum distributione,

<sup>21</sup> Psal. lxxiv, 22. <sup>22</sup> Prov. xxvi, 24. <sup>23</sup> Rom. iii, 4.

omnia gratis faciunt, si non in fide fecerint, sine causa agunt nisi in agnitione unius ingeniti Dei Patris, et in confessione unius unigeniti Filii ejus Domini nostri Jesu Christi, et illuminatione Spiritus sancti gloriosi, ac venerabilis Paracleti, qui adjuvat infirmitatem nostrae orationis, in quo signati sumus in die redemptionis nostræ, hoc fecerint. Omnem ergo sanctitatem, et omnem injustitiam quam fecerit quis foris a vera Dei cultura atque vera fide, gratis facit, in perditione facit, non prodest ei, non adjuvat eum in die iræ, non liberabit eum in die interitus. Ad quod est testis Apostolus qui dicit : *Omne quod ex fide non est, peccatum est*<sup>16</sup>. Quare? Quia bona videntur fecisse non quæsita fide, non quæsita agnitione ejus propter quem hoc fecerint. A quo enim accipiet mercedem? Ab eo quem non requisivit, quem non agnovit, cui non credidit, quem non est confessus, neque professus sicut oportuit, non accipiet ab eo remunerationem, nisi iudicium et iram ad condemnationem. Sicut enim qui ædificat sine fundamento, nihil proficit nisi detrimentum et labore, et dolorem : sic similiter qui boni aliquid videtur facere, si sine fide fecerit, nihil proficit. Sicut enim credenti omnia sunt possibilia, ut salvetur atque refrigerium inveniat apud eum cui credit: sic non credenti nihil est possibile, neque ut salvus fiat, neque ut refrigerium inveniat, neque ut in vitam introeat. Non est enim mentitus quia it: *Quærite Dominum, et inveniet anima vestra*<sup>17</sup>. Quod si non quæsieritis in fide, non potestis in vitam introire, id est, anima non credentium. Sicut enim sol nisi vibraverit super faciem terræ, nullus ex fructibus ejus crescit, neque adolescit, neque maturescit, sic similiter nisi per fidem veritas resulserit in animabus hominum, nunquam erunt acceptabiles coram Deo. Quod autem si sol non radaverit super fructus terræ, non oriuntur, neque maturescere comprobantur, manifestum est apud Noe. Nam per annum illum quo Noe fuit in arca, sol non effulxit super terram, partim sane ab aeris turbatione coercitus, partim autem quia ab aquarum multitudine erat terra coperta. Idcirco fructus terre anno illo neque germinaverunt, neque creverunt, neque maturescere comprobati sunt, sicut in Genesi scribentes asserimus. Hæc namque universa diximus, quia beatus Job cum justitiam et veritatem haberet, etiam Dei culturam, hoc est fidem Deo delectabilem, pretiosam quoque ei atque acceptabilem habebat. Sicut enim nihil est delectabile hominibus sine luce, sic similiter nihil est delectabile, neque acceptum Deo, absque fidei lumine. Ob hoc ergo dicit de Job, Dei cultor, Juste ac veraciter colens Deum. Non propter divitias atque pecunias, sicut diabolus mendaciter detulit illum apud Deum, sed propter justitiam ac veritatem coluit Deum. Nihil hoc Justius ac veracius, quam ut Creator universorum ac benefactor omnium veraciter colatur

A et adoretur. Nihil hoc justius neque veracius, quam, ut ei qui est omnium Deus et conditor, atque provisor, credatur ut oportet, et confiteatur, et profiteatur. Nihil ergo suscipit Deus absque fidei veritate. Non enim indiget his quæ nostra sunt, nisi solis animabus nostris in veritate fidei persistentibus, nisi sola conscientia nostra in veritate fidei sibi confidente. Hæc namque sciens beatus Job justitiam ædificavit, veritatem fundavit. Sed hæc universa Dei cultura, hoc est, fide concinnavit atque texit, obdulcavit atque perfecit. Sic oportet etiam nos, o viri periti, in fide ambulare, in fide stare, in fide perseverare, infidelitati atque infidelibus non appropinquare, neque communicare, neque conventiculis eorum, neque collectis, ut cuncta quæ facimus in ille Deo acceptabilia sint : sicut et illa quæ paulo post Job fecisse asseritur, acceptabilia facta sunt, quia abstinuit se ab omni re mala, ut Deo acceptabilis fieret religiosa ejus cultura, ut nihil esset quod ei perstrepere, vel præpediret circa Dei conjunctionem atque familiaritatem, utpote ei quierat sine querela, justus quoque ac verax Dei cultor atque abstinentis se ab omni re mala. Dignos etiam faciat nos Deus, ut ipsum imitantes in ejus beatitudinis vestigiis requiem, ac refrigerium accipiamus in tempore resurrectionis.

B Habuit autem filios septem et filias tres, sed non ex adulterio, neque ex impudicitia, sed ex licto atque immaculato matrimonio. Sciebat namque beatus Job quia ex illicito toro filii qui nascuntur testes erunt iniquitatis adversus parentes suos eum interrogantur. Idcirco veraciter dicit : *Et si secutus est oculus meus uxorem viri alterius, atque his similia*. Cum ergo omnia obscena et execrabilia atque illicita declinaret, septem habuit filios, et filias tres, sancte et pudice secundum officium naturæ, caste ac veraciter juxta Creatoris promissionem. Fuerunt autem illi filii septem, et filiae tres fuerunt illi. Cui? Job justo, sine querela, vero Dei cultori. Huic ergo fuerunt filii septem et filiae tres. Deo largiente, providente Creatore, volente omnium opifice, fuerunt illi filii septem et filiae tres. Septem filii juxta hebdomadam dierum sæculi, aut juxta hebdomadam eorum qui ab apostolis in novæ gratiae sæculo sunt ordinati, D aut juxta septem stellas quæ quotidie pertranseunt spatia cœli. Fuerunt ei septem filii et filiae tres, omnes simul decem, secundum decem verba legis, que post hoc filiis Israel sunt tradita. Ergo quia ea quæ in decem verbis legis sunt præcepta, omnia adimplevit Job, et ante legem, et extra legem, idcirco et ipsi quidem in formam atque memoriam, illis vero qui post hoc sub lege legem non adimpleverunt, ad correptionem, ad condemnationem, decen: liberi dati sunt ei, utpote qui singulis eorum singulorum memor præceptorum omnia adimpleverit. Sed dicit aliquis : Porro cur non dedit ei masculos tantum, sed partim quidem masculos, partim autem feminas? Audi. Ob hoc dedit pro-

<sup>16</sup> Rom. xiv, 25. <sup>17</sup> Psal. LXVIII, 33.

misce et filios et filias quia a saeculo ita dedit omnibus. *Genuit*, inquit, *filios et filias*<sup>10</sup>. Et adhuc ob hoc promiscue et filios et filias dedit, quia ita desiderant omnium mentes, quia hoc requirit hominis desiderium, ut promiscue utrosque et filios et filias habeant. Ad satisfaciendum ergo humanis sensibus, promiscue dedit illis et dat filios et filias. Et adhuc ob hoc dat promiscue, ut concordia atque conjunctio hominum multiplicetur per connubiorum copulationes. Ubi enim dederint filias suas in conjugium, et acceperint filii suis uxores, illic copulatio fit connubii, crescit conjunctio, sive apud panperes, sive apud divites. Quod si sane alicui filii tantum nascerentur, alii autem filiae, cum eas viris omnes traderet, domum vacuam relinqueret atque haereditatem suam desolatam, Nunc vero filias suas sane dat foras, filii autem intus accipit uxores, ac per hoc et extrinsecus habet cognationem et intrinsecus haereditatem. Hæc videlicet universa divina efficiuntur providentia atque operatione, utiliter atque necessarie hominibus ita ab initio ordinata. Sic namque et Job fuerunt septem filii et filiae tres, ut cum ipsas sane filias foras traderet viris, haberet extrinsecus filios adoptivos: et cum filii suis de foris acciperet uxores, haberet etiam in his extrinsecus adoptivas filias. Sæpe enim generi, vel nurus filiis sinceriiores reperiuntur circa soceros, vel socrus suas, illæ quæ Dei timorem ac pietatem habuerunt animabus suis. Talis fuit illa beata Ruth, quæ ita detulit socrui sua veteranæ, ut usque ad mortem non esset passa eam relinquere. Idecirco sane in Scriptura in perpetuo magnificatur, apud Deum vero in infinita saecula beatificatur, judicabit nibilominus atque condemnabit in resurrectione omnes malignas et impias nurus, quæ socris vel socribus suis contumeliam vel injuriam ingesserint, non reminiscentes quod ipsi eis viros genuerint atque nutrierint, et pro substantia et pro victu illis labore acquisierint. Si igitur diligis virum tuum, o mulier, dilige et eos qui genuerunt eum et nutrierunt sibi filium, tibi vero maritum. Noli separare filium a patre vel matre. Noli compellere filium patrem aut matrem in honore, ne in condemnationem incidas apud Dominum Deum in die terribilis inquisitionis atque judicij. Sufficiat tibi, o mulier, quia possides virum quem non nutriti, et substantiam quam non acquisisti, quia venis in domum quam non ædificasti et eris domina, atque potestatem habes laborum alienorum, pro quibus tu nullatenus laborasti. Noli ego retribuere mala his qui tibi preparaverunt atque suo labore acquisierunt omnia, sive virum, sive substantiam, sive resumptionem, o mulier, ne ascendas super te maledictio a Domino Deo. Sed hæc pauca per occasionem filiorum Job a nobis sunt dicta pro commendatione malarum et impiarum atque crudelium omnium.

A Fuerunt, inquit, illi filii septem<sup>11</sup>. Certum est quod religioso religiosi, et sancto sancti, et bono sunt boni, sicut et in priori demonstravit. Nam cum sancta esset radix, sancti creverunt et rami, atque bona exortæ sunt propagines. Cum memoratis istis septem filiis Job fuerunt et tres filiae. Erant namque et ipsæ filiae ipsis filiis similiter, utpote filiae Job, atque ejus filiorum suorum vero germanorum certe sorores in omni bona religiositate. Nisi enim ipsæ eorum sorores tales exstisset, non utique pariter cum germanis suis semper fuissent, sicut in priori haec Scriptura demonstravit. Sed adhuc fuerunt illi septem filii et tres filiae, numero decem, animo vero unus erant. Numero plurimi erant; consensu autem atque concordia quasi unus; unanimitate B atque dilectione quasi idem. Non separabat autem eos zelus, non dissociabat eos invidia, sicut pridem fratres Joseph. Quare? Quia non exorta est in eis prævaricatio, neque coquinatio, sicut in Ruben, neque furor interficiens, sicut in Simeon et in Levi, neque odium fraternæ maledictionis, sicut in ceteri filiis Jacob: sed erant omnes unanimis in pietate, pacifici in justitia atque in Dei timore concordes, utpote Job filii, et non tanquam Esau nepotes. Esau enim cum unum sufferre non posset germanum fratrem Jacob, interficere eum quæsivit. Septem vero filii Job et tres filiae tanquam una anima indivisi convixerunt in unitate, et tanta fuit unanimitas laudabilium filiorum Job, ut et malignus atque invidus dæmon facilius omnes pariter indivisos interficere, quam dividere atque dissociare benignam atque veram eorum unanimitatem posset. Audite hæc, o filii religiosorum, audite hæc, o nati fidelium, audite et imitamini pliorum fratrum unanimitatem, qui veri veraciter in vita sua indivisi fuerunt, et in morte sua non sunt dissociati. Non sit inter germanos lis, sed benignitas atque concordia. Non sit inter fratres contentio, nequo divortium, sed pax et unanimitas, sed sinceritas atque puritas. Non subintroeat adversarius per malorum hominum ora, non perturbet malignus per suæ nequitiae ministros piæ germanitatis concordiam. Muli fuerunt filii David olim, cum adversus se invicem insurrexissent, atque patri justo rebelles exstisset, Amon et Absalon, et Adonias, qui adhuc vivo religioso patre, impie atque injuste regnum ejus occupare atque rapere tentaverunt. Nam cum essent scelerati atque injusti, in damnationem atque in interitum juste a Deo sunt traditi. Sed non tales fuerunt vel extiterunt septem beati Job filii, sed tanquam septem dies indivisi, et tanquam hebdomada indissociati. Non certaverunt pro elegancia, non litigaverunt pro fortitudine, non contenderunt pro divitiis, non sunt conturbati pro regno, sed cum essent unanimis, cuncta propria invicem sibi estimabant communia. Erat namque vere cor eorum et anima una. Propterea cum sanctis

<sup>10</sup> Gen. v. 10. <sup>11</sup> Job 1, 2.

in perpetuo nominantur, propterea cum justis in aeternum requiescent, propterea cum angelis indificienter laudabuntur. De istis ergo dicit: *Fuerunt illi septem filii, et filiae tres.* Tres tanquam fides, spes, charitas, tanquam corpus et anima et spiritus, indivisa, indissociata, intaminatae. Nam quia illidem, spem et charitatem circa Deum servaverunt, propterea et corpus, et animam, et spiritum illibatum custodierunt. Post quorum omnium disputationem atque ostensionem adjiciens dicit: *Et erant pecora ejus ovium septem millia*, secundum numerum septem filiorum; *cameli tria millia*<sup>20</sup>, secundum numerum trium filiarum. Similiter omnia pariter haec millia decem. Septem filii, septem millia ovium; et tribus filiabus, tria millia camelorum; singulis filiis appropriata mille. Ita Deo ordinante, atque patre ita post disponente, in tempore consummationis dividunt hereditatem. In tempore vero vitae sicut cogitat de omnibus pater, ita et potestatem habet pater in omnibus: sicut curam gerit de universis, ita et dominatur cunctis. Deinde adhuc juga boum quingenta et asinae pastoriae quingentae, utraque similiter mille. Ordinabiliter etiam hoc, atque apte singulis de decem filiis quinquaginta juga boum, et quinquaginta asinae. Omnia sane patris sunt ad regendum, ad gubernandum, ad intendendum, et usque in finem vitæ suæ possidendum, post requiem vero patris ordinabiliter supputata juxta numerum filiorum. Sed adhuc erant pecora ejus. Omnia pariter pecora appellat, sive oves, sive boves, sive camelos, sive asinos, universa pecora noncupat, quia diversa peculiaria atque utilia fuerunt hominibus et sunt, et istis qui nunc sunt, et illis qui tunc fuerunt et ipsi beato Jacob. Oves quidem vivæ, pro lacte atque lanæ vestitu: occisæ vero pro esca atque carnis comedione. Similiter boves vivi, ad culturam, et panis commoditatem; jugulati vero, pro carnibus et esca, atque pedum calceamentis. Camelii autem pro omni onere portando atque levando de longinquio et de proximo. Post quæ universa asini ad levia negotia peragenda et afferenda, et eundi, et velociter redeundi. Quod enim nunc equi et muli perficiunt, hoc nihilominus asini adimplebant, praesertim tales quales sunt in regione Arabiæ et Palæstinorum asini, qui veloces sunt similiter ut equi. Omnem ergo censem beati Job supputat in septem milibus ovium, et tribus camelorum et in quingentis jugis boum, et in quingentis asinis pastoriis. Auri vero et argenti, atque vestium non meminit. Quare? Ob hoc ut reticaret, an ob hoc quod Job aurum et argentum non habuisse? Ob hoc procul dubio, quia non habuit. Quo teste aurum et argentum non habuerit? Ipso Job dicente: *Et si confidebant in divitiis multis, et si ad innumerabilia misi manum meam, et alia his similia.* Erat namque hoc vere, ut priores non tantum in auro et argento sibi the-

A saurizarent, quantum in pecoribus et in quadrupedibus. Non enim erant ita auri expeditores sicut sumus omnes nos, non intendebant post aurum et argentum Illi tunc quantum nos nunc intendimus. Nunc omnium nostrum animus post aurum detinetur atque argentum inhiat, et nihil putant homines nunc pro divitiis nisi solum aurum et argentum. Nunc enim sunt adimpta tempora illa quæ de longe designans Apostolus dicit: *In novissimis diebus advenient anni periculosi, et erunt homines seipsos diligentes, cupidi*<sup>21</sup>, et cætera universa quæ nunc in hominibus videmus impleri omnia. Nam quia in fine est jam hic mundus, et mortuus est jam properans ad defectum, idcirco mens hominum inhiat in his quæ mortua sunt, cum sicut stellæ B inutiliter reconduntur, atque thesaurezantur. Olim vero, utpote adhuc incipiente sæculo, et utpote adhuc vivente mundo hoc, viva atque crescentia cupiebant homines pecora, quadrupedia atque agriculturam pro victu fructificantia. Sciebant namque quod aurum et argentum reconditum, ac thesaurezatum, atque ad usuras datum, peccatum conferret. Pecorum vero atque terræ usura, hoc est pecorum fetus multiplicatus, et fructus terræ augmentum ad peccatum non conferrent, sed justitiam. Nam habentes nutrunt: et eos qui non habuerint, cum ab his qui habent data fuerint ac distributa, gubernant. Tales ergo divitias habuit laudabilis ille Job, castas, mundas, incoinquinatas, incontaminatas. De hoc namque dictum est hoc, atque de similibus illius usque in aeternum: *Beatus qui inrentus fuerit dives justus, qui post aurum non ambulaverit, neque speraverit in argenti repositione*<sup>22</sup>. Vere enim inestimabilis atque aeterna beatitudo est, ut cum quis dives effectus fuerit, non confidat in auro, neque intendat in argenti repositione, sed recondat haec in mandato Altissimi, et dei ea in eleemosyna pauperibus, sed seminet atque spargat ea late per animas miserorum, per ora esurientium, vel per ora debilium, per destitutos atque miseris: juxta hoc quod dictum est: *Seminate vobis ad justitiam, ut metatis fructum vitae*<sup>23</sup>. Et: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in aeternum*<sup>24</sup>. Ejusmodi vero metet multipliciter in die resurrectionis. Ejusmodi recipiet inestimabilem beatitudinem in die visitationis. Ejusmodi eleemosynarum justificationibus tanquam lux effulget coram angelis Dei. Talis fuit beatus Job, apud quem hospes nunquam foris mansit, enjus janua omni advenienti patuit, quem invalidi nunquam prætermiserunt de iis quæ opus habuerunt, qui non dimisit pauperem exire de domo sua vacuum, ad enjus tonsuram ovium, omnium pauperum scapulæ calefactæ sunt. Ob hoc enim et istam multitudinem pecorum nutritivit, et maximam agriculturam exercuit, ut plorimis impertiret, ut plorimis benefacret, ut plurimorum memor esset;

<sup>20</sup> Job 1, 3. <sup>21</sup> II Tim. iii, 4. <sup>22</sup> Eccl. xxxi, 8. <sup>23</sup> Jacob. 1.

xx, 9.

non propter os suum tantum, sed ut multos esurientes saturaret, atque plurimos nudos vestiret, et multis miserabilibus atque infelicibus refrigeraret. Ob hoc enim pecora ejus ovium septem milia, camelii tria milia, juga boum quingenta, et asinæ pastorizæ quingentæ. Et ministerium nimis copiosum<sup>25</sup>. Certum est quod et mensæ ejus, atque sedes ejus, et ministerium copiosum, sed plus erat ministerium copiosum quod ministrabat hospitibus et advenientibus, infirmis et miserantibus, destitutis et peregrinis, pauperibus et infelicibus. Pro horum ergo omnium susceptione, nimium copiosum habuit ministerium: puto quod et in cœlo et in excelsis copiosum nimis habuerit ministerium. Plurimi ministrauerunt ei super terram pro miserorum susceptione, sed plures ministrabant ei in cœlis, cœlestes angeli, incorruptiles eleemosynas, atque bona opera ejus in memoriam coram Deo in cœlum deferentes, sicut dictum est ad Cornelium: *Orationes tuæ et eleemosynæ tuæ ascenderunt sursum in memoriam coram Deo*<sup>26</sup>. Ascenderunt procul dubio ab angelis atque spiritualibus ministris delatae. De quibus dicitur: *Omnes sunt ministeriales spiritus missi pro his qui exultent in hereditatem capiunt*<sup>27</sup>. Et alibi: *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem ardenter*<sup>28</sup>. De istis namque ministris unus erat qui locutus est ad Tobiam dicens: *Cum orares tu et Sera filia Raguelis, ego attuli memoriam orationis vestræ in conspectum gloriae summi Dei*<sup>29</sup>. Tale ergo erat ministerium Job nimium copiosum. Secundum multitudinem enim bonorum operum ejus, multiplicati sunt cœlestes ministri atque angelii qui in conspectu Dei attestarentur beneficiis illius. Unus sane devotioni animi ejus attestabatur, alias autem eleemosynis ejus ac miserationibus, alias nihilominus sollicitis precibus, alias vero justitiae judicii, patientiæ quoque ac longanimitati atque charitatis plenitudini. Omnes scilicet cunctis ejus virtutibus attestabantur in conspectu omnia præscientis Dei. Omnibus itaque modis ministerium copiosum erat beato Job. Quale putas illi fieri obsequium ad susceptionem, et gloriosum quoque honorem, o amice, cum anima ejus exiens de corpore ad illud sacerulum transiret, cum illi occurrerent omnes angeli, quando gavisæ sunt ad eum omnium sanctorum animæ, quando omnes animæ miserorum atque inopum, quibus super terram benefecerit, beneficiis ejus attestatae sunt? Quæ universæ in lucem illuc procedentes gloriæ occurserunt atque sanctæ attestantur non solum solius Job virtutibus, sed et omnibus qui similiter ut Job eleemosynas miseris ac beneficia infelicibus impertirent. Hæc universa, quia dicit, *Et ministerium nimium copiosum*. Postque iudiciens dicit: *Erant opera illius magna in terris*. Primum sane opera magna fuerunt illi, id est, agri et vineæ, fruteta et oliveta. Ille namque erant antiquorum divitiae, hæc erat prisco-

A rum instantia atque studium, hoc erat quod ab eis thesaurus reputabatur, area et torcular, oliveta et siceta, et universa opera quæ sunt in agro, quæ cum labore atque sudore atque manuum callositatibus acquiruntur cum justitia, juxta ordinem Dei dicentis: *In sudore vultus tui edes panem tuum*<sup>30</sup>. Hæc scilicet opera magna fuerunt Job in terris, ideo et plurimo indigebat ministerio ad curandum, ad intendendum, ad circumueundum, itemque ad dandum, ad distribuendum, ad ministrandum in gentibus, ad defendendum oppressos, ad opitulandum pauperibus, ad benefaciendum viduis et orphanis. Pro his nimis universis opera magna erant illi in terris et ministerium copiosum, quia magna erant opera meritorum et copiosum ministerium. Sed puto post haec quæ recitata sunt magna illius opera, post agriculturam atque pecudum nutrimenta, et cetera universa, fuerunt etiam alia magna opera Job in terris, fides, pietas, justitia, sanctitas, constantia, patientia, tolerantia, atque his similia universa, et omnes quæ superius demonstratae sunt virtutes, atque merita et eleemosynæ opera. Hæc namque sunt magna illa opera quæ erant ita magna ut usque ad cœlum pertingerent, et usque ad Deum pervenirent. Ita erant magna, ut in corruptione perpetrata in incorruptionem fuisse prædicata. Inter homines facta, inter angelos sunt mirificata. Hæc, inquam, fuerunt Job magna opera. Et ubi hæc fuerunt? In terra, inquit. In qua terra? C Primum quidem in ea quæ sub cœlo est terra. Item in terreno ejus corpore. Omnem enim virtutem, omnem justificationem, omne opus sanctum, omnem tolerantiam cum gratiarum actionibus, universa in hoc corpore terreno perfecit, et supportavit atque sustinuit. Testis est ipse dicens de virtute Dei atque magnitudine: *Qui suscitatus est pelle meam, quæ hausit hæc mala*<sup>31</sup>. Postque universa, opera magna erant Job. Ubi? In terra, inquit. In qua terra? In terra incorruptibili, in terra immortali, in terra viventium, in tabernaculis justorum, ubi non est infirmitas neque mors, unde fugit dolor et tristitia atque gemitus. Illic ergo magna erant opera Job, illic demonstrata sunt atque ostensa, illic distincta atque manifestata. Hic perfecta, illic autem demonstrata; hic seminata, illic vero messa; hic dispersa, illic autem collecta; hic Deo fenerata, illic vero cum gloria a Deo fenerantibus redhibita. Qui enim miseretur pauperis, fenerat Deo<sup>32</sup>. Secundum autem datum illius retribuet illi Dominus.

D Post hæc autem universa, novissimam virtutem Job demonstrat, dicens: *Fuit autem hic homo de genere optimo, ex partibus Orientis*<sup>33</sup>. Item autem et istic singulariter illum designat atque memorat. Hic homo singularis, semotus, qui in carne separavit ea quæ carnis sunt, qui inter homines super homines fuit, qui in terris erat, et cœlestia agebat;

<sup>25</sup> Job 1, 5. <sup>26</sup> Act. x, 4. <sup>27</sup> Hebr. 1, 14. <sup>28</sup> Psal. cxi, 4. <sup>29</sup> Tob. xii. <sup>30</sup> Gen. iii, 19. <sup>31</sup> Job xix.

<sup>32</sup> Prov. xix. <sup>33</sup> Job 1, 5.

hic homo sine querela justus, verus Dei cultor, abstinens se ab omni re mala; hic ergo de genere optimo, ex partibus Orientis, tanquam si diceret, omnibus qui sunt in partibus Orientis generosior atque melior fuit, nobilior hic atque sublimior erat. Hoc namque demonstrans dicit: *Fuit autem hic homo de genere optimo, ex partibus Orientis.* Sed liceat respondere scribenti, et dicere: Unde Job de genere optimo? Si ex Adam et Eva, prævaricati sunt per inobedientiam. Si ex Esau, sub maledictum redactus est aviditatis. Si ex filiis Esau, impii extiterunt etiam ii propter contumeliam. Quomodo ergo de genere optimo erat qui de talibus nascebatur? Ruben primogenitus Jacob, et Simeon et Levi, qui ex Israel sunt progeniti, de genere optimo non dicuntur: Job<sup>\*\*</sup> vero qui ex impiis ortus est, id est, ex filiis Esau, qui ex prosapia Edom natus est, hic de genere optimo dicitur: Ego, inquit, non carnalem nativitatem quero, non carnalem generationem significo, non pereuntem generositatem laudo. Nam haec apud Deum non magni penduntur, haec a Creatore non requiruntur. Sicut enim non constat apud Deum personæ gloria, sic nec requiriatur ab eo carnis generositas. Merito de genere optimo dicitur Job. Non ex Esau, neque ex posteritate Edom, sed de genere optimo dicitur Job, ex sanctitate et justitia, ex pietate, ex fide, ex misericordia, ex Dei cultura, ex vero animo, ex corde puro, ex bonis cogitationibus. Ex istis ergo omnibus bene natus esse dicitur Job, ex istis omnibus generosior esse reputatur, quasi in Dei familiaritate, quasi in Dei clientela, tanquam qui Deo fuerit affinis propter animam veram et fidem, atque justitiam integrum. Bene natum eum reddidit non terreni patres, neque avi carnales, sed opera veritatis, atque officium sanctitatis, nec non et sincera circa Deum spes. Quis erat nobilior vel generosior Cham filio Noe mediano, qui et ex patris nobilitate erat nobilis, et ex Dei benedictione atque colloquio nobilis erat et illustris? Sed nihil juvit illum, neque Dei colloquium, neque Creatoris benedictio, neque patris justitia, cum ipse declinaverit a justitia ut impietatem arriperet, propter quam justus humiliatus redactus est in maledictum atque in servitutem. Nam ipse pater Noe, qui ejus libertatem atque generositatem erat defensurus, ipse justo Dei judicio in maledictum atque servitutem eum donavit. Non enim erat dignus ut patris libertate atque nobilitate fungeretur, quem ut ignobilem impie ad derisionem perduxit. Nequaquam ergo juvat, o amici, patrum justitia injustos atque impios filios: et nihil obest piis atque sanctis filiis parentum injustitia atque impietas. Sive enim patres, sive inter filios quis fecerit peccatum, hic servus est peccati: et cum servus sit peccati, liber vel bene natus esse non comprobatur. Item similiter qui liber est peccato, hic habet ingenuam atque dignam animam li-

A bertatem, et digne bene natus dicitur: hic sane veraciter generosus nuncupatur, quia libertatem illam quæ ab initio naturaliter est concessa, peccato non vitavit, neque delicto maculavit. Talis ergo erat beatus Job, foris ab omni crimine justus, verax Dei cultor, abstinens se ab omni re mala. Ergo quia talis erat coram Deo, merito digne dicitur de genere esse optimo. Nam quis vere bene natus, nisi is qui divinam nativitatem atque conditionem integrum conservaverit? Sicut admirabilis ille Job, qui digne ac juste bene natus appellatur, non quia ex Esau generatione carnaliter fuerit orsus, sed quia Abraham per Deo dilectam fidem est imitatus, et quia Isaac in verissima castitate est sectatus, et Israel in perspicua cordis puritate appropinquavit, et Melchisedech in filiorum immolatione, et Joseph in castitate, et Moysi in mansuetudine, et Samueli in justitia, et Lazaro in passione judicii, atque omnibus sanctis in omnibus virtutibus, ita ut possit dicere etiam ipse cum sancto David: *Particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium mandata tua*<sup>44</sup>. Ergo quia omnium sanctorum sanctitatis particeps effectus est beatus Job, idcirco digne ex genere optimo fuisse dictus est, utpote totius iustitiae nobilitatem in se gestans, utpote omnium amicorum Domini libertatem in se continens. Non dicuntur Amon vel Absalon bene nati: negaverunt enim, et discesserunt atque eccliderunt a sanctitate et dignitate David patris sui: et alii innumeri similiter ut ii primi et novissimi, qui omnem iustitiae libertatem amittentes et servi effecti peccati æterni supplicii apud inferos comprobantur famuli. Nos vero dignos omnes habeat sanctos omnium Dominus, ut bene nati in sancta regeneratione perseveremus. Concedat nihilominus ipse nobis cœlestis Dominus, ut in incorruptibili generositate illibata permaneamus, non carnis tantum libertate gloriante, sed animæ castitate, tida atque omnia coram Deo et sanctis angelis ejus demonstrantes: ut, liberi ab omnibus peccatis et delictis, in æternam gloriam ac regnum cœlestis Patris nostri regis, cum sanctis sine difficultate introcamus, sancti atque intaminati filii ejus, perseverantes in præceptis ejus usque in finem, et libertatem ab eo nobis donatam atque nobilitatem immaculatam jugiter eu-studentes. Sic itaque omnibus modis bene natus beatus Job esse dignoscitur. Beati omnes qui illum fuerint imitati. Beati omnes qui ejus divina vestigia fuerint secuti. Hi enim omnes simul ut ille gloria apud Deum digni habebuntur. Sed adhuc fuit, inquit, hic homo de genere optimo. Et non solum optimo, sed ex partibus Orientis. Unde igitur est delectatio luminis? Unde etiam radii pulchritudinis? Unde ortus sanitatis? Ex partibus Orientis. Unde est hominum initium? Unde fuerunt mundi priores? Ubi est paradisus jucunditatis? *Plantavit inquit, paradisum voluptatis in Eden, contra orientem terræ*

<sup>\*\*</sup> Psal. cxviii, 63.

*tem* <sup>46</sup>. Inde nimurum admirabilis Job dicitur fuisse. Ob quam rem? Quia resulsi veritate et resplenduit fide ac pietate, atque tolerantia, et omnibus virtutum studiis. Ob hoc ergo digne ex genere optimo et ex partibus orientis fuisse dicitur. Nam sicut omnes homines di i luce incipiente ad orientem suam extollent visionem, pulcherrimos solis radios properantes respicere; sic similiter, vel imo potius omnis pia ac religiosa atque credens anima in omni tempore ad incorruptibilem orientem, veram spiritalem extollit visionem, ut Solis justitiae admirabiles radios exinde oriri conspiciat. Hoc monebat et hoc significabat, et hoc docebat omnes ille qui ait <sup>47</sup>: *Psallite Deo qui ascendit super cælum cælorum ad orientem*. Sic namque Danieli adoranti Deum, atque deprecanti contra Jerusalem aperiebantur fenestrae <sup>48</sup>. Illo enim ubi erat ex Babylone ad orientem, inde erat solis ortus ad Babylonem. Ergo quia eum in Hierosolyma esset ad orientem adorabat, idcirco et cum esset in Babylonie tanquam ad Jerusalem versus ad orientem adorabat Deum et creatorem omnium. Ad orientem adorabat eum, ex quo est totius beneficii ac salutis, gratiae quoque ac misericordiae ortus. Sic namque et nunc nos omnes credentes, sanctis similiter creditibus concordantes ad orientem adoramus Dominum Deum nostrum, qui propter nostram salutem atque redemptionem super occasum sane descendit, utpote in passione, ac morte occasurus, ad orientem vero ascendit utpote a mortuis post passionem resurgens, et in cœlum post resurrectionem ad orientem ascendens. *florum* namque omnium figuram adimplens beatus Job, ex partibus orientis esse dicitur, quia omnis sanctitas et pietas atque fides usque in finem in illo orta est.

Post hæc autem universa adjiciens dicit: *Convenientes ergo filii ejus ad invicem, potationes faciebant per singulos dies* <sup>49</sup>. Filii illius. Cujus? Job. Filii illius qui dum sunt designati vel memorati. Filii qui septem fuerunt numero, et unam habuerunt animam. Septem fuerunt personæ, et unum erat eis cor. Qui dissimiles erant aspectu atque facie, similes vero et unanimes mentis concordia atque pietatis communione. Isti ergo septem filii Job convenientes ad invicem. Non erat inter eos superbia, neque arrogantia, neque inflatio, neque clatio. Non contemnebat primus novissimum, non se extollebat, non exaltabat major super minorem, sed germanorum circa invicem conservantes unanimitatem, conveniebant ad invicem. Conveniebant pure atque sincere, conveniebant concorditer atque unanimiter. Junior majori obsequium reddebat, novissimus primo cum primatu honorem exhibebat: non invidebat alter alteri, sicut filii Jacob Joseph. Non resistebat alter alteri, sicut Absalon Amon, et sicut Adonias Salomon, sed conveniebant ad invicem, tanquam fratres ad fratres, tanquam germani ad ger-

A manos conveniebant ad invicem. Nullus judicabat inter eos, nec quidquam suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, et munera, et substantia, et divitiae, et unanimitas, et pecunia, et charitas, omnia erant illis communia. Conveniebantque ad invicem ipsi priores, adimplentes hoc quod dictum est: *Ecce quoniam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum* <sup>50</sup>: ipsi priores observantes id quod post ab apostolis observatum est et a creditibus perfectum atque adimpletum, sicut dicitur: *Erat cor et anima omnium creditum una* <sup>51</sup>. Hanc scilicet piam unanimitatem ostendentes atque sinceram concordiam demonstrantes beati illi filii Job conveniebant ad invicem. Ita oportet etiam facere religiosos fratres, ita oportet etiam nunc ostendere veros germanos, blandos atque mites esse invicem, modestos quoque et unanimes. Non oportet contentionem vel divertium cum invicem habere. Non oportet eos invidiam atque zelum adversus invicem retinere. Non oportet eos malitiam vel iniquitatem ad invicem reservare, sicut olim Esau servavit contra Jacob dicens: *Quando appropinquabunt dies mortis patris mei, interficiam Jacob fratrem meum* <sup>52</sup>. Sed similiter ut illi religiosi filii Job se invicem debent diligere puriter, atque sinceriter invicem debent sentire, suam gloriam atque honorem sibi invicem deferre, sicut dicit Apostolus: *Si honorificatum unum fuerit membrum, congaudent omnia membra* <sup>53</sup>. Non oportet invicem mordere atque criminari ne ad invicem consumantur: sicut Esau ille nequissimus, qui propter aviditatem primatum amittens, post hæc adversus germanum fratrem suum Jacob insurgens, divinæ gratiæ exsors effectus est. Sed filiorum Job imitari debent benignam illam germanitatem, atque Deo dilectam fraternitatem, qui omnes tanquam ex sancta radice sancti creverunt rami, qui omnes tanquam ex sancta arbore sanctum produxerunt et fructum. De istis ergo istuc dicit: *Convenientes autem filii ejus ad invicem, potationes faciebant per singulos dies* <sup>54</sup>. Potationes faciebant id est convivia, festivitates, laetitiam, jucunditatem. Sed non sibi tantum hujusmodi faciebant, sed et sororibus suis. *Convocatis, inquit, ad se et tribus sororibus suis, ut secum manducarent, et biberent* <sup>55</sup>. Potationes faciebant, sed non propter ebriositatem, neque pro luxuria, neque pro turpitudine, neque pro intemperantia, neque pro illicitis scurrilitatibus, neque pro desideriosis jocis, neque pro impudicis colloquiis atque obscenis. Si enim aliquid horum apud eos fuisset, si aliquid de hujusmodi beati illi filii Job agerent, non utique sorores suas secum convocassent, ut cum sororibus suis illicita atque impudica agerent, vel colloquerentur. At nunc vero quia opera eorum, et verba, et conventus atque convivia pia ac pudica erant, decora atque delecta, casta nihilominus et munda, merito in testimonium purgationis suæ atque munditiæ germanas

<sup>46</sup> Gen. ii, 8. <sup>47</sup> Psal. lxvii, 33. <sup>48</sup> Dan. vi. <sup>49</sup> Job 1, 4. <sup>50</sup> Psal. cxxxii, 4. <sup>51</sup> Act. iv, 32. <sup>52</sup> Gen. xxviii, 41. <sup>53</sup> I Cor. xii, 26. <sup>54</sup> Job 1, 4. <sup>55</sup> Ibid.

<sup>50</sup> Job 1, 4. <sup>51</sup> Psal. cxxxii, 4. <sup>52</sup> Act. iv, 32. <sup>53</sup> Ibid.

sorores suas secum convocabant, ut innocentes sce-  
lerum coram patre suo atque omnibus attestaren-  
tur. Ob hoc ergo convocabant ad se tres sorores  
suis ut secum manducarent et biberent, ut sicut  
secum manducarent et biberent, sic et collaudar-  
ent, et honorificarent secum Dominum cœlestem,  
sic et adorarent, et gratias agerent vero Creatori,  
sic et adorarent et deprecarentur æternum regem.  
Ob hoc ergo convocabant secum tres sorores suas,  
ut fierent omnes simul ecclesia sanctorum, congrega-  
tio religiosorum, conventus immaculatorum, et  
incoquinatorum atque castorum. Sic itaque con-  
venientes ad invicem potationes faciebant per sin-  
gulos dies. Non per singulos dies totius vite sue,  
sed per singulos dies septimanae. Septem cum essent  
filii, septem diebus festa celebrabant. Sic namque  
et lex post hæc præcipit septem diebus agere, sive  
paschæ, sive hebdomadarum, sive scenopœgiæ. Ille  
itaque implere anticipantes filii Job, vel etiam ipse  
Job qui eos docuit, potationes faciebant per istos  
septem dies, unusquisque eorum apud se habens  
qua die omnes fratres suos, et sorores, primus  
primum, secundus secundum, et ita consequenter  
per ordinem omnes usque ad consummationem ho-  
rum septem dicerum. Per istos ergo singulos septem  
dies potationes faciebant, id est diem festum, con-  
vivium, epulum, jucunditatem. Sed procul dubio  
quod non sibi tantum, neque solis sororibus suis,  
sed et servis et liberis, et pauperibus, et egenis, et  
indigentibus, et non habentibus omnibus faciebant  
epulum, omnibus exhibebant jucunditatem, atque  
convivium. Non enim poterant in parte sane imi-  
tari legem, in parte autem non. Non poterant in  
hoc imitari legem ut septem diebus festa celebra-  
rent, in hoc autem non imitari, ut non epularentur  
cum illis servi, atque ancillæ, ac egeni. Præcepit  
namque in lege et dicit: *Septem diebus celebrabis diem festum Domino Deo tuo, et epulaberis tu et filius tuus, et filia tua, et servus tuus, et ancilla tua, et adena qui est in te, et egenus gentis tuae.* Que  
ergo in lege post hæc præcepta sunt, hæc nimurum  
anticipans Job, et ipse implevit, et filios implere  
docuit, et hospitalitatem, et eleemosynam, et mi-  
sericordiam et pauperum et miserorum beneficia  
atque consolationes, quæ sunt Deo valde accepta-  
biles cum fide perpetratae atque perfectæ. Ita debe-  
mus etiam nos, o amici, in diebus festis nostris at-  
que jucunditatibus non solum hoc respicere, quo-  
modo nos soli epulemur atque jucundemus, sed hoc  
præsertim debemus intendere ut epulentur nobiscum  
et celebrent diem festum nostrum servi nostri et  
ancillæ, et clientes nostri, et egeni, et pauperes uni-  
versi, et celebremus diem festum Domino Deo no-  
stro. Si enim celebraverint tecum diem festum, et  
epulatus tecum fuerit servus tuus, et ancilla tua,  
et pauperes, et egeni, atque inopes, pro certo scito,  
quod Domino Deo tuo diem festum celebras. Epu-

A latur enim tecum Dominus Deus tuus per inope-  
ni et pauperum ora, qui ait: *Quodcumque feceritis uni  
de minimis iatis miserabilibus, mihi fecistis*<sup>33-34</sup>.

Post hæc universa dicit: *Et cum finiti essent dies  
potationum*<sup>35</sup>. Ostendit evidenter istic quod super-  
ius dictum est verum fuisse, quia non semper epu-  
labantur, quia non quotidie potationes faciebant,  
sed certis diebus, sed istis diebus qui memorai  
sunt septem numero secundum numerum septem  
filiorum Job, secundum illos septem qui in lege ce-  
lebrati sunt. Cum ergo isti finirentur, post hoc cum  
transiret solemnitas, cum finirentur potationes se-  
cundum festivitatis consuetudinem. Non enim quo-  
tidie potationes faciebant filii illius beati viri, ne-  
que semper in calicibus, et phialis dabant oculos  
B suos, non erant vinolenti, sicut sunt nunc quam-  
plurimi, sed sancti erant sanctissimi illius filii Job.  
Cum ergo sancti viri essent, sancti in solemnitatibus  
suis, de castitate ac sanctitate, de munditia  
quoque ac pudicitia et secum invicem et cum soro-  
ribus suis loquentes, juxta hæc quæ superius me-  
morata sunt universa. Postquam ergo sic finiti sunt  
dies potationum in castitate, et in pietate atque  
pudicitia, post hoc nimurum quid factum est ostendit  
dicens: *Mittebat Job et mundabat illos*<sup>36</sup>, mittebat  
ad eos qui pietatem admonerent, qui justi-  
tiam instruerent, qui Dei timorem docerent, qui te-  
stificarentur Dei judicium terribile in quo omnium  
et manifestorum operum, et verborum ratio inqui-  
ritur atque redditur, in quo vindicta impatiens  
omnibus animabus infertur, in quo ira in flamma  
ignis omnibus impiis irrogatur. Verbis ergo doctri-  
næ, disciplinæ atque admonitionis, mundabat illos,  
sive per eos quos mittebat ad illos, sive per semet-  
ipsum ad se convocans illos. Sed mittebat, inquit,  
et mundabat eos. Quid mittebat vel quomodo mitte-  
bat? Ad Dominum mittebat, et ad Creatorem diri-  
gebat. Quid mittebat? Orationes ac preces suas pro  
eis, confessionem quoque atque gratiarum actionem  
pro illis. Hæc scilicet universa mittebat et munda-  
bat eos. Mundabat eos orationibus suis, mundabat  
eos precibus ac postulationibus, mundabat eos sicut  
Moyses filios Israel pro illis in deserto orando, mun-  
dabat eos sicut Samuel universos filios Israel ad-  
versus allophylos pugnantes, orationibus suis Deum  
illis placando atque exorando. Sic ergo et hic justus  
Job omni filios suos mundabat. Quod autem oratio-  
nibus atque satisfactionibus eos mundaverit, per  
ea quæ sequuntur ostendit dicens: *Surgens mane*<sup>37</sup>.  
Mox ad Deum currebat, mox ad Deum procedebat,  
pro se et filiis suis Deum exorans atque deprecans,  
orans quoque atque postulans terribilem Dei faciem  
et sibi et illis repropiare festinans: nec non et  
docens, et admonens atque formam ostendens, et  
tunc filii suis, et nunc omnibus nobis in perpetuum  
ut confessim diluculo ex noctis requie exsurgentem,  
ante omne opus vel verbum, ante omne colloquium

<sup>33-34</sup> Matth. xxv, 40. <sup>35</sup> Job 1, 5. <sup>36</sup> ibid. <sup>37</sup> ibid.

vel conventionem, primitias resurrectionis nostræ Deo exhibeamus in sinceris orationibus atque precibus, in matutinis deprecationibus atque gratiarum actionibus. Hanc itaque pietatis ac religiositatis formam nobis omnibus demonstrans Job, *Surgebat mane, et mundabat eos, offerens pro eis hostiam secundum numerum illorum*<sup>77</sup>. Primo mundabat, purificabat, sanctificabat, et ita demum pro eis hostiam offerebat, ut cunctis in perpetuum ostenderet, quia mundos, castos atque sanctos condecent sacrificia, ut sancte atque digne immolata, sancte atque digne a sanctis accipientur. Sic namque et Apostolus post hæc dicit : *Probet seipsum homo*<sup>78</sup>, hoc est mundet semetipsum, et ita de sanctissimis Domini sacrificiis fruatur. Sic et Job pridem faciens primum mundabat eos, et ita demum pro eis hostiam offerebat secundum numerum eorum, secundum personas eorum. Quare secundum numerum eorum ? Propter nimiam sinceritatein quam habebat circa illos, atque devotam castificationem quam habebat circa illos. Singuli itidemqua Deo creati sunt, sigillatum ex utero matris exierunt, sigillatum totidem idem in resurrectione, atque in inquisitione judicii exsurgent. Ob hoc, inquit, ergo pro singulis eorum secundum numerum illorum hostiam offero, ut et ipsi hæc videntes, eadem pro semetipsis perficere properent, hoc scientes, quia unusquisque omnium hominum pro semetipso solus in judicio resurget, et solus ad inquisitionem veniet, et solus pro se solo responsum in visitatione animarum dabit. Non enim liberabit frater fratrem, neque defendet ullus alius in judicio. Merito ergo secundum numerum eorum offerebat pro eis hostias, item vitulum unum pro peccatis animarum illorum. Quis autem offerebat easdem hostias ? Certum est quod ipse Job. Si enim post hoc pro amicis suis ipse jesus est offerre, atque hostias immolare, multo magis pro filiis suis ipse offerebat sinceras, atque adeo acceptabiles hostias. Erant nihilominus etiam ea tempestate sacerdotes necdum adhuc a lege ordinati, sed naturali sapientia hoc requirente ac perficiente. Ita sacerdotio functus est Noe. Ita sacerdotio functus est Abraham. Ita sacerdotium gessit Melchisedech. Ita et ipse Job post illos sacerdotio functus est. Sed interim (sicut diximus) erant etiam sacerdotes per loca qui pro indigentibus hostias offerebant Domino per diversa tempora. Quod autem fuerint pro certo illo tempore sacerdotes, ostendit ipse Job dicens : *Qui mittit sacerdotes captivos*<sup>79</sup>. Sive ergo memorati sacerdotes, sive ipse per semet ipsum Job offerebat hostias pro illis secundum numerum illorum. Si hereditatem, inquit, illis distribuerem, si dona illis ingentia donarem, nonne secundum numerum illorum dividere ? Nonne secundum personas eorum dare ? Nunc vero cum spiritalem, inquit, illis hereditatem dividam atque divina illis dona largiar, sacrificia pro illis offe-

A rendo atque hostias, nonne multo magis secundum numerum eorum, et secundum personas hostias immolabo ? Cur autem unum vitulum pro omnibus sacrificas ? Cur unum vitulum communiter pro omnibus animabus jugulas ? Ob hoc, inquit, unum vitulum communiter pro omnium animabus macto, ut communionem atque concordiam, unanimitatem atque consensum cunctos illos doceam, ut cum unus vitulus pro omnibus jugulatur, unanimes esse invicem omnes judicentur. Merito ergo pro omnium animabus unum vitulum communiter mactavi. Sed adhuc, quod est horum maximum, vitulum, inquit, unum pro peccatis animarum illorum. Dic, o beate Job, quis te docuit vitulum mactare pro animarum peccatis : quis docuit ita de longe B signaria adimplere illorum quæ perficienda sunt in novissimo tempore ? Spiritus, inquit, sanctus mihi revelavit, Spiritus sanctus me docuit, ut vitulum pro animabus offeram in figuram illius vituli de quo dictum est : *Cito adducie vitulum saginatum*<sup>80</sup>, et ut vitulum pro peccatis jugulem in typo illius de quo dictum est : *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*<sup>81</sup>. Ipse, inquit, Spiritus sanctus me docuit vitulum pro peccatis animarum offerre, atque de longe figuram implere illius, qui tanquam vitulus saginatus pro mundo mactandus est in novissimo tempore, qui tanquam agnus immaculatus pro mundis erit immolandus. Qui enim docuit Isaiam dicere : *Sicut ovis ad victimam ductus est, et sicut agnus coram tondente se sine voce, et peccata nostra ipse portavit, et propter impietas nostras deductus est ad mortem*<sup>82</sup>; qui docuit Jeremiam dicere : *Ego autem tanquam agnus immaculatus ductus ad immolandum*<sup>83</sup>, aliaque innumera his similia : qui ergo omnes illos docuit dicere et prophetare de eo, qui erat venturus, idem ipse, inquit, etiam me illuminavit, ut vitulum pro peccatis offerrem, et typum futuri vituli atque agni adimplerem. Merito ergo vitulum unum pro peccatis animarum illorum obtulit, ut illa nunc perficeret et futura ostenderet. Sed et adhuc propterea vitulum illum coram filiis suis pro peccatis jugulavit ut videntes ipsi filii quod pro alienis peccatis illa vitulus jugulatus moreretur, metuentes ac paventes C ab omnibus peccatis quæ animas perirent declinarent et universas animas interficerent, id est, juventutis ignorantias a se mortificarent. Ob hoc ergo vitulum unum in figuram unius memorati illius vituli mactavit pro peccatis animarum eorum. Haec nimirum universa fecit beatus Job sapienter considerans sancteque cogitans. Dicebat enim in semetipso Job : *Ne forte filii mei mali aliquid in corde suo cogitaverint adversus Deum*<sup>84</sup>. O sinceritas patris, o dilectio parentis, o studium genitoris ! Non enim tantum pro corpore sollicitus erat, sed plus de anima cogitabat. Ne forte, inquit, filii mei qui in disciplina nutriti sunt, qui in eruditione

<sup>77</sup> Job 1, 5. <sup>78</sup> 1 Cor. xi, 28. <sup>79</sup> Job xii, 19. <sup>80</sup> Luc. xv, 23. <sup>81</sup> Joan. 1, 29. <sup>82</sup> Isa. lxx, 7 et seqq. <sup>83</sup> Jerem. xi, 19. <sup>84</sup> Job 1, 5.

ereverunt, qui in Dei timore exercitati sunt, ne forte filii mei quibus vivis ego gaudeo si ipsi vixerint Deo, quibus vivis ego gratulor si ipsi ad Deum intenderint, si ipsi Deo servierint, si ipsi a Creatore non recesserint, ne forte filii mei in corde suo, in mente, in animo, in sensu, in cogitatione aliquid cogitaverint contra Deum. Ac si diceret: Ne forte aliqua mala cogitatio in cor eorum ascenderit, quæ a Deo longe facit, quæ a sanctitate pervertit, quæ a castitate separat, quæ a pietate abstrahit. Dic, o beate Job, quomodo permetteres ut aliquid mali filiis tuis in verbis atque operibus evidentioribus excideret, qui pro occultis et abditis, aut omnino forsitan non existentibus, ita nimium sollicitus fueris atque curam gesseris: qui sollicitus atque metuens dixisti: *Ne forte filii mei in corde suo mali aliquid cogitaverint adversus Deum*, ne forte de impudicitia cogitaverint, ne forte ad impietatem declinaverint, ne forte post peccata oberraverint, ne forte illicita meditati fuerint, ne forte injusta concupierint, ne forte aliqua radix amaritudinis atque fellis exorta in animis eorum ipsis nocuerit? Hæc scilicet atque his similia plurima intra semetipsum tractans beatus Job dixit: *Ne forte filii mei in corde suo mali aliquid cogitaverint adversus Deum*. Ne forte, inquit, constringantur rami mei, ne forte evellantur propagines meæ, ne forte excidat fructus meus, quem ego in justitia genui, quem in fide produxi: *Ne forte filii mei in corde suo mali aliquid cogitaverint adversus Deum*. Ne forte obliiscantur Deum, et recedentes a timore ejus, atque derelinquentes ejus beneficia, dicant in corde suo: Non est Deus, non est justitia, non est judicium, non est resurrectio, neque inquisitio, neque retributio. Omnia namque hæc mala sunt, et Deo contraria, et a Deo longinqua et Deo odibilia: et omnis homo qui hæc cogitaverit, vel disposuerit, vel fecerit, vel proposuerit, inimicus est Dei, atque odibills. Sic itaque omnimode sanissime cogitans pro animabus filiorum suorum Job dixit: *Ne forte filii mei in corde suo mali aliquid cogitarerint adversus Deum*. Qui enim mala cogitaverint adversus Deum, cito intereunt, et in perpetuo condemnantur, intercipiuntur, impediuntur, atque in profundo inferni in æternum torquentur. Sed plerique hominum hæc non reminiscuntur, qui filios suos ab infantia exterminant, qui filios suos et filias suas ab incunabulis non erudiant, non corripiunt a juventute, non prohibent mala, non odiunt pessima, non coercent illicita, non admonent timorem Dei, non comminantur judicium gehennæ, non vite æternæ introitum docent. Non enim educant nos in disciplina atque eruditione Domini, qui non egerunt curam pro animabus eorum, neque solliciti sunt pro salute, vel perditione filiorum. Hujusmodi cum non erudiant, neque corripiunt filios suos, et ipsorum animas igni inexstingibili in in-

A teritum tradunt, et semetipsos in furorem judicii demergunt. Omnia enim quæ deliquerint filii de parentibus requiruntur, qui non erudierint, neque corripuerint filios suos. Hujus evidens exemplum in Heli ostenditur et in filiis ejus, atque in aliis alibi. Hæc sciens gloriosus Dei famulus Job, non solum a manifestis peccatis observat filios suos, sed et ab occultis, ne mali aliquid in corde suo cogitarent. Primus beatus ille ostendens factis hoc, quod post hoc dictum est verhis: *Ab occultis meis munda me*<sup>44</sup>: pro occultis nihilominus, atque in ignorantia perpetratis delictis filiorum suorum sollicite mundabat eos, et non tantum pro perpetratis atque certis, quantum pro incertis et non existentibus. Hoc nimirum faciebat ille beatus vir. B Non semel aut secundo, neque uno anno aut duobus, sed sic faciebat Job omnibus diebus vitæ eorum<sup>45</sup>. Non quiescebat, non fiduciam resumebat, non obdormitabat, neque obliviscebat, non erat negligens, non erat fastidiosus, sed ita faciebat cunctis diebus vitæ eorum, ante apostolos ea quæ apostolorum sunt adimplens, sicut dicit: *Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi*<sup>46</sup>: et ante adventum Domini, præceptum Domini adimplens dicens: *Qui toleraverit usque in finem hic salvus erit*<sup>47</sup>. Sic itaque faciebat Job omnibus diebus vitæ eorum, magnum thesaurum se credens habere in regno cœlorum, ut inviolatos atque immaculatos filios suos exhiberet, et ad regnum cœlorum eos mitteret. Sic, inquam, faciebat Job omnibus diebus vitæ eorum. Sic faciebat sicut alter prior illo non fecit, sicut alter illo antiquior non gessit. Magnus erat Abraham in fide, sed excellit illum Job in tolerantia. Magnus erat Jacob in cordis munditia, sed non fuit illo minor Job in misericordia. Adversus ceteros omnes priores et novissimos, non succubuit in virtutum studiis. Cum omnium virtutibus communicaret, et omnium fidem, et pietatem atque justitiam imitaretur, transcendit cunctos, atque præcellit tolerantia vehementium dolorum. Merito digne dicitur de solo Job: quia ita faciebat sicut non fecit alter. Omnia enim quæ fecerunt sancti fecit etiam Job. Quod autem sustinuit Job cum gratiarum actionibus, hoc nihilominus nullus alius sustinuit. Omnibus ergo modis veraciter dicitur, sic faciebat Job cunctis diebus vite eorum. Sic faciebat, quasi justus, pius, quasi Deo dilectus, quasi credens. Sic faciebat sicut Deo placebat, sicut Creatori libitum fuerat, sicut rex sanctus volebat.

Sed cum ita faceret Job, atque hæc universa bona perficeret, non sustinuit malignus, non toleravit nequissimus, sed zelans malignatus est, et invidens successus est. Quid, inquit, illi faciam, quomodo aggrediar? Quomodo circumveniam? Quomodo supplantem? Quomodo prævaricer? Quomodo a justitia abducam? Presentia non reputat,

<sup>44</sup> Psal. xviii, 13. <sup>45</sup> Job 1, 5. <sup>46</sup> Philipp. 1, 6.

<sup>47</sup> Matth. x, 22.

visibilia non requirit, sed futura sperat, invisibilia expectat, divina desiderat atque incorruptibilia requirit. Undique justitia iudicata est, undique sanctitate est vestitus, in veritate fundatus, in fide est confirmatus. Haec nimurum cogitans nequissimus dæmon, hæc apud semetipsum meditans ille qui ab initio aduersus sanctos bellum gessit diabolus, dixit: Consideravi quid faciam, ad priorem illam meam nequitiam confugiam, principali illa fraude utar, accusabo apud Deum Job, sicut olim Deum apud Adam, detraham Job apud Deum, sicut a primordio Adam (habet etiam Job paradisum divitiarum, sicut et olim Adam), eo quod invidens tibi Deus, ne efficiaris sicut Deus non permisit gustare te de ligno scientiae: dicam nunc ad Deum, quia non propter dilectionem, sed propter pecuniam colere videtur te Job. Sed cum haec cogitaret nequissimus atque hæc secum loqueretur, factum est, inquit, quasi illa dies<sup>67</sup>. Quæ dies illa? Dies qua diaboli nequitiam redarguit, qua Dei justitiam manifestavit, qua Job tolerantiam patefecit. Illa dies qua Dei longanimitatem, et Job alacritatem, et diaboli nequitiam publicavit: quemadmodum ille dies manifestabit, qui in igne revelabitur, sic ille dies publicavit omnem nequissimum diaboli zelum, atque universam maligni Satanae invidiam. Hoc namque demonstrans dicit: Factum est quasi dies illa, et venerunt ut angelii Dei starent ante Deum<sup>68</sup>. Venerunt non de loco in locum cedentes, neque exinde venientes ubi Deus non fuerit præsens, illo autem venientes, ubi Deum inventirent, vel viderent. Cœlum enim, et terram, superos, et inferos, corruptionem, incorruptionem, et universa ejus replet beatitudo, universa circumdat virtus, cuncta ejus continet magnitudo: et nihil est extra eum. Quomodo ergo venerunt et unde venerunt ante faciem Dei, qui omnia replet? Bene intelligamus, o amici, et sancte, et Deo digne omnia quæ dicta vel scripta sunt: Dei enim sermones et consilia digne Deo percipienda sunt. Venerunt angelii Dei ut starent ante Deum, venerunt non vestigiis carnalibus, neque incessibus corporalibus, sed spirituali accessu atque incorruptibili statu cœlesti. Venerunt laudantes, honorificantes, magnificantes, consitentes, gratias agentes. Per hoc enim quod venisse dicit, per hoc nihilominus significat quod sit opus, vel studium sanctorum angelorum, quod assidue cœlestem Dominum laudent, quod æterno Deo gratias agant, quod sancto Deo indesinenter gloriam pro beneficiis ejus referant, pro gratia ejus, pro misericordia ejus, pro mirabilibus ejus, quæ impertit generi humano in omni hora, in omni tempore, plurima, et magna, atque diversa, aliquando de periculis liberans, aliquando de discriminibus eripiens, nonnunquam ex angustiis salvans, peccantibus longanimiter parcendo, pœnitentes misericorditer suscipiendo, con-

A tumaces patienter sustinendo, spernentibus se clementissime miserando, aliaque ineffabilia atque inexcogitabilia beneficia circa genus humanum perficiendo. Quæ universa quotidie videntes sancti angelii stantes in conspectu ejus, laudent, et honorificant, magnificant quoque Deum atque illi gratias agunt pro inestimabilibus ejus beneficiis, atque misericordia ejus, quæ demonstrans iste dicit: Venerunt angelii Dei, ut starent ante Deum. Humana usus consuetudine, ac proverbio, atque locutione, dicit venerunt ante Deum, qui omnia replet, qui ubique præsens est, et non est locus neque in cœlo, neque in terra, neque in excelsis, neque apud inferos ubi non sit præsens Deus. Ille sciebat ille qui ait: Si ascendero in cœlum, tu illuc es, et si descendero ad infernum ades<sup>69</sup>. Hoc sciabat Elias, quod et cœlum, et terra atque universa quæ sunt in eis, in conspectu Dei sunt. Merito cum esset super terram, ante Deum se stare demonstravit, dicens: Vivit Dominus cui asto in conspectu ejus<sup>70</sup>. Similiter et angelus Gabriel: Qui assisto in conspectu ejus et Dei<sup>71</sup>. Et Elias ergo in corpore super terram, et Gabriel sine corpore in cœlis, uterque similiter assistere se dixerunt in conspectu Dei: ubique est enim facies Dei, tantum mala videre non vult justus et sanctus Deus, ideo dicit: Mala videre non vult Dominus. Et alibi: Et ego te videns despiciam. Et adhuc: Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam faciem meam a vobis<sup>72</sup>. Sancti ergo digni, ac justi, atque credentes, casti quoque ac veraces, sive in corpore sint, sive extra corpus, sive in terra, sive in cœlo, sive angelii gloriosi, sive sancti viri, jugiter ac indesinenter atque indissociabiliter astant in conspectu Dei. Venire autem dicuntur ante Deum homines, dum cum majori devotione atque studio animas suas effuderint in oratione ante Deum, sicut Anna mater Samuelis, cum in dolore animi effunderet orationem suam in conspectu Domini<sup>73</sup>: sicut ille de quo dictum est: Oratio pauperis, cum anxiaretur et in conspectu Domini effunderet orationem<sup>74</sup>. Sic itaque assistant ante Deum omnes qui sollicite cum oratione adoraverint. Sic angelii cum gratias agentes misericordias ejus constinentur, atque gratias illi pro ejus beneficiis agunt, quæ ille incessanter impertit filiis hominum, aut cum viderint sanctorum virtutes virorum, insignia virorum nihilominus Dei servorum, constantiam, atque agones, tunc nimurum cum gaudio atque exultatione assistant ante Deum, revera et ut Deum honorificant, atque laudent de victoria servorum Dei, nec non ut eis qui propter Deum patientur, patientiæ tolerantiam atque sanctam consummationem ab eodem postulent Deo. Sic itaque venerunt et veniunt angelii Dei, ut starent ante Deum. Sic astiterunt cum totius mundi salus ad homines veniens initium sumpsit, ex Virgine nato Unigenito Deo, cum

<sup>67</sup> Job 1, 6. <sup>68</sup> ibid. <sup>69</sup> Psal. cxxxviii, 8. <sup>70</sup> Ill Reg. xviii, 45. <sup>71</sup> Lue. 1, 19. <sup>72</sup> Isa. 1, 14 seq.  
<sup>73</sup> I Reg. 1, 11. <sup>74</sup> Psal. ci, 1.

subito facta est multitudine exercituum cœlestium laudantium atque magnificantium Deum pro mundi salute. Sic astiterunt in principio totius creature, sicut dicit paulo post ipse Deus ad Job depromens et dicens: *Cum fierent stellæ laudaverunt me voce magna angeli mei, et hymnum dixerunt. Si tunc laudaverunt quando inanimatæ stellæ factæ sunt, multo magis tunc laudaverunt quando animatæ et sensatæ stellæ factæ sunt, id est animæ sanctorum atque justorum.* De quibus stellis dicendum est: *Stella nim a stella differt in claritate, ita et resurrectio mortuorum*<sup>75</sup>. Et alibi: *Tunc fulgebunt justi ut luminaria cœli, et sicut stellæ in perpetuum*<sup>76</sup>. Sic itaque a seculo et usque in æternum astant singula beneficia operationis Domini, que in omni tempore impertit filiis hominum, conscientia, atque invocantia, et gratias agentia beatitudini æterni Dei. Sed interim secundum historiam steterunt tunc ante Deum angeli conscientes, et gratias ei agentes propter sanctitatem Job, ac meritum, iustitiam quoque, ac pietatem, innocentiam atque integritatem, maximam sibi gloriam reputantes ante Deum beati Job innocentiam atque sanctitatem. Sed quod pro gaudio atque gloria sanctis angelis, hoc nihilominus ad inflammationem atque zelum proficit maligno et adversario diabolo. Propterea cum venirent angeli gratias agere, ac confiteri pro justo Job, venit diabolus malignitate atque inflammatione repletus adversus memoratum Job. Venientibus videlicet angelis, venit et diabolus ut staret ante Dominum. Angeli venerunt ut gratias agerent, et confiterentur, et laudarent: diabolus vero venit ut mentiretur, et accusaret, atque culparet. Et vere quasi duabus personis utens angelorum et diaboli, angelorum sane bonitatem ostendit, et diaboli nequitiam redarguit, atque nequissimas cogitationes ejus detegit, quibus nequiter atque indigne cogitavit apud semetipsum procul dubio tractans, ac dicens: *Quis mihi dabit ut possim venire ante conspectum Dei? Quis mihi dabit ut possim stare ante faciem illius æterni?* Hanc scilicet cogitationem diaboli, et ipsum ejus desiderium, quasi adventum memorans scriptor, dicit: *Et diabolus venit ut staret ante Dominum*<sup>77</sup>. Venit, sed non in præsencia, non accessu, neque introitu, sed venit cogitatione, consilio et desiderio. Nam sicut quis latronum positus in carcere ac vinculis vult frequenter et optat ut sit foras in montibus ubi pridem fuerat, sed non ipse est illic, sed sensus atque cogitatio ejus, et venit illi cogitatio commonefaciens se de iis quæ illic sunt locis et stationibus, factis quoque, atque studiis: ita diabolus, cum commonefacit se priorum omnium, et desiderat illa quæ sunt ante Deum, et vadit illuc sensu atque cogitatione, venisse dicitur ante Deum, cum non ipse proprie venerit, sed sensu et cogitatione. Nam quomodo veniret ante conspectum Dei is, qui sanctæ animæ

A Job appropinquare, vel eam tangere permisus non est? Quomodo veniret ad cœlos is qui non est permisus introire in paradisum? Si enim ad ostium paradisi observandum cherubim positus est, et rhomphaea flammæ, ut homo ille qui exinde olim cecidit, id est Adam, ultra introire non posset: quales putamus esse sanctas angelorum custodias, virtutesque cœlorum, quæ custodiunt portas illas, ad quas dictum est: *Tollite portas, principes, vestras, et ut introeat rex gloriae*<sup>78</sup>? quas transire vel transgredi ad cœlum nequissimo diabolo impossibile erat, et est. Nam cum de cœlis propter iniquitatem ceciderit, nunquam rursus introbit in cœlum, nunquam denuo revertetur ad illud. Si enim ad impios atque sceleratos dicit Deus, *Calcare aulam meam non adjicietis*, nonne multo magis diabolus qui est totius iniquitatis auctor, et omnis sceleris pater atque inventor, ad cœlestem aulam ex quæ sponte cecidit, nunquam iterum ascendet, nunquam denuo revertetur? Si enim spiritus exiens iterum non revertitur, neque revocatur anima ablata: nonne multo amplius is qui propter iniquitatem de cœlo exivit, nunquam rursus illuc revertetur, et is qui propter impenitentem nequitiam projectus est ex choris sanctorum angelorum, nunquam prorsus ad penitentiam revocabitur? Stabit enim tanquam incomptus, atque indomita aversione. Et adhuc, si olim Cain cum exiret a facie Domini pro impiis ausibus, nunquam ante conspectum Domini Dei est reversus: nonne multo amplius hic diabolus qui ad omnem crudelitatem fuit magister ejus, qui et homicida ab initio juste est nuncupatus a facie Domini Dei tanquam injustus juste projectus, nunquam ante faciem Domini veniet amplius, nunquam in conspectu sanctæ gloriae revertetur ulterius? juxta hoc quod dictum est: *Aueratur impius ne videat gloriam Domini*<sup>79</sup>. Et adhuc: *Si impii non resurgent in judicio, et peccatores in consilio justorum non apparebunt*<sup>80</sup>, quomodo ille qui pater exstitit impiatum, et genitor peccatorum, id est diabolus, in conspectu sanctæ gloriae Dei apparebit? Quomodo mors vitæ conveniret? Quomodo stabant tenebrae in conspectu lucis inaccessible? Quomodo sustincent stipula, fenum atque cera vicinitatem ignis insuperabilis; de quo dicitur: *Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei*<sup>81</sup>? Quomodo vocem Dei audiens, respondeat illi immundus, atque execrabilis refuga diabolus, quem nec sancti angeli dignum habent suo colloquio? Cujus conjunctionem nullus sanctorum suscepit, neque amplexus est? Quod claruit in beato Paulo et Sila, quibus valde molestum fuit quod diabolus per illius divinantis puellæ os in Philippenses sequentes eos clamaverit, usquequo non sustinens Paulus confusus illud dæmonium pepulit. Omnibus itaque modis comprobatum est, quia diabolus a sanctis nucus est, etque sanctorum præsentiam

<sup>75</sup> I Cor. xv, 41, 42. <sup>76</sup> Dan. xii, 3. <sup>77</sup> Job 1, 6.

<sup>78</sup> Psal. lxvii, 5.

<sup>79</sup> Isa. xxvi, 10. <sup>80</sup> Psal. 1, 8.

non sustinuit, sive angelorum, sive hominum: A in spiritu, utpote non carnalia, sed spiritualia in multo magis terribilem Dei praesentiam non sustinebit, neque ante gloriosam Dei faciem accedet. Si enim cum ad terras veniret Unigenitus, Deitatis in se virtutem atque accessum non sustinens, ne torqueretur, rogavit: quomodo ad incorruptionem accedens, ante illam intolerabilem aique inaccessibilem Dei faciem stabit, et vocem verborum audiens, responsum atque replicationem dabit? Quod est omnibus modis et illicium, et impossibile. Post quae universa, o amici, ut superius dixi, intelligamus verba sancta Scripturæ.

Venisse diabolus dicitur ante Deum, et audisse a Deo, et respondisse Deo, non quod malignus et immundus atque tenebrosus diabolus facie ad faciem steterit ante Deum. Absit: quis enim durus effectus sustineat, inquit, praesentiam ejus? Paulo post in eodem libro, hoc est, quis durus effectus ad non poenitendum, timorem atque virtutem sustineat vultus ejus? Ideo, ut superius diximus, non in persona venit nequissimus diabolus ante Deum, sed consiliis, et cogitationibus, atque nequitiae sue meditationibus: et quæ cogitavit de eo, quæ etiam de Job justo, hæc venerunt ante Deum, horum memoria venit in conspectu æterni Dei. Hæc memorans Moyses personas ponit atque ostendit. Personis quibus utitur? Aliquando angelorum, aliquando diaboli, nonnunquam autem Dei, ut per significaciones personarum ea quæ contigerint designet, et quæ facta sunt manifestet. Quorum evidens exemplum in nobis reperimus, o amici. Nam et frequenter sensibus nostris illo pergimus, ubi nonnquam corpore præsentes fuimus, sive in cœlum ad Deum, sive in terram ad homines. Sæpe ad absentes tanquam ad præsentes loquimur, et cogitationibus nostris cum illis qui valde longe sunt contendimus, et altercamur, certamus quoque et replicamus, et ex illorum persona controversias, atque replicationes, nobis ipsis facimus. Sæpe etiam et in cœlum ad Deum ascendimus et tanquam in conspectu Dei in excelsis animi visione, atque spiritus elevatione stamus, et ad Deum loquimur, et a Deo audimus, atque Deo responsum damus. Et hæc universa dicimus adhuc in corpore positi, atque carnis corruptione super terram circumdati. Quod autem ita sit, norunt ii qui sinceri sunt circa Deum, illi qui animis suis ad incorruptibilia atque excelsa semper intendunt. Sic locutus est ad Deum Moyses, quando respondit illi Deus dicens: *Quid clamas ad me?*<sup>63</sup> Sic stetit ante Deum Elias cum diceret, *Vicit Dominus cui asto in conspectu ejus?*<sup>64</sup> Et alii innumerabiles ostenduntur ex Scripturis, et ad Deum locuti suis, et a sæculo audisse, et identem Deo respondisse, non corpore tamen in cœlum in conspectu Dei ascendisse, sed spirituali animæ sinceritate ante Deum venisse. Tales fuerunt illi ad quos dicit Apostolus<sup>65</sup>: *Vos non estis in carne, sed*

<sup>63</sup> Exod. xiv, 15. <sup>64</sup> Ill Reg. xviii, 15. <sup>65</sup> Rom. viii, 9. <sup>66</sup> Philipp. iii, 20. <sup>67</sup> Act. x, 31. <sup>68</sup> Tob. xii, 12. <sup>69</sup> Matth. xviii, 31. <sup>70</sup> Jer. xiv, 10.

A in spiritu, utpote non carnalia, sed spiritualia in omni tempore cogitantes, tanquam inter homines super terram visi, animi vero studio ante Deum in celo fuisse comprobati. Ejusmodi dicunt cum fiducia: *Habitatio, vel conversatio nostra in cœlis est?*<sup>71</sup> Si igitur homines carne induiti, et corruptione circumdati in cœlis ante Deum stare et esse dicuntur, non natura illuc profecti, sed voluntate et desiderio, animi meditatione evecti, quid magnum si diabolus cum sit spiritus et incorruptibiliter aerem pertransiens et pelagus, ante Deum venisse dicitur? Non quod ipse venit, sed venerunt immortales cogitationes ejus: atque nequissimæ cogitationes ejus. Nam sicut ad Cornelium dictum de bonis: *Orationes tuæ et eleemosyna tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei?*<sup>72</sup>, sic et dictum est diabolo de malis, malignitates tuæ atque iniuriae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Quomodo ascenderunt? A sanctis angelis oblatae. Sicut enim offerunt sancti angeli memoriam justorum, atque justificationes eorum ante Deum: sic similiter deferunt iidem angeli memoriam malitiae, atque nequitiae diaboli, livoris quoque ejus et invidiae quam habet circa sanctos in conspectu terribilis Dei. Quod autem offerunt gloriosi angeli in conspectu Domini hæc universa, Dei Raphael nuntius testis est, qui locutus est ad Tobiam dicens: *Cum orares tu, et Sara filia Raguelis, ego obtuli memoriam orationis vestræ, et legitima ejus in conspectu gloriae Dei?*<sup>73</sup>.

B Offerunt nihilominus sancti angeli Dei non quasi nesciat is qui omnia novit antequam fiant, sed ut testes efficiantur sanctitatis atque pietatis justorum. Iterum tanquam deflentes impietas, atque injusticias injustorum, aut etiam ipsius diaboli. Hæc namque demonstrans atque significans Dominus dicit de illis bonis servis (hoc est de angelis): *Venientes autem nuntiaverunt domino suo omnia quæ facta fuerant?*<sup>74</sup>. C Sic itaque omnimode ostensum est, et per sanctorum verba, atque historias, et per angelorum dicta, quia non persona sua illa sæva, crudeli, obscena, atque execrabilis, tenebrosa quoque atque abominabili, venerit diabolus in conspectu sancti ac gloriosi Dei, sed nequitiae revelatione, sed livoris atque invidiae approbatione, et injustitiae incorporatione, iniquarum nihilominus et malignissimarum cogitationum manifestatione atque commemoratione. Horum scilicet omnium commemoratio atque memoria venit in conspectu Dei. Sic namque dicit post hæc: *Nunc recordabor impietatum eorum, et vindicabo peccata illorum?*<sup>75</sup>, non quæsi oblitus nunc recordetur, sed quia nunc vindicare juste judicaverit. Juxta hoc ipsum exemplum nunc venisse dicitur in conspectu Dei diabolus, non quod nequissimus ille venerit in conspectu boni Dei, sed quasi cogitationes ejus crudeles ac nequissimæ venerint in memoriam in conspectu Dei. Hæc ni-

D ris atque invidiae approbatione, et injustitiae incorporatione, iniquarum nihilominus et malignissimarum cogitationum manifestatione atque commemoratione. Horum scilicet omnium commemoratio atque memoria venit in conspectu Dei. Sic namque dicit post hæc: *Nunc recordabor impietatum eorum, et vindicabo peccata illorum?*<sup>75</sup>, non quæsi oblitus nunc recordetur, sed quia nunc vindicare juste judicaverit. Juxta hoc ipsum exemplum nunc venisse dicitur in conspectu Dei diabolus, non quod nequissimus ille venerit in conspectu boni Dei, sed quasi cogitationes ejus crudeles ac nequissimæ venerint in memoriam in conspectu Dei. Hæc ni-

mirum demonstrans in hac Scriptura personis utitur, et nonnunquam ex adverso sibi invicem eas statuens dicit: *Venerunt angeli ut starent ante Deum, et diabolus venit cum illis ut staret ipse ante Deum*<sup>87</sup>. Hæc autem ob hoc dicit ut diaboli iniquitatem redargueret, et Job tolerantiam ostenderet, et Dei justitiam demonstraret: *Venerunt, inquit, angeli Dei ut starent ante Deum*. Venerunt utpote sancti ac gloriosi, utpote sanctissima Dei facie digni habiti. Venerunt angeli sanctorum sanctitati attestari, justorum diversas ac varias virtutes, et eorum Deo demonstrare: Melchisedech Deo dignum sacerdotium: Abrahæ iminabilem fidem, Isaac unum conjugium, Israel cordis puritatem, Joseph castitatem, Moysi mansuetudinem, justitiam Job ac Dei culturam. Iste namque temporibus erat beatus Job: Ista itaque consideri, ac profiteri, atque testificari, et, ut ita dicam, de ipsis gloriari eorum Deo venerunt sancti angeli. Sic et nunc et usque in finem sæculi venient, unius jejuno non ficto, alterius sollicitis orationibus, alterius puræ pœnitentiae atque non simulatae bono, alterius sincerissimis eleemosynis, et pauperum largitatibus, ac miserationibus instantissime in conspectu Dei attestantes. Pro his inquam omnibus venerunt, et venient angeli ante Deum, et diabolus venit cum illis ut accusaret, ut deiraheret, ut reprehenderet, ut mendacio simularet, ut vexaret, ut luctaretur: venit et nunc ut luctetur, ut tribulet, ut persecutio[n]em, et tribulationes, atque angustias, et molestias sanitatis ac justis excite. Ob hoc ergo venisse dicitur tanquam angelus mortis, tanquam angelus pœnas irrogans, atque exspectans, quando illi qui pœna digni sunt ei tradantur, et deputentur pœna atque perditioni, sicut ille de quo dicitur: *Tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis*<sup>88</sup>, sicut etiam illi de quibus dictum est: *Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare*<sup>89</sup>. Omnes enim facinorosi, infideles, impii, injusti, isti omnes malignis atque pessimis diaboli angelis traduntur ac deputantur illis de quibus dicitur: *Misit in eos iram indignationis, immissiones per angelos malos*<sup>90</sup>; illis de quibus dicitur alibi: *De domo ejus abstrahet eum angelus mortis*. Isti ergo veniunt, et tunc venerunt temporibus Job. Sed non ante beatam Dei faciem veniunt illi damnabiles, sed consilia et cogitationes eorum, desideria quoque eorum, et cogitationes malignæ et pessimæ atque nequissimæ, et istarum memoria offertur in conspectu Dei, juxta omnia quæ memorata atque ostensa sunt.

Post hæc universa dicit: *Et dixit Dominus ad diabolum*<sup>91</sup>. Nam sicut diabolus non persona venit ante Deum, sed cogitatione et desiderio, atque nequitia, sive meditatione: ita et Deus non ore locutus est ad diabolum, neque verbum contulit cum iniquo, sed occulta atque abdita increpatione nequi-

A tñæ ejus, atque correptione injustitiae illius. Nam si hic super terram nemo de veris ac justis principibus atque judicibus, homicidas, aut fures aut etiam facinorosos latrones confabulari secum, vel consiliari facit, ne similis illis judicetur: quanto magis justus et verus atque terribilis Deus, impium illum latronem, atque homicidam diabolum pro colloquio suo ante gloriosam illam suam faciem nunquam venire permittit, neque hoc amplectitur? Si enim cum ad terras veniret in corpore Unigenitus, loqui eum coram se non permisit, sed cum increpatione dixit ad eum: Conticesce et obmutesce: quomodo in aspectu gloriae suæ Deitatis colloqui cum maligno statuat diabolo, cum dicit ad eum: et respondet, et responsum audire ab eo patitur, vel dignatur? Sed dixit ad diabolum occulta increpatione, atque confutatione occulta: ejus malignitatis, et zeli, atque pessimæ cogitationis. Nam et saepè Scriptura ea quæ non dicunt dixisse dicit, et ea quæ non audiunt audisse, et ea quæ non intelligunt nec vivunt infremuisse: sicut cum dicit: *Dixit mare, virtus autem maris dixit: aut, Terra, audi verbum Domini, vel, Infremuit terra super inabitantes in ea*<sup>92</sup>. Manifestum namque est quia neque mare, neque virtus maris, hoc est fluctuum, aliquando dixit, vel locuta est, neque terra aliquando audivit, neque infremuit. Non enim dicit neque vivit terra, com sit inanimata, sed mos est Scripturarum, ita de quamplurimis dicere. Sic namque illud dicit Scriptura, quod Deus ad ceterum loqueretur, et ad cucurbitam, et ad vermem matutinum, et ad spiritum incendi comburentem, sicut scriptum est: *Et præcepit Deus ceti magno ut deglutiret Jonam*<sup>93</sup>. Cui dixit, vel cui præcepit, vel qua lingua ad ceterum locutus est? Hominum, an angelorum? Nam pisces neque linguam, neque vocem habent, Vel quomodo dicitur dixisse ad cucurbitam, quæ nec vivit nec spirat? Quomodo loqueretur vel quid dicens præcipiter spiritui incendi qui ne auditum, nec intellectum habet, ut incenderet, atque percuteret in capite Jonæ? Universa enim hæc cum non habeant scientiam naturaliter, vertuntur atque moventur hoc atque illuc Creatoris efficientia. Sicut ergo istis omnibus et dixisse, et locutus fuisse, et præcepisse, atque jusssisse dicitur Deus non voce dicens, neque lingua loquens, neque in conspectum suum ad coelestia eos sublevans, sed occultæ suæ operationis virtute vertens ut necessitas vel ratio poposcerit: sic similiter juxta exemplum horum quæ memorata sunt, etiam dixisse, et locutus fuisse, et audisse, et respondisse dicitur, et in præsentiam suscepisse, neque dictis quidquam ad eum depromens, neque lingua ad eum loquens, neque ad excelsa sancta in conspectum suum nequissimum diabolum elevans, cum occulat atque abditam ejus nequitiam detegit ac repre-

<sup>87</sup> Job 1, 6. <sup>88</sup> I Cor. v, 5. <sup>89</sup> I Tim. i, 20. <sup>90</sup> Psal. lxxviii, 49. <sup>91</sup> Job 1, 7. <sup>92</sup> Isa. i, 2; Job xxviii, 14; Psal. lxxv, 9. <sup>93</sup> Jon. ii, 1.

hendit, atque revelat omnibus. Quæ nobis evidenter ostendit hæc nunc commemorans Scriptura dicens : *Et dixit Dominus ad diabolum : Unde venis tu?*<sup>\*\*</sup> Et interrogat ille qui præscius est, atque providus, nequissimum diabolum unde veniret, illum injustum refugam, unde approposset. Sic interrogavit olim Adam, *Ubi es Adam?*<sup>\*\*\*</sup> Non ut inscius, sed sciens præscienter, et tunc ad Adam, et nunc ad Adæ seductorem, sed Job non supplantantem : ad eum qui Adam circumvenit, sed Job non superavit. Ergo quia in utroque ejusdem nequissimæ maliitia fuit, merito ad utrumque eodem usus est verbo : dixit ad Adam olim, *Ubi es Adam?* ad diabolum postea : *Unde venis tu?* Sed non ut inscius interrogavit unde venisset, sicut nec Adam olim, ubi esset, sed occultam atque abditam cogitationem ejus detegere atque publicare voluit. Latenti enim livore adversus Job inflammatus est, latenti cogitatione Deum reprehendit, quasi Job defendantem, et multitudinem divitiarum illi continentem largientem. Dixit namque intra semetipsum : Si mihi tanta bona dedisset super terram, profecto et ego colerem illum in terris, sicut Job. Nunc ergo quis mihi dabit ut possim ascendere cum angelis in cœlum, et stare in conspectu Dei in medio eorum, et potestatem accipere a Deo omnium ejus bonorum? Et ostenderem eum sua bona perdidisse, quia non est utilior, neque firmitior Job cæteris hominibus universis, quia non propter charitatem, neque pietatem Job colit Deum, sed propter pecuniae multitudinem atque bonorum abundantiam. Nisi enim pro horum blandimento serviret Deo, perfecto non esset melior Esau tritavo suo. Nunc vero tanquam flos videtur ex spinis ori-  
ri Job ex posteritate Esau ; sed si denudetur divitiis, profecto continuo denudabitur etiam Dei cultura ; si auferatur ab illo pecunia, profecto non effret ipse gratiarum actiones Deo. Ergo quia hæc cogitavit diabolus cum nequiter invidit Job, et illicite reprehendit Deum, injuste nihilominus atque indigne ingressum cum angelis desiderans ante Deum, necnon et hoc quod illicite deferens Job, pecuniae atque filiorum ejus potestatem accipere cuperet, acceptaque omnia subito perderet, et cum perdisset, aut certe Job a Deo abstraheret, aut etiam cum justum Job tormentis afficeret, nequitæ suæ satisfaceret. Ergo quia ut dixi desiderio suo ac consilio ita venit nequissimus diabolus ante Deum, in medio angelorum merito venisse eum dicit, non quod ipse venerit, sed desiderium ejus atque cogitatio venit. Adversus quam cogitationem respondisse dicitur Deus, et interrogasse diabolum, unde veniret. Nam vero non poterant hæc historialiter scribi, neque aliter nobis recitari, nisi ut personæ recitarentur quasi ad invicem respondentes, ob hoc dicit : *Et dixit Deus ad diabolum : Unde venis tu?* Non quasi interrogans, vel querens, vel sciscitans dixerit : *Unde venis tu?* sed culpans, et detegens,

A abdicans quoque atque redarguens, et iniquitatent ejus atque apostasiam, malignumque ejus livorem circa Job, et circa omnes sanctos demonstrans, dixit : *Unde venis tu?* Non dixit hoc ad angelos, neque ad sanctas virtutes, non interrogavit speciales ministros unde venissent, vel unde veniant. In ipso enim atque in ejus voluntate, in visionibus ejus atque ordinationibus et eunt et veniunt, et omnia perficiunt atque omnia adimplent, et cuncta secundum ejus voluntatem operantur, juxta hoc quod dictum est : *Benedicite Dominum, omnes angeli ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.*<sup>\*\*</sup> Ergo quia tales sunt sancti angeli, et taliter faciunt voluntatem Dei, et in ipso eunt, et veniunt, et extra ipsum nunquam sunt, merito ergo illos non interrogat unde veniant : malignum autem illum refugam atque apostatam interrogat, tanquam alienigenam, tanquam exterum, tanquam adversarium, tanquam inimicum omnium bonorum. Hunc ergo interrogans dicit : *Unde venis tu?* Ab homicidiis, a sanguinibus, ab adulteriis, a furtis, a mendacis, tanquam homicida, et tanquam mendacii pater, et horum auctor atque inventor existens super terram : *Unde venis tu?* Ab internecione Abel, a gigantum impudicitia atque interitu illorum, a turre conumacæ atque dispersione, ab Esau aviditate atque fratris circumventione, a Pharaonis pertinacia atque perditione, ab Israel in deserto idolatriæ cultura atque ruina, a prophetarum persecutione, ab intersectione Joannis, a Judæorum crudelitate, et ab omnium a sæculo et usque in sæculum malorum perfectione. Omnia, inquit, mala quæ super terram exorta sunt, ex te initium sumpserunt, et per te sub cœlo disseminata sunt, et tu es, o diabole, omnium horum factor, et suffragator, et initium, et finis. Ob hæc, inquit, o diabole, et mors vivit, et infernus floret, et tenebræ gaudent, et obscuritas non minoratur, et iniquitas non deficit, et judex mortis victoriam accipit. Cum ergo interrogem te unde venias, non quasi nesciens interrogo, neque ut ignarus sciscitor, sed ut reprehendens atque detegens, convincens atque redarguens, ostendens quoque atque demonstrans quod ab omni impietatis atque injustitiae perfectione atque operatione C venies. Dic unde venis tu, zelo succensus, iniquitate oneratus, invidia plenus? Ego, inquit, dedi Job, et tu invides. Ego adjeci illi, et tu æmularis. Ego multiplicavi, tu vero fluescis. Ego largitus sum, tu vero auferre conaris. Apprehendam enim te, et detegam divina Providentia, tanquam furem alienis bonis inhiantem, et sperantem quod per hæc justum Job subvertere possis. Sed ego, inquit, et tuam iniquitatem redarguam, bona Job tibi tradendo, ut et Job justum demonstrem per tolerantiam victoriam de te sumentem. Ob hoc ergo tanquam interrogans dico : *Unde venis tu?* Ut occulta tua meditatio appareat, ut vehemens tua nequitia omnibus demonstretur,

<sup>\*\*</sup> Job 1, 7. <sup>\*\*\*</sup> Gen. iii, 9. <sup>\*\*</sup> Psal. cx, 20, 21.

ut malitiosus tuus livor omnibus innescat. Pro his ergo omnibus dico : *Unde venis tu?* Adversus quæ respondens diabolus dicit : *Circuvi omnem terram quæ sub cœlo est, et veni*<sup>96</sup>. Magniloquio atque arrogantia uteris, o miserrime diabole, elatione quoque atque jactantia, ut ita appareat quod omnes magniloqui, jactanticuli, arrogantes, et superbi tuae nequitiae sint discipuli, et apud te didicerint ea quæ Deo sunt contraria : *Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*<sup>97</sup>. His similiter etiam Anna mater Samuelis dicit : *Nolite loqui superba in superbia, et non exeat magniloquium ex ore vestro*<sup>98</sup>. Sed horum immemor diabolus, et alios docuit, et ipse magna locutus dixit : *Circuvi totam terram quæ sub cœlo est. Intendite, o amici, quia circuisse se dicit totam terram quæ sub cœlo est, sed non carnalibus vestigiis, neque corruptibilibus gressibus, sed spiritali transcurso, atque in coronarii transitu universa quæ sub cœlo sunt subito pervolans atque peragrans. Sicut ergo non corruptibilibus gressibus, neque carnalibus vestigiis circuivit diabolus, sed in incorruptibili atque occulto transcurso : sic similiter cum dicit quod ante Deum steterit, non facie ad faciem eoram Deo stetit, sed occultis cogitationibus, et nequissimis meditationibus ante Deum venisse dicitur, hoc est nequissimæ ejus cogitationes pro ejus increpatione steterunt ante Deum. Sed interim, inquit, *Circuvi totam terram quæ sub cœlo est, et veni. Sed, male gloriaris; et mala est hæc tua glorio*atio. Terram circuis, sed ad cœlum non reverteris. Ea quæ sub cœlo sunt peragras, sed illa quæ in excelsis sunt non possidebis. *Circuvi omnem terram quæ sub cœlo est. Circuivit non carnalibus vestigiis, sed circumitionibus iniquitatis, non terrenis gressibus, sed spiritalibus seductionibus, Circuvi totam terram quæ sub cœlo est. Non per temporum spatia circuisti, sed subito, celeriter ac velociter omnia quæ sub cœlo sunt peragrasti, et omnia quæ in aere sunt pervolando, et cuncta quæ sub cœlo sunt inspicio, subito ab oriente ad occasum transeundo, et a meridiano ad aquilonem pervolando, et ea quæ per quatuor terminos orbis in omnibus gentibus, et provinciis, et regionibus atque linguis fiunt, vel dicuntur videns, et audiens, et sciens, non tanquam in præsentia habens, sed tanquam spiritus volans, et omnia quæ voce dicuntur audiens, et quæ operibus fiunt universa videns, ea vero quæ in corde atque intra animum tractantur, nesciens. Si enim hominum cogitationes scisset, profecto nullum hominem salvum fieri permisisset, nihilque boni perficere, sed omnia bona mox ut cogitatione cœpta fuissent, continuo destrueret, continuo perficere non permisisset. Nunc vero ea quidem quæ cogitantur, vel tractantur ignorat : ea vero quæ in operibus fiunt, et per vocem dicuntur, audit, et videt, utpote spiritus callidus ac subtilis, et qui ubi-**

A que est præsens atque totum mundum subito pervolans. Si enim venti aeris regiones ac provincias subito perflant atque transeunt, nonne multo amplius aerei spiritus, id est nequissimi dæmones, subito pervolant totum mundum, subito universa peragrant quæ sub cœlo sunt, subito ubique sunt præsentes? In omni prælio vel pugna, in omni perturbatione atque mortis ruina, in omni seditione ac tumultu, in omni contentione et lite, in omni sanguine et homicidio, et furto atque adulterio, omnique lamentabili bello sive orientis, sive occidentis, sive meridiani, sive aquilonis, ubique præsentes sunt nequissimi atque aerei dæmones plus perturbantes, et succidentes atque universa moventes. Unde divinationes sunt, ex quo malignissimi dæmones, aereisque spiritus subito hunc mundum pervolantes atque universa quæ in omni loco hujus mundi sunt contemplantes : et ea quæ dicuntur audientes, qui alibi ubicunque longe positi fuerint sub nequitiae ministris revelant atque demonstrant, tam in somnis quam in vigiliis, nec non in phantasmatibus, et juxta hæc quæ fiunt, vel emergunt, etiam alia atque alia futura sperare atque probare docent. Exinde coepit divinationis error filios hominum in scandalum in eos quibus super terram ortum est. His namque omnibus demonstratis atque memoratis malignissimus atque aereus diabolus dicit : *Circuvi totam terram quæ sub cœlo est, et veni. O nequissime adversarie, o malignissime dia*bole, quam malignus es, et ad omnia mala versutus atque callidus! Cum enim ad Deum loqueris, humilitatem singens, totam terram quæ sub cœlo est circuisse te dicas, et cœli non meministi. Cum autem ad homines loqueris, tunc nihilominus magna loquens ut homines rapias, dicas : *In cœlum ascendam, super stellas cœli ponam sedent meam, et ero similis Altissimo*<sup>99</sup>. Hoc nimirum ob hoc dicas, ut pro Altissimo adorari atque coli ab hominibus possis.

B *Circuvi, inquit, totam terram quæ sub cœlo est. Terram circuis, o diabole, ad desolandum, ad exterminandum eam. Ea quæ sub cœlo sunt peragras ad perturbandum et pervertendum, et ad furorem concitandas atque exacerbandas gentes adversus gentes et regiones. Pro istis ergo omnibus, inquit, circuvi totam terram quæ sub cœlo est, et veni. Sed adhuc aliter circuvi totam terram, omnes terrenos, eos qui terrena sapiunt tantum, eos qui terrena sola cogitant, et meditantur, diligunt atque requirunt. Istos ergo circuis, exploras, exquiris et conculeas, quia introitus et exitus viam atque iter in eis habes. Sic, inquam, circuis terram, o diabole, et peragras ea quæ sub cœlo sunt. Quæ sunt hæc? Corda quæ non sunt in cœlo, quæ in cœlum nunquam ascenderunt, neque fidei integritate, neque mentis desiderio, neque Domini memoria, neque resurrectionis expectatione, neque judicij timore, neque spe gloriæ æternæ, sed horum omnia quæ*

<sup>96</sup> Job 1, 7. <sup>97</sup> 1 Petr. v, 5. <sup>98</sup> 1 Reg. ii, 3. <sup>99</sup> Ist.

in cœlo sunt, obliiscuntur, despiciunt quoque atque delinquunt. Talia sunt corda omnium ferocium, pertinacium, eorum qui non agunt pœnitentiam. Hujuscemodi enim corda circuit diabolus persuadens atque infatuans, obtundens atque obdurrans, eorum qui ea quæ super cœlum sunt in incorruptione non sapiunt, sed ea sola quæ sub cœlo sunt in corruptione super terram requirunt. De istis ergo omnibus dicit : *Circuivi totam terram quæ sub cœlo est, et veni.* A nobis autem avertitur cum donat Deus cor mundum, animam castam, men temque piam, fidem integrum, plenam charitatem, misericordiam sinceram, puritatem non fictam et spem immobilem, ut omnes nequissimi incursum atque accessus longe a nobis avertantur, et omnis versutia ejus confusa atque inefficax comprobetur. Sed interim cum hæc diceret diabolus quod circuisset terram, et peragrasset ea quæ sub cœlo sunt, respondit ei Deus, dicens : *Animadvertisisti ad puerum meum Job, quia similis ei non est quisquam in terris*<sup>\*\*</sup>? Tanquam si diceret : Quia gloriaris quod terram circuieris, et ea quæ sub cœlo sunt peragraveris, dic mihi, animadvertisisti ad puerum meum Job? Quod si forsitan dixeris, nescio quis sit Job, hic est, cui non est homo similis super terram. Ego dico quod non sit illi similis super terram : tu vero qui dicis quod terram circuieris, et ea quæ sub cœlo sunt peragraveris, ostende alium similem illi. Et vere nequissimi diaholi cogitationes arguit, atque illicitum ejus livorem ostendit, quem meditatus est ac nequierer cogitavit, cum Job zelatur et invidet. Ac si diceret : Ego arguo meditationes tuas, ecce revelo consilia tua, ecce ostendo nequitiam tuam atque livorem. Ecce do tibi audaciam, ut proferas malitiam tuam, ut deponas malignitatem tuam, ut ad certamen atque prælrium beatum requiras. Nisi enim fiduciam acceperis, querere non audebis : *Animadvertisisti ad puerum meum Job?* Hoc est relaxasti animum tuum, cogitationes tuas, consilia tua, meditationes tuas. Ad quem? *Ad puerum meum Job.* Lætaberis adversarie sagitta in modum ignis comburente? Hanc vocem diabolus nequaquam audire patitur, non tolerat nequissimus, ut aliquis servus Dei sit, vel omnino nominetur. Cum autem odio haberet Job atque zelaretur eum, adjecit super nequitiam cum servum Dei illum nuncupari audisset, Deo astruente, *Ad puerum meum Job.* Et animadverte quantus sensus in hoc ipso demonstrator sermone, cum servum suum appellat Job. Primum quidem tanquam gloriam sibi existimat atque honorem omnium Dominus cum sancte atque caste illi serviunt homines. Idcirco quasi glorians dicit nunc sane de solo Job, *Puerum meum Job,* hoc est, servum meum : alibi autem de plurimis : *Misi ad vos omnes servos meos prophetas*<sup>1</sup>. Unde etiam ipsos glorificat atque magnificat per id quod servos, et famulos eos astruit atque appellat, sicut

A Mosen, de quo dicit ad Aaron : *Non sicut famulus meus Moses in tota domo mea fidelis*<sup>2</sup>. Et post paululum : *Quomodo non timuisti loqui de famulo meo Mose*<sup>3</sup>? Quid hoc majus est, quid superius, ut quis sit Creatoris servus atque cœlestis regis famulus? Non est hac major gloria. Super hæc autem ipsum diabolum incerepat, dejicit atque objurgat per id quod Job puerum suum appellat : *Animadvertisisti, inquit, ad puerum meum Job?* Ac si diceret : Nonne victus es, et dejectus atque humiliatus, ut Job corruptibilis atque terrenus homo servus meus sit, et in mea servitute maneat? Tu vero, o diabole, cuni superior sis angelis, cum inter cherubim a me creatus, a mea servitute recessisti, et meum ministerium dereliquisti, merito ex sanctis choris projectus atque a cœlestibus pulsus circa terras oberras, circa terras reptas, et terrenos circumvenire conaris. Ob hoc cum dicis quod terram circuieris, et ea quæ sub cœlo sunt peragraveris, quia cœlestium refuga effectus atque in terrenis reptare, in terra manducare, in persona serpentis es maledictus, animadvertisisti animo illo nequissimo, invido, crudeli, pravo, fero, ad puerum meum mittem, benignum, subjectum, religiosum, non fraudulentum, sed devolutum, ad puerum meum, cui non est homo similis super terram? In omnibus virtutibus atque studiis non est illi similis super terram. Abraham non est, Isaac requievit, Israel transivit, Joseph quietem assumpsit : propterea non est illi similis super terram. Ego, inquit, testimonium perhibeo virtutibus ejus, utpote omnium cœgnitor Dominus. Attestatur videlicet illi etiam malignus tuus livor, o diabole. Nisi, inquit, meus servus fuisset sanctus ac dignus, atque mihi bene complacens, non utique eum zelatus fuisses, non utique eum invideres. Non es zelatus Esau, neque Ismael, non zelaberis Saul, atque Achitofel, neque Doech, neque ullum ex iis qui tuam perversam fecerunt voluntatem : sed zelatus es a seculo omnes servos meos atque cultores, id est Abel et Joseph, et nunc ipsum Job, atque his similes omnes, et omnes sinceriter me invocantes. *Quia non est, inquit, similis illi super terram.* In quo non est similis ei quisquam super terram? In omnibus bonis operibus, atque ideo dilectis, sine querela est, utpote qui in nullo potuit reprobandi. Quanvis, inquit, tu eum reprehendas, o diabole, quasi propter divitias me colentem, post paululum probabitur, quia omnino Job sine querela permanet, et non solum sine querela, sed et justus, cum justitia etiam verus. Sed quia plerique hominum in hoc mundo omnibus modis sine querela fuerunt et justi et veraces in humanis duntaxat judiciis et causis, atque corruptibilibus Justitiis universis, et quod summum et maximum est, Dei scientiam non habuerunt, charitatem quoque Dei, atque culturam, merito super hæc universa Job bona adjicit id quod maximum

<sup>\*\*</sup> Job 1, 8. <sup>1</sup> Matth. xxiii, 34. <sup>2</sup> Num. xii, 7. <sup>3</sup> ibid. 8.

est dicens, *Dei cultor* : sive sine querela fuisset, sive justus, sive verax, omnia hæc propter Deum erant, atque Dei culturam. Super quæ universa ad*ſiciens* dicit : *Abſtinens se ab omni re mala*<sup>1</sup>, utpote qui Deum colebat, utpote qui Deum metuebat, tanquam qui Deo serviebat, et tanquam qui Deo placere cupiebat. Sic itaque super omnes cæteras virtutes præcipuan ejus virtutem in conclusione demonstrans Dei cultorem illum fuisse ostendit, atque ab omni re mala se abstinentem. Et vere cum hæc ad diabolum loquitur, per hæc diabolum arguit atque increpat, et veluti diceret, audi, o diabole, ad te enim est hic sermo, et tua hæc increpatio atque objurgatio. Sine querela est Job, tu vero omnibus criminibus es refertus. Justus est Job, tu vero ipse injustus es, et totius injustitiae suffragator. Verus est Job, tu autem totius veritatis exors, atque omni mendacio plenus, et omnis fallaciæ, atque dolis pater. Dei cultor est Job, tu vero Dei refuga et apostata, atque rebellis : et non solum tu, sed et omnes homines ad hoc instigas, suades et doces. Abstinet se ab omni opere malo et verbo Job : tu autem omnem malum et illicitum, atque impium opus, aut verbum seminasti inter homines, atque in ea quæ sub cœlo sunt oriri fecisti. Dicit denique hæc universa Deus ad diabolum, cum laudat Job et veraeiter magnificat eum, ut nosset diabolus aduersus quem habebat, ne postea diceret, non mihi indicasti, neque ego sperabam in omnibus super terram hujuscemodi esse constantiam. Cunctos audi, qui fuerunt ab initio sæculi, et quamplurimos meis discipulis circumdedi, atque meis insidiis apprehendi. Merito putabam etiam hunc quasi unum ex omnibus facile superare. Ob hoc ergo ne victus diabolus post hoc posset ea quæ memorata sunt dicere, propterea testificatus est illi Deus, et ante præmonuit de omnibus quæ circa Job agerentur, ac si diceret : Noli putare, o diabole, quod adversum avum Job Esau habeas, aut adversum unum ex Esau similibus, sed adversum Job habes, in fide indeclinabilem, immobilem in justitia, in gratiarum actionibus immutabilem, in doloribus non succinilem, non deficientem in tribulationibus. Talem fuisse Job sciens Deus, ante testificatus est diabolo dicens : *Homo sine querela, justus, verax Dei cultor, abſtinens se omni re mala*<sup>2</sup>.

Sed et quæ in laudem beati Job dicit Deus atque in testimonium nequissimi diaboli, hæc ad maximam inflammationem profecerunt, et successionem nequitiae adversarii atque maximam adversum Job concitationem livoris ac zeli. Merito audacia fretus nequissimus, immoderanter protulit suam iniquitatem dicens : *Non sine causa gratis Job colit Deum*<sup>3</sup>. Respondet nihilominus, et dicit, non labiis depromens, neque humano ore locutus, sed consiliis iniqui cogitans, atque ipsis cogitationibus illicita meditatus, respondens diabolus dicit, *Non sine causa Job colit*

A *Deum*. Incipit ostendere, quia nequiter meditatus est : incipit publicare, quia malitiose cogitavit. *Non sine causa*, inquiens, *Job colit Deum*. Non gratis, sed cum pretio ; non frustra, sed pro mercede ; non propter pietatem, sed propter divitias ; non propter Domini dilectionem, sed propter peculii multitudinem. Non sine causa Job colit Deum. Habet pro quibus recompenset, habet pro quibus reddat retributionem. *Non sine causa colit Deum*. Si enim ferocieribus atque immansioribus hominibus tantas conferres divitias, et tantam gloriam, atque tantum honorem, profecto omnes uno consensu tibi servient et te colerent. *Non sine causa Job colit Deum*, sed pro divitiis, pro possibilitatibus, pro substantia, pro facultatibus, pro potentia et gloria, atque honore. Pro his ergo atque horum blandimentis te colit. Nunc vero facile est illi colere te, facile est etiam sine querela et justum atque veracem esse. Sine querela est, quia innumerabilia habet, et nullo iudicet ; justus est, quia divitias habet ; verax est, quia omnes undique illi inclinantur, et sermonem ejus usque ad nubes perferunt. Sed mitte manum tuam et tange omnia quæ habet et scito si benedicat te<sup>4</sup>. Aufer, inquit, divitias, expolia facultatibus, detegi gloria, priva honore, humilia ex sublimitate, et tunc non solum hanc culturam derelinquet, et si non in præsenti te benedicet, hoc est nisi te in præsenti maledicat et blasphemet, atque detrahatur. Moses enim magnus homo Dei cum scriberet Job, non ita scripsit sicut diabolus locutus est, sed decentius ac benignius, utpote devotus Dei famulus. Diabolus enim crudeliter ac nequiter locutus est, et ut plus ad iracundiam, ut putabat, provocaret Deum, non dixit si non in faciem te benedixerit, sed si non in faciem tibi maledixerit. Moses vero illicitam atque crudellem diaboli vocem immutans, dixit : *In faciem tibi benedicet*. Non sine causa, inquit, Job colit Deum. Et utquid ? vel ob quam causam colit ? Quia tu munisti illi ea quæ extra domum atque intra domum ejus sunt<sup>5</sup>. Tu munisti, tu circumdedisti, tu obumbrasti, tu prospexit, tu illæssa custodisti omnia bona ejus, non solum ea quæ intra domum sunt, sed et ea quæ extrinsecus sunt extra domum universa, quæ sunt ei in circuitu. Quoties, inquit, volui appropinquare, et non inveni accessum, cum protegis atque obumbras ? Quoties, inquit, volui perdere et exterminare, et non permisit omnipotens manus tua ? Tu munisti ei omnia quæ sunt intra domum, atque extra domum ejus tanquam flamma ignis angelorum tuorum custodia ante me omnia bona circumdans, accessum mihi minime concessisti, neque approximare mihi permisisti, protestarem mihi nullatenus dedisti. Quare ergo laudas Job quasi justum ? Quid magnificas Job, quasi Dei cultorem atque religiosum ? Non Job religiositas, neque justitia hoc fecit, sed largitiones tue, atque multiplicia tua bona, pro quibus te colere

videtur. Quod si non hoc est, *Mitte manum tuam, A tange omnia quæ habet, nisi in faciem benedixerit tibi, vel potius maledixerit, sicut dicit diabolus. Tu, inquit, munisti, tu benedixisti, tu multiplicasti, tu conservasti et ea quæ domi sunt, et ea quæ extra domum, sed in circuitu sunt, et ea quæ sunt prope, et ea quæ longe sunt universa. Pro bis, inquit, omnibus deprecatur et colit, et gratias agit: non tibi gratias agens, sed pro ipsis bonis gratias recompensans, non te diligens, sed ipsam multitudinem pecuniae amans et conservans, atque perdere nolens. Non ergo, inquit, pro tua dilectione te colit, neque propter tuam beatitudinem gratias agit, sed pro pecuniae hujus blandimento te colit, sed propter beatitudinem suam rerumque plurimarum quas hic possidet, copiam quam dedisti ei, tibi gratias agit. Ausus ergo illi quæ dedisti universa, apparebit omnibus quæ sit Job perfidia, et quia noua pura dilectione te colit, sed propter pecuniam rerumque tantarum possessionem, ne eam si ingratus videatur auseras, te reveretur. Cui digne respondeatur et dicatur ad eum. Dico, nequissime Satana, dico, maligne diabole, non intelligis, o miserrime, quia tu te ipsum dejicis, tu temetipsum condemnas. Nam in his quæ in Job reprehendis, quod ille ingratus extiterit, te ipsum condemnas cum tu eadem feceris. Nam hoc ipsum tu fecisti cum a Deo discederes, atque Deo resisteres, derelinques quoque, atque ingratus exsisteres, de quibus nunc Job nec quidquam hujusmodi facientem pesime reprehendis. Sed interim, o diabole, dicas quod non propter benedictionem colat me Job, sed pro donis meis atque pecunia. Dic ergo, nequissime Satana, quantum vel quid dedi Job, quemadmodum tibi? Nonne te superiorem angelis feci, et anteriorem archangelis? Nonne inter ordines cherubim creavi? Nonne incorruptionis gloria te indui? Nonne in indesinenti lætitia vultus mei te constitui? Pro quibus tu universis ingratus existens me dereliquisti, et a me recessisti, et rebellis mibi exististi. Dic ergo, o diabole, quid hujuscemodi dedi Job? Quid hujuscemodi impertivi? Nonne mortalem et corruptibilem infra angelorum, archangelorum naturam creavi? Nonne in valle miseriarum cum cæteris filiis hominum constitui? Nonne mortalitatis et corruptibilitatis suæ passionibus eum, ut cæteros homines, subjeci? Nempe non in tristitiis vivit super terram? Nempe non labores manuum suarum manducat? Nempe non labores suos non habentibus dividens, mihi gratias agit? Nempe non sudore vultus sui edens me colit? Quomodo, inquit, o infelissime diabole, cum tu pro gloriiosis in incorruptione ingratus extiteris, Job reprehendis, illum qui in exiguis atque parvis fidelis existens, indesinenter me colens mihi gratias agit? Hæc itaque audientes nos, o viri periti, caute nos observemus, sollicite animabus nostris intendamus. Nam idem*

B ipse diabolus est etiam nunc, qui utique fuit et nunc; enidem iniquitatis livorem etiam nunc habet circa nos procul dubio, quem et tunc habuit atque exercuit circa Job. Non quiescit unquam *adversarius vester diabolus*, sed *tanquam leo rugiens, circuit querens quem devoret*<sup>9</sup>. Non quiescit unquam accusare homines ad Deum, et Deum ad homines. Merito ergo diabolus est appellatus, id est *accusator*. Sic namque et tunc Job accusavit circa Deum, quasi non propter sinceritatem, sed propter pecuniae blanditionem Deum coluerit; et Deum accusavit et reprehendit non minime, sed potius quam maxime, quasi non digne, sed continenter Job divitias tribuerit, ob hoc solum, ut adorarent illum tantum homines et colerent. Hoc ipsum nimurum etiam nunc facit, et usque ad consummationem sæculi omnes homines occulte accusans ad Deum et pro verbo et pro opere, omnibus hominibus laqueos et capturas et tendiculas ponit et scandala multiplicat, et tribulationes et molestias ingerit, maxime justis omnibus atque sanctis, circa quos etiam zelum habet et bella suscitat atque prælium committit, sicut dicit in quodam loco propheta: *Et faciebat bellum cum sanctis altissimi Dei, et prævalebat eis donec venit Antiquus dierum et judicium dedit sanctis Excelsti*<sup>10</sup>. Merito ergo in omni tempore caute atque sollicite observemus, atque intendamus animabus nostris, ut nec hic accessum ad nos nequissimus inveneriat, nec illic in conspectu Dei nos reprehendat.

C *Mitte, inquit, manum tuam quæ nunc circumdat, quæ nunc inunit, quæ nunc protegit, quæ nunc undique obumbrat, quæ nunc nullatenus mihi accessum tribuit. Mitte nunc manum tuam, hoc est præceptum tuum, jussionem tuam, imperium tuum. Hæc namque significans dicit, Mitte manum tuam, ac si diceret, præcipe, jube, manda, permitte. Hæc utique universa habens intra mentem suam nequissimus diabolus dixit, Mitte manum tuam. Non da eo infelix dixit ad Deum, Mitte manum tuam, eo quod manum Dei vellet mitti, sciebat namque miser, quia ubique manus Dei mittitur, cum propitiatione mittitur, illic et munit et auxiliatur, ac opitulatur et regit et sanat atque salvat. Hæc nimurum*

D *sciens iniquus, aliud loquebatur et aliud cogitabat, aliud suggerebat et aliud quærebat. Ob hoc ergo dicit callide: Mitte manum tuam. Bene, inquit, ecce mitto manum meam ut tu dicis: Ad quid faciendum mittam manum meam? Mitte, inquit, manum tuam, et tange omnia quæ habet. Cur tangam, inquit? Ad delendum, ait, tange, ad interitum, ad exterminium, ad perditionem. Et quomodo, inquit, perdam, o inimice omnium bonorum diabole, ea quæ creavi? Quomodo exterminem ea quæ dedi? Vel quomodo deleam ea quæ ego feci? Et adhuc aliter: Quomodo perdam, o diabole, substantiam ex qua mihi non indignæ victimæ offeruntur, atque sincera sacrificia*

<sup>9</sup> I Petr. v, 8. <sup>10</sup> Dan. vii, 21, 22.

immolantur? Quomodo exterminem substantiam, unde viduæ vestiuntur et orphani pascuntur et infirorum scapulæ calehant? Quomodo perdam, o diabole, filios ejus qui me nimium diligit? Quomodo obturem ora eorum qui in innocentia una cum patre suo Job devote mihi gratias agunt? Sed interim quia non potest, inquit, aliter tua iniquitas sedari nisi sic. *Ecce omnia quæ habet, dedi in manum tuam*<sup>11</sup>. Nam si non deder, discedens gloriaberis et plaudes, quasi victor discesseris, quasi ego hoc certamen non concesserim, quasi hoc bellum fieri non permiserim, quasi de Job constantia non presumperim, quasi ante prælium et congressionem superatus fuerit Job, qui a me magnificatus atque laudatus est. Ob hoc, inquit, ne de his glorieris. *Ecce omnia quæ habet, dedi in manum tuam*. Et adhuc propterea, ut cum hoc quod gloriari, vel appiaudere non permitteris, cum hoc ipso etiam humilieris ac refuteris atque mendax comproberis: Job vero exaltetur et beatificetur, atque victor demonstretur, et sit Deus verax, qui testimonium perhibuit Job, tu vero diabole mendax, atque auctor mendacii ostendaris. Oh hoc ergo omnia quæcunque habet, dedi in manum tuam, ut omnes in perpetuo cognoscant et tuam iniquitatem, o diabole, et Job justitiam ac tolerantiam, et meam præsentiam; et quia in tribulationibus atque tolerantia probo electos meos; et quia plurimæ tribulationes justorum, et ex omnibus his liberabit eos Dominus<sup>12</sup>; et quia tanquam aurum in fornace, ita justi atque Deo acceptabiles probantur in tentatione. Ob hoc ergo respondens dicit ad diabolum: *Ecce, inquit, omnia quæ habet, dedi in manum tuam*. Quia hoc quæsisti, ut ego manum meam mitterem, ideo ecce ego dedi omnia quæcunque habet in manum tuam, et peculium et filios et substantiam et labores et divitias et possibilitatem. Omnia quæ sunt intra domum et extra domum ejus, omnia quæcunque habet non defendo, neque contradico, non præpedio, neque obvio, sed in manum tuam trado. Interfice, perde dele atque extermina. Perfice malignum tuum livorem. Imple maledictum illud tuum odium. Pecuniam enim et filios Job perdes, sed charitatem ejus non perdes. Substantiam ac labores ejus intercipes, sed sinceritatem illius atque gratiarum actionem non intercipes. Omnia ergo quæcunque habet dedi in manum tuam, quæ iram atque gladium continent, quæ prælia atque bella operatur, quæ perditionem atque damnationem perficit, quæ doloribus satiatur, quæ sceleribus atque impietatibus inhiat. In hanc, inquit, manum tuam trado omnia quæcunque sunt illius; in hanc manum, quæ si prævaleret, omnem hominem et omnem spiritum qui sub celo est, subito in ictu oculi perderet, deleret atque interficeret, si permetteretur, et si juxta voluntatem iniquitatis suæ potestatem haberet. Sed resistit illi omnipotens manus Dei, atque fortissima dextera Creatoris gubern-

A nando, obumbrando, protegendo, omnia quæ sub cœlo sunt facta tuendo. Quod autem ita est perditioni dedita nequissimi diaboli manus, manifestum est in Job; quæ mox ut permissa est, et mox ut iussionem accepit, statim impareenter cuncta perdit, statim omnia interlicit. *Ecce, inquam, omnia quæ habet dedit in manum tuam*. Ecce omnes tibi ademi occasiones, ecce non habes contradictionem, ecce non habes ullam replicationem, ecce non habes excusationem: *omnia quæcunque habet dedi in manum tuam*, ut cum omnem Job substantiam perdideris, tunc præsertim cognoscas quia non propter substantiam me colit Job, sed propter charitatem, quia non propter facultates gratias mihi agit, sed propter sinceritatem. Ob hoc ergo *Ecce omnia quæcunque habet dedi in manum tuam, sed ipsum cave ne tangas*<sup>13</sup>. Dixisti, o diabole, quod non propter pietatem, sed propter divitias Job coluerit me: dixisti, aufer quæ dedisti, et cognosces quid sit Job. Ego, inquit, cognoscere non necesse habeo: præscienter enim scio constantiam Job atque devotionem quam habet circa me: omnia vero quæcunque sunt illi, do in manum tuam, ut cum probaveris, cognoscas quia solus Job valet resistere universæ iniquitati atque malitia tua. Sed interim *omnia, inquit, quæcunque habet dedi in manum tuam, sed ipsum cave ne tangas*. Quod quæsivisti, inquit, habes: quæ petisti, accepisti, potestate in substantiæ et possibilitatis atque divitiarum, peculii nihilominus atque filiorum: sed *ipsum cave ne tangas*, quia non ipsum quæsisti, sed quæcunque habet. Ideo omnibus quæcunque habet acceptis *ipsum cave ne tangas*, neque carnaliter, neque spiritualiter, neque manifeste, neque latenter. *Ipsum cave ne tangas*. Cur enim non tangam? Oh hoc, inquit, quia servatur ad secundam luctationem, certamen quoque et constantiam, atque tolerantiae approbationem. Sufficit, inquit, nunc hæc quæ per pecuniam atque filiorum perditionem fit tentatio. Merito *ipsum cave ne tangas*. O bonitas tua, rex, o virtus atque magnificentia tua, Æterne! Quam magnam consolationem tribuis iis qui ad te confugerint, et constantiæ fiduciam a te speraverint, ut neque hominum neque jumentorum, neque animalium neque inanimatorum potestatem habeat D adversarius, nisi ubi fuerit permissus! Non autem permittitur, nisi ubi noverit Deus pro fidei manifestatione, et constantiæ approbatione, atque gloriosæ remuneracionis retributione. Hæc scilicet nos scientes sollicite atque devote ad Deum confugiamus, instantissime atque sincerissime in orationibus Deum invocemus, ut avertat a nobis maligni insidias; ut eripiatur nos de crudelibus illius incursionibus, et non permittat nos tentari super id quod possimus sufferre.

*Ecce, inquit, universa quæcunque habet dedi in manu tua*. Non ideo, inquit, dedi hæc omnia in manu tua, quia oportuerat vel justum fuerat, sed ob

<sup>11</sup> Job 1, 12. <sup>12</sup> Psal. xxxiii, 20. <sup>13</sup> Job 1, 12.

hoc ut nequitiae tue occasiones auferrem. Quomodo enim justum erat, vel oportuerat ut darem in manu tua juga boum quæ viduas orando revelabant et greges pecorum, qui orphanos vestiebant, atque calefaciebant? Quomodo oportuerat, vel justum erat ut justos et innocentes filios Job tu nequiter interficeres, o diabole, cum dixerim post in lege: *Justum et innocentem non occides*<sup>13</sup>? Non ergo oportuerat neque justum fuerat, sed propter iniquitatem tuam et zelum et livorem, ut inexcusabilis comproberis, et absque contradictione redarguaris, propriea *ecce omnia quæcumque habet dedi in manu tua, sed ipsum cave ne tangas. Et factum est quasi dies illa*<sup>14</sup>. Quæ dies? Illa dies in qua malignus permissionem accepit, in qua nequissimus fiducia est fatus, in qua die diabolus innocentum mortem fabricatus est: *Et factum est quasi dies illa, in qua diabolus gavisus est, qui nunquam est gavisus, in qua malignus exsultavit, qui nunquam exsultare est comprobatus. Nam exultationem dicit eorum qui sunt perditionem, atque vivorum mortificationem. Et factum est sicut illa dies. Quæ dies?* Illa, inquit, dies in qua filii Job et filiae novissimum illud onanimitatis atque concordiae prandium pranderunt super terram. In cœlis namque æternæ glorie et incorruptibilis beatitudine pariter fruuntur. Quod autem novissimum prandium tunc in corpore pranderunt, mox subsequenter ostendit, dicens: *Et filii Job et filiae manducabant et bibeabant in domo fratris sui majoris*<sup>15</sup>, ac veluti parvuli infantes malis omnibus expertes, simul sedent et stant, simul et ludunt et bibunt, nec quidquam mali, aut illiciti, aut etiam obsceni de invicem ad invicem cogitant: ita et beatissimi filii Job ac filiae casti erant animis et mundo corde, et immaculata conscientia et omnibus immunditiis atque illicitis expertes. Merito cum hujuscemodi essent, simul manducabant et bibeabant castæ. Ita erant simul olim Adam et Eva quandiu in paradiſo in innocentia permansissent. Ita et nunc sunt in sancta Ecclesia castæ animæ ac sanctæ, sicut simplices infantes, atque omnibus malis expertes. Sic scilicet fuerunt etiam benignissimi, ac Deo dilecti, atque omnibus angelis sanctis ejus filii Job propter innocentiam et sanctitatem. De istis ergo filiis Job dicit iste: *Et filii Job et filiae manducabant et bibeabant in domo fratris sui majoris.* Et ist hoc quod majori primatus honor ab omnibus exhibebatur, in hoc ipso etiam sicut et in omnibus circa Dei ordinationem ambulare properaverunt. Dei enim ordinatio, atque Dei justitia hæc est, ut majori primatus honor ab omnibus exhibetur. Manducabant ergo et bibeabant non luxuriose, neque petulantiter, neque superflua loquentes, neque illicita fabulantæ, sed manducabant et bibeabant laudantes suum Creatorem, benefactorem suum adorantes, atque alentem se benedicentes. Sic itaque manducabant et bibeabant filii Job. Quo tempore? Certum est quod tempore prandii. Non enim

A. alio poterant manducare vel bibere talis ac tanti viri filii tempore: quia nec ipse extra ordinem manducare vel bibere solitus erat, sed competenti tempore, sed disposito tempore atque ordinato et ipse manducavit, et filios suos circa ordinem manducare docuit. Sic itaque hora prandii manducantibus illis ac bibentibus, Job sane in domo sua, filii autem ejus et filiae, in domo fratris sui majoris, nuntius venit ad Job. Erai namque nequissimi diaboli versutia, ut horam prandii observaret, ut prandente illo tristes ac mortiferos nuntios ad eum mitteret, quo magis fatigaret et eum interficeret, ut tempore comedionis ac potus atque jucunditatis tristes nuntios mittendo desiccre illum justum faceret. Hæc namque demonstrans dicit: *Ecce nuntius B. renit ad Job*<sup>16</sup>, dolorum atque gemituum nuntius, malorum atque amaritudinis præco, tribulationis atque angustiæ prædicator. Nuntius venit ad Job, qui conservatus ab adversario missus est a diabolo. Nuntius venit ad Job, concitus, laceratus, compilatus, contusus, flens, lamentans, plangens et vociferans, atque universa quæ sunt miseria libu demontrans, ita a maligno eductus ut ipso potius miserabili suo luctu ac planctu in Dei reprehensionem justi illius mentem concitaret. Nuntius venit ad Job et dixit illi, miserabili atque lacrymabili voce dixit ei: *Quid cogitas, o Job? Ad mensam sedes, et ea quæ contigerunt ignoras. Deliciis uteris, et accidentes tibi miseras nescis. Dixit illi: Ad mensam splendidam sedes, Job: sed hodie ad mensam, cras vero ad lectum foras deportatorum filiorum, modo in jucunditate, post paululum autem iu infeli paupertate. Quod si non credis, quod si non speras ita esse audi: Juga boum tuorum arabant et asina juxta illos pascebant, et venerunt prædones et prædati sunt illa, et pueros occiderunt in ore gladii, et remansi ego solus, et veni ut tibi nuntiarem*<sup>17</sup>. O multiplex atque callida adversarii astutia, ut eadem quæ ingesserat mala, ita callide enarraret, ut ad Dei blasphemiam justi illius viri animum provocaret! *Juga, inquit, boum tuorum arabant.* Non enim otiosa erant neque inutilia stabant, sed arabant ultimam araturam, atque novissimam exercentes culturam. Quid ad hæc, inquit? *Et venerunt prædones et prædati sunt ea.* Job, vel unde tibi vives, vel unde aliis beneficia imperties? Unde vel tibi victus, vel misericordia et non habentibus refectio? *Juga boum tuorum arabant, quæ nec tibi ultra, nec aliis arabunt.* Asinæ tuae pascebant, quæ ultra fetus non facient, quæ nec tibi nec aliis proderunt. Quare, inquit? Ob hoc, ait, quia venerunt prædones et prædati sunt ea. Qui ait: *Tantum me terres, o homo, quasi jugis de prælati vivere non possim.* Sunt pueri plurimi, coloni abundantissimi, qui universi mercimonium facientes, et me et se pascant, et me et se tolerent. Sed respondet nuntius qui venerat, et dicit: *Inanter tibi blandiris, o Job, atque supervacue speras,*

<sup>13</sup> Exod. xxiii, 7. <sup>14</sup> Job 1, 15. <sup>15</sup> ibid. <sup>16</sup> ibid. 14. <sup>17</sup> ibid. 14, 15.

quod coloni remanserint. Nam hi qui juga boum et asinas deprædati sunt, iidem ipsi et pueros occiderunt. Quomodo occiderunt? In ore gladii, inquit, non pepercérunt, non miserti sunt, non reliquerunt; sed omnes imparcenter occiderunt, sed immisericorditer interfecérunt, atque omnium sanguinem crudeliter fuderunt. Mihi soli, inquit, pepercérunt, me solum remiserunt. Et cum solus remansissem, veni ut nuntiarem tibi. Quid, inquit, mihi nuntias, o homo? Hoc mihi nuntias quod prædones prædati sunt, et cum prædati fuissent, pueris non pepercérunt, sed et ipsos in ore gladii occiderunt, reliquias mihi non dimittentes, neque solatia relinquentes. Hæc, inquit, mihi nuntias, nuntia et prædones, nuntia et interfactores, ut si possum, inquit, vindicem me: quod si non valeo vindicare de his qui hoc fecerunt, eos enumorem, Deo autem id quod factum est, ut Juste inquirat commendem. At tunc, inquit, o homo, cum tu solus evaseris, ad maximum mihi incendium evasisti, pro augmento doloris mihi advenisti. Deprædationem mihi nuntias, et prædones non publicas. De proximo sunt, an de longinquο? Hostes sunt publici an fures occulti? Sed is qui evasit, non ideo ut ei parceretur evasit, sed propter augmentum tentationis Job advenit. Hic ergo nihil adversus ea quæ dicta sunt respondit, sed tantum prædones nominavit: nos intelligere admonens, atque nobis intelligendum relinquens, quos vel quales prædones nominaverit: illos sine dubio qui de cœlo propter apostasiam in prædam venerunt, et ex sanctorum choris propter contumaciam projecti sunt. Illi nimirum, qui sub cœlo omnem captivitatem ostenderunt tam carnalium quam spiritualium, qui prædati sunt universos qui sunt super terram, manifeste et occulte. De quorum captivitate dicunt sancti: *Benedicisti, Domine, terram tuam, avertisti captitatem Jacob*<sup>18</sup>. Et alibi: *Cum converterit Dominus captitatem plebis tuæ, exsultabit Jacob et lætabitur Israel*<sup>19</sup>. Isti scilicet prædones, isti memorantur. Venerunt, inquit, prædones. Unde venerunt? Ex se ipsis, an ex Chaldæis, an etiam ex Egyptis? Sed ex nullis istorum venerunt, sed ex abyssis venerunt, ex interioribus infernorum venerunt, sicut paulo post demonstrabitur in filiorum internecione. Inde ergo venerunt isti prædones, dimissi ad tentationem atque ad probationem justi illius. De ipsis ergo dicit: *Venerunt prædones et prædati sunt eos*. Isti namque sunt qui a sæculo deprædati sunt plurimos, et plurima in captivitatem duxerunt. Isti deprædati sunt Cain per sacrificii simulationem, gigantes per superbiam, illos ad turrem per Dei contumaciam: illos in Sodomis per turpitudinis lasciviam; Esau per insatiabilitatem atque petulantiam; Pharaonem per Dei contemptum atque pertinaciam; illos in deserto per idolatriam, aliosque innumeros per eadem deprædati sunt, et his similia, atque per alias innumeræ rationes et

A prædati sunt a sæculo et deprædantur usque in sæculum, alios per adulterii appetentiam, ut Amon, alios per honoris ambitionem, ut Absalon, alios per avaritiam, ut Judam. Isto ergo prædati sunt nequissimi diaboli hostes, alias autem alios deprædati sunt, ut Noe Cham, Abrahæ Ismael, ut Isaac Esau, ut Israel Simeon Levi et Ruben, ut Eli sacerdoti Ophni et Phinees filios ejus, ut David superiorius memoratos filios, atque aliis alios primos ac novissimos. Quæ universa scientes nos atque audientes intendamus caute animabus nostris, ne prædendentur nos, atque populentur prædones dæmones, ne dicatur de nobis: *Venerunt prædones et prædati sunt eos*, ne compellamur fletus atque lamentationis canticum cantantes dicere: *Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus*<sup>20</sup>. Ob quam rem? Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos verba cautionum<sup>21</sup>. Sed eum hæc omnia audiret Job, toti peculiari deprædationem, atque venientis et narrantis lamentationem, nec quidquam hæc re quæ obvenit dignum fecit, sed pariter hunc auditum sustinens, blande enarranti sibi respondit dicens: Quid ejus, o vir? quid lamentaris, o homo? Divitiarum possiblitas ita semper est vertibilis, ut hodie sit hic, crastina vero alibi. Et præsertim, inquit, quia inimici prædati sunt, quia adversari abstulerunt, quia injusti diripuerunt. Ego, inquit, ut inimicos acquirerem non gessi, neque inimicos me putavi habere. Et quia non peccanti mihi inimici quidem effecti hæc ingesserunt, ut et pueros occiderent, et peculium abriperent, sine illos possidere hæc cum iniuitate, nobis vero dabit Deus alia sine peccato. Sed cum hæc audiret nequissimus diabolus a beato Job, et ore dicta, et animo meditata, liquefactus intra semetipsum, insipiente, inquit, feci ut prædones nominarem, abstuli a Deo hanc culpam. Non enim imputat Deo Job quod gestum est, sed iniquorum virorum nequitie. Ego, inquit, meipsum circumveni, ego mihi ipsi contraria gessi. Idecirco consideravi quid faciam, convertam nunc sermonem ad cœlestia, convertam hæc in Dei blasphemiam. Hæc cum nequissimus cogitat, continuo alium nuntium mittit ad Job: Qui cum ingredetur, dixit ei: *Ignis cecidit de cœlo, et combussit oves, et pueros combussit similiter, et evasi ego solus, et eveni ut tibi nuntiarem*<sup>22</sup>. Non est, inquit, ut tu arbitris, o Job, quod ex hominibus sint tibi hæc insidiæ, atque hic incursus: non est ex hominibus, sed ex Deo, de cœlis est. Ignis cecidit de cœlo, et combussit oves. Noli, inquit, temetipsum seducere, o Job, noli te ipsum circumvenire, non ex hominibus est circumventio, sed ex Deo est ista exterminatio. Non ex terrenis tibi est hic incursus, sed de cœlis est tibi iste interitus. Quod si non credis, audi: *Ignis cecidit de cœlo, et combussit oves, et pueros similiter*. Nam eum oves combureret, puerorum non est misertus. Non pepercit pastoribus, sed similiter

<sup>18</sup> Psal. LXXXIV, 2. <sup>19</sup> Psal. LII, 7. <sup>20</sup> Psal. CXXXVI, 1. <sup>21</sup> ibid. 5. <sup>22</sup> Job 1, 16.

**C**t illos combussit atque perdidit, sed pariter cuncta delevit, ut per hæc omnia tibi detrimentum atque dolorem ingereret, ut per hæc universa tibi tribulationem atque angustiam adiceret : *Ignis cecidit de cælo*, non ex se, neque a se, neque per se, sciœlesti jussione atque terribilis Dei præceptione : *Ignis cecidit de cælo*. Quemadmodum olim in Sodomam et Gomorrham, atque super omnem regionem illam <sup>12</sup>, ita et nunc ab illo qui tunc in Sodomam et Gomorrham ignem in perditionem pluit, ab hoc ipso, inquam, etiam ignis cecidit de cælo, et combussit oves et pueros et pastores, omnia incendit atque pariter delebit. Sicut enim Sodomitarum reliquæ non remanserunt, ita et nunc, inquit, tibi reliquæ non supersunt, ut est moris, quia ejusdem Dei ira super te effusa est, cuius etiam, ut super illos, ignis cecidit de cælo. Non quod de cælo cedererit ipse ignis, absit, sed quia ita fixit nequisitus, et quia ipsum nuntium ita docuit dicere malignissimus diabolus, ut eum putet beatus Job, atque arbitretur quod de cælo a Deo ista misericordia impingerentur, et ut in blasphemiam Dei converteretur : *Ignis cecidit de cælo et combussit oves*. Non sunt, inquit, terrenæ insidiae hoc quod factum est, o Job, sed colestis est furor. Non est violentia hæc humana, sed contritio est divina. Si enim in habitaculis hoc evenisset, crederetur quod volens quis, vel nolens hunc succenderit ignem. Nunc vero cum in solitudine, inquit, essemus, in modum sagitta: ignis de cælo super nos effusus atque jaculatus est, ut nec fugientes effugerent, nec resistentes evadent. *Ignis*, inquit, *cecidit de cælo*. Non mentiris, o diabole, quod ignis cecidit de cælo, sed non quem Deus mitteret, sed quem tu fixisti in diversas figuræ immutando temetipsum, aliquando in prædones, aliquando in ignem, aliquando in tria cornua equitum : item vero in ultimo in spiritum quatuor angulos domus tangentem. Et non est mirum quod permittus in tantas figuræ immutaveris temetipsum, cum et coram ipso Domino in omne regnum orbis terræ ipsum immutando simulaveris, et hoc in momento temporis, hoc est, subito, repente atque velociter ignis cecidit de cælo. Non mentiaris, o miserrime omnium bonorum inimicæ : non a Deo missus, sed tua iniuitate succensus est. Tu, inquit, es, o diabole, ignis ipse qui de cælo cecidit, qui innumeros ignes peccatorum immundo succendis. Tu es ipse ignis, o diabole, qui gehennæ igni plurimos peccatores facis, cui ignis et tenebrae digne reservantur præ omnibus. Tu es ipse ignis, o diabole, qui cum de cœlis descendisses, in medio montium igneorum projectus es, sicut dicunt sanctorum oracula. Tu es ipso ignis, quem etiam ipse Dominus fulguris igni comparans, atque de cælo cadentem demonstrans, dieit : *Vidi Satanam tanquam fulgur de cælo cadentem*<sup>13</sup>. Haec nimirum universa, quia, dixit ne-

**A** quissimus ille, *ignis de cælo cecidit*, propriam in ignem gehennæ per hæc ostendens ruinam. Sed adhuc adversus diaboli superbiam pauca dicamus. Superbiens, o diabole, dicis quod ignis de cælo ceciderit, et oves combusserit, utpote tua voluntate atque operatione. Dic ergo, o infelix, si super oves Job potuisti de cælo ignem adducere, et eas comburere. Cum Elias Deum invocaret, et per sinceram orationem ignem super holocaustum de cælo adduceret, tu, o miserrime omnium bonorum inimicæ, quomodo non potuisti compescere, vel revocare illum ignem, vel illum quem idem Elias super duos quinquagenarios de cælo advocavit? Fuerunt namque illi quinquagenarii ejus ministri, atque nequitæ ejus nuntii. Sed et hæc universa diximus pro increpatione diaboli, atque condemnatione maligni. Beatus autem Job quid responderit audiamus, quomodo communuerit secundam furoris illius sagittam, quomodo transierit iniqui illius impetum post priorem alterum per tolerantie affectum, quemadmodum et cætera universa. Respondit namque ei qui venerat dicens : Et quis me erit major, o homo, vel quis me gloriior, o vir? Si itaque est vere quod ignis veniens de cælo omnes greges meos consumperit illico, gratias illi qui pariter omnes oves meas protinus in acceptabile suscepit holocaustum. Nam que ego, inquit, per singula tempora oblaturus eram, hæc videlicet elegit Deus, ut statim pariter in uno susciperet holocauste per ignem qui de cælo missus est. Omnis namque acceptabilis hostia, per ignem qui desuper fuerit missus suscipitur atque consumitur. Quod enim plurimo tempore eram facturus, hoc nimirum accelerans uno tempore suscepit Deus. Et quis me beatior sub cælo? Ante paululum, inquit, juga boum universa protinus mihi mactata. Item nunc greges ovium omnes pariter combussi et immolavi. Et hæc, inquit, Deo eligente obtuli. Sed adhuc supersunt camelii, qui mihi ad transactionem proficiant, atque in vitæ sustentationem sufficiant. Sed cum hæc cogitaret et loqueretur Job, atque cum patientia intolerabiles has sustineret plagas, et nullatenus succumberet maligni tentationibus, alius nuntius venit ad Job, et dixit ad eum : Inaniter tibi blandiris, o Job, quod camelos pro vitæ sustentatione habeas, et quod in spe transactionis tibi supersint : *Equites enim fecerunt cornua tria, et circumdederunt camelos, et prædati sunt eos* : et non solum hoc, sed et pueros occiderunt in ore gladii, et evasi ego solus, et veni ut nuntiarem tibi <sup>14</sup>. Propterea, inquit, evasi ego solus atque resisti, ut id quod contigit, cognitum facerem tibi, et ut quod gestum est tibi enarrarem. Boves, inquit, et asinas perdisisti, o Job, greges ovium tuarum cœlitus combusti sunt, ecce et nunc post illa omnia novissima transactionis spes, camelii ablati sunt tibi. Prima, inquit, plaga per prædones, secunda per ignem qui

<sup>12</sup> Gen. xix, 24. <sup>13</sup> Luc. x, 18. <sup>14</sup> Job 1, 17.

de cœlo cecidit, non quod de cœlo hic ignis ceciderit, sed quia ita finxerit, atque ita malignus docuerit, ut Deum circa Job accusaret, et Job Deum blasphemare compelleret. Tertia ergo per tria equitum cornua, qui camelos circumdantes exterminaverunt. Prima ergo per prædones procul dubio pedestres, secunda per ignem desuper comburentem, tertia per equitum tria cornua qui camelos prædati sunt. Omnia, inquit, hæc jacens sustinebis, Job? Omnia hæc patienter supportabis, o homo? Cœlum, inquit, et terra adversum te insurrexerunt, et siles? Ad dimicandum contra te Dei imperio armata sunt, et taces? Alter, inquit, nuntius venit ad Job, alter, post primum, numero vero tertius: alter in nequitia, tertius vero in enuntiatione misericordie. Istos namque nequissimos nuntios miseriarum annuntiatores atque malorum suggestores, tanquam bonæ prædicationis nuntios, mittebat nequissimus. Quos etiam ideo superesse fecit, ut ejus matitia huic miseriarum denuntiationi deserviret. Non enim angeli fuerunt, sicut quidam arbitrantur, neque spiritales dæmones, sed homines quidam ex famulis Job, conservati ab adversario, atque succensi a diabolo ad dicenda omnia ac facienda, per quæ possent Job subvertere ad Dei blasphemiam. Tertius ergo hic nuntius venit ad Job, et tertius doloris præco illi effectus, tertius memoravit, dicens: *Equites fecerunt tria cornua.* Qui equites, o homo? Mentiris etiam istic et in ovibus, cum diceres quod ignis cecidisset de cœlo, quinimo mentitur diabolus qui in te loquitur. Illic, inquit, o callidissime Satana, voluisti Deum depravare, quasi ignem de cœlo super oves mittentem: hic vero vis homines incusare quasi adversum Job insurrexerint illicite: ut circa utrumque Job odium acquireret, et circa Deum blasphemiam, et circa homines bellum, ex quibus neutrum illi credere acquievit constantissimus Job. Sed adhuc *equites*, inquit, *fecerunt sibi tria cornua.* Qui equites, o homo? Nam illo tempore non erant equites plurimi inter homines, sed quamplurimi hominum pedestres, adversus invicem bellum gerebant. Qui ergo fuerunt equites qui tria cornua sibi fecerunt, hoc est, qui triplici modo se armaverunt, qui triplici prælio circumdederunt camelos? Illi fuerunt spiritales equites. Id est aerei spiritus, qui terram peragunt, qui pelagus transiunt, qui aerem pervolant, qui omni vento et aqua atque omnibus tempestivis procellis vehementiores sunt, atque velociores in aera sua iniquitate. Unde etiam equites digne appellantur, qui super omnes luxuriosos atque impudicos sedent tanquam super equos, et juxta nequitiam suam exigitant illos, et ad suæ iniquitatibus atque impudicitias perfectionem omnes insectantur illos, de quibus dicitur: *Adulteri sicut admissarius sub omni sessore hinnit*<sup>15</sup>. Et: *Nolite fieri sicut equus et mulus in quibus non est intellectus*<sup>16</sup>. Et adhuc: *Equi admissarii facti sunt,*

A *unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebant*<sup>17</sup>. Isti ergo tales sunt equi diaboli, isti sunt equi maligni, et isti omnes qui ejusdem serviant iniquitatem, isti quorum pedes in iniquitatibus currunt. Hujusmodi namque equorum pedes velocius sunt ad effundendum sanguinem. Equites sunt nequissimi dæmones atque aerei spiritus. Talis enim equus fuit olim Nabuchodonosor, sed non jugiter, sed septem annis tantum, quibus a nequissimis equitibus, id est dæmonibus, imparatus est exagitatus. Talis equus fuit et ille qui in Evangelii a legione similiter per deserta et per montes urgebatur donec veniens Dominus illos quidem malos equites, id est dæmones, effugavit, et illum miserom liberavit. Alique innumeri a sæculo, alii aperte, alii vero occulte, diverse ac varie dæmonum equi effecti sunt: quibus universis cum essent immundi atque execrabilis, in malis usi sunt eis nequissimi dæmones, aliis sane ad velocitatem homicidii et sanguinis, devastationis quoque atque nequissimi livoris, et omnium qua voluntas diaboli atque opus exigerat. De istis ergo equitibus dicit istic: *Equites fecerunt tria cornua: et circumdederunt camelos.* Et cur tria cornua, et non quatuor? Ob hoc quia quatuor reservavit pro quatuor domus angulis ad interficiendos ejus filios. Ob hoc ergo non quatuor sed tria cornua fecerunt, hoc est finxerunt, consimulaverunt, armaverunt, utpote equites equis sedentes, atque universam armaturam habentes, timorem ostendentes, atque fortitudinem demonstrantes: *Equites fecerunt tria cornua.* O quam multiplicem inquisitionem atque disputationem habet hic sermo! Primum quidem hoc intelligere debet omnis sapiens, quia universa potentia atque exercitus, et omnes dæmonum catervæ simul illic converunt, et pariter se adversum beatum Job in prælio armaverunt, universum mundum despexerunt, tantum ut Job superarent. Nam totum mundum suum judicaverunt, et adversum solum Job bellum gesserunt, utpote quia non erat similis alias in toto mundo. Item adhuc tria cornua fecerunt pro peculii consumptione, et filiorum perditione, atque corporis plaga, superare eum nitentes. Tria cornua fecerunt, quia et cum eo tertio congressi sunt. D Semel sane cum omne peculium atque filios subito interfecerunt; secundo, quando totum corpus ejus putredine ac vermis repleverunt; tertio, quando per uxorem seduxerunt, amici vero culpaverunt. Adhuc autem tria cornua fecerunt, tanquam tria præcipua ac singulare, id est spem, fidem, charitatem, prædari eum conantes. Fidem quam in Dei culturam habuit, spem æternæ liberationis ac cœlestis refrigerii, charitatem circa Deum qua nihil est magis, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Pro his ergo omnibus fecerunt tria cornua nequissimi dæmones, omnes pariter adversum Job dimicantes, omnes unanimiter adversum eum stantes. Solus autem diabolus

<sup>15</sup> Eccl. xxxiii, 6. <sup>16</sup> Psal. xxxi, 9.

PATROL. GR. XVII.

qui est in iniquitate maximus, præsens Job erat sollicite observans infelix quando blasphemiae sermonem ex justi illius ore potuisset audire. Et quanto magis torquebatur Job corde lamentabilia nuntia subinde audiendo, tanto plus torquebatur diabolus ea quæ volebat vel desiderabat, id est Dei blasphemiam, ab eo non audiendo. Sed adhuc tria cornua fecerunt hi, qui adversus tria sæcula ab initio et usque in finem bellum gesserunt, et adversus eum qui ab initio fuit usque ad diluvium, et a diluvio usque ad passionem et resurrectionem Domini Christi, et usque in finem et resurrectionem omnium. Et adhuc tria cornua fecerunt hi qui adversus tria dimicant, adversus legem et prophetas atque apostolos. Adversum legem sane, per idolorum iniquitatem, adversus prophetas per pseudoprophetas : item et adversus apostolos per falsos apostolos. Post quæ universa, o amici, ultimam audite disputationem. Adversum Job olim, et adversus omnes subsequenter tribus cornibus dimicavit, tribus cornibus congressus est, triplici modo tentavit, juxta omnia quæ ostensa atque memorata sunt. Nunc vero novissimis temporibus, atque in ultimo sæculo, non in his solis tribus cornibus dimicat, triplici modo congregatur, sed mille modis, ac multipliciter dimicat, congregatur et tentat, insidiatur, seducit atque subvertit, per multitudinem hæresum, per inumeros errores, per abundantes seductores, per pseudochristos ac pseudodoctores, quibus hic mundus repletus est, quos nequissimus seminavit, quos atrocissimus ille produxit, quos malignissimus fecit, florem et fructum in infidelitate atque errore afferre coagit, quibus hic, ut diximus, mundus repletus est, qui venerunt et veniunt in verbo Domini, in vestitu ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, nomen Christianorum habentes, atque speciem pietatis, et erroribus et impietatibus atque seductionibus referti sunt. Isti sunt veræ januae mortis, et viæ inferni. Isti sunt qui a veritate plurimos prævaricantur, et a fide inumeros aberrare faciunt. Isti sunt ministri maligni diaboli, atque nuntii veritate carentes. Isti sunt cæci duces cæcorum. Isti sunt nubes sine aqua, nebula a tempestate fugata, quibus caligo, vel nebula interiorum tenebrarum digne servatur atque custoditur. Istos ergo fugiamus, o viri, istos late devitemus, o amici. Istos odio babeamus, et infidelitatem atque errorem qui in eis est, velut flammam ignis declinemus, pro eo ne cum illis flammea inextinguibili in die furoris atque revelationis justi iudicij Dei mancipemur. Hæc scilicet universa memoravimus, quia tria cornua ad dimicandum atque congregendum adversus Job nequissimi dæmones fecerunt. Ad dimicandum vero adversus Ecclesiæ non tria tantum cornua, sed innumeræ atque inestimabilia omnes sectæ atque hæreses faciunt per quas universas adversus Eccle-

A siæ unitatem incessanter dimicant. Sed quemadmodum tunc tribus cornibus adversus Job congressus, cum confusione est superatus, nihil prævalens adversus Job : sic et nunc multis modis adversus Ecclesiam congressus est, et per innumeræ hæreses adversus eam dimicans, revocatur confusus, nihil prævalens vere creditibus animabus. Firmum enim firmamentum Dei stabit : *Et portæ inferorum non prævalebunt adversus eam*<sup>28</sup>, sicut dicit Dominus, portas inferni memorando, diversas sectas atque hæreses infidelium, quæ usque ad portas inferorum deducunt omnes qui eos sectantur. Post quæ universa, adhuc unum advertamus. Tria cornua fecit diabolus in typum atque figuram trionymæ illius sectæ, triumque deorum hæresis, quæ universum orbem terræ in modum tenebrarum replevit, quæ Patrem et Filium et Spiritum sanctum aliquando tanquam tres colit, nonnunquam unum adorat, quemadmodum Græcorum lingua memoratur, triada vel homusion. Istam ergo Trinitatis sectam et hæresim atque infidelitatem jam olim de longe designans versutissimus ille diabolus tria cornua misit ad Job deprædandum. Sic namque etiam nunc memorata trionyma hæresis, præsertim prædatur atque expugnat Ecclesiam. Sed cum videret nequissimus diabolus quod nihil profecisset per omnia quæ gessit, adjectit hoc quod erat maximum, atque mirabilem [f. miserabilem] filiorum interencionem. Sagittavit prima sagitta, et non vulneravit justum. Sagittavit secunda periculosiore, et non lesit in veritate fundatum. Sagittavit et tertia per tria cornua, sed hæc inefficax extitit per tolerantiam. Ista ergo cum Job retrorsum non averteret, Unam, inquit, habeo adhuc novissimam, ac terribiliorem ultimam atque lamentabiliorum, id est filiorum interencionem ac perditionem, natorum supplicium atque communionem. Sustulit, inquit, atque sustinuit priora cum de filiis se consolaretur, sed istam non supportabit neque sustinebit. Hoc ergo faciam, non sinam eum respirare, non permittam resipisci, non permittam consolari, sed subsequenter atque subinde lamentabilibus eum nuntiis inquietabo. Hæc cum tractat nequissimus, atque apud se met ipsum loquitur, confessim ea adimplevit. Merito adhuc anteriore loquente alius nuntius venit ad Job. Non quieverat prior narrando mala, et incipiebat alter narrare pessima. Non occurrebat beato Job ingemiscere pro prioribus doloribus, propter alias et varias angustias quæ superveniebant illi. In modum autem vehementium aquarum diversis miseriis justi illius animam inundare nequissimus properabat. Alter ergo nuntius venit ad Job, alter post anteriorem, quartus vero numero. Alter vero nuntius venit ad Job, propter nuntiorum ac dolorum atque malorum diversitatem. Alter nuntius venit ad Job, et dicit ei : Ecce quartus, inquit, præstolor tibi, o Job, dolorum nuntius atque malorum præ-

<sup>28</sup> Matth. xvi, 18.

co, et non succembis, neque deficias? Sed licet pri-  
ribus non succubueris, novissimis tamen succum-  
bes et pavebis atque deficies, cum novissimum  
atque lamentabilem filiorum nuntium audire non  
sustinneris: *Filiī, inquit, tui et filiæ tuæ cum man-  
ducarent et biberent in domo fratris cui majoris,*  
*subito venit spiritus ab eremo, et tetigit quatuor an-  
gulos domus illius, et cecidit super filios tuos, et*  
*mortui sunt*<sup>29</sup>. Hoc, inquit, est novissimum et la-  
mentabile atque miserum nuntium, quod etiam  
ignorantibus filiorum dilectionem, amorem vel  
affectionem, compatiendo revocat animum propter  
tam miserabilem causam. Filii tui, inquit, quos nu-  
tristi, quos educasti, quos ad maturitatem cum  
labore perduxisti; filii tui quos pietatem docuisti,  
quos Dei cultura imbuisti, quos ut invicem se di-  
ligerent introduxisti, quos in omni justitia tibi si-  
miles reddidisti; filii tui quorum filios videre cu-  
pisti, quorum posteritatem exspectare orasti, a  
quibus in senecta requiescere te sperasti; isti ergo  
filii tui, et non solum filii, sed et filiæ, castæ,  
mundæ, immaenlatæ atque incoquinatæ, quas in  
tempore nuptiarum gloriōsis coronis coronare spe-  
rabas; isti ergo simul in unum unanimiter atque  
concorditer, caste, benigne, mente dum mandu-  
cent et bibunt, non vagantes, neque oberrantes,  
neque post impudicitiam currentes, neque ad illi-  
cita intendentes, neque superflua loquentes, sed  
cum gratiarum actione manducantes, atque cum  
benedictione bibentes, et illud quod post hoc ab  
Apostolo dictum est adimplentes: *Sive dum man-  
ducaris, sive dum bibitis, sive dum aliud quid agitis, omnia in gloriam Dei facite*<sup>30</sup>; sic itaque  
manducantibus ac bibentibus filiis ac filiabus tuis...  
Bene, inquit, ecce ostendisti quod manducaverint  
et biberint, ostende et hoc quod factum est dum  
manducant et bibunt. Majus, inquit, est quam ut  
edicere valeam, terribilius est quam ut proferre  
audeam. Sed interim, ait, quia non est tacendum,  
dicam, proferam. Subito spiritus venit ab eremo  
ita fortis, ita copiosus, ita vehemens, ita terribilis  
atque insupportabilis, ut tangeret quatuor angulos  
domus, et illideret eam super filios tuos, et mortui  
sunt. Cujus, inquit, fuit hæc domus? Fratris eorum  
majoris. Non fuerunt, inquit, in extera domo, ne-  
que in aliena, sed in propria fuere domo, in domo  
filiī tui, fratris sui majoris. O nequissime adversarie,  
o callidissime diabole! Cor non dixisti sim-  
pliciter, et mortui sunt, sed et cuncta enumeras,  
omnia denominas, et filios, et filias, et cibum,  
et potum, et domum, et fratrem, et filium tuum  
majorem? In domo inquiens fratris sui, filii tui  
majoris. Ob hoc, inquit, hæc omnia denumero  
atque denomino, quo magis atteram atque affligam  
animam ejus: atque ob hoc hæc omnia loquor,  
quo magis communiam cor ejus, cui hæc refiero.  
Si solos, inquit, filios nominasset, et filias non,

A profecto estimans quod mortuis filiis filiae superes-  
sent ei ad consolationem, consolaretur se. Ob hoc,  
inquit, omnia denomino atque intimo, ut potius  
justi illius mentem perturbem, quo facile ad Dei  
blasphemiam provocem patientem: *Manducantibus,*  
inquit, ac bibentibus meridiano tempore, hora pran-  
dii, subito spiritus venit ab eremo<sup>31</sup>. Hæc scientes  
sancti atque horum memores, quod ipso meridi-  
ano tempore, hora prandii, ruina occupati sunt  
filii Job atque mortui, oraverunt ad Deum conser-  
vari sicut a negotio in tenebris ambulante, ita et a  
ruina et a dæmonio meridiano. Sicut enim in no-  
ctis tenebris, sic similiter in medio meridie plures  
dæmonum tentationes se demonstrant quam cæteris  
temporibus. Hoc nimis claruit in filiis Job, qui  
non alio tempore, sed medio interfecti sunt meridie.  
Subito, inquit, spiritus venit ab eremo, et tetigit qua-  
tuor angulos domus. O malignissime adversarie,  
item Deo applicare cupis, item Creatorem depravare  
queris, idcirco spiritum, hoc est ventum, ab eremo  
venire dicis. Nam quia Deus est qui producit ven-  
tos de thesauris suis, merito ventum ab eremo quasi  
a Deo missum venire dicis: ut et hoc quod factum  
est Deo imputetur, non in bono, sed in malo, atque  
audienti in scandalum. Nam sicut super oves ignem  
de cœlo cadere dixit, ita et nunc spiritum, id est  
ventum, ab eremo venisse dicit: ut ultraque Deo  
applicaret pro blasphemiarum provocatione, atque re-  
prehensionis occasione: *Subito, inquit, spiritus ve-  
nit ab eremo.* Derepente, insperate, illico cum im-  
peto, spiritus, ventus, tempestas, procolla venit ab  
eremo. Et quid fecit? *Tetigit, inquit, quatuor an-  
gulos domus, et cecidit super filios tuos, et mortui sunt.*  
Quis ergo, ait, est mortis eorum reus, o Job? Nonne  
qui ventum produxit atque adduxit? Sicut et ovium  
tuarum combustionis quis auctor est, nisi is qui  
ignem de cœlo misit? Sed audi, inquit, o Job. Cum  
substantia abundantiam perdere contempsisti, omni-  
bus facultatibus tibi ablatis sustinuisti: filiorum vero  
perditionem quomodo sustinebis? natorum tormentum  
quomodo bajulabis? *Subito, inquit, venit ab eremo  
spiritus, et tetigit quatuor angulos domus, et cecidit su-  
per filios tuos, et mortui sunt.* Per hoc quod dicit *filios*  
*tuos*, stimulat sensum ejus, doloribus affectat animam  
ejus, liquefacit præcordia ejus, provocat mentem ejus,  
quo magis post filios liqueficiens succenderetur. Sed  
quanto plus nequissimus tentationes Job multipli-  
cabant, tanto amplius coronam gloriae apud æternum  
Judicem ei augmentabat. Qui enim simplicem trans-  
ierit tentationem vel probationem, simplicem procul  
dubio accipiet mercedem. Qui autem fuerit multipliciter  
probatus, multiplici gloria sine dubio a justo Deo  
coronabitur, quemadmodum beatus Job, qui omnibus  
diaboli malignitatibus atque versutiis superior est ef-  
fectus, et omnibus temptationibus ejus fortior comproba-  
tus respondit ei, dicens: Dicis quod ab eremo veniens  
spiritus, hoc est ventus, et tangens quatuor angulos

<sup>29</sup> Job i, 18, 19. <sup>30</sup> I Cor. x, 31. <sup>31</sup> Job i, 18, 19.

domus dejicit eam, et filios meos interfecit: sed A mentiris, inquit, o diabole, et me non irridebis. Mentiris, o malignissime, et me non circumvenies. Nunquam enim venti a Deo excitati quatuor contra invicem flaverunt, neque flant, sed unus et unus, aut iste aut ille. Nunquam enim auditum est quod flantes venti domos a fundamentis subverterunt, et eas maxime quae super arida sunt fundatae, ad instar navium quae in pelago natitant, generaliter subvertendo demerserunt. Hæc nunquam provenerunt, neque provenient, a ventorum fabbris vel procellis. Noli, inquit, insimulare mendacio Deum, o diabole, tuis sceleribus, noli depravare Creatorem tuis perditis iniquitatibus. Ex te enim sunt hæc et non ex Deo: ex tua iniquitate, et non ex Creatoris immis-  
sione. Subito, inquit, spiritus venit ab eremo. De te ipso hæc loqueris, infelix diabole. Tu videlicet es spiritus ab eremo veniens, tu quatuor angulos domus tetigisti, atque filiorum internectionem fecisti. Tu es qui aliquando in hostes prædantes te transfigurasti, aliquando in ignem de cœlo caden-  
tenu; nonnunquam autem in tria cornua equitum, sicut et nunc in prociliam venti quatuor angulos domus tangentem, et ipsam domum a fundamentis subvertentem, atque eos qui intrinsecus erant interfici-  
entem. Tute, inquit, iniquitatis operationes sunt hæc omnia, o nequissime diabole. Nam Deus mortem non fecit, neque letatur in perditione vivorum, sed tua invidia atque zelo mors introivit in mundum. Sieut enim in totum mundum mors introivit per tuum zelum, ita et nunc super filios Job per tuum zelum et invidiam perditio ad-  
venit, atque interitus, o nequissime diabole. Hoc autem in ipso de temetipso demonstrans, dicens: Subito spiritus venit ab eremo. Subito enim occulit atque clanculo innumeros subvertit, innumeros circumvenit, et tuae condemnationis hæredes facit, quos ævi æterna conversio subito apprehendit, ut-  
pote a te in malis seductos. Ob hoc ergo subito ve-  
nit spiritus. Tu ipse es aeris penetrator diabolus, aerensque spiritus ab eremo: spiritus vero tanquam in eremum ac solitudinem, ubi neque hominis, neque quadrupedis vestigium traditur projectus atque expulsus. Aut adhac venit ab eremo, utpote omnium divinorum exsors, et ab omnibus desolatus. Aut adhac ab eremo venit, utpote non solum in corruptibiliis atque inanimatis solitudinibus sequestratus ac destitutus, sed quinquo magis in humanis atque animatis solitudinibus, quae sunt anime impia, sce-  
leratae, errantes, infideles, quae sunt desolatae omni sanctitate, quae non habitantur neque a sancto Spiritu Paracletu, neque a sanctis angelis Dei: ut-  
pote in hujusmodi desertis habitans, a deserto te ipsum venire dicens. Tale desertum factus est etiam ille quem scopis mundatum atque ornatum repe-  
riens nequissimus atque immundus spiritus, alios septem sequiores se assumens habitavit in eo.

B A Tale desertum factus est ille infelix Judas, postquam Spiritus sanctus familiaritatem atque illuminationem a se expulit, et sanctorum angelorum con-  
junctionem atque habitationem a se amovit, sicut dieit: Et post haec introivit in eum Satanus<sup>21</sup>. Tales solitudines fuerunt eum omnes pseudoprophetae atque falsi sacerdotes, illi ad quos dicit Michæas propheta ante Achab regem Israel: Dedit Dominus spiritum mendacem in ore omnium prophetarum tuorum<sup>22</sup>. Quod eum audisset princeps ipsorum pseudoprophetae Sedechias filius Chanaam, percutiens Michæam in maxillam dixit: Quis Spiritus Domini discessit a me, ut loqueretur in te<sup>23</sup>? Per quam evidenter ostendit, quia discessit ab eo Spiritus Domini, et habitavit in eo spiritus diaboli, utpote desolato a Spiritu sancto. Talia deserta facti sunt Iudei, qui Domino non crediderunt, neque suscipere eum voluerunt. Propterea dixit ad eos Dominus: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta<sup>24</sup>. Talia scilicet deserta facta sunt etiam nunc omnes infidelium sectæ atque hereses, quæ desolatæ fidei veritate atque omni pietate, in quibus habitans dia-  
boli multitudines scandalorum tanquam zizania in eis oriri fecit. Post quæ universa adhuc in ultimo talia deserta sunt omnes pertinaces, omnes crueles qui non agunt penitentiam, qui contristant Spiritum sanctum, in quo pridem signati sunt in die redempcionis, qui contristant sanctos angelos, qui gaudent super eos, qui pro peccatis penitentiam C agunt. Omnes ergo isti desolati sunt qui non penituerunt. Habitat vero in illis, utpote in desertis, malignus adversarius qui tenet cor eorum, ut nec ad penitentiam consiteantur, neque jejunia exerceant, neque eleemosynas faciant. Isti namque peccata dominantur. Isti ergo omnes cum sunt desolati sanctitate et fidei atque Dei timore, desolantur de regno Dei, et projiciuntur de choris sanctorum, atque in tenebras exteriores pellentur et in ignem inextinguibilem, qui preparatus est diabolo et angelis ejus. Hæc itaque notat universa, quia dicit: Subito spiritus venit ab eremo, et tetigit quatuor angulos domus. In tertia plaga tria cornua fecit dia-  
boli, in quarta vero plaga quatuor angulos domus tetigit, et cecidit domus. Et quid si unum tetigis-  
set angulum, cadere non potuisse? Ergo si per unum angulum poterat cadere, cur omnes quatuor angulos tetigit? Audi. Quatuor angulos, id est quatuor partes, tetigit, ob hoc, ut ostenderet ferociatem et insaniam, et intemperantiam quoque atque crudelitatem, cruentationem atque animum suum homicidalem. Nam omnes nequissimi dæmo-  
nes ut relaxati sunt, et nox ut permissionem a-  
ceperunt, continuo omnes generaliter ab omnibus partibus super dominum ipsam irruerunt festinantes, atque adversum invicem rapientes, quis primus hanc iniquitatem acciperet, quis primus hoc homicidium perpetraret. Ob hoc ergo per quatuor  
D

<sup>21</sup> Joan. xiiii, 27. <sup>22</sup> III Reg. xxii, 23. <sup>23</sup> ibid. 24. <sup>24</sup> Matth. xxiii, 38.

partes irruerunt nequissimi dæmones, tanquam A leones de insidiis prorumpentes, ingeniem unusquisque eorum sibi reputans dolorem, si prior illo alter praecedenter ad ejus perditionem. Et adhuc per quatuor partes, quia metuerunt infelices, ne forte aliquis ex hac ruina evaderet præter illum unum quem sponte nequissimi reservassent, qui et ipsorum iniquitatē deserviret, et Job ipsos dolores enarraret. Sed et adhuc per quatuor partes occurentes, quatuor angulos tetigerunt, ob hoc ut suam inconsonantiam atque adversus invicem contrarietatem ostenderent. Nam ad iniquitatis perfectionem omnes sibi concordant, cum invicem sibi discordes sint omnes atque contrarii. *Et cecidit, inquit, domus super filios tuos, et mortui sunt.* Cecidit domus apprehendentibus dæmonibus, commoventibus, infrementibus, a fundamentis saborentibus. Cecidit domus. Nec quidquam magnum. Nam si solus Samson post hæc innumera allophylorum millia in una domo subito dejicit, quid mirum si innumerū dæmones unam domum per quatuor angulos apprehendentes subverterunt? *Cecidit, inquit, domus super filios tuos, et mortui sunt.* O quam magna fides tua, beate Job! O quam mirabilis est sapientia tua, vere Dei serve! Non te exagitavit primus fluctus, neque impulit secundum periculum, non te vulneravit tertia sagitta, non te superavit quarta tentatio neque subversio, que quasi incipiens, perfecta est in terra. Mortui, inquit, sunt filii tui, et ultimam juxta omnium communem mortem. At nunc vero non ita; sed cecidit, inquit, domus super filios tuos, et sic sunt mortui. Suspira, inquit, o homo, et lacryma, o Job, tametsi non, inquit, ob hoc quod tales perdidieris filios, saltu vel quia tam lamentabilis morte mortui sunt, vel quia ita miserabiliter de vita exierunt. Quis ex videntibus non stupeat Job? Quis ex audientibus non turbetur, o vir? Tu vero lapidibus durior et saxis firmior exististi. Fili tui mortui sunt, et quid exspectas ut non lugeas? Cum lapidibus comminuti sunt, cum polvere commissi sunt. Carnes eorum cum sanguine et ossibus, cum ipsis etiam visceribus comminutæ sunt, fractum cum sororibus, et sororum cum germanis omnium communatio simul cum ipsis antepositis cibis communista est, omnium nihilominus viscerum cibus cum ipso vino quod in manibus habent communista est. Immenso namque furore usus versutus diabolus, et iram et plenam indignationem demonstrauit, nec quidquam reliquit quod non comminuerit, neque calvarias, neque viscera, neque ventriculos, neque brachia, neque manus, neque pedes, neque ullum membrum, neque aliquam corporis compaginem. Et non solum haec, sed et ipsos lapides, et ligna nimio succensus furore cuncta comminuit, cuncta commollivit, cuncta commiscauit, cuncta incerta atque indiscreta reddidit. Nam fundamenta domus ipsius sursum supra tectum excitavit, atque superius tectum in profundo fundamenti Non enim ob hoc solum haec fecit quo n

A tritione filiorum Job animum comminueret, sed ob hoc quia prioribus plagis non succubuit, propterea etiam istuc omnem iniquitatem suam demonstravit, et pro priori tolerantia, in filiorum comminutione in eo vindicavit, et comminuit membra et carnes et ossa, ac cum lapidibus et polvere ipsius ruinae commiscauit, ut non separare, nec colligere, nec sepelire posset eos, a quibus sepeliri sperabat ac volebat. Hæc namque venit nuntiare Job novissimus nequissimi adversarii nuntius. Hæc venit nuntiare quæ nunc auditorum continent mentean, contristant praecordia, liquefaciunt animam. Beati vero Job mens perstitit immota, anima in gratiarum actionibus non est consternata. Quis hominum nunc si unum perdat filium, habens alios, hujus unius di- B remptionem ac mortem supra modum non lugeat, etiam cum lamentationibus ac clamore? Magnanimus vero ille Job cum decem haberet religiosos liberos, et istos omnes simul protinus perderet, non luxit, non est contristatus, sed gratias egit danti et iterum auferenti Deo: et quod est maximum, non cura dedecore et miserabili motu ipsis natis morientibus atque in ipsis domus reina contritis, quorum ciborum apparatus cum comedentium carnibus est commissus, et hi qui ministrabant unusquisque ubi apprehensus, illic est comminutus, et potes ministrantium cum sanguine propinquatus est commissus. Erat visio lamentabilis, atque aspectus miserabilis hoc quod gestum est, ino nec visio nec aspectus. Non enim erat quod videretur, neque quod separaretur de eorum qui mortui sunt communis corporibus. Nam tanto furore comminuit ea nequissimus, ut nec de vultibus, nec de personis aguosci possiat corpora, que cum terra atque lapidibus erant commissa atque concreta. Quod transcendent omnia dictum, atque omnem narrationem in dolore atque miseria. Quod nunc nos audientes expavescimus ac terremur. Beatus vero Job, nec ab auditu territus est, nec ab ipsa probatione expavit, sed in omnibus inclinabilis atque immunobilis permanxit, factis procul dubio ostendens omnia, quæ Deus prideam de eo veraciter dixerat verbis. Hæc audiens Job, O magne homo Dei Moyses, quid loqueris? quid scribis? quid dicis? Tu enim es C qui haec scripsisti. Cur ergo dicis: Audiens Job, quasi aliquid leve vel modicum, et cur non dixisti, hæc expertus Job, hæc passus, hæc sustinens? Nam probatio et passio atque tolerantia fuerunt hæc que facta sunt, et non verba neque fabulae auditus. Propterea, inquit, non dixi probationem, sed auditum, quia non tanquam probationem estimavit Job, sed tanquam transeuntem auditum, et tanquam fabulas percurrentes. Probatio vero fuit aliquid passio: sed dum cum tolerantia et cum gratiarum actionibus hæc sustineret Job, tanquam auditus pertransiit. Ob hoc ergo dicit haec audiens Job, tanquam vehementia, tanquam terribilia, stuporem conseruentia atque in p<sup>ro</sup> ia. Hæc liens quæ aliis pri : aliis

major non sustinuit, quæ alius ante eum passus non est. Hæc audiens Job quem meditatus est diabolus, quæsivit nequissimus, quem voluit iniqus, quem excogitavit injustus. Hæc audiens Job, quem angeli admirati sunt, quem incorruptibles laudaverunt, ut is qui de terra plasmatus est, viriliter pugnaverit adversus eum qui de cœlis dejectus est, ut pulvis adversus spiritum, ut homo adversus diabolum, ut corruptibilis adversus incorruptibilem constanter steterit, et non succubuerit, atque victoram de illo sumpserit. Cum tribus malitiosis sagittis a diabolo sagittaretur, tolerantiae atque fiduciæ scuto se protegens transiit illibatus. Post quas tres quarta sagittavit illum inimicus tentator novissime cum dolore ultima, miserabilis, sed nec hac aliquid peregit, nec per istam suam voluntatem perfecit, et ideo computat istam quasi unam: non enim erat una, sed decem erant in hac ipsa. Nam decem filiorum una fuit perditio, unus interitus. Quod autem non vulneraverit illum diabolus, neque dolorem incusserit nequissimus, evidenter ostendit mox in subsequentibus: *Tunc surrexit Job*<sup>36</sup>. Si enim vulneratus, vel contaminatus, vel laceratus fuisset, surgere omnino non potuisset. Ergo quia surrexit, manifestum est quod fortissimus perseveravit, atque illæsus perstet. *Tunc surrexit Job*. Surrexit animo, surrexit fide, surrexit veritatis studio, surrexit ad prælium, surrexit ad virtutem, surrexit ad officium constantiæ. *Tunc surrexit Job*. Certum est quia cum surrexisset, dicit: Nunc belli tempus, nunc approbatio, nunc victoriæ acceptio, nunc coronarum compositio, nunc retributionis exspectatio, nunc audaciæ manifestatio. Quod autem ad hæc omnia surrexit Job, atque ad horum omnium ostensionem, atque perfectionem, juxta hæc quæ sequuntur, manifestum est: *Conscidit, inquit, vestimenta sua*<sup>37</sup>. Cur conscidit? Ob hoc conscidit, ut expeditior atque constanter exstitisset in prælio, ut illa quæ retardant deponeret, ut illa quæ impediunt a se projiceret, ut tanquam audacissimus præliator, et tanquam singularis monomachus adversus innumeros inimicos, et adversus inæstimabiles adversarios, singulariter immobilis perstisset. Ob hoc ergo conscidit vestimenta sua. Nam et vere talis mos est in aliquibus gentibus, ut, cum ad durum prælrium venerint, tunc nimis scindentes vestimenta sua cum furore atque indignatione currant contra adversarios intemperanter, nudo pectore, cum fiducia se offerentes, ut est Syrorum gens. Item vero aliae barbaræ gentes exsfoliantes se, atque in ipsis tunicis se præcingentes, nudo pectore, atque scapulati viriliter eunt in prælrium. Sic itaque admirabilis Job conscidens vestimenta sua, atque omnia deponens impedimenta, nudus atque audax stetit in spiritale prælrium. Ant adhuc conscidit vestimenta sua, sine mora semetipsum ad ipsas preparans plagas. Ecce,

A inquiens, dorsum nudum, ecce corpus detectum. Vos flagellate, ego autem sufferam. Vos verberate, ego autem sustineam, dicens cum Jeremia: *Dorsum meum dedi ad flagella*<sup>38</sup>; dicens cum David: *Supradorsum meum fabricaverunt peccatores*<sup>39</sup>. Sed et adhuc cum eodem David: *Et eram flagellatus tota die*<sup>40</sup>. Adhuc conscidit vestimenta sua, ac si diceret ad ipsos adversarios nequissimos: O maligni atque iniqui adversarii, mortuum me æstimatis, ut vos putatis, et ut vobis videtur in terram me sepelire preparatis! Si ergo me mortuum æstimatis, o inimici! anticipem in pretiosam meam sepulturam concindere pretiosas atque regales meas vestes, ut nec post mortem gaudeteis eas possidentes. Puto quod ex illo consueverunt homines, cum pretiosam sepulturam cuilibet miserint, concidunt eam, ne aliqui scelesti et ipsum corpus projiciant, et ipsam pretiosam sepulturam possideant. Quod si tanquam viventem me, inquit, judicatis, ecce, inquit, etiam sic nudus atque scapulatus sto contra vos, nunquam vobis cessurus. Aut adhuc conscidit vestimenta sua. Ecce, inquit, o maligni inimici! peculium consumpsistis, filios perdidistis, substantiam diripistis, nec quidquam aliud nisi solum corpus atque hanc vestem mihi reliquistis. Tollite, inquit, et hanc vestem, projicio etiam hanc vobis, nihil apud me remaneat ex his quæ in potestatem nequitiæ vestre data sunt. Non sit mihi ex vobis hoc beneficium, oleo peccatorum non ungetur caput meum. Super quæ universa ecce, inquit, et ipsum corpus nudum, detectum, paratum ad poenæ supportationem, ad dolorum tolerantiam. Torque, inquit, contunde, verbera, et cum per cuncta probaveris, cognoscas quia solus Job insuperabilis permanens in omnibus nunquam cedet iæquitatiæ flagellis. Hæc itaque universa cum cogitaret et loqueretur, atque ipsis perficeret factis, *Surrexit et conscidit vestimenta sua, et totondit comam capitum* utpote superflua, otiosam atque inutilem: *Totondit comam capitum sui*, factis perficiens id quod postea duriter ab Apostolo interminatum est verbo, quia *vir si comam nutrierit, ignominia est illi*<sup>41</sup>. Hæc itaque observans Job totondit comam capitum sui. Cum totondisset, procul dubio quod ipsis eam adversariis projectit: Ecce, inquit, tollite et hanc, habete etiam et hanc, deglutite et istam. Arbor, inquit, sum fructifera, omnia quæ superflua a me projicio, ut illibatus perfectum fructum afferam. Vitis enim sum bene maturata, abscondo a me universa superflua, ut incongruis omnibus dicar purgatus, ac justitiae perferam perfectum fructum. Totondit comam capitum sui, non ut lugens, sed ut luctum deponens atque projiciens, omnique luctu per tolerantiam superior existens. Totondit comam capitum sui. Sicut Joseph cum de carcere a Pharaone educeretur, sicut Jonathæ filius cum David ad Jerusalem post mortem Absalon reverteretur, et alii innumeri priores ac

<sup>36</sup> Job, 20. <sup>37</sup> ibid. <sup>38</sup> Isa. L, 6. <sup>39</sup> Psal. cxxviii, 3. <sup>40</sup> Psal. lxxxii, 44. <sup>41</sup> I Cor. xi, 14.

et rex omnium, et nunquam mihi prævalebit malus, et nunquam me superabit callidus inimicus. Quanquam alterat carnes, quanquam comminuat ossa, quanquam consumat nervos, si animæ, inquit, meæ sensus illibatus a et custodiatur, nunquam a te seducar, Domine Deus meus, nunquam abstrahar a charitate tua, rex meus. Idcirco orationem ejus exaudiens Deus, atque deprecationem illius suscipiens justus *Judex*, post haec locutus est ad diabolum, dicens: *Ecce tradidi tibi illum, tantum animam ejus ne tetigeris*<sup>47</sup>. Sic itaque prostratus, oravit ad Deum. Vere prostratus, hoc est valde usque ad terram humiliatus, merito vestem concindit, comam capitinis totundit, terram capitini suo aspersit. Post hæc universa prostratus oravit ad Dominum. Sic, inquit, rex Ninive post hoc in cinere et cilicio sedens, et cum humilitate orans, post triduum imminentem calamitatem effugit. Sic, inquit, et Josias Jerosolymæ rex vestes suas concindens præ timore comminationis Dei, famulos suos vestibus conscißis, et terra atque cinere aspersis misit ad deprecandam atque exorandam faciem Domini. Sic etiam primus his omnibus admirabilis Job concidit vestimenta sua, et comam capitinis sui totundit, et terram capitini suo aspersit, et ita prostratus ad Dominum oravit. Prostratus est ad orationem, sed non cecidit tanquam adversarius in contumaciam. Prostratus est ad precem, sicut Abraham cum pro Loth orasset: sed non cecidit in contumeliam, sicut diabolus qui de celo projectus est propter apostasiam. Sed forsitan dicit aliquis: et cur omnino totundit comam capitinis sui, vel ob quam rem concidit vestimenta sua, vel ob quam causam aspersit capitini suo terram? Audite: primo quidem pro his quæ demonstrata sunt; item sane adhuc vestimenta sua concidit ob hoc, quia ex his quæ diabolo data sunt, apud se nihil residere voluit. Comam vero capitinis sui totundit ob hoc, quia deposita divitiarum abundantia, etiam comæ nimietatem deponeret: et adversario ostenderet, quia sicut passus est quia comam totundit, ita cum multitudinem bonorum deponeret atque amitteret, nihil se passum fuisse aestimasset: aufer, inquiens, omnia superflua, nihil mihi supersit ex his quæ tibi data sunt. Terram vero ob hoc aspersit capitini suo, ut ex parte ostenderet filiorum dolorem. Nisi enim hoc fecisset, alienum illum a natura humana fuisse diceremus. Hæc videlicet universa gessit, propter naturalem dolorem. Gratias vero egit propter constantiam et animæ veritatem, atque illam quam circa Deum habuit sinceritatem. Post quæ universa dixit ad eos<sup>48</sup>. Ad quos? Ad advenientes dæmonum nuntios. Nam mihi quatuor præstolabantur ei, et quatuor miseriæ prædicationes ei afferentes, quatuor lamentabilibus sagittis eum sagittantes. Novissima lamentabilior fuit atque animæ contigua filiorum perditio. Ad istos ergo quatuor qui præsto-

A labantur, ut videbantur lugentes atque mœsti simulatione dixit: Quid exspectatis, o viri? Quid sustinetis, o homines? Hoccine, ut lugeam vobis-  
cum? Hoccine, ut vobiscum lamentem? Non lugeo, inquit, rei familiaris direptionem: ablatae namque sunt mihi cum peculio pariter etiam molestiae atque curæ. Non lamentor filiorum decessum, transi-  
vit enim ab oculis meis tristitia et dolor. Si enim pariter mecum adviverent super terram, cum do-  
lore eram cogitaturus quales fuissent, quales pro-  
fecissent, qualem finem exspectassent. De istis ergo  
securus effectus non lamentor, non plango quod vos  
cuperitis, non reprehendo quod vos queritis, non  
blasphemо quod vos vultis. Non ridebit, inquit, de  
me diabolus, non gaudebit ut sperat super me ini-  
micos, non inveniet apud me id quod exspectat ne-  
quissimus: *Nudus exivi de utero matris meæ, nudus ibo sub terram*<sup>49</sup>. Nihil habui cum venissem, nihil  
requiro cum iero. Nihil attuli natus, nihil hinc au-  
feram sublatuſ: *Nudus exivi de utero matris meæ,*  
non peculium nec filios habens, neque divitiis vel  
possibilitatibus indutus, *nudus et ibo sub terram*.  
Quod enim pariter cum corpore positum fuerit in  
terra, cum eodem corpore terræ efficitur terra.  
Merito nudus ibo sub terram. Nudus ibo, nudus,  
inquit, peculio, sed et peccato: nudus divitiis, sed  
et impietatibus: nudus substantia, sed et iniquitas.  
Sicut enim de carnalibus possibilitatibus universis  
nudus effectus sum, ita, inquit, et ab omnibus il-  
licitis nudus ibo sub terram. Non comitantur,  
inquit, mecum, neque malignitas, neque iracundia,  
neque superbia, neque invidia, neque zelus, neque  
cupiditas, neque alienarum rerum appetentia, ne-  
que contumelia, neque calumnia, neque violentia,  
neque impudicitia, neque lascivia, neque ullum ex  
his quæ Deo contraria sunt. Istis namque omnibus  
nudus ibo sub terram. Non enim sum talis quales  
illi de quibus dicitur: *Quia non habuerunt tegumen-  
tum, inferno vestiti sunt*. Nudus, inquam, malis  
omnibus ibo sub terram, nudus malis, bonis vero  
omnibus indutus, justitia vestitus, sanctitate cir-  
cumdatuſ, charitate ornatus, misericordia ac bonis  
operibus coronatus. Beati sunt, et beati erunt, o glo-  
riose Job! omnes qui te imitati fuerint, omnes qui  
post te potuerint cum fiducia dicere: *Nudus exivi de  
utero matris meæ, nudus et ibo in terram*: qui etiam  
cum Apostolo dicere veraciter possunt: *Nihil intuli-  
mus in hunc mundum, verumtamen nec auferre aliquid  
possumus*<sup>50</sup>. Væ autem illis qui nudi quidem vene-  
runt, innumeris autem iniquitiis atque impietati-  
bus, crudelitate quoque atque infidelitate onerati,  
atque prægravati ibunt in terram. Hojusmodi ve-  
stientur calamitate atque miseria, in die justi atque  
personam non accipientis judicii Dei. *Nudus exivi  
de utero matris meæ, sicut et omnes homines, sic-  
ut et omnis caro, sicut et omnes corruptibles,  
nudus et ibo in terram*. Hoc ipsum namque expe-

<sup>47</sup> Job II, 6. <sup>48</sup> Job I, 21. <sup>49</sup> ibid. <sup>50</sup> I Tim. VI, 7.

ctant omnes, quia idem est introitus omnibus, et exitus similis, sive rex, sive famulus, sive dives, sive egenus, sive magnus, sive pusillus, sive liber, sive servus, nucus ibit in terram, nec quidquam valet auferre secum. Nam et hoc ipsum quod cum corpore mittitur, non auferet secum. Non autem secum illud tolleret, quia non sentit, quia non intelligit, quia terra efficitur, quia in resurrectione non corporis sepultura, sed animae fides et pietas, misericordia quoque et sinceritas requiruntur. *Nudus exivi de utero matris meæ, nucus et ibo sub terram.* Tanquam si diceret: O viri prudentiae atque sapientie, quod est mortale hoc indumentum, quæ est haec supervacua gloria, quæ sunt terrene hæc atque infidae divitiae, quæ sunt hodie et crastina non sunt, quæ hodie irrident istum, crastina vero die eunt ad alium? Fumus est deficiens, flos est transiens, herba est arescens: et qui habent illas, tanquam non habeant, quia diutius non habent: et qui non habent illas, tanquam nihil amiserint, quia non permanenter relinquuntur. *Nudus exivi de utero matris meæ, corpus habens tantum atque animam, nucus et ibo sub terram.* Sicut veni, ita et ibo, ita et exeo, aliena cuncta relinquens, cum corpore solo ibo, atque anima transibo. Quæ accepi, inquit, habeo, quæ attuli non amisi. Superflua omnia derelinquens nucus ibo illuc. Illuc, inquit, quo illuc? Primum quidem illuc ibo quo omnes priores mei jerunt, quo omnes ab initio, illuc in terram matrem omnium, in terram omnium domum. Terra namque est domus omnium mortalium. Illuc quo abiit ille ad quem dictum est: *Terra es, et in terram ibis*<sup>81</sup>. Illo, inquit, ibo nucus sicut et nucus veni. Aut adhuc illo, inquit, ibo ubi sunt tabernacula justorum, ubi sunt sanctorum gloriæ, ubi est fideliūm requies, ubi est piorum consolatio, ubi est misericordium hereditas, ubi est immaculatorum beatitudine, ubi est veracium laetitia et exsultatio.

Ilic ibo, ubi est lux et vita, ubi est gloria et jucunditas, ubi est laetitia et exsultatio, vel unde ausugit dolor, tristitia et gemitus, ubi obliviacentur priores tribulationes hæc quæ sunt in corpore super terram. Illuc ibo, ubi est tribulationum depositio, ubi est remuneratio laborum, ubi Abrahæ sinus, ubi Isaac proprietas, ubi Israel familiaris, ubi sanctorum animæ, ubi angelorum chori, ubi archangelorum voces, ubi Spiritus sancti illuminatio, ubi Christi regnum, ubi æterni Dei Patris infecta gloria atque beatus conspectus. Illuc, inquit, ibo, illuc perveniam, non reprehendens, non maledicens, non blasphemans, non criminans, sed gratias agens et confitens, atque cum gratiarum actionibus dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est*<sup>82</sup>. Non ero, inquit, ingratuus, non ero insidigraphus, sicut tu, adversarie; non redam malum pro bono, sicut tu, infelix diabolo; sed confitor, quia *Dominus dedit, Dominus abstulit, sic-*

*A ut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Lamentabiles, inquit, ad me misisti nuntios, o diabole, et noxios atque immisericordes tue nequitiz legatos, per quos me crudelibus tue iniuriantis sagittasti sagittis, quas ego, inquit, omnes identidem in te convertam, crudeliora efficiens tibi in spiritu vulnera. *Dominus, inquam, dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est.* Hoc fuit diabolo vulnus, hoc fuit diabolo afflictio et dolor, tribulatio quoque atque angustia: quia cum putat et vult blasphemiam audire a Job, et reprehensionem ac maledictum in Deum, confessionem atque gratiarum actionem audivit. Hoc factum est illi ignis devorans, hoc factum est illi incendium perurans, quia hoc audivit quod non sperabat: *Dominus dedit, et Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Non enim tantum tetigerunt Job lamentabiles istæ diaboli sagittæ, quantum vulneraverunt eum sinceræ ejus gratiarum actiones. *Dominus dedit, et Dominus abstulit.* Quando voluit, inquit, dedit ut bonus, et quando voluit identidem, ut habens potestatem abstulit. *Dominus dedit, et Dominus abstulit.* Dedit, inquit, ut innotescat quam fidelis sim, quam pie dispensem, quam misericorditer distribuam. Abstulit autem, ut appareat quomodo gratias agam, quomodo confitear, quomodo adorem, plus nunc rebus sublati, quam pridem datis. *Dominus dedit, et Dominus abstulit.* Dedit sua et iterum abstulit sea; ego, inquit, nihil amisi, nullum passus sum detrimentum. Merito postquam usus sum reddidi, mutuanti mihi ea gratias agens. *Dominus dedit, et Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est; sit nomen Domini benedictum.* Quid dicas, o beate Job? Dominus vere dedit, sed non Dominus vero abstulit, sed abstulit omnium inimicus et nequissimus adversarius atque invidus diabolus. Dominus dedit, sed adversarius abstulit. Dominus dedit, et inimicus refuga abstulit. Porro si diabolus abstulit, quomodo dicit Job quod Dominus abstulerit? Ignorans atque per suspicionem dicit. Putabat enim atque arbitrabatur quod Dominus abstulerit, et nesciebat quod diabolus abstulit, concedente Domino atque permittente. Ergo dicit Job: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est.* Ille namque fuit illa vere magna Job constantia, quod nesciens quia diabolus abstulit, putabat quod Dominus abstulerit, et hoc putans, Domino quasi auferenti gratias agit. *Dominus, inquit, dedit, et Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est; sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Si enim scisset Job quod adversum diabolum habebat, et quia diabolus cum illo hoc bellum faciebat, et quia malignus inimicus rem familiarem et filios eius abstulerat, profecto omnino ad nihil ipsas tentationes deduceret, et in derisionem illum habens, evidenter adversus inimicum resisteret ut aporte-

<sup>81</sup> Gen. iii, 19. <sup>82</sup> Job i, 21.

et rex omnium, et nunquam mihi prævalebit malus, et nunquam me superabit callidus inimicus. Quanquam alterat carnes, quanquam comminuat ossa, quanquam consumat nervos, si animæ, inquit, meæ sensus illibatus a et custodiatur, nunquam a te seducar, Domine Deus meus, nunquam abstrahar a charitate tua, rex meus. Idecirco orationem ejus exaudiens Deus, atque deprecationem illius suscipiens justus judex, post haec locutus est ad diabolum, dicens: *Ecce tradidi tibi illum, tantum animam ejus ne tetigeris*<sup>47</sup>. Sic itaque prostratus, oravit ad Deum. Vere prostratus, hoc est valde usque ad terram humiliatus, merito vestem concindit, comam capitinis totondit, terram capitini suo aspersit. Post haec universa prostratus oravit ad Dominum. Sic, inquit, rex Ninive post hoc in cinere et cilicio sedens, et cum humilitate orans, post triduum imminentem calamitatem effugit. Sic, inquit, et Josias Jerosolymæ rex vestes suas concindens præ timore comminationis Dei, famulos suos vestibus concissis, et terra atque cinere aspersis misit ad deprecandam atque exorandam faciem Domini. Sic etiam primus his omnibus admirabilis Job concidit vestimenta sua, et comam capitinis sui totondit, et terram capitini suo aspersit, et ita prostratus ad Dominum oravit. Prostratus est ad orationem, sed non cecidit tanquam adversarius in contumaciam. Prostratus est ad precem, sicut Abraham cum pro Loth orasset: sed non cecidit in contumeliam, sicut diabolus qui de coelo projectus est propter apostasiam. Sed forsitan dicit aliquis: et cur omnino totondit comam capitinis sui, vel ob quam rem concidit vestimenta sua, vel ob quam causam aspersit capitini suo terram? Audite: primo quidem pro his omnibus quæ demonstrata sunt; item sane adhuc vestimenta sua concidit ob hoc, quia ex his quæ diabolo data sunt, apud se nihil residere voluit. Comam vero capitinis sui totondit ob hoc, quia deposita divitiarum abundantia, etiam comæ nimietatem deponeret: et adversario ostenderet, quia sicut passus est quia comam totondit, ita cum multitudinem bonorum deponeret atque amitteret, nihil se passum fuisse aestimasset: aufer, inquiens, omnia superflua, nihil mihi supersit ex his quæ tibi data sunt. Terram vero ob hoc aspersit capitini suo, ut ex parte ostenderet filiorum dolorem. Nisi enim hoc fecisset, alienum illum a natura humana fuisse diceremus. Hæc videlicet universa gessit, propter naturalem dolorem. Gratias vero egit propter constantiam et animæ veritatem, atque illam quam circa Deum habuit sinceritatem. Post quæ universa dixit ad eos<sup>48</sup>. Ad quos? Ad advenientes dæmonum nuntios. Nam mihi quatuor præstolabantur ei, et quatuor miseriarum prædications ei afferentes, quatuor lamentabilibus sagittis eum sagittantes. Novissima lamentabilior fuit atque animæ contigua filiorum perditio. Ad istos ergo quatuor qui presto-

A labantur, ut videbantur lugentes atque mœsti simulatione dixit: Quid exspectatis, o viri? Quid sustinetis, o homines? Hocce, ut lugeam vobis-  
cum? Hoccine, ut vobiscum lamentem? Non lugeo, inquit, rei familiaris direptionem: ablatæ namque sunt mihi cum peculio pariter etiam molestiæ atque curæ. Non lamentor filiorum decessum, transi-  
vit enim ab oculis meis tristitia et dolor. Si enim pariter mecum adviverent super terram, cum do-  
lore eram cogitaturus quales fuissent, quales pro-  
fecissent, qualem finem exspectassent. De istis ergo  
securus effectus non lamentor, non plango quod vos  
cupitis, non reprehendo quod vos queritis, non  
blasphemо quod vos vultis. Non ridebit, inquit, de  
me diabolus, non gaudebit ut sperat super me ini-  
micius, non inveniet apud me id quod exspectat ne-  
quissimus: *Nudus exivi de utero matris meæ, nudus ibo sub terram*<sup>49</sup>. Nihil habui cum venissem, nihil requiro cum iero. Nihil attuli natus, nihil hinc au-  
feram sublatus: *Nudus exivi de utero matris meæ,*  
non peculum nec filios habens, neque divitiis vel  
possibilitatibus indutus, *nudus et ibo sub terram*.  
Quod enim pariter cum corpore positum fuerit in  
terra, cum eodem corpore terræ efficitur terra.  
Merito nudus ibo sub terram. Nudus ibo, nudus,  
inquit, peculio, sed et peccato: nudus divitiis, sed  
et impietatibus: nudus substantia, sed et injustitia.  
Sicut enim de carnalibus possibilitatibus universis  
nudus effectus sum, ita, inquit, et ab omnibus il-  
licitis nudus ibo sub terram. Non comitantur,  
inquit, mecum, neque malignitas, neque iracundia,  
neque superbia, neque invidia, neque zelus, neque  
cupiditas, neque alienarum rerum appetentia, ne-  
que contumelia, neque calumnia, neque violentia,  
neque impudicitia, neque lascivia, neque ullum ex  
his quæ Deo contraria sunt. Istis namque omnibus  
nudus ibo sub terram. Non enim sum talis quales  
illi de quibus dicitur: *Quia non habuerunt tegumen-  
tum, inferno vestiti sunt*. Nudus, inquam, malis  
omnibus ibo sub terram, nudus malis, bonis vero  
omnibus indutus, justitia vestitus, sanctitate cir-  
cumdatus, charitate ornatus, misericordia ac bonis  
operibus coronatus. Beati sunt, et beati erunt, o glo-  
riose Job! omnes qui te imitati fuerint, omnes qui  
post te potuerint cum fiducia dicere: *Nudus exiri de  
utero matris meæ, nudus et ibo in terram*: qui etiam  
cum Apostolo dicere veraciter possunt: *Nihil intuli-  
mus in hunc mundum, verumtamen nec auferre aliquid  
possumus*<sup>50</sup>. Væ autem illis qui nudi quidem vene-  
runt, innumeris autem injustitiis atque impietati-  
bus, crudelitate quoque atque infidelitate onerati,  
atque prægravati ibunt in terram. Hujusmodi ve-  
stientur calamitate atque miseria, in die justi atque  
personam non accipientis judicij Dei. *Nudus exiri  
de utero matris meæ*, sicut et omnes homines, sic-  
ut et omnis caro, sicut et omnes corruptibles,  
*nudus et ibo in terram*. Hoc ipsum namque exspe-

<sup>47</sup> Job ii, 6. <sup>48</sup> Job i, 21. <sup>49</sup> ibid. <sup>50</sup> I Tim. vi, 7.

ctant omnes, quia idem est introitus omnibus, et exitus similis, sive rex, sive famulus, sive dives, sive egenus, sive magnus, sive pusillus, sive liber, sive servus, nudus ibit in terram, nec quidquam valet auferre secum. Nam et hoc ipsum quod cum corpore mittitur, non auferet secum. Non autem secum illud tollit, quia non sentit, quia non intelligit, quia terra efficitur, quia in resurrectione non corporis sepultura, sed animae fides et pietas, misericordia quoque et sinceritas requiriuntur. *Nudus exi vi de utero matris meae, nudus et ibo sub terram.* Tanquam si diceret: O viri prudentiae atque sapientiae, quod est mortale hoc indumentum, quae est haec supervacua gloria, quae sunt terrenae haec atque infidei divitiae, quae sunt hodie et crastina non sunt, quae hodie irrident istum, crastina vero die eunt ad alium? Fumus est deficiens, flos est transiens, herba est arescens: et qui habent illas, tanquam non habeant, quia diutius non habent: et qui non habent illas, tanquam nihil amiserint, quia non permanenter relinquuntur. *Nudus exi vi de utero matris meae, corpus habens tantum atque animam, nudus et ibo sub terram.* Sicut veni, ita et ibo, ita et exeo, aliena cuncta relinquens, cum corpore solo ibo, atque anima transibo. Quia accepi, inquit, habeo, quae attuli non amisi. Superflua omnia derelinquens *nudus ibo illuc.* Illuc, inquit, quo illuc? Primum quidem illuc ibo quo omnes priores mei jerunt, quo omnes ab initio, illuc in terram matrem omnium, in terram omnium domum. Terra namque est domus omnium mortalium. Illuc quo abiit ille ad quem dictum est: *Terra es, et in terram ibis*<sup>81</sup>. Illo, inquit, ibo nudus sicut et nudus veni. Aut adhuc illo, inquit, ibo ubi sunt tabernacula justorum, ubi sunt sanctorum gloriae, ubi est fidelium requies, ubi est plororum consolatio, ubi est misericordium hereditatis, ubi est immaterialium beatitudi, ubi est veracium laetitia et exultatio.

Ilic ibo, ubi est lux et vita, ubi est gloria et jucunditas, ubi est laetitia et exultatio, vel unde ausigit dolor, tristitia et gemitus, ubi obliviscuntur priores tribulationes haec quae sunt in corpore super terram. Illuc ibo, ubi est tribulationum depositio, ubi est remuneratio laborum, ubi Abrahæ sinus, ubi Isaac proprietas, ubi Israel familiaris, ubi sanctorum animæ, ubi angelorum chori, ubi archangelorum voces, ubi Spiritus sancti illuminatio, ubi Christi regnum, ubi æterni Dei Patris infecta gloria atque beatus conspectus. Illuc, inquit, ibo, illuc perveniam, non reprehendens, non maledicens, non blasphemans, non criminans, sed gratias agens et confitens, atque cum gratiarum actionibus dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est*<sup>82</sup>. Non ero, inquit, ingratus, non ero insidigraphus, sicut tu, adversarie; non reddam malum pro bono, sicut tu, infelix diabole; sed confiteor, quia *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut*

*Aut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Lamentabiles, inquit, ad me misisti nuntios, o diahole, et noxios atque immisericordes tue nequitiae legatos, per quos me crudelibus tue iniquitatis sagittasti sagittis, quas ego, inquit, omnes identidem in te convertam, crudeliora efficiens tibi in spiritu vulnera. *Dominus, inquam, dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est.* Hoc fuit diabolo vulnus, hoc fuit diabolo afflictio et dolor, tribulatio quoque atque angustia: quia cum putat et vult blasphemiam audiire a Job, et reprehensionem ac maledictum in Deum, confessionem atque gratiarum actionem audivit. Hoc factum est illi ignis devorans, hoc factum est illi incendium perurus, quia hoc audivit quod non sperabat: *Dominus dedit, et Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum in secula.* Non enim tantum teligerunt Job lamentabiles istæ diaboli sagittæ, quantum vulneraverunt eum sinceræ ejus gratiarum actiones. *Dominus dedit, et Dominus abstulit.* Quando voluit, inquit, dedit ut bonus, et quando voluit identidem, ut habens potestatem abstulit. *Dominus dedit, et Dominus abstulit.* Dedit, inquit, ut innotescat quam fidelis sim, quam pie dispensem, quam misericorditer distribuam. Abstulit autem, ut appareat quomodo gratias agam, quomodo confitear, quomodo adorem, plus nunc rebus sublati, quam pridem datis. *Dominus dedit, et Dominus abstulit.* Dedit sua et iterum abstulit sua; ego, inquit, nihil amisi, nullum passus sum detrimentum. Merito postquam usus sum reddidi, mutuanti mihi ea gratias agens. *Dominus dedit, et Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est; sit nomen Domini benedictum.* Quid dicas, o beate Job? *Dominus vere dedit, sed non Dominus vere abstulit, sed abstulit omnium inimicus et nequissimus adversarius atque invidus diabolus.* *Dominus dedit, sed adversarius abstulit.* *Dominus dedit, et inimicus refuga abstulit.* Porro si diabolus abstulit, quomodo dicit Job quod Dominus abstulerit? Ignorans atque per suspicionem dicit. Putabat enim atque arbitrabatur quod Dominus abstulerit, et nesciebat quod diabolus abstulit, concedente Domino atque permittente. Ergo dicit Job: *Dominus dedit, et Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est.* Ille namque fuit illa vere magna Job constantia, quod nesciens quia diabolus abstulit, putabat quod Dominus abstulerit, et hoc putans, Domino quasi auferenti gratias agit. *Dominus, inquit, dedit, et Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est; sit nomen Domini benedictum in secula.* Si enim scisset Job quod adversus diabolum habebat, et quia diabolus cum illo hoc bellum faciebat, et quia malignus inimicus rem familiarem et filios ei abstulerat, profecto omnino ad nihilum ipsas tentationes deduceret, et in derisionem illum habens, evidenter adversus inimicum resisteret et aporte-

<sup>81</sup>: Gen. iii, 19. <sup>82</sup>: Job 1, 21.

adversus apertum hostem staret. Nunc vero inimicus quidem hoc celavit diabolus, cum istos ei inferret labores: clementissimus autem Dominus in suspicione erat et incusabatur his omnibus. Nam cum diceret diabolus: *Ignis cecidit de cœlo, et Subito spiritus venit ab eremo, Deum incusabat istis doloribus.* Similiter cum audisset Job, quod ignis cecidit de cœlo et combussit oves, et quia spiritus venit ab eremo et ruina occidit ejus filios, quid aliud suspicari poterat nisi quod Deus illi ipsos dolores cœli immisisset? Ob hoc ergo præsternum magnificatur Job, quia cum Deus suspicatur in istis plagiis ac doloribus, suscepit cum constantia atque gratiarum actionibus: et non dixit, quid peccavi circa te ut talia patiar ex te? Sed cum ab inimico percuteretur atque doloribus afficeretur, Dominum in istis doloribus suspicabatur, et gratias agebat percutienti se atque doloribus afflententi, dicens: *Dominus dedit, et Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est; sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Hæc itaque universa, atque pluriora ad præstolantes sibi nequissimi nuntios beatus Job locutus est, et per illos ad ipsum diabolum qui eos miserat, quistabant ante eum tristes, ac flentes sicut linxerant, omnemque miseriam ostendentes ac deponentes, ut facile beatum Job ad blasphemiam provocarent. Ad quos plurima et alia locutes Job dixit: *Cur tristes estis, o homines? Ob quam causam ejulatis, o viri?* Ne forte hoc vos contristat, quia ego Deo gratias ago. Ne forte hoc vobis molestum est, quod ego danti ea confessionem do, et auferenti ea invocationem emitto. Non me homo multavit, sed Deus de cœlis qui mihi dedit diversa, abstulit, sicut et vos dicitis, quod ignis de cœlo ceciderit. Si ergo non homo mihi damnum ingessit, sed Deus quando voluit dedit, et item quando voluit abstulit, gratias ei qui dedit, et gratias identidem ei qui abstulit. Sua dedit, et item sua abstulit, et ego, ait, nihil amisi. Nam ex utero materno nudus veniens, nihil habui. Qui habuit dedit mihi, mutuavit utenti mihi, abstulit quæ sua sunt; nihil perdidi, sed gratias ago mutuanti, usus his quæ data sunt mihi, et consiteor largitori, dicens: *Dominus dedit, et Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est.* Placuit antea ut daret, placuit nunc ut rursus auferret. *Sicut Domino placuit, ita factum est.* Omne quod Deo placuerit bonum est, omne quod Domino placuerit justum est. Placuit illi ut daret, bene placuit. Placuit illi identidem ut auferret, juste placuit. *Sicut Domino placuit, ita factum est.* Quandiu illi placuit habuimus, quando placuit ei non habemus. *Sicut Domino placuit, ita factum est.* Quando habuimus, non propterea nostra habuimus, sed Domini: et cum perderemus omnia, non propria perdidimus, sed abstulit quæ sua erant Dominus. *Sicut Domino placuit, ita factum est, sicut Dominus voluit, sicut Domino placuit.* Omne

A quod vult Dominus, vita est, lux est, requies est, aeterna beatitudo est, vita enim in voluntate ejus est, et ira in indignatione ejus <sup>43</sup>. Quocunque ergo placuit Domino, sive percutere, sive multare, sive ditare, sive pauperem facere, sive arguere, sive corripere, omnia beatitudo est incorruptibilis atque indesinens. *Beatus, inquit, homo quem tu erudieris, Domine* <sup>44</sup>. *Sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Sic oportet omnes Christianos, atque omnes credentes dicere et facere et cogitare in omnibus que eos circumdederint, atque eis occurrerint, sive pecunias perdant, sive filii auferantur, sive paupertas incumbat, sive infirmitas immittatur. Dicant in his omnibus cum sinceritate: *Sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Nomine Domini, inquit, propter quod omnia sustineo atque suffero, propter quod omnibus quæ mihi obvenierunt superior existo. *Sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Nomen Domini, quod mirabiliter cœlos extendit, quod terram firmiter fundavit, quod abyssos terribiliter signavit. *Sit nomen Domini benedictum in sæcula:* quod cum vidissent icones in Daniele, in agnos immutati sunt: quod cum flammam ignis agnoverisset in Ananias et Azaria et Misaele, foras a fornace fugit, atque eos qui extra fornacem erant combussit, ut ipse non habentes in se sanctum nomen Domini; illis autem qui intra fornacem erant non appropinquavit, quia terribile nomen Domini in illis conspexit. Hoc etiam et ceterus cum videret in C Jona, obstupuit atque ilkesum eum quem de navi suscepserat reddidit, intaminatum renisit quem vivum suscepit. Hoc, inquam, nomen Domini benedictum in sæcula. Hoc nomen quod pauci ex prioribus agnoverant, posteriores vero omnes suscepserunt. Hoc nomen de quo dicunt sancti ex persona Dei: *Vobis qui timetis nomen meum cognominabitur novum nomen quod benedicetur super terram.* Et adhuc: *Non est nomen aliud sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri* <sup>45</sup>. Hoc, inquam, nomen Domini sit benedictum in sæcula: quod iram avertit, quod maledictum abstulit atque remisit, quod dæmones terruit. Hoc nomen Domini sit benedictum in sæcula. Sit benedictum in angelis et in hominibus, in cœlestibus virtutibus, in spiritibus atque in omnibus justorum animabus, in gentibus et in omnibus fidelium congregationibus. *Sit nomen Domini benedictum.* Quousque, aut quandiu sit benedictum? *In sæcula,* inquit, in finem praesentis et in initio infiniti illius sæculi. *Sit, inquit, nomen Domini benedictum in animabus castorum, in cordibus piorum, in mentibus religiosorum, in ecclesia sanctorum, in congregacione verissimorum Dei famulorum.* Sit nomen Domini benedictum non in tempore dimenso atque statuto, sed in sæcula. In sæcula, inquit, sive in præsenti sæculo usque in finem, sive in futuro sæculo illo infinito atque in-

<sup>43</sup> Psal. xxix, 6. <sup>44</sup> Psal. xciii, 12. <sup>45</sup> Act. iv, 12.

deficienti. Sit nomen Domini benedictum in saecula. Circumsio, inquit, ad tempus fuit, lex usque ad plenitudinem temporis fuit. Postquam venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum qui legem implevit, et gratiam demonstravit, et nomen illud benedictionis impertiens cunctis in perpetuo petentibus tradidit. Sit nomen Domini benedictum in saecula. Nomen Domini ait hoti, misericordis, patientis, benigni, clementissimi. Sit nomen Domini benedictum, qui benedictionem seminavit, produxit atque ostendit. Sit nomen Domini benedictum, qui cuncta bene perficit, qui cuncta bona universis providet, qui bene, inquit, mihi magnam patientiam atque tolerantiam condonavit, ut tanquam aurum in fornace probatus, perspicua fidei, tolerantiae quoque atque patientiae formam cunctis subsequenter ostendam, justus comprobatus, electus demonstratus atque probabilis ostensus, non Domino qui est praescius, sed hominibus in mundo ignorantibus. Nam praeclarus Dominus etiam ante passionis initium tolerantiae sciebat exitum. Merito testimonium perhuiuit, qui ob hoc ipsam temptationem permisit, ut his qui in mundo sunt comprobaretur justus. Pro his ergo omnibus sit nomen Domini benedictum in saecula. Haec audientes subsequentes etiam sancti prophetæ a beato Job edocti dixerunt: Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum<sup>66</sup>. Sicut enim mirabilis Job cum dolores sustineret, nomen Domini benedixit, ita et beati prophetæ persecutions et dolores sustinentes terribiles, nomen Domini benedixerunt. Post quæ universa, velut vitoriae titulum, gloriæ, ac laudis atque honoris illi statuens magnus ille Moyses scribit, ac dicit: In his ergo omnibus quæ ei acciderunt, non peccavit Job, neque in conspectu Domini, neque in labiis suis<sup>67</sup>. In his omnibus, inquit, tam plurimis, tam magnis, tam periculosis, tamque terribilibus ac vehementissimis, in omnibus primis ac novissimis, majoribus ac minoribus quæ fuerunt ante plagam, in omnibus miserabilibus, gravibus quoque et mentem perturbantibus, præcordia perterritibus. In his omnibus. Nam nisi essent plurima et magna, atque terribilia, non utique dixisset in his omnibus quæ ei acciderunt, tanquam si diceret: Quis regum a saeculo talia bella peregit, o viri? Quis ab initio præcerum hujusmodi perficit victoriam, o homines, quemadmodum admirabilis Job; qui percussus est et non est interfectus, sagittatus est et non est vulneratus, doloribus est affectus et non est dejectus, suffossum est et non est subversus, miseriis est afflictus et non est comminutus? Solus super omnes antiquos ac posteros immobilis gratificientia, et tolerantiae scuto se circumdans, solusque adversus inumeros stans, insuperabilis perseveravit, atque solus de multitudine iniquorum victoriam sumpsit. Hoc nimurum scribens, ac proferens Moyses, et tanquam perpetem titulum in formam tolerantiae iis

A qui in mundo sunt statuens, dicit: In omnibus quæ ei acciderunt nihil peccarit Job. Acciderunt ei dignitæ, et gloria, sed nihil peccavit, non enim est elatus in superbiam. Accedit ei splendor et lætitia, sed nec quidquam peccavit. Non enim est oblitus timorem Domini, neque dereliquit misericordiam ac miserationem. Post hæc videlicet accedit ei paupertas ac miseria, sed nihil peccavit Job, quia non blasphemavit omnium dominantem. Accedit ei dolor, et plaga, et vermes et putredo: sed nihil peccavit justus ille. Nam cum gratiarum actionibus rehementes illos sustinuit dolores. Veraciter ergo scribit magnus ille Moyses de Job, et veraciter dicit: In omnibus quæ ei acciderunt nihil peccavit Job, neque in conspectu Domini neque in labiis suis. Quid est quod dicis, o magne Moyses? quid est quod loqueris, neque in conspectu Domini, neque in labiis suis? Ego, inquit, absque mendacio loquor, et juste loquor. In conspectu enim Domini non peccavit, hoc est, in anima consiliis, neque in cogitationibus, neque in tractationibus cordis. His enim observat, et ista respicit facies Domini, quæ in corde cogitantur atque tractantur, juxta hoc quod dictum est: Non sicut videt homo, videt Deus, sed homo videt in facie, et non in corde: Deus autem videt in corde<sup>68</sup>, et in facie et in cogitationibus, atque in ipsis cordis consiliis. Ista scilicet cordis cogitationes, consilia quoque atque tractatus designans, dicit: neque in conspectu Domini. Verba autem et eloquia demonstrans: neque, inquit, in labiis suis, ac si diceret: Omnia quæ provenierunt ei, ita sustinuit Job et ita supportavit, ut nec in verbis labiorum blasphemaret Deum, neque in cordis cogitationibus reprehenderet, neque in anima consiliis culparet. Quomodo malum cogitatur erat Job in corde suo adversus Deum, qui pro filiorum cordibus curam gerens, dixit: Ne forte filii mei in cordibus suis mali aliquid cogitaverint adversus Deum<sup>69</sup>? Non peccavit, inquit, in conspectu Domini, corde male cogitando, neque in labiis suis, illicita loquendo. Super hæc omnia, Non dedit, inquit, insipientiam Deo. Quid est quod dicit, non dedit insipientiam Deo? Ac si diceret: Non existit infidelis Deo, non exstitit infirmus, neque instabilis, neque perfidus, neque commotus. Non dedit insipientiam Deo. Non enim sicut quemadmodum domus illa quæ super arenam est fabricata, quæ non habuit fundamentum, hoc est, fidei et pietatis firmamentum, quæ facile ventis et aquis commota cecidit. Sed non fuit talis beatus Job, sed firmus, stabilis atque immobilis fuit. Ideo omnis impetus nequissimi, et omnis inundatio diaboli subverttere, vel dejicere immobilem illum non potuerunt. Hoc itaque demonstrans dicit: Non dedit insipientiam Deo. Sicut diximus, non exstitit infidelis Deo, neque infidigraphus, neque ingratus. Aut adhuc, inquit, Non dedit insipientiam Deo, ac si diceret,

<sup>66</sup> Psal. cxii, 2. <sup>67</sup> Job 1, 22. <sup>68</sup> I Reg. xvi, 7. <sup>69</sup> Job 1, 5.

non fecit sermones Dei neque testimonia ejus infidelia, neque supervacua, neque mendacia. Quæ verba Dei, vel quæ testimonia? Ea quæ ad diabolum locutus est, testimonium perhibendo Job, non fecit ea infirma vel supervacua succumbendo atque detrahendo, sed fidelia illa atque firma fecit, cum gratiarum actione sufferendo cuncta sibi accidentia. Merito ergo dicit: *Non dedit insipientiam Deo*, non exsisterunt testimonia Dei de illo infirma, neque mendacia per illum, sed fidelia ac firma, atque vera. Non dedit ullam occasionem, vel suspicionem infidelitatis Deo. Non necesse habuit Deus confundi de iis, per quæ velut fideli testimonium perhiberet illi. Nam cum esset firmus et fidelis, non dedit insipientiam Deo, hoc est infidelitatem Deo. Quod autem erubescat Dens infidelibus atque infirmis, ipse Dominus ostendit, dicens: *Qui erubuerit me, confundet hunc Filius hominis cum venerit in maiestate sua*<sup>40</sup>. Deus vero attestabatur fidei Job, diabolus vero attestabatur infidelitati. Deus testificabatur quod non propter pecuniam, sed propter dilectionem coluerit illum Job: diabolus vero confirmabat quod non propter dilectionem colebat illum Job, sed propter substantiam. Postquam vero omnia ei abstulit diabolus et rem familiarem, et filios, et in iisdem gratiarum actionibus permaneret Job circa Deum, tunc nihilominus apparuit quod non

A propter pecuniam, sed propter dilectionem serviebat Deo: tunc scilicet testimonium diaboli infirmum ac mendax factum est, Dei vero testimonium verum ac fidele probatum est. Hæc sane universa uno verbo ostendens, atque perstringens, dicit: *In his omnibus quæ ei acciderunt, nihil peccavit Job, neque in conspectu Domini, neque in labiis suis. Et non dedit insipientiam Deo*<sup>41</sup>. Studeamus etiam, o viri, studeamus omni virtute nostra, o amici, ut nou demus infidelitatem Deo, ut non exsistamus ei infideles, neque in fide, neque in verbis, neque in factis, neque in cogitationibus, neque in consiliis, neque in impietate, neque in tribulationibus, neque in deliciis, neque in gloria, neque in paupertate, sed hæc universa cum patientia transemus, atque cum gratiarum actionibus sustineamus, ut in omni vita nostra fideles Deo, et firmi in fide ac pietate reperamur ad instar beati Job qui in omnibus quæ ei acciderunt fidelis permanxit coram Deo, et fidelia omnia ostendit de se testimonia ejus: qui primus hominum post Abel atque Abraham his qui in mundo sunt honorum dereliquit formam, qui nominatur atque magnificatur inter homines in perpetuo, qui requiescit cum angelorum choris in gloria incorruptibili in infinita secula. Qua requie etiam nos omnes dignos habeat misericordia Domini.

## LIBER SECUNDUS.

Sicut pulcherrimi solis radii delectabiles sunt ad videndum omni homini illibatos oculos habenti, ita et admirabilis Job passio desiderabilis est, ac delectabilis, atque necessaria ad audiendum omnibus piis, omnibus credentibus, omnibus Deum intuentibus, atque Deum diligentibus. Nam admirabilis Job, cum prima congreessione victoriam de diabolo perfecisset, atque triumphator de maligno exstisset, quanto magis victoriam de illo sumpsit, tanto amplius illum ad zelum circa se, et ad majus certamen atque bellum commovit. Velut enim inextinguibilis ignis flamma succensus nequissimus, tractans apud semetipsum dixit: Nunc mihi est belli tempus, nunc Victoria spes mihi nusquam est, nunc exsurgam ad certamen circa Job, nunc evidenter ecclidi propter tolerantiam ejus. Non, inquit, est mihi fugiendum. Non enim permittit superationem virtus ipsa que nunc est, sed adhuc est mihi congregendum. Timeo enim ne rursus terribiliter cadam ante eum. Sed interim fugit cum non valet et congregari non audet, et concerari metuit. Melius est, inquit, ut congregiar, quam ante secundam luctationem indelibanter fugiam, aut

C ante secundam congreessionem inutiliter terga vertam. Forsitan, inquit, in secunda congreessione victoria ad me revertetur. Forsitan enim contemnit sua, et filios, seipsum autem non contemnit, suum proprium corpus non spernit, proprios suos dolores non despicit. Queram illum, ipsum requiram, corpus ipsius percutiam dolore, liquefaciam vulneribus, consumam vermis: forsitan his doloribus succumbens maledicet, forsitan hanc penam non sufferens blasphemabit. Diversa enim immutantur tempora, aliquando hic, aliquando autem illuc fluctuantur. Merito, inquit, est etiam mihi adhuc spes victoriae. Hæc itaque, atque his similia cogitans, atque apud semetipsum tractans nequissimus diabolus, rursus impudentia uitit, rursus importunitatem demonstrat, rursus tanquam canis rabidus in baculum irruit, non considerans propriam dejectionem, non intelligens propriam deformitatem. Rursus ante faciem Dei subintroire audet, rursus irreprehensibilem illum Job reprehendere non metuit, quo magis per omnia confusus atque convictus exsisteret. Hæc namque universa demonstrans, atque commemorans, dicit: *Et factum est quæst*

<sup>40</sup> Luc. ix, 26. <sup>41</sup> Job 1, 22.

*dies illa*<sup>63</sup>. Quæ dies? Dies temporis, dies opportunitatis. *Et factum est quasi dies illa*. Dies tolerantiae, dies consummationis, dies adimpletionis primæ victoriae Job. *Et factum est quasi dies illa*. Dies in qua diabolus cecidit, Job vero surrexit: dies in qua diabolus humiliatus est, Job vero exaltatus est: dies in qua diabolus confusus est, Job vero coronatus est. *Et factum est quasi dies illa*. In qua redivivum judicium inter Job et diabolum est auditum, in qua redivivæ corona Job ab angelis aptata, atque consecrata sunt. *Factum*, inquam, *est*, *quasi dies illa*, similis ei de qua superius dictum est, de qua jam superius plurima diximus. *Et factum est quasi dies illa*, et venerunt angeli Dei ut starent ante Dominum et diabolus venit cum illis ut staret ante Dominum<sup>64</sup>. Venerunt angeli, non de loco in locum translati, non de regione ad regionem transeuntes, non de provincia ad provinciam committentes, sed ante Dominum jugiter perseverantes. Nam si ut justis lux semper, ita facies Dei super Justos semper, ita ante Deum justi semper, multo magis gloriosi atque sancti angeli, qui indesinenter ac perpetue permanent ante Deum in gloria. Venire autem dicuntur vel ire, cum ad ministerium fuerint missi, cum legationes adimpleverint, cum mandata perfecerint, cum propter eos qui patienter sustinuerint, Deum magnificaverint, cum propter eos qui salutem adipiscuntur, Deum laudaverint, quando pro perfectis cœlesti Domino confessi fuerint, quando pro omnimodis Dei miraculis æterno regi indesinenter gratias egerint. Et nolite mirari, o amici, quod angeli venire vel ire dicuntur, quia majora atque mirabilia audiuri estis. Nam et ipse Deus, qui est angelorum atque omnium spirituum rector et conditor, venire et ire dicitur, descendere et ascendere, sedere et surgere, dormire et a somno surgere, et quod est omnibus stupendum magis, dicitur tanquam potens crapulatus a vino: *Exsurge, quare obdormis, Domine?* *Exsurge et ne repellas in finem*<sup>65</sup>. *Et suscitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus a vino*<sup>66</sup>. Et descendit Dominus et locutus est cum Moyse. Et ascendit Deus postquam locutus est ad Abraham, et alia innumera his similia de Deo in Scriptura reperiuntur fuisse dicta. Si ergo immobilis et inexibilis et inemigrabilis atque simplex in iisdem semper jugiter permanens Deus haec universa dicitur, et ire et venire, *Venit*, inquit, *Deus ad Balaam*<sup>67</sup>, ec sedere et surgere: quid magnum si angeli ejus atque ministeriales spiritus venisse ad Deum dicantur ad increpandum diabolum, atque omnes qui operantur voluntatem illius, et ad testandum sanitatis atque sinceritatibus eorum, quas habent circa Deum? Ad magnificandum Deum in misericordiis ejus et bonitatibus ejus, atque longanimitatibus et investigabilibus ejus miraculis, quæ indesinenter ostendit circa genus humanum? Sic ergo venerunt,

<sup>63</sup> Job ii, 4. <sup>64</sup> ibid. <sup>65</sup> Psal. XLIII, 25. <sup>66</sup> Psal. LXXXVII, 65. <sup>67</sup> Num. XXII, 8. <sup>68</sup> Job II, 2. <sup>69</sup> Psal. I, 5. <sup>70</sup> Job II, 2.

A et veniunt angeli ante Deum. Prima vice venerunt ut justificationibus Job attestarentur et fidel ac pie-tati ejus, sed tunc sane solis justificationibus Job attestati sunt. Nunc vero secunda vice venientes ante Deum, non solis justificationibus ejus sunt at-testati, sed et tolerantiae et justificationibus, patientiae quoque, ac constantiae, atque dilectionis quam erga Deum habuit plenitudini. Istis namque omnibus attestantes gloriosi angeli, necnon et diaboli nequitiam accusantes atque mendacem illum comprobantes, venerunt ante Deum, cum quibus et diabolus venit. Venit nihilominus non facie ad faciem, sed consiliis et cogitationibus, sensibus atque tractationibus, desideriis ac deliberationibus sicut superius per plurima demonstratum est. Quas cogitationes cum videret Deus, respondit illi, dicens: *Unde venis, tu*<sup>71</sup>? Respondit nihilominus non labiis loquens, nec verba depromens, neque colloquio suo injustum illum dignum faciens, sed nec omniō in præsentia eum suscipiens. Nam ille quia a sanctis execratur, et odio habetur atque conculeatur, in conspectu Dei nunquam veniet. Si enim *impi* (ut superius dictum est) *non resurgent, neque peccatores in concilio justorum*<sup>72</sup>: multo magis omnium impietatum provisor, atque totius peccati auctor diabolus In consilium divinum non veniet, neque deifico colloquio dignus habebitur, juxta omnia quæ in anterioribus memoravimus. Venit ergo consiliis et cogitationibus atque desideriis, et audivit non colloquium, sed increpationem atque objurgationem nequissimarum cogitationum suarum, atque infestorum desideriorum ac deliberationum suarum, quæ demonstrans dicit: *Et respondens Dominus ait ad diabolum: Unde venis, tu*<sup>73</sup>? Interrogat præscius, atque providus, qui omnem scientiam cunctis prestat hominibus, interrogat refugam, apostatam, adversarium, nequissimum, injustum. Interrogat ut ex ore illius, atque ex responso illius eum arguat et condemnnet, atque convincat, utpote mendacem, et malignitatis zelo, ac livore repletum. Unde venis, tu dejecte, confuse, humiliate? Unde tu venis vietus, superitus, conculcatus? Unde tu venis qui de excelsis es expulsus, et super terram es condemnatus, qui de cœlis es projectus, inter homines abdicatus? Unde tu venis, qui post iniquitates festinas, qui post injustitiam curris? Tu qui homicidia appetis, tu qui adulterii es cupidus, tu qui sanguine potaris, qui omnium impietatum super terram es provisor, omnium malorum inter homines inventor, unde tu venis? Tu qui tempus non habes, tu qui quietem non expectas, tu qui resumptionis memor non es, neque requiem speras, unde tu venis? Confitere, et noli negare, ostende, et noli celare. Sed non accipiens haec nequissimus, nec omnino audisse se simulans, pro aliis alia respondit dicens: *Circuvi omnem terram,*

*et peragravi universum orbem qui sub cælo est* <sup>70</sup>. Subtiliter flagis, o infelicissime diabole, humiliationem tuam tegis, deformitatem tuam reticescet, confusionem tuam minime deponis, quod a pulvere fueris superatus. Lutum enim et terra et polvis est Job propter terrenum corpus, sed interim terrenus ac luteus superavit, inquit, te, o diabole, qui cum sis incorruptibilis spiritus, tanquam fulgor de cælo cecidisti projectus. Corpus scilicet luteum superavit fulgorem incorruptum, spiritum immortalem atque incorporeum. Hanc scilicet confusione tuam reticescens ac præterinitens, o callide diabole, gloriaris ac plaudis quod terram circuieris, et ea que sub cælo sunt peragraveris. Sed hoc in maximam deformitatem tuam dicens: nam gloria tua atque elatio reserta est omni dejectione. Si enim tantum potuisti ut omnem terram, post haec omnes terrenos, atque universos, qui sub cælo sunt circuiri atque peragrari, hoc est, conculcares atque sub te subjiceres, quomodo non potuisti uni terreno atque corruptibili Job prævalere? Sed omnis potentia tua, ac virtus, atque prædones exercitus tui et gladius eorum et triplicia equitum tuorum cornua et ignis qui de cælo cecidit, ut tu dixisti, et venti qui ab eremo venerunt, quod erat tuæ nequitiae inspiratio, universa, inquit, hæc infirma ac supervacua extiterunt per justi Job tolerantiam, atque per gratiarum actiones confusa atque eversa. Post quæ universa, non, inquit, te, o diabole, interrogo quam terram circuieris, et ea que sub cælo sunt peragraveris, de istis namque interrogare te opus non habeo. Scio enim quod incessanti nequitia indesinenter cuncta quæ sub cælo sunt circuis, et pervolas, utpote aereus spiritus fulgoris velocitati consimilatus. Non, inquit, te de hoc interrogo, sed hoc, unde veneris, vel a quibus veneris. Ab inconfuso confusus, ab exaltato humiliatus, a gloriose spe vacuus. De istis, inquit, interrogo atque de his te admoneo, cum stes velut igneis jaculis stimulatus. Quis enim est major ignis diabolo quam hic, ut a carnali et terreno supereretur atque conculceret, cum sit spiritus incorporeus? Unde tu venis, seductor, insidiator, humiliatus, dejectus, confusus? Unde tu venis? Ubi est arrogantia tua? Ubi est elatio? Ubi maguiloquium tuum? Ubi sunt mendacia tua, quibus dixisti quod me Job propter pecuniam coleret? Tu facultates ei abstulisti, ego vero gratiarum actiones atque confessionem ab eo suscepit. Nam eum tu, inquit, omnem substantiam ejus abstuleris ut non habeat unde mihi hostias offerat, solita gratiarum actione mihi sacrificia immolat ex mundo corde atque conscientia pura. Unde venis tu, o diabole? Non a penitentia, non a conversione, neque ab hoc quod deformitatem tuam videns confundaris. Sic itaque interrogo te, malignissime, unde venias. Non enim venis sicut pridem ab Adam cum victoria, sed sicut

A post a Job cum confusione. Adam enim olim seduxisti, sed Job post hoc non supplantasti. Adam de paradiſo eradasti, sed Job a sanctitate non avertisti. Unde tu venis de excelsis expulsus, et de cælis dejectus, de angelorum choris projectus? Unde venis tu qui super terram injustitiam germinasti, qui sub sole impietas disseminasti, qui ea que sub cælo sunt universa malis replesti? Unde venis tu? Tu qui es mortis auctor, malorumque inventor, atque malorum omnium initium, iniquitatis operator, pater mendacii. Unde, inquit, tu venis? Circuivi, inquit, omnem terram, et peragravi universa quæ sub cælo sunt, et ecce adsum. Adsum, inquit, qui non succumbo neque humilior, qui non convertor neque satisfacio, qui paenitentiam non ostendo, sed tanquam vitiis indomitus praesto. Mutaberis, inquit, o diabole, in dilectissimo tuo, hoc est in temetipso. Nam cum non flecteris, neque subjiceris, neque paenitentiam demonstras, in irremediabilem inferorum poenam demergeris; inexstinguibili igni gehennæ traderis et tu et omnes qui te ad infidelitatem sequuntur: tu, inquam, et omnes qui per te ad impietatem persuadentur. Adsum, inquit, is qui non ita est in factura sua factus, sed in operibus ita demonstratus, qui non ita est factus natura, sed exivit voluntate. Non enim in factura naturæ, sed in voluntatis operatione diabolus est factus. Adsum, inquit, is qui peccatis congaudeo, qui impietatis lætor, qui iniuriatibus jucundor, qui omni iniquitatis et omnibus impudicitias atque omnibus malis delector. Adsum, inquit, is qui spem non habeo, qui salutem non exspecto, qui misericordiam non sustineo, qui refrigerii non sum memor. Circuivi, inquit, terram et peragravi eam, et ea quæ sub cælo sunt, et ecce adsum. Cui post hæc omnia respondens Deus dicit: Non te de hoc interrogo qualiter terram circuieris, hoc est eos qui terrena sapiunt, neque de hoc quemadmodum ea que sub cælo sunt peragraveris, hoc est eos qui cœlestia non desiderant, sicut et tu ipse, qui cælo reverti ultra non potes, sed hoc te interrogavi et interroge: *Animadvertisisti ad puerum meum Job* <sup>71</sup>? Ac si diceret: Intellexisti quid sit Job? Relaxasti sensum tuum ad eum? Cognovistne illum, vel probasti indeclinabilem fidem ejus, et immobilem firmitatem, et inviolabilem fortitudinem, et inviolabilem pietatem atque religiositatem illius? *Animadvertisisti vel intendisti ad puerum meum Job?* ac si diceret: Certus es, o inimice omnium bonorum diabole, uter nostrum veritatem dixerit, ego autem, uter absque mendacio locutus fuerit, ego qui ei testimonium perhibui, an tu qui eum accusasti. Dicis quod terram circuieris, et ea quæ sub cælo sunt peragraveris, reperiisti similem Job? Vidistine æqualem illi? Ob hoc, inquit, te interrogo unde veneris, vel unde venias, ut ostendam Job sanctitatem ac meritum, patientiam quoque ac victo-

<sup>70</sup> Job 11, 2. <sup>71</sup> ibid. 5.

riam, gloriam nihilominus atque coronam, tuam vero dejectionem, et humiliationem, confusionem quoque atque perditionem. Quanquam enim tu neges, sed ego ostendam, Quamvis tu non confitearis, sed ego non sileo. Terram enim te circuisse dieis, perditionem tuam vero non depromis. Cum abscondis tuam dejectionem, coronas Job suraris. *Respxisti ad puerum meum Job*, qui caput tuum conculeavit, qui humiliavit altitudinem tuam, qui dejicit elationem tuam? Gloriaris, inquit, nequissime Satana, quod terram circuieris, et ea quae sub caelo sunt peragraveris: sed mala est haec gloria tua atque inutilis elatio. Ad malum enim circumisti terram, et ad injustitiam peragras ea que sub caelo sunt. Pervolas enim pelagus et aerem et penetras omnes gentes, provincias ac regiones, ut plurimos filios gehennæ facias, ut plures tuae poenæ efficias participes. Sicut enim canis rabidus vias ac transitus percurrit, ut omnes quos ante se invenerit, alios quidem morsibus vulneret, alios nihilominus in stuporem ducat terroris: ita et tu, inquit, nequissime Satana, terram circuis, et ea quae sub caelo sunt universa peragras, non ut aliquem componas, sed ut cunctos extermines, quorumdam animam per peccata vulnerans, aliorum nihilominus mentes obtundens atque infatuans. Et cur superius sane illum diabolum appellat, nunc vero Satanam? Diabolus enim *accusator* interpretatur, Satanam vero *resistens* vel *rebellis*, aut etiam *contumax*. Ergo quia superius occulte quidem accusavit Job ad Deum, idcirco superius diabolum illum appellat, utpote accusatorem: nunc vero rursus qui ad evidentem contumaciam circa Job pervenit, merito Satanam illum dicit, utpote rebellem. *Respxisti ad puerum meum Job*, o infelix diabolo? Cum dolore audisti, quod puerum suum noncavavit Deus Job. Dolor tibi fuit haec vox amaritudinis, haec auditio gravis tibi fuit, hic dictum va tibi fuit pro hoc testimonio quod attestatus est Deus Job, dicens: *Respxisti ad puerum meum Job?* Et ante, inquit, puer meus fuit et nunc puer meus permanet, et tunc nequitia accusatio nihil ei prævalebit. *Respxisti ad puerum meum Job?* Superius dixit: *Animadvertisisti puerum meum Job?* nunc vero, *Respxisti ad puerum meum Job?* Ac si diceres: vidisti, probasti, certus es, quia et antea servus meus fuerit, et nunc servus meus permanet, et a mea, inquit, servitute nunquam fugit, nec fugiet. Et ipse, inquit, testis sum, et angeli mei auditores, qui in conspectu meo venientes, et Job tolerantiam mirantes dixerunt: magnum miraculum vidimus inter homines, o terribilis Creator omnium, nimio stupore dignum, o xterne Rector universorum. Unus terrenus homo de limo planatus nostris immortalibus angelorum choris multo inferior, illum qui ex immortalibus cherubim officiis cecidit atque projectus est diabolum, sola

A tolerantia ac devotis gratiarum actionibus superavit atque in fugam vertit, et omnes fraudes ejus atque iniuriantes supervacuas demonstravit. *Respxisti*, inquit, *ad puerum meum Job?* Ad illum obtemperanteum puerum atque verum, qui percussus non discessit, qui caesus est, et non deliquit, qui tibi est traditus, et non me denegavit, qui a te percussus est, et mihi gratias agit. Istum, inquit, puerum respexit qui adversum te stetit, et mihi non restituit, qui adversum te dimicavit, et me adoravit, qui te conculeavit, et me non contempserit, qui te odio habuit, et me dilexit? Ad hunc, inquit, puerum meum respexit? Ad hunc cui similis in tolerantia a temporibus Abel non fuit? Abel enim cum semel sustineret intercessionem, transivit et requievit. Job vero cum plurimo tempore sustineret, diutius morte affectus est, et multipliciter doloribus multatus atque afflictus. In quo apparet, inquit, quod non est illi similis homo super terram. Abraham non est, Melchisedec translatus est, Noe requievit, Enoch elevatus est, Abel assumptus est. Meritis non est illi similis aliis homo super terram. Ex his qui modo vivunt, non est illi similis super terram. Intende quia non dicit, non est illi similis super terram ex iis qui fuerunt, vel erunt, nam post hoc fuit Joannes, quo major inter nos mulierum non fuit. Merito de iis qui tunc fuerunt, dicit: *Non est similis illi aliis ex his qui sunt super terram?* Ac si diceret: Ex his qui sunt super terram temporibus ejus, in diebus ejus, in vita illius, non est aliis similis illi in justitia, in fide, in pietate, in tolerantia, in constantia, in gratiarum actionibus, in misericordia atque in omnibus virtutibus, non est aliis homo similis illi in terris. Quis alias ante eum, vel post eum talia sustinuit, et sustinens gratiarum actiones recompensavit pro vehementioribus doloribus atque amarissimis poenis? Quis existit tolerantiam Job formam? Nullus. Abraham enim illum immolare præceptus est, sed protinus identidem vivum illum suscepit, quem maectatus atque immolatus fuerat. Job vero non ita, sed repente, subito, insperate septem filios et tres filias simul pariter mortuos, et nunquam reviviscentes audivit et vidiit: sed fides ex eo mortua non est, neque patientia, neque gratiarum actio, neque dilectio quam erga Deum habuit. Sed quemadmodum aurum per ignem transiens splendidius atque gloriatus efficitur, ita et Job temptationum ignem transiens, clarior atque Deo pretiosior atque acceptabilior comprobatus est. Merito ergo dicit: *Non est similis illi super terram.* Fulget, inquit, tanquam sol veritate ac patientia, reluet fide et tolerantia velut coeli lumenaria. Ob hoc non est similis illi aliis super terram, sicut ut lapis, ut fundamentum immobilis, tanquam adamus incomminutus. *Non est similis illi ex his qui sunt in terris.* Sine querela, ut ipsa

nec ab angelis, nec ab hominibus in illo est reprehensus. *Justus*, utpote justo Dei iudicio justus comprobatus. *Verus*, utpote nec in verbo, nec in facto, neque in magno, neque in minimo falsitati approximans, neque mendacio communicans. *Dei cultor*, utpote non oberranti animi conscientia unum colens Omnipotentem, omnium Creatorem, Patrem Jesu Christi. *Abutiens se ab omnibus operibus malis*, et antea, et nunc, ab initio et usque in finem. Non enim, nec antea facultatum abundantia, neque nunc honorum perditio ad mala eum declinaverunt. Super hæc omnia quidem summo singulari atque mirabili modo perseverans in simplicitate. Cum tanta, inquit, a te sustinuerit, cum tanta a te passus fuerit, tanta ex tua malitia supportaverit, *Adhuc perseverat in simplicitate*. Omnes qui in doloribus et in tormentis atque in passionibus fuerint, ipsis doloribus examinariati atque exaggerati, amariores, et noiores atque pejores efficiuntur. Sed non ita est, inquit, constantissimus Job, sed ita non est admirabilis ille vir, sed adhuc perseverat in simplicitate. Ac si diceret, adhuc innocentior in ipsis doloribus perseverat, adhuc longanimitior, adhuc modestior, adhuc benignior, adhuc justior, adhuc sincerior circa Deum. Quantum enim, inquit, tu, o diabole, augmentasti ei mala, tantum Job adjecit ad innocentiam : *Adhuc perseverans in simplicitate*. Adhuc, inquit, ac si diceret : Super omnia quæ ei fecisti, super omnia quæ ei ostendisti, super omnia quibus eum affixisti, super omnia hæc videlicet adhuc perseverat in simplicitate. In precedentibus laudatur Job a Deo, utpote justus ac verax Dei cultor : nunc vero adjecit illis Deus super hanc laudem, dicens : *Perseverans in simplicitate sua*. Bene ac digne. Figura enim fuit eorum qui in nova gratia omnia in simplicitate transierunt atque sustinuerunt, nulli malum pro malo reddentes, sed præceptum Domini adimplentes, dicentis : *Diligite inimicos vestros*<sup>73</sup>, et : *Benedicite eis qui maledixerint vobis*<sup>74</sup>, et : *Volenti auferre pallium tuum, dimitte ei et tunicam*<sup>75</sup>. Horum namque omnium typum gerens beatus Job, cum hoc quod in simplicitate perseveravit atque cuncta sustinuit, cum hoc ipso etiam auferenti pallium suum, hoc est omnem substantiam suam diabolo, et tuniceam dimisit, concindens illam atque projiciens illi, et dicens : Quæ postulasti a Deo, accepisti; tolle et hæc quæ non quæsisti, tuniceam atque pallium meum. *Perseverans adhuc in simplicitate*. Nam quantum ad tuos sermones, o diabole, adversarii in eum insurrexerunt, inimici eum deprædati sunt : sed nec istis in aliquo replicavit, sed circa istos omnes simplicitatem ostendit. Merito dicit, *Perseverans in simplicitate*, typum atque figuram gerens Domini dicentis per prophetam de semetipso : *Ego autem tanquam agnus immaculatus ductus sum ad sacrificium*<sup>76</sup>. Sic itaque admirabilis Job perseverat in

A simplicitate : super hæc universa quæ ingressisti ei perseverat in simplicitate. Et quis, inquit, post hoc ex his qui audierint, vel agnoverint, non me reprehendat, qui tantum permisi tuæ crudelitati aduersus justum illum insurgere, et illa immisericorditer innocentem vexare? Post quæ universa perseverat in simplicitate. Ecce, inquit, antea laudavi testificans tibi quis fuerit Job, ecce nunc adjicio super laudem ejus, dicens : *Perseverat in simplicitate*. Perseverat, ait, id est, exspectat. Quid ergo exspectat? Tolerantiae remunerationem, exspectat coronas innocentiae. Aut adhuc exspectat, inquit. Quid, inquit, exspectat? Te, ait, exspectat, o diabole, tanquam nūdax belligator, tanquam constantissimus præliator, tanquam admirabilis vir fortis. Sic itaque ait, exspectat, non dubitat : non terga dedit, sed adhuc exspectat. Adhuc, inquit, exspectat ut te superet atque devincat, conculet atque humiliet, et omnimode dejectum atque confusum demonstret. Cum talen ergo noveris esse Job, et ita prompte te exspectantem ad secundam congressionem, si audes, approxima, incipe, apprehende, paralum invenies te exspectantem. Adhuc, inquit, exspectat in simplicitate : tu autem terram circuis, et ea quæ sub cœlo sunt peragras, ut idola fundas, ut adulterium gerimes, ut homicidium multiplices, ut sanguinem effundas, ut artes magicas, et auguria, et divinationes atque maleficia dissemines, ut infidelitatem doceas, ut Dei blasphemias atque omnibus malis, ea quæ sunt sub cœlo repleas, ut castos vel castas polluas, ut pios ad impietatem declines, ut justis molestias atque tribulationes suscites. Pro his, inquit, omnibus tu, o diabole, terram circuis, et ea quæ sunt sub cœlo peragras. Job vero non ita, sed exspectat adhuc in uno loco tanquam in eadem patientia, et veritate, in eadem fide et pietate atque Dei cultura fundatus, stabilitus atque confirmatus, et nunquam ab ea declinatus, aut prævaricatus. Sic itaque exspectat immobilis, atque innocens. Adhuc exspectat in simplicitate. Columba, inquit, est simplex, rationabilis, spiritualis, incorruptione digna, acceptabilis, angelis Dei familiaris. Idcirco tanquam columba simplicitatem ostendit. Nam sicut columba de nido effugata sublatis sibi pullis atque ante oculos maectatis, non indignatur, neque terretur, neque nidum deserit, neque ad malitiam immutatur : ita et beatus Job cum nidos ab eo auferretur, hoc est divitiae atque substantia, et filii ejus interficerentur ante oculos ejus, non est indignatus, neque ad malitiam, hoc est ad blasphemiam aut ad maledictionem, est immutatus, sed cuncta sustinuit cum innocentia atque gratiarum actionibus. Pro his ergo omnibus dicit, *perseverans in innocentia*. Tu vero dixisti perdere rem ejus : dixisti ut perderas ; paululum autem carnes ejus dicis ut perdas, ut ista in simplicitate sustinens Job, augmen-

<sup>73</sup> Luc. vi, 27. <sup>74</sup> ibid. 28. <sup>75</sup> ibid. 29. <sup>76</sup> Jerem. xi, 19.

ium glorioſarum coronarum accipiat, et in, inquit, o versute diabole, augmentum confusioſis et dejectionis atque ruinæ percipiōs, utpote et de cœlo dejectus, et in terris ab Job prostratus, etiam et in hoc ultimo exspectans quando a Domino Job atque omnium rectore Deo Unigenito per crucem prosterñaris atque in inferos demergaris. Tu, inquam, dixisti rem ejus perdere sine causa, neque ut præcipiens, neque ut imperans. Caruisti enim hoc, o diabole, ut cum potestate diccas jubendo, vel præcipiendo: sed dixisti quærrens, postulans, supplicans, petens. Sic, inquam, dixisti rem ejus perdere sine causa. Age, inquit, quod ille, hoc est, diabolus ita dixerit, ita petierit, ita quæſierit, ita supplicaverit, tu vero eur exaudisti, cur acquieviſisti, cur dedisti, cur sine causa rem illius justi perdere permisiſisti? Ob hoc, inquit, exaudiui, ob hoc rem atque filios ejus perdere permisi, ut appareret Job justitia, et diaboli injuſtitia, ut appareret mea veritas, et diaboli mendacium, ut clareret meum testimonium, et iniqui illius blasphemia. Dixisti, inquit, sed non ut jubens. Nisi, inquit, exaudirem, et acquiescerem atque trāderem omnem rem Job in potestatē diaboli, et perdere omne peculium ac filios juxta voluntatem suam permittere, nunquam utique cognosceret diabolus, quia non propter rem coluerit me Job, sed propter charitatem: nunquam utique quiesceret blasphemando sanctos ante Deum et homines, sed in hoc staret atque omnes homines scandalizaret, quia et Deus favorabiliter colentibus se rem daret, et colentes illum non propter dilectionem, sed propter rei familiaris gratiam ei servirent. Merito ergo ne posset haec dicere diabolus, dedit illi in potestatē et rem Job, et filios, et post paululum ipsum corpus ejus ad supplicium. Si ergo cum tanta ingessisset Job, et ille in iisdem gratiarum actionibus atque confessionibus perseveraret adhuc, super hæc omnia eadem usus est impudentia atque improbitate dicens: *Corium pro corio*<sup>76</sup>: quid faceret si omnium bonorum Job potestatē non acciperet? Ob hoc, inquit, in potestatē ejus tradidi, non quod diabolo placere voluerim, sed totum mundum informare festinans, quæ sit mes justitia, et diaboli iniquitas, livor quoque ejus atque invidia, et quæ sit justorum fides et tolerantia, vel dilectio eorum circa me. Similiter petiit, et petet usque in finem sæculi pro omnibus sanctis, ut potestatē accipiat ut corpora eorum affligat, et animas eorum tangat. Sic afflixit martyres per principes hujus mundi, igne et gladio consumens carnes eorum. Hæc namque fuit voluntas et petitio diaboli, ut sanctos tormentis afficeret atque torqueret. Et haec fuit sanctorum oratio, ut omnia supplicia propter Deum sustinentes æternæ gloriae apud eum in fide efficerentur hæredes. Quod autem hæc petat diabolus, ostendit evidenter Dominus dicens: *Satanas petiit ut vos cibraret tanquam*

A *triticum*<sup>77</sup>, et cetera. Hæc namque universa propter improbitatem atque impudentiam, zelum quoque ac invidiam maligni quam habet circa sanctos, dicta sunt. Ad quem de istis loquens Deus dicit: *Tu autem petisti rem ejus perdere sine causa*<sup>77</sup>. Cujus rem? Justi ac pii atque credentis Job. Desiderasti rem ejus perdere sine causa, pro tuo, inquit, zelo atque invidia, pro tua maligna suspicione, callidissime diabole. Petisti rem ejus perdere sine causa, nihil peragens vel perficiens, nisi solam iniquitatem tuam atque malitiam. Petisti rem ejus perdere sine causa. Porro sine causa periit. Quare periit? Diabolo, inquit, sine causa periit. Nihil enim peregit neque perfecit, cum rem ejus perdet, nisi suam dejectionem atque humiliationem ostendit. Job vero hæc res non sine causa provenit, sed ad ingentem gloriam et laudem atque honorem hujus rei perditio provenit coram Deo et angelis ejus: et apud Deum gloriæ augmentatio ei provenit, et super terram duplex pro remuneratione receptio atque retributio. Sic itaque diabolo quidem sine causa facta est hujus rei perditio. Job vero non est facta sine causa, sed pro æternæ beatitudinis remuneratione, et in cœlis coram angelis Dei, et in terra in conspectu omnium gentium. Increpans ergo et redargens atque objurgans diabolum, dixit: *Tu vero petisti rem ejus perdere sine causa*, tu desiderasti, tu petisti, tu quæſisti, tu rem ejus festinasti perdere sine causa; tanquam si diceret: Ubi est præsumptio tua, o diabole, quod mox ut rem ejus abstulisses continuo eum a pia Dei cultura atque ejus gratiarum actionibus discedere fecisses? Ubi est, inquit, arrogantia tua, bonorum omnium inimice diabole? Ubi tumultuatio tua atque seditione? Ubi labor tuus atque sollicitudo? Ubi contentio tua atque altercatio? Laborasti enim atque certasti bella diversa conficiendo, et castra statuendo, et equites demonstrando, et igne exurendo, et ventos admovendo, et fundamenta quadrato, et domos dejiciendo atque omnem sollicitudinem demonstrando, ut justi Job rem atque filios perderes: sed frustra existit ingens tuus labor atque sollicitudo. Rem enim Job perdidisti, sed justitiam ejus non perdidisti, sed fidem ejus ac pietatem non dissipasti. Idecirco audi, inquit, cum increpatione: *Petisti rem ejus perdere sine causa*: sed olim quidem rem Job sine causa perdidisti; post hoc autem cum Dominus venisset ad terras, illius unguenti perditionem gratis fieri aestimasti, dicens per os Iudæ: *Utquid hæc perditione hujus unguenti facta est?*<sup>77</sup>? Et unguentum sane quod pro bono cum fide effusum est perditionem judicasti: rem vero Job quæ cum iniquitate periit, perditionem non aestimasti. Et quod majus est hoc, unguentum illud quod a Iuda effusum est, hoc est, sanguinem Unigeniti perditionem reputasti. Nam sicut cum illic unguentum illud effunderetur, re-

<sup>76</sup> Job ii. 4. <sup>77</sup> Luc. xxii, 31. <sup>77</sup> Job ii. 3. <sup>77</sup> Marc. xiv, 4.

pleta est domus illa unguenti odore ; ita et istie, id est, in passione Domini, cum sanguis Domini effunderetur, repletus est orbis terræ salutis suavitate. Sed in omnibus non cessavit nequissimus, et improbus atque impudens diabolus, neque confusum se recognovit : sed tanquam canis rabidus ad baculum infelix eucurrit, cum priorem suam deformitatem non intelligit, sed sperat quod per novissimum bellum priorem ruinam posset resarcire, nesciens miser quod novissima pejora prioribus ei essent efficienda. Idcirco post haec universa, respondit diabolus ante Deum, et dixit : *Corium pro corio.* O impudentia atque improbitas tua, o diabole ! tantam deformitatem atque confusionem tuam non consideras, sed inverecundie atque identidem, hoc est, iterum atque iterum recurris contraria tibi ipsi loquendo ac dicendo atque querendo, et temet ipsum destruendo. Primum enim dixisti cum ad Deum de Job locutus fuisses : Aufer illi reu, priva eum divitiis, minue eum opulentia, humilia eum de altitudine, denuda illum his que dedisti, si non continuo in faciem maledixerit tibi, et detraxerit, atque blasphemaverit, quasi magnum fuerit hoc, ut divitiae atque res ejus familiares auferrentur. Quod ergo tunc magnificasti, ut ei res familiares auferrentur, hoc nunc nimis minoras. Quod tunc singulariter atque indubitate judicasti, quod sublati divitiis Job continuo esset blasphematurus, hoc nihilominus nanc ad nihilum redigens dicens : *Corium pro corio.* Corium divitiarum pro corio corporis, corium bonorum pro corio ossium. Haec namque duo coria repetit, ac memorat iste diabolus : rem familiarem et divitias exterius corium; interius vero corium corpus et ossa. Corium quod non valde doleat, rem familiarem; corium quod valde doleat, corium corporis. Haec scilicet cogitans malignissimus diabolus, a quo nunquam male cogitationes deficiunt, haec ergo nequissimus diabolus nequiter atque callide tractans, dicit ad Dominum de Job : *Corium pro corio,* ac si diceret : Quid magni passus est Job ? quid grave sustulit hic quem defendis ? Rem familiarem et filios amisit, sed sperat quod rursus et rem et filios acquirat, confidit quod et identidem des sicut et ante dedisti. Pro hac ergo spe atque confidentia neendum a te recessit, neendum te reliquit, neclum te detraxit, neclum te blasphemavit, quia neclum tetigerunt illum dolores corporis, quia neclum apprehendit eum ossium pœna. *Corium pro corio.* Exteriore, inquit, corio decoratus, hoc est rem familiarem ablatam contempsit atque ad nihilum reduxit : tange interius corium ejus, hoc est tormentis affice carnes ejus; et contere carnes illius, et apparebit constantia ejus, quam nunc habere videtur. Supervacua enim fides ejus, quam nunc circa te habere se putat. *Corium pro corio,* ac si diceret, dolorem minorem pro dolore majore, pœnam moderatiorem pro pœna

A fortiore. Minorem, inquit, ac leviorem atque moderatiorem sustinens Job dolorem videtur adhuc constantiam habere, pro gravioribus leviora facile sustinens, pro arctioribus mitiora leniter sufferens. Nam omnis pœna, et omnis dolor qui foris fuerit a corpore, levior videtur esse magis quam illi dolores, qui sunt in corpore. Ideo corium pro corio, hoc est pœna minor pro pœna majore, dolor levior pro dolore vehementiore. Nam aliud est rem familiarem amittere, et detrimenta sustinere, aliud sane est carnibus ipsis putrescere, et vermis repleri, et in pulverem terræ commassari humore ulcerorum, qui ex ipsis liquecentibus carnibus elicetur. Idcirco facile sustinet Job exterioris corii dolorem pro dolore corii propinquioris, hanc rei familiaris B direptionem pro corporis afflictione. Quandiu ergo leviorem dolorem sustinet, illo usque a te non discedit, neque negabit te. Immuta, inquit, coria, hoc est immuta dolores, et continuo immutari eum ad blasphemiam senties. *Corium,* inquit, *pro corio.* Hujus rei exemplum etiam in nobis videmus. Nam cum percutitur quilibet, vel cœditur, frequenter manum pro toto porrigit corpore, et protegit caput et dorsum manu, et videtur illi, ut in manu magis percutiatur quam in dorso, vel capite, et dat corium pro corio, corium manus pro corio capitum. Haec itaque universa designans nequissimus callide dicit de Job, *Corium pro corio.* Nam sicut hi qui vapulant, corio manus alterum corporis protegunt corium, ob hoc tantum ut corpus integrum habeant : sic, inquit, et Job exteriora rei familiaris detrimenta contemnit universa, tantum ut corporis effugiat pœnam. Sic namque et hi qui in mari navigant, cum periculum passi fuerint omnia que in navi habuerint contemnunt atque in mari projiciunt ob hoc ut ipsi evadant. Sic et quicunque divitum cum in corporis infirmitatem inciderint, omnem substantiam suam libenter offerunt, tantum ut corporis incolumentem recipient. Sic, inquit, et Job omnes divitias, et omnem rem familiarem facile contemnit, tantum ut dolores non contingant carnes ejus. Quo autem proposito dixerit haec universa nequissimus dæmon, per haec que sequuntur ostendit, dicens : *Omnia quæcumque habuerit homo, dabit pro anima sua<sup>78</sup>.* Sic, inquit, et Job omnia quæcumque habuerit contempsit, tantum ut corpus conservaret illæsum. Sed adhuc, inquit, corium pro corio. Quis dixit hoc ? diabolus. Ad quem dixit ? Ad Deum. De quo dixit ? De Job. Quo proposito dixit ? Superiorius multipliciter demonstrato. Super haec autem universa, adhuc audi de his que dudum in principio facta sunt. Commonefacit iste nequissimus diabolus, quia pridem quando Job pater atque patriarcha Adam meis, ait, seductionibus obediens te contempsit, ob hoc pelliceis tunicis a te Creatore induitus est pro vindicta abnegatoris, eo quod te dereliquerit, ad me autem

<sup>78</sup> Job 11, 4.

ierit, et ex hoc hujus rei mihi debitor exstitit, me-  
rito nunc, inquit, *Corium pro corio*. Corium, inquit,  
Job pro corio Adam da mihi. Vexatus eram  
corium Adam, et non me permisisti. Da ergo mihi  
corium Job pro corio Adam. Da mihi corium filii  
pro corio patris. Exigam, inquit, a filio debitum  
genitoris. Persolvat, ait, pellem vel corium novissi-  
mus nunc prioris tunc debiti. Uliscar peccata  
prioris patris ejus, atque patris omnium. Haec  
itaque universa memorans atque de his universis  
admonens nequissimus, malignissime dicit: *Corium*  
*pro corio*. Corio Job pro corio Adæ. Corium filii  
pro corio patris. Corium posterioris pro corio  
patris. Ita scilicet diverse demonstratur ac memo-  
ratur hoc quod ait pro corio. Et adjicit dicens:  
*Omnia quæcunque habuerit homo dabit, et eruet*  
*animam suam*. Verum est hoc, quia cum ad pericu-  
lum vel discrimen pervenerit homo, omnem rem  
familiarem contemnit, universam substantiam  
suam spernit tantum ut animam eruat, ut animam  
suam iucolum liberet. Et nunc cum speras quod  
adversum Job loqueris, pro Job loqueris, inimice  
omnium bonorum diabole, et non intelligis. Evi-  
denter enim Job plus quam cæteri plurimi omnia  
quæcunque habuit despexit atque contempsit, et  
divitias, et possibilitatem, et filios, et rem familia-  
rem, ob hoc tantum ut animam acquireret atque  
lucifaceret, ut animam suam illæsam, et inconta-  
minatam atque illibatam custodiret. Haec scilicet  
dicendo, o diabole, et te ipsum confundis, Job vero  
propositum ostendis: *Omnia quæcunque habuerit*  
*homo dabit, ut eruat animam suam, ob quam rem?*  
quia *redemptio viri propria est substantia*<sup>78</sup>. Omnia  
quæcunque habuerit homo dabit, ut eruat animam  
suam. Hoc egit Job, propterea animam suam invio-  
latam conservavit. Hoc egerunt beati martyres,  
idecirco postquam omnia corruptibilius atque terrena  
contempserunt, post hoc nihilominus proprium  
corpus in pœnam atque in incendium tradiderunt,  
ignem atque gladium sustinentes, tantum ut ani-  
mas suas mundas atque castas Deo exhiberent. Sed  
interim videamus adhuc post haec que bene digesta  
sunt. Nam saepe etiam a malo aliquid boni profici-  
scitur, non quod pessimum et malignus ita voluerit,  
sed quia bonus ac benedictus Deus maligni mali-  
tiam in bonum convertit timentibus atque diligen-  
tibus se, sicut Job, vel martyribus atque credenti-  
bus, qui omni tolerantia superantes nequitiam ejus  
æterne vitæ atque gloriæ hereditatem capient apud  
Deum. Sic etiam nunc istie sermo qui maligne a  
diabolo dictus est: *Omnia quæcunque habuerit homo*  
*dabit, ut eruat animam suam, pro pietatis com-*  
*moratione diligentibus Deum proficit*. Verumtamen,  
ut diximus, post haec universa maligni ipsius dia-  
boli ex ipsis sermonibus ejus notam ostendamus,  
cum iniuriantis ejus arma in eum convertimus. Dic,  
o nequissime diabole, adversum ic, ab initio de re

A familiari atque divitiis Job locutus es, nunc vero  
animam proponis, animam nominans. Ob quam  
rem, nisi ob hoc, quia jam maligne de anima Job  
tractas? quia callide animam ejus queris? Necdum  
corii ejus potestatem accepisti, necdum pellis ejus,  
hoc est, corporis ejus, constantiam approbasti, et  
jam animæ ejus queris supplplantationem, *Omnia*,  
inquiens, *quæcunque habuerit homo dabit pro anima*  
*sua*<sup>79</sup>. Post haec adjicit, dicens: *Non ergo ita est*.  
Quid dicas, o diabole, non ita est? Vel ob quam  
rem hoc dicas, non ergo ita est? Ac si diceret:  
Non est adhuc definitum, necdum est deliberatum,  
Non est sicut Job arbitratur, quod jam vicevit,  
quod omnia perfecerit atque impleverit, necdum  
est in fine doloris, sed in initio. Non ergo ita est,  
sicut dictum est, quod non sit illi similis aliis super  
terram. Quid omnino peregit? quid sustinuit? quid  
supportavit? Nec quidquam magnum adversus  
futura. Cum sustinuerit novissima, tunc demum  
laudabitur, nunc vero non ita est. Sed *porridge ma-*  
*nus tuam, et tange carnem ejus, et ossa, si non in*  
*faciem tibi benedixerit*<sup>80</sup>. Tange, inquit, rem familia-  
rem et filios, tange divitias et possibilitatem; tange,  
inquit, carnem et ossa, si non in faciem benedixer-  
it, hoc est maledixerit. Patientia, inquit, in dolore  
carnis ostendatur, suffrentia in ossium pena  
demonstretur. *Porridge manum tuam*, identidem, o  
diabole, manum ut porrigit querere singis, quem  
admodum et superius. Nam vere ut tibi tradatur  
cupis, ut tibi in potestatem detur vis. *Porridge ma-*  
*nus tuam*. Ad quid faciendum porrigan? Tange,  
inquit, carnem et ossa ejus. Afflige, inquit, commi-  
nue, contere, doloribus affice, putrefac carnes ejus  
et ossa, et universas compages nervorum illius, si  
non in faciem tibi maledixerit atque blasphemaver-  
it. Hoc, inquit, sit indicium patientiae, et firmitatis  
atque constantiae ejus, ut ossium sic tormenta  
absque numeratione suffera, ut dolores corporis  
absque reprehensione sustineat, ut putredinem  
vernium supportet absque blasphemia. Ob hoc  
ergo dico: *Non ita est, sed porridge manum tuam*,  
ut sit inchoatio hujus belli, certaminis quoque  
atque disceptationis, ut appareat Job constantia  
perfecta, aut meus sermo veridicus. Qui digne-  
repondeatur: O inimice omnium bonorum diabole,  
non tibi suffecerunt propria, sed tantum crudelitate  
atque impietate adversus justum hunc uteris. Tan-  
tum injustitiam ne perficere cupis, ut justum Job  
tibi injusto contradam? ut innocentem impio depu-  
tem? ut miseriis officiā eum qui sine peccato est?  
ut molestiam ingeram devoto? ut non disceden-  
tem percutiam? ut flagellem non delinquentem?  
ut tribulem gratias agentem? Quid hoc indecoro-  
sius atque illicitius? quis omnino carnalium hoc  
faciat? quis ex terrenis prorsus hoc agat, ut mori-  
gerum atque devotum servum injuste ad supplicium  
contradat? Sed interim ut tuam iniuriam redar-

<sup>78</sup> Prov. xiii, 8. <sup>79</sup> Job ii, 5. <sup>80</sup> ibid.

quam atque injustitiam objurgeam, *Ecce trado tibi A* *etum*<sup>\*\*</sup>, ut absque contradictione convincaris, et absque excusatione condemnaberis, atque in omnibus mendax comproberis. *Ecce trado tibi illum.* Substantiam quæsisti et accepisti, nunc ipsum quæris, habes. *Ecce trado tibi illum.* Non contradico, male dicte; non tibi denego, condemnare; non propter tuam, inquit, malignitatem, sed propter Job innocentiam, ut justus appareat, ut sine querela esse comprobetur, ut gloriosus coronetur, ut verax demonstretur. Pro his, inquit, omnibus ecce tibi trado illum. Nudum illum reliquisti, nudum constitueristi, solum reddidisti, solum illum tibi trado, et accipies illum solum. Animam non quæsivisti, animam ne tetigeris<sup>††</sup>. Carnem et ossa petisti, animam ne tetigeris. Contere tantum carnem, afflige ossa, animam ne tetigeris. Terram tibi trado, celo ne appropinquaveris. Corruptionem habeto, incorruptionem ne tetigeris, hoc est animam. Terrenum vas confringe ut volueris, interiori vero thesauro ne appropinquaveris. Luteæ testæ facito quod volueris, pretiosissimam vero margaritam ne tetigeris. Non maculavit illam iniquitas, non violavit illam pessima cogitatio, non pervertit illam Dei blasphemia, non polluit illam Creatoris reprehensio. Idecirco animam ejus ne tetigeris. Meum, inquit, plasma est inviolabile, mea habitatio est incontaminata, mea commoratio est incoquinata. Ideo animam ejus ne tetigeris, quæ ad imaginem Dei est creata, quæ incorruptibili sapientia est imbuta, quæ sermone et scientia est coronata, quæ Dei cognitione est induita, quæ corruptibili dominatione hujus mundi est honorificata, quæ paulo minorem gloriam ab angelis super terram est adepta. Hanc scilicet animam ne tetigeris, neque huic appropinquaveris, neque communicaveris, neque commiscearis, neque obtuderis, neque insatuaveris, neque fatigaveris, neque deceperis. *Omni bus itaque modis animam ejus cave ne tetigeris.* Nam tu cum animam ejus non tetigeris, neque ei proximaveris, nunquam me innocens ejus anima negabit. Pro his ergo omnibus animam ejus cave ne tetigeris. Non tetigisti, inquit, animam Joseph in luxuria, non tetigisti animam Abrahæ in tentatione, non tetigisti animam Noe in medio gigantum, non tetigisti Enoch in medio injustorum, non tetigisti animam Abel innocentem ejus internecione. Ergo quia nullius, inquit, illorum animam tetigisti, o diabole, idecirco immaculati omnes atque beati in conspectu meo consummati sunt. Noli ergo nec Job animam tangere, et gloriosus etiam hic in conspectu meo consummabitur. Non tetigisti, inquit, martyrum meorum animas, non tetigisti mirabilium veridicorum meorum testium animas. Idecirco ii succumbentes universi, propter fidem contempserunt mortem, ideo intaminati omnem ignis pœnam irriserunt atque gladii, merito immarcescibilibus coro-

B *nis coronavuntur in conspectu meo. Ne tetigeris inquit, animam Job.* Concubabit enim caput tuum, et comminuet virtutem tuam, et conteret fortitudinem tuam, et humiliabit altitudinem tuam, et dejicit elationem tuam, et demonstrabit omni carnifiduciam ad standum adversum te constanter usque in saecula. Malignus namque es et invalidus, callidus atque infirmus, astutus ad insidiandum, sed impossibilis ad opprimendum, doctus ad decipendum, et invalidus ad resistendum. Nam sicut facile seducit instabiles atque incredulos, cum sit callidissimus, similiter facile resistunt illi omnes justi atque credentes, omnes Deum timentes atque Job imitantes, utpote invalido. In arbitrio ergo hominum est potestas, sanctitas atque constantia. In arbitrio est hominum potestas fidei ac pietatis. Si enim voluerint declinare a malis, et facere bona, et valent, et possunt, et non prævalet illis nequissimus, si fuerit cor eorum secundum Deum, si fuerit voluntas eorum in sanctitate, si anima eorum fuerit in veritate, si mens in fide ac pietate, si admonuerint semetipsos in misericordiam et miserationem, in bona opera atque omnia quæ in Dei timore perficiuntur, et de omnibus quæ juxta Dei voluntatem sunt. Cum enim voluntas hominum consenserit voluntati Dei, tunc omnia quæ bona sunt facile persiciunt homines. Cum iis quibus delectatur Deus, delectati fuerint homines, tunc nihilominus omnia quæcumque vita digna sunt, praesto sunt hominibus. Nam et Job homo fuit carnalis, fuit terrenus, corruptibilis, talis quales omnes homines, sed devotior atque studiosior circa eleemosynas, et bona opera in fide ac Dei timore præ omnibus hominibus. Idecirco acceptabilis fuit Job Deo super omnes homines; idecirco superavit nequissimum diabolum, magis quam omnes homines in tempore suo. Sic itaque possunt omnes homines qui voluerint, et Deo placere, et diabolo resistere, et voluntatem Dei facere, et in regnum cœlorum introire, et in vitam æternam requiescere. Aut adhuc secundum ipsam historiam. *Animam*, inquit, *ejus ne tetigeris*, hoc est ne eam ante tempus de corpore ejicias. Ac si diceret: Ita demetire ipsum dolorem atque corporis pœnam, ut ipsam animam ante tempus de corpore exire non compellas. Noli ergo mortificare corpus, ne ante perfectionem constantiae, vel consummationem tolerantiae discedat anima. Sic itaque omnibus modis tam carnalibus, quam etiam spiritualibus animam ne tetigeris. Post quæ universa, dicit: *Exiit diabolus a facie Domini*<sup>\*\*</sup>. Quomodo exiit a facie Domini is qui indignus est præsentia Domini? Sie exiit a facie Domini, sicut et venit ante conspectum Domini. Sic exiit, quemadmodum et superius ostensus ac memoratum est: *Exiit diabolus a facie Domini*. Exiit, sed non carnalibus vestigiis, neque corruptilibus gressibus, sed nequissimis cogitationibus, quibus aduersus Job nequiter medi-

<sup>\*\*</sup> Job 11, 6. <sup>††</sup> ibid. <sup>††</sup> ibid. 7.

tatus est atque cogitavit temulando atque invidendo innocentem illi atque justo. Sic itaque cogitationibus venit ante Deum querens ac desiderans, ut Job acciperet in potestatem. Sic identidem nequissimorum consiliorum accipiens perfectionem, hoc est Job potestatem ad affligendum carnem et ossa ejus, nam hoc meditatus quæsivit, *Exiit a facie Domini*, hoc est quievit meditari ac cogitare, qui pridem meditatus fuerat atque cogitaverat. Nam primum apud semetipsum nequiter meditans atque cogitans, dixit : Quis mihi daret, ut possem venire ante Deum, et invenire potestatem carnis, ossiumque Job, ut affligenſ illum secundum animum meum cogerem eum reprehendere illum quem nunc prædicat, et negare illum cui nunc gratias agit ? Iſtis ergo cogitationibus pridem venit ante Dominum. Deinde cum accepisset potestatem Job, ac quiesceret hæc cogitare, postquam quievit ab iſtis meditationibus atque consiliis, exisse dicitur a facie Domini. Ergo quia exierunt a facie Domini cogitationes ejus, merito ipse dicitur exire a facie Domini, hoc est tractatus ejus, et cogitatio, meditatio quoque maligna atque injustum desiderium. *Exiit a facie Domini*, hoc est quievit atque cessavit meditari, et cogitare postquam id quod quæsivit accepit. Nam et vere veniunt ante Deum, et justitiae justorum, et impietates injustorum. Sic namque dicit angelus ad Cornelium : *Orationes tuæ, et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam ante Deum*<sup>43</sup>. Sic et olim dixit angelus ad Tobiam : *Cum orares tu et Sara filia Raguelis, ego obtuli memoriam orationum vestrarum in conspectu Dei*<sup>44</sup>. Item vero de impiis dicit Dominus : *Nunc recordabor in justitiarum illorum, et ulciscar peccata eorum*<sup>45</sup>. Et Jeremias dicit ad impiorum consilium : *Nonne incensorum vestrorum recordatus est Dominus de idololatriis, et ascendit in cor ejus*<sup>46</sup>? Sicut ergo universa hæc veniunt ante Deum, ita diabolus venisse dicitur, et exisse a facie Domini, non persona veniens, sed cogitationibus atque malignitatibus suæ meditationibus, quæ aliquando veniebant cum ille cogitabat, aliquando exibant, cum ille cogitare quiescebat. Hæc itaque demon transdicit : *Exiit diabolus a facie Domini*. Exiit vere, hoc est discessit, deseruit, obliuus est, ultra non aestimavit, neque curavit, neque recordatus est quod sit Deus. Illo enim usque D ante Deum fuisse dicitur, quandiu de Deo cogitavit, cum Job accusaret. Postquam vero accepit quod voluit, et quod quæsivit, continuo relinquens Dei memoriam, a facie Dei exisse juste dicitur. Exiit diabolus a facie Domini, totus exiit, et sensu, et consilio, et meditatione, et tractatu atque memoria exiit a facie Domini. Sic exiit olim in principio diaboli discipulus primus adversarii fructus Cain, cum justum interfecisset Abel. Sic exiit sicut dicit Scriptura : *Exiit Cain a facie Domini*<sup>47</sup>. Sic exiunt etiam nunc a facie Domini cuncti pertinaces

A atque impoenitentes, qui ad Deum non convertuntur, qui pœnitentiam non constentur, qui faciem Dei non requirunt, qui Dei judicium non metuunt, qui pœnam inferorum non contremiscunt, qui condemnatione gehennæ non terrentur. Hoc metuentes omnes justi devote deprecati sunt Deum dicentes : *Ne projicias me a facie tua*<sup>48</sup>. Et alibi : *Faciem tuam, Domine, requiram. Ne avertas faciem tuam a me*<sup>49</sup>, et alia plurima his similia. Ex iſtis ergo omnibus exit diabolus. Omnes qui ab eo in errorem ducuntur atque seducuntur, et omnes qui voluntatem ejus faciunt, et omnes qui ad pœnitendum corda sua obdurant, isti omnes projiciuntur a facie Dei, isti omnes expelluntur in tenebras extiores, et ignem inextinguibilem, qui præparatus est diabolo, et angelis ejus, atque omnibus qui faciunt voluntatem ejus. Exiit diabolus a facie Domini deferens Job, ut putabat, interficiens justum illum, ut confidebat. Sic namque et primus discipulorum ejus Cain postquam propter invidiam (ut dictum est) interfecit Abel, exiit a facie Domini. Sic itaque diabolus pater et origo omnium malorum, existens interactor quantum ad ipsum Job, exiit a facie Domini. Certum est quod nequiter atque impie apud semetipsum tractans, dixit ad Deum : ulterius non indigo facie tua, quia accepi potestatem ejus quem zelabar vel quærebam. Deus vero sciens firmam consummationem Job, acquieciebat ut per diabolicum ignem probatus fuisset, quemadmodum si teneat in manu sua quis adamantem, et aliis quilibet dicat ad eum : Da mihi hunc adamantem in potestatem, et ego illum comminuam in ignem, conteramque ictibus ; ille vero qui eum in manu habet, confidens vere quia adamas est, dicat : Tolle, proba, experire, quia nequaquam huic adamanti prævalebis. Sic ergo et omnium cognitor atque prescius Deus, velut inviolabilem adamantem habens Job, quarens diabolo dedit eum in potestatem, confidens vere quia verus adamas est Job. Sic namque et singularis ille, et divinus, cœlestis quoque atque incorruptibilis adamas Unigenitus Deus a Patre ad terras missus, de quo dicit Deus Pater : Ecce ego ponam adamantem in medio populi mei : quem neque ignis tentationum in deserto communivit, quem non plaga impiorum in cruce contriverunt, quem neque sepulta sepulcri, neque mortis introitus vel inferorum violavit, sed omnia superans, divinum et incorruptibilem se adamantem fuisse demonstravit. Adamas vero est naturaliter talis lapis, cui neque ignis, neque ferrum, neque aliud quidquam prævallet. Ferro enim si percutiatur, demergitur in ferrum tanquam plumbum missum in ignem. Si in ignem mittatur, similiter permanet ut missus est, et non violatur. Ergo quia nihil ei prævalet, ideo adamas appellatur. Adamas vero interpretatur ex Græca lingua, *indomabilis, inflexibilis, incomminutus* et,

<sup>43</sup> Act. x, 4. <sup>44</sup> Tob. xii, 12. <sup>45</sup> Jer. x.  
<sup>46</sup> Psal. L, 43. <sup>47</sup> Psal. xxvi, 8, 9.

<sup>48</sup> xliv, 21. <sup>49</sup> Gen. iv, 16.

illi hæc plaga tanquam vestis amictus, et tanquam indumentum quo erat indutus, et tanquam cingulum quo semper cingebatur, sed non in condemnationem, sicut illi impio Jude, sed in coronam gloriae, utpote justo Job. Omne ergo corpus et membra justi illius uno circumdata erant dolore atque vulnere, sive caput, sive pedes, sive oculi, sive aures, sive latera, sive scapulae, usque ad ipsa pedum vestigia uno vulnere distillabant, una putredine detentus erat, iisdem vermis scatebat. Jacere non poterat, sedere non valebat, requiem non habebat, resumptionem non inveniebat, et quod erat omnium maximum, super hæc universa fame et siti necabatur. Nam manibus cibum vel potum ad os porrigere non poterat. Tametsi manibus ad os C

B

porrigere valeret, ore ac labiis putredine ac vermis plenus recipere non valebat. Attestatur idem ipse dicens paulo post : *Scatere video escas meas tanquam odorem leonis.* Cum istis namque nefandis doloribus execrabiliter scateret, hujus putredinis odorem nequissimus fecit. Hoc namque deflens dicit : *Scatere video escas meas tanquam odorem leonis.* Ob quam rem, o beate Job ? Ob hoc, inquit, quia bullit corpus meum in putredine vermium ; ob hoc, quia doloribus macero sulcos terræ ex vulnerum meorum humore ; ob hoc, quia doloribus obvolutus sum, et alia plurima his similia. Cum iam vehementioribus doloribus restitisset atque repugnasset Job, constantiae non renuntiavit, patientiam non abjectit, fidem non depositit, gratiarum actiones non est oblitus : sed quanto pliores sustinebat dolores, tanto amplius pliores adjiciebat æterno Regi gratiarum actiones atque confessiones. Sciebat namque sanctus ille, quia secundum multitudinem dolorum, multitudine ei præparabatur coronarum. O beate Job, quomodo te admirerum, quomodo te laudemus, vel quomodo magnificemus qui solus ante Evangelium eorum quæ in Evangelio sunt perfectam passionem sustinuisti, qui solus ante martyres martyrum tolerantiam cum gratiarum actionibus perfecisti. Nam sicut omnia tormenta atque flagra per principes hujus mundi ingessit diabolus martyribus : sic similiter universa supplicia atque incendia induxit super Job per semetipsum atque sua iniquitate, hoc ipsum per omnia deprecante Job, quod etiam martyres fecerunt, ut gloriosum nomen Dei blasphemare non cogeretur. Sed incontaminatus permanuit magnus ille adamantinus Job, juxta dolorum multitudinem atque nimietatem, multiplicans atque adjiciens gratiarum actiones. Hoc nimurum per hæc quæ sequuntur apparent, dicit namque : *Et accepta Job testa radebat saniem suam*<sup>81</sup>. Non accepit molle aliquid ut abstergeret molliter, leviter, leniter, artificiose moderando atque relevando : sed accepit testam duram, asperam, ut raderet cum dolore saniem suam, et non extergeret blande atque modeste mitigans atque relevans vehementem illum atque in-

A enarrabilem dolorem. *Acceptit testam ut raderet saniem.* Ad quæ digne dicatur, dic, o beate Job atque Deo dilecte, ob quam rem hoc facis ? Cur hunc dolorem exasperas ? cur augmentas ? cur exaggeras testa radendo lamentabile hoc vulnus atque sævissimum bane plagam, cum potius debueras observare, juvare, levare, sovere, ungere, defricare, ut per hæc universa mitiore atque blandiorem redderes hunc sævissimum dolorem, plagamque terribilem ? Sed respondens justus Job, dicit : Ego, o viri, non succumbo his doloribus, neque istis pœnis deficio, non debilitor, neque delassor. Non enim sunt dolores isti fortiores animæ meæ firmitate, non sunt hæc tormenta duriora cordis mei duritia. Merito, inquit, exaggero atque commoveo ipsos dolores, ut per cuncta ostendam nequissimo diabolo, quia ejus malitiam irrideo, quia iniquitatem ejus contemno, quia omnes ejus plagas atque vulnera ad nihilum reputo. Ob hoc ergo accepit testam, ut raderet saniem suam. Ecce, inquit, o malignissime diabole, sicut tunc cum rem familiarem et filios mihi auferres, tunc denique ego quod supererat vestem atque comam capit is concindens atque tondens tibi projici, vestem post rem familiarem, et comam post liberos : sic, inquit, etiam nunc cum me sævissima plaga percuteres, quod tibi superfuit hujus doloris, hoc nimurum ita adjicio, hac testa dolores provocando, et exaggerando atque exasperando, ut per hæc, inquit, universa informeris de mea constantia, ne ultra putas, nequissime diabole, quod ego detraham beniguissimo Creatori, vel blasphemem sanctum benefactorem meum aliquando. Ob hoc ergo accepit testam ut raderet saniem suam. Advertite, o viri, valde ingentem fidem Job atque charitatem quam habuit circa Deum, tolerantiam quoque atque constantiam. Nam ob hoc rasit Job vulnera sua testa, non quod non ei valde doluisserit, sed ob hoc rasit testa, ut nobis patientiae atque tolerantiae normam daret. Ob hoc rasit testam, ut sanctorum martyrum demonstraret figuram, qui post universas plagas ac dolores, post universa supplicia atque tormenta, rasi atque unguis confossi sunt pro augmento dolorum omnium. Sic et beatus Job post nimios dolores qui in corpore erant, extra corpus testa rasit sua vulnera, ut omnibus Deum D timentibus patientiae atque tolerantiae in perpetuo traderet formam : ut omnes dolores atque plegas sive in corpore, sive extra corpus, sive detrimenti atque languoris cum gratiarum actionibus sustinentes accipient a Deo æternæ gloriae remunerationem, atque immarcescibilium coronarum exspectent retributionem a Deo. Quod autem secundum ipsam historiam testis lacerati atque pernecati fuerint sancti martyres, manifestum est atque irrefutabile. Nam post universa tormenta recludentes eos in carcere, et testas pollinas in eis sternentes, et per quatuor partes eos impii ipsi extendentes crudeli morte eos pernecabant. Ita consummatus est beatus

<sup>81</sup> Job 11, 8.

sedebat super acervum steroris extra civitatem. Ad quem etiam nunc digne dicitur : Dic, o beate Job ; dic, o sancte Dei prælator ; dic, o admirabilis vir Domini constantissime, qui terribilibus atque fortibus maligni plagis in nullo succubuisti, qui amara supplicia atque fortes dolores absque murmuratione supportasti, cur extra civitatem egressus, et super acervum steroris atque muranam sedens spectaculum temetipsum cunctis transeuntibus præbuisti ? Omnes enim qui ingrediuntur, vel egreduntur, omnes qui transeunt vias, et diriguntur in itineribus suis, omnes qui in te contemplantur iste super acervum steroris atque muranam sedentem absentibus enarrant, atque iis qui longe sunt annuntiant, ita ut penetret hic rumor tuus in longinquum de regione in regionem. Nam qui te videbunt, non videntibus enarrabunt : qui vero audierint, iis qui longe sunt positi istam recognitionem tuam insinuabunt. Sed respondit mirabilis Job dicens : Ego, o vir, cum sim prior atque antiquior illis qui in novissimo tempore erunt apostoli, vel evangelistæ, que illi verbis dixerunt, quod spectaculum facti sunt et angelis et hominibus, hæc nimis ego ipsis operibus anticipans tanquam in typo adimpleo, spectaculum cunctis effectus, et angelis et hominibus : ut penetret hæc relatio mea non solum a provincia in provinciam, sed adhuc longius per omnes gentes et per omnes fines terræ, usque ad consummationem sæculi. Vere enim vere, o amici, spectaculum factus est beatus Job et angelis et hominibus. Nam omnes homines stupentes, atque admirantes duplice in eum modo intendebant, atque geminam de illo opinionem habentes undique ad eum respiciebant; quidam de peccatis illum accusabant sicut Eliphaz, similesque illi ; alii nihilominus non pro peccatis illum reprehendebant, sed potius justum illum reputantes, mirabantur in omnibus quæ a Domino ei illata fuerant. Similiter et omnium angelorum et spirituum geminæ partes in eum intendebant. Sancti quidem angeli Dei cum magna sollicitudine in eum respiciebant, tolerantia ejus consummationem exspectantes, ut de victoria ejus devote celestem Regem collaudarent, victoriam justi Job, atque ruinam iniqui diaboli cernentes. Post hos omnes nimirum nequissimi spiritus respliebant in eum fixis obtutius eum considerantes, sollicite sperantes, atque exspectantes, quando blasphemiae verbum ab eo audirent, quando maledictionem sermonis ab eo susciperent. Sed infelices a spe sua deciderunt, cum Job benedictionem cum gratiarum actionibus omni tempore Deo referret. Sic itaque ipsis rebus adimplevit beatus Job idem quod post hoc a sanctis dictum est : *Spectaculum facti sumus mundo, et angelis et hominibus*<sup>21</sup>. Ob hoc et super acervum steroris extra civitatem sedit hic justus, stercus ac putredinem existimans atque de-

A monstrans omnia quæ sunt humana, ac corruptibilia atque terrena, sicut et superius demonstratum est. Post quæ universa dicit : *Plurimo autem tempore interposito dixit ad eum uxor ejus*<sup>22</sup>. Diversa plurimi de hoc tempore quod istic memoratum est, et intellexerunt, et locuti sunt, alii quidem breve hoc tempus fuisse percipientes, alii nihilominus plurimum astruentes, quasi tribus annis et dimidio in typum Dominicæ prædicationis, etiam et hujus passionis tempus sicut et in ceteris ostenderent dientes. Ideoque qui voluerint ex auditoribus, ita percipient. Nos vero Scripturæ consentientes intelligamus, et sicut intelligimus, ita et asseramus, hoc primum dicentes et querentes, cur benedictus Deus diutius esset pernecaturus justum illum, cum sufficeret brevissimum tempus ad superandum malignissimum diabolum ? Non enim hoc delectabatur Deus, ut Job torqueretur; sed hoc potius ut diabolus convinceretur, et beatus Job justus comprobaretur. Nihil ergo aliud exspectavit Deus, nisi hoc solum quando diabolus universam iniquitatem suam perficeret, et quando Job universam tolerantiam suam adimpleret, ut inexcusabiliter convinceretur diabolus, et Justus vere appareret Job. Hoc nimis non diurno annorum spatio, sed brevissimo mensium tempore irrefutabiliter consummatum est. Hujus namque rei testis comprobatur etiam ipse Job, dicens : *Sustinui menses superracos*<sup>23</sup>, non annos sed menses. Nam sicut de mensibus non siluit Job, sic multo amplius de annis non siluisset si annos sustinisset. Nunc vero quia non annos sustinuit, sed menses, merito sane annos non memorat, menses autem nominat dicens : *Sustinui menses supervacos*. Debet ergo hi qui tres annos et dimidium fuisse passionis Job astruunt, tres menses et dimidium dicere, ut certe vel ex parte veritati non resisterent, et Dominicum exemplum illud consimilarent. Tribus namque annis et dimidio prædicavit Dominus a baptismo usque in passionem. Sic et ipsa historia non tres annos significat, sed breve mensium tempus. Primum quidem per hoc quod contigit cum suas plagas ei intulit malignus. Nam semper adhuc primo loquente alius superveniebat nuntius. Deinde statim sine mora sævissima ac terribili illum percussit plaga. Item mox per uxorem seduxit, deinde consequenter in ordinem per amicos reprehendit, quæ universa in paucis mensibus perfecit. Protinus subsequenter Dominus ad eum locutus est justum illum omnibus demonstrans, atque sanctum illum cunctis testificans, et illis qui tunc fueront, et istis qui erunt usque in perpetuum. Hæc namque intra paucos menses perfici potuerunt. Non enim erat justum, neque amplexa est Dei bonitas, ut plurimis annis lamentabilem illam passionem justus sufferret Job. Omnibus itaque modis demonstrari potest, quia non plurimis annis, sed paucis mensibus, hæc universa inpleta sunt. Quomodo

<sup>21</sup> 1 Cor. iv, 9. <sup>22</sup> Job ii, 9. <sup>23</sup> Job vi, 5.

enim sufferre poterant carnes Job, vel membra, ut tribus annis et dimidio a vermis ac putredine es-  
sent comesta? Quomodo poterant sufferre carnes ejus ac ossa, ut tribus annis et dimidio amarissimo dolore fuisse vexata? In qua amarissima poena, omnis furor et indignatio maligni diaboli est demonstrata. Post horum namque omnium approba-  
tionem dicit: *Plurimo autem tempore interposito*<sup>98</sup>. Et unus mensis tempus est, et duo vel tres menses plurimum tempus est: idecirco non dicit plurimis ante annis, sed plurimo, inquit, tempore. Nam et frequenter proximo aliquo quemlibet mittentes, si tardigradus fuerit is qui missus est, murmurantes soliti sunt dicere: Quid fecisti tanto tempore? Si ergo dies tempus dicitur prolixum, multo magis B  
mensionem tempus prolixum atque plurimum dici potest. Ob hoc ergo dicit plurimo tempore Inter-  
posito. Plurimum namque memoratur hoc tempus, non ob hoc solum quod plurimum fuerit longitudine temporis, vel spatii prolixitate, sed maxime propter plurimum dolorem, plurimum dicitur et aesti-  
matur hoc tempus fuisse. Plurimo, inquit, tempore interposito, propter plurimam passionem, propter acerrimum dolorem, propter vehementissimum vul-  
nus, propter amarissimam poenam. Plurimo autem tempore interposito, propter plagarum nimietatem, propter humorem corpus atque membra liquefa-  
cientem, pro innumeris vermis nervos atque ossa devorantibus. Pro his omnibus magnis ac plurimis gravibus atque terribilibus exsistentibus C  
plurimum fuisse hoc tempus memoratur. Plurimo autem tempore interposito, cum Job non succum-  
beret, neque debilitaretur, neque delassaretur, neque desiceret, sed in eisdem gratiarum actionibus atque confessionibus permanueret. Unde enim coepit, illuc et perseveravit, in gratiarum actionibus atque benedictionibus. Sit, inquit, nomen Domini benedictum in saecula<sup>99</sup>. Cum in istis ergo perseveraret Job, nequissimus diabolus obstupuit, expavit, desperavit, atque semetipsum consumens dixit: Ubi est præsumptio mea? ubi est audacia? ubi est labor meus? Omnem solicitudinem exercui, et in Job nihil feci; omnia argumenta ostendi, et fortitudinem Job non dejeci; omnes sagittas nequissimae pharetræ meæ evacuavi, et animam Job non vulneravi. Filios, inquit, ejus perdi et sensum ejus a Deo non prævaricavi. Rem familiarem ejus exterminavi, sed charitatem ejus quam habet circa Dominum Deum non extinxi. Carnem et ossa ejus vermis atque putredine consumpsi, sed fidem atque sinceritatem anime ejus non violavi. Quid igitur faciam illi adhuc quod non feci? Quid in eo exerceam adhuc quod non exercui? Ergo quia per universa supplicia atque tormenta cogere eum ut Deum relinqueret non potui, conferam, inquit, me ad seductionem, conferam ad persuasionem. Forsitan enim quod non valuit poena coactio, hoc nibilo-

A minus efficiet suasionis seductio. Confugiam, inquit, ad antiqua mea arma, per quæ Adam se-  
ductum supplantavi. Illic serpente me induens ad Eevam locutus sum, deinde per Eevam locutus Adam seduxi. Habet etiam Job uxorem, qua me induens subtiliter per illam eum seducam, atque fraudulen-  
ter persuadeam. Cum hæc apud se cogitaret, atque meditaretur nequissimus, statim uxor os ad per-  
suadendum aperire properavit. Quid demonstrans hæc Scriptura dicit: *Plurimo autem tempore inter-  
posito, dixit ad eum uxor ejus*<sup>100</sup>. Plurimo u-  
tem tempore interposito, cum Job perseveraret, et non immutaretur, cum Job in fide firmaretur, et in veritate roboraretur, fundaretur in pietate, atque in justitia constabiliretur, in charitate in-  
strueretur, et in gratiarum actionibus persistaret devotus atque sollicitus, cum in hujusmodi conso-  
nantia Job persistaret, dixit ad eum uxor ejus. Et revera non uxor dixit, sed diabolus qui per os ejus est locutus, qui frequenter consuevit loqui ad viros per os mulierum, qui sæpe solitus est subvertere viros per os conjugum, atque ad mala concitare et mala docere, rapinas, calumnias, violentiam, cupi-  
ditatem, alienorum appetentiam, atque odium circa proximos. Frequenter enim invidiam accendunt inter viros, sicut invicem propter improbatatem suam litigaverunt. Continuo ille in infelices viros odio atque contentiones adinvicem excitare contendunt. Quos cum sint pacifci atque unanimes, cum adversariis suis sive his qui intus sunt, sive qui foris sunt, concordes stare oportuerat et se invicem defendere, atque invicem adjuvare, isti nimirum compelluntur propter nequitias uxorum adver-  
sum invicem insurgere et se invicem odio habere, quo possint iniquarum uxorum malitiae satisfacere. Frequenter enim per conjugum os hæc talia loquitur diabolus ad viros, frequenter dicit ad viros per os conjugum: Existi foras, et nihil intro attulisti. De via venisti, et vacuis manibus domum introisti. Alii eunt, et reversi afferunt: alii profiscuntur et ve-  
nientes perducuntur. Tu vero deterior ceteris, tu autem debilior viris, inutilior cunctis, aliaque plu-  
rima quæ solitæ impiaæ mulieres loqui viris soli cogentes eos ad mala, atque animas virorum in D  
modicum quæstum venundantes, vel potius perden-  
tes: quibus curæ non est unde acquirant viri tam ex rapinis quam etiam ex prædis, tam ex violen-  
tiis quam ex furtis, tantum ut in unum coacer-  
vantes illis afferant. Ista veræ sunt subversiones virorum. Ista sunt perditiones virorum, per qua-  
rum os ad plurimos loquitur diabolus, post quarum verba conversi plurimi, miseri effecti sunt et effi-  
ciuntur, et super terram et in celo et apud superos et apud inferos. Sic locuta est Jezabel, et Achab perdidit. Sic locuta est Herodias et Herodem fra-  
trem Philippi interfecit. Sic locutæ sunt plurimæ quæ multis mala ingesserunt. Sic utique et ad Job.

<sup>98</sup> Job 11, 9. <sup>99</sup> Job 1, 21. <sup>100</sup> Job 11, 9.

loqui cœpit uxor ejus, et diabolus per os illius, sicut et per alias ad alios locutus est et loquitur. Sed non audiunt illas rationabiles Deum timentes, qui æterni judicij metuendas pœnas formidant memores, sicut et Job non audivit. Cur autem reprehendit uxorem Job tanquam deservientem nequissimo angui diabolo? Reprehensio namque est haec ingens, atque increpatio. Primum quidem ob hoc eam reprehendit atque objurgat, ut norint omnes viventes, quia non est personarum acceptor Deus, et quia non despicit, neque silet pro suorum delictis atque ignorantias, neque magnis neque pusillis, neque in verbis, neque in factis. Ob hoc enim et Sararam olim ridentem ac promissionem suam aspernante redarguit. Ob hoc etiam tunc istic uxorem Job arguit atque reprehendit, ut cunctæ mulieres caveant ne enjuspient earum corda diabolus subvertat, ne os earum Satanas aperiat, ne malignus spiritus per labia earum loquatur, ne deserviant diabolo pro subversione animarum virorum suorum. Et ad hoc reprehendit uxorem Job, quæ diabolo deservivit pro subversione ejus, ut noverimus nos plurimam atque multiplicem diaboli malignitatem et astutiam. Per omnia enim insidiatur, per omnia subverttere conatur, et per amicos, et per sodales, et per uxores: quæ in Job adimpta sunt, quem amici reprehenderunt, uxor vero subvertire nisa est. Horum scilicet etiam posteriores prophetæ memores dixerunt: *Nolite credere sodalibus, et cum amicis vel fratribus nolite consiliare, a conjugi tua te observa*<sup>28</sup>. Pro his ergo omnibus accusans, atque reprehendens uxorem suam Job, dixit. Dixit autem uxor ejus vecors, vertibilis, instabilis, quam facile diaboli fluctus subvertit, in cuius animam nequissimi illecebra facile irrepit. Haec videlicet uxor ejus dixit ad eum, quam ideo solam de omnibus nequissimus diabolus superesse voluit, ut hac novissima uteretur pro Job seductione, atque animæ ejus subversione. Sive enim Deus præcepit hanc reservari, sicut et præcepit, ob hoc ut ejus secundam uxorem justus ille Job accipere opus non haberet: sive ille diabolus hanc conservavit tractans ut hanc ministram iniquitatis suæ haberet, ut hanc haberet pro novissimo Job laqueo, ut postquam per omnem rem desperaret, tunc per uxorem justum perderet, sicut ipse arbitrabatur infelix, estimabat atque sperabat. De longe enim oculi ejus considerant, de longe iniquitas ejus prospiciens circumvenit, insidias omnes capiat, quemadmodum subintrocat, quomodo dejiciat, quomodo Adæ familiaritate prævaricaret. Ob hoc ergo reservavit atque reliquit uxorem Job, sicut et illos nuntios qui dicebant: *Ego remansi solus, ut nuntiarem tibi*<sup>29</sup>. Oh hoc solui illos reservavit, ut consequenter dolores subenarrarent. Hoc scilicet demonstrans dicit: *Dixit ad eum uxor ejus. Uxorem dixit dixisse, sed vere diabolus dixit. Sic namque et olim ait: Dixit serpens ad mu-*

*A hierem*<sup>1</sup>. Serpentem dixit dixisse, sed non serpens dixit, sed diabolus qui per serpentem locutus est. Sic et nunc istic uxorem dicit dixisse, sed vere non uxor dixit, sed adversarius qui per uxorem est locutus. *Dixit ad eum uxor ejus: Quousque sustines?*<sup>2</sup> Quid superamus? quid suspicamur? quid æstimamus? quo aspectu, o viri, vel qua facie locuta est ad Job uxor ejus? Manifestum est atque evidens omnibus, quod illa non locuta est hilari vultu, neque læto aspectu, sed tristu, imbrido, nubilo, flenti, omni nihilominus miseria referto: et ipsa voce lacrymabili commissa lamentatione. Sic itaque miserabilem se exhibens iniquus atque callidus diabolus aperiensque os suum, dicit ad Job: *Quousque sustines?* O nequissime Satana, quomodo subtiliter seducis, quomodo callide loqueris, o callidissime diabole. Quousque, inquiens, sustines? quousque suffers? quousque protelas? quousque constanter perstas? Quandiu, inquit, eris lapidibus robustior et saxis durior, et omni ferro firmior? Ferrum cum in ignem missum fuerit liquevit, tu vero in igne putredinis atque vermium positus, anima non liquecisti? *Quousque sustines?* Quonsque, inquit, non flecteris, quousque non deficias, quousque non debilitaris? Ac si diceret: Ego deficio, o Job, et tu non deficias; ego fatigatus sum, et tu non es fatigatus. Defecerunt a me omnia argumenta, a te autem non deficit devotio, atque patientia. *Quousque sustines?* Quandiu tu flagellaris? quandiu a me torqueris et cuncta sustines, et supportas universa, et non solum tormenta atque supplicia, sed et seductiones ac verborum subtilitates, cuncta sustines, cuncta suffers, sed a nullo flecteris? Quousque, inquit, sustines, o Job? Qui sustinebat, qui torquebatur, non est debilitatus, neque ad sustinendum consternatus: tortor vero ejus diabolus delassatus, ac deficiens, dicit: *Quousque sustines?* Non dicit Job qui torquebatur, quousque sustinebam, quousque torquebar? Diabolus vero qui non sustinebat dolores, sed confusionem, dicebat ad patientem atque sustinentem: *Quousque sustines?* Job qui sustinebat, non succumbebat: diabolus vero qui non sustinebat, deficiebat. Non enim hoc quod dicit, *Quousque sustines?* fortitudinem demonstrat sustinentis, sed defectum ostendit persecutientis. Conqueritur qui cœdit, et non conqueritur qui vapulat. *Quandiu, inquit, sustines?* Liquefactæ sunt, inquit, carnes tuæ, o Job, consumpta sunt ossa tua et nervi, putrefacta est etiam terra ipsa sub te, et adhuc sustines, o Job? Loentio linguarum, et sermo viatorum, et nuntius trausentium, et spectaculum his qui longe sunt, et declinatio his qui prope sunt factus es, et adhuc sustines, o Job? Transierunt noctes et dies et menses in doloribus tuis, adhuc sustines? Defeci, inquit, etiam et ego assistens tibi, invigilans et sperans si quo modo deficiens blasphemares, vel si quomodo succumbens detraheres: et tu non defec-

<sup>28</sup> Mich. vii, 5. <sup>29</sup> Job i, 15. <sup>1</sup> Gen. iii, 1. <sup>2</sup> Job ii, 9.

loqui cœpit uxor ejus, et diabolus per os illius, sicut et per alias ad alios locutus est et loquitur. Sed non audiunt illas rationabiles Deum timentes, qui æterni judicij metuendas poenas formidant memores, sicut et Job non audivit. Cur autem reprehendit uxorem Job tanquam deservientem nequissimo angui diabolo? Reprehensio namque est hac ingens, atque increpatio. Primum quidem ob hoc eam reprehendit atque objurgat, ut norint omnes viventes, quia non est personarum acceptor Deus, et quia non despicit, neque silet pro snorum delictis atque ignorantii, neque magnis neque pusillis, neque in verbis, neque in factis. Ob hoc enim et Sararam olim ridentem ac promissionem suam aspernante redarguit. Ob hoc etiam tunc istic uxorem Job arguit atque reprehendit, ut cunctæ mulieres caveant ne cujuspiam earum corda diabolus subvertat, ne os earum Satanæ aperiatur, ne malignus spiritus per labia earum loquatur, ne deserviant diabolo pro subversione animarum virorum suorum. Et ad hoc reprehendit uxorem Job, quae diabolo deservivit pro subversione ejus, ut noverimus nos plurimam atque multiplicem diaboli malignitatem et astutiam. Per omnia enim insidiatur, per omnia subverttere conatur, et per amicos, et per sondales, et per uxores: quæ in Job adimpta sunt, quem amici reprehenderunt, uxor vero subverttere nisa est. Horum scilicet etiam posteriores prophetæ memores dixerunt: *Nolite credere sodalibus, et cum amicis vel fratribus nolite consiliare, a conjugi tua te obserua*<sup>16</sup>. Pro his ergo omnibus accusans, atque reprehendens uxorem suam Job, dixit. Dixit autem uxor ejus vecors, vertibilis, instabilis, quam facile diaboli fluctus subvertit, in cuius animam nequissimi illecebra facile irrepit. Hæc videlicet uxor ejus dixit ad eum, quam ideo solam de omnibus nequissimis diabolus superesse voluit, ut hac novissima uteretur pro Job seductione, atque anime ejus subversione. Sive enim Deus præcepit hanc reservari, sicut et præcepit, ob hoc ut ejus secundam uxorem justus ille Job accipere opus non haberet: sive ille diabolus hanc conservavit tractans ut hanc ministram iniquitatis suæ haberet, ut hanc haberet pro novissimo Job laqueo, ut postquam per omnem rem desperaret, tunc per uxorem justum perderet, sicut ipse arbitrabatur infelix, æstimabat atque sperrabat. De longe enim oculi ejus considerant, de longe iniquitas ejus prospiciens circumvenit, insidias omnes capit, quemadmodum subintrocat, quomodo dejiciat, quomodo Adæ familiaritate prævaricaret. Ob hoc ergo reservavit atque reliquit uxorem Job, sicut et illos nuntios qui dicebant: *Ego remansi solus, ut nuntiarem tibi*<sup>17</sup>. Ob hoc solum illos reservavit, ut consequenter dolores subvenirent. Hoc scilicet demonstrans dicit: *Dixit ad eum uxor ejus*. Uxorem dixit dixisse, sed vere diabolus dixit. Sic namque et olim ait: *Dixit serpens ad mu-*

*larem*<sup>18</sup>. Serpentem dixit dixisse, sed non serpens dixit, sed diabolus qui per serpentem locutus est. Sie et nunc istic uxorem dicit dixisse, sed vere nou uxor dixit, sed adversarius qui per uxorem est locutus. *Dixit ad eum uxor ejus: Quousque sustines?* Quid superamus? quid suspicamur? quid æstimas? quo aspectu, o viri, vel qua facie locuta est ad Job uxor ejus? Manifestum est atque evidens omnibus, quod illa non locuta est hilari vultu, neque læto aspectu, sed tristi, imbrido, nubilo, flenti, omni nihilominus miseria referito: et ipsa voce lacrymabili commissa lamentatione. Sic itaque miserabilem se exhibens iniquus atque callidus diabolus aperiensque os suum, dicit ad Job: *Quousque sustines?* O nequissime Satana, quomodo subtiliter seducis, quomodo callide loqueris, o callidissime diabole. Quousque, inquiens, sustines? quousque suffers? quousque protelas? quousque constantes perstas? Quandiu, inquit, eris lapidibus robustior et saxis durior, et omni ferro firmior? Ferrum cum in ignem missum fuerit liquevit, tu vero in igne putredinis atque vermium positus, animo non liquecisti? *Quousque sustines?* Quousque, inquit, non flecteris, quousque non deficias, quousque non debilitaris? Ac si diceret: Ego deficio, o Job, et tu non deficias; ego fatigatus sum, et tu non es fatigatus. Defecerunt a me omnia argumenta, a te autem non deficit devotio, atque patientia. *Quousque sustines?* Quandiu tu flagellaris? quandiu a me torqueris et cuncta sustines, et supportas universa, et non solum tormenta atque supplicia, sed et seductiones ac verborum subtilitates, cuncta sustines, cuncta suffers, sed a nullo flecteris? Quousque, inquit, sustines, o Job? Qui sustinebat, qui torquebatur, non est debilitatus, neque ad sustinendum consternatus: tortor vero ejus diabolus delassatus, ac deficiens, dicit: *Quousque sustines?* Non dicit Job qui torquebatur, quousque sustinebam, quousque torquebar? Diabolus vero qui non sustinebat dolores, sed confusionem, dicebat ad patientem atque sustinentem: *Quousque sustines?* Job qui sustinebat, non succumbebat: diabolus vero qui non sustinebat, deficiebat. Non enim hoc quod dicit, *Quousque sustines?* fortitudinem demonstrat sustinentis, sed defectum ostendit percutientis. Conqueritur qui cedit, et non conqueritur qui vapulat. *Quandiu, inquit, sustines?* Liquefactæ sunt, inquit, carnes tuæ, o Job, consumpta sunt ossa tua et nervi, putrefacta est etiam terra ipsa sub te, et adhuc sustines, o Job? Locutio linguarum, et sermo viatorum, et nuntius transiunt, et spectaculum his qui longe sunt, et declinatio his qui prope sunt factus es, et adhuc sustines, o Job? Transierunt noctes et dies et menses in doloribus tuis, adhuc sustines? Defeci, inquit, etiam et ego assistens tibi, invigilans et sperans si quo modo deficiens blasphemares, vel si quomodo succumbens detraheres: et tu non defec-

<sup>16</sup> Mich. vn, 5. <sup>17</sup> Job i, 15. <sup>18</sup> Gen. iii, 1. <sup>19</sup> Job ii, 9.

cisti, neque succubuisti, sed adhuc sustines, o Job? Defecerunt divitiae, defecerunt filii, compulerunt carnes, liquefacti sunt nervi, et ossa in stercora redacta sunt, terra concalescentibus carnisbus tuis commista, et adhuc sustines? Quid efficiuntur mortui in sepulcro post mortem, putredo et vernies atque terrae committi, hoc videlicet tu effectus adhuc vivens videris, et super haec omnia adhuc sustines, o Job, suffers hujusmodi passionem, quem non sustinuit prior te alter, neque sustinet alius usque in sempiternum post te? Quousque, inquit, sustines? Deficiens jam requiesce, ut etiam me requiescere facias a bello et certamine, atque collectatione quam habeo circa te. Sed ad haec universa uno verbo respondit dicens: Si interrogas me, o inimice, quousque sustineam, audi. Quandiu percritis, illo usque ego sustineo; quandiu tu tortures, illo usque ego suffero; quandiu tu flagellas, illo usque ego exspecto; quandiu non deficerit malignitas quam habes circa me, illo usque non deficiet tolerantia quam habeo circa te. Delusisti, inquit, temetipsum, o diabole, cum putas quod Adam incautum inveneris, et nescisti quod adversum Job constantem hoc habueris. Sed adhuc ad priorem sensum atque sermonem revertamur. Quandiu, inquit, sustines? Deinde tanquam cogitationibus ejus atque spebus compendium faciens atque respondens, adjiciens dicit: Ecce exspecto adhuc paucum tempus, sperans spem salutis meæ<sup>3</sup>. Tanquam si dicaret: Quandiu sustines hoc tractans et hoc cogitans, atque istam spem habes, quod adhuc modicum tempus sustines, salutem et liberationem, atque requiem exspectans, te ipsum deludis, o Job. Non enim ita es deprehensus, ut modico sustinens tempore evadas. Non talia, inquit, te mala circumdant, o homo, ut cum modicum temporis haec supportaveris, salutem sperare possis: sed sustinens, inquit, sustinebis, et patiens patieris, et finis passionis atque doloris tui non erit. Quod enim facturus es in ultimo, cum plurima passus fueris, ac sustinueris, ut blasphemes, hoc sane cur non facis celeriter, ut saltem vel unum ex ipsis doloribus effugiens requiescas. Haec itaque universa atque his plura nequissimus diabolus licet non evidentioribus verbis sermocinatus sit, attamen occultis cogitationibus ad Job locutus est subtiliter seducere voleus famulum Dei inviolabilem. Super quæ universa adjiciens dicit: Ecce enim exterminata est memoria tua a terra<sup>4</sup>. Quid exspectas? quid sustines? quid speras? quid tempus salutis exspectas? Exterminata est memoria tua a terra. Exterminata est enim, sublata, finita. Projectus esse, inquit, videris, et tanquam non sis ab omnibus reputaris. Desererunt namque te omnes, discesserunt cuncti, oblii sunt universi, desperaverunt te toti, et qui prope, et qui longe sunt, quia delecta est memoria tua a terra. Quanti, inquit,

A magni fuerunt a saeculo, et plerumque eorum memoria permanet, aut in verbis, aut in factis, aut in liberis: tua autem memoria omnis subito exterminata est a terra, neque, inquit, verbum post te, neque filius, neque filia, neque factum, per quæ possit stare præteriens memoria tua. Ergo quia nullum de his post te in memoria remansit, ideo exterminata est memoria tua a terra. Non solum oblitterata, seu sublata, sed exterminata, tanquam delavata atque extensa tanquam ultra non sit cui digne respondeatur: In memoria æterna erit justus<sup>5</sup>, et memoria justi cum laude. Deinde identidem abscondens diabolus atque legens iniquitatem suam, convertit hunc sermonem ad uxoris personam: et tanquam ex illius persona loquens, dicit: Filii tui quos fidem docuisti, quos pietatem induisti, quos charitatem adinvicem circa omnes habere instruxisti: filii tui pro quibus corde fuisti sollicitus et animo cogitasti et singularia sacrificia immolasti, de quibus apud temetipsum dixisti: Ne forte filii mei in præcordiis mala cogitaverint adversus Deum<sup>6</sup>. Isti ergo filii quos tui haeredes fore sperasti, a quibus sepulturam accepturum te exspectasti, per quos nomen tuum ac memoriam post te manere credidisti. Isti ergo filii quibus inter homines nihil est dulcior, quibus nihil est inter carnales charius. Isti filii tui quorum visionem non exspectabis amplius, quorum faciem non videbis ulterius, quorum reversionem non speras amplius. Non enim in profecionem terrenam perrexerunt, ut denuo reversionem spes eorum, neque in navibus navigantes ad exteriores provincias transierunt, ut denuo ad tempus remeantes suscipere, atque videre eos possis. Terra illos subito coopernit, et mors illos cunctos pariter perdidit; domus ruina commune sepulcrum illis cunctis effecit. Isti, inquit, filii tui et non solum filii sed et filiae. Si enim solum filii perirent, filiae vero superessent, diminuta fuisse miseria, diminutusque nefandus dolor. Filiarum namque prosperitatem pro haeredibus exspectares, filiarum progeniem pro consolatione duceres, restituerent tibi filiarum nati filiorum direptionem. Nunc vero et filii tui et filiae omnes pariter perierunt, omnes sub una hora deleti sunt, omnes uno tempore in morte tanquam in pelago demersi sunt: omnes in una domo tanquam in una navi a terræ pelago absorpti sunt: et sicut iis qui in pelago demersi fuerint ascensionis vel salutis spes ulterius non est, sic filiorum, inquit, tuorum et filiarum a mortuis lamentabili profundo absorptorum reversionis vel reparationis spes amplius non est, ut diem memorie tuæ celebrent, ut tempus recordationis tuæ agant. Sic, inquam, filii tui et filiae ante tempus perierunt, omnes ante tempus a morte direpti sunt, ut non derelinquerent posteritatem, ut cum nepotes non supersunt, avi a nullo nominentur. Sed noli putare, o Job, quod tibi soli filios istos deputem, sed mihi potius deputo, sed mihi magis

<sup>3</sup> Job u, 9. <sup>4</sup> ibid. <sup>5</sup> Psal. cxl, 7. <sup>6</sup> Job i, 5.

succenseo, *Mei*, inquit, *uteri sunt gemitus et dolores quos in racuum portavi*<sup>7</sup>, laborum cum gemitu retributionem ab illis non accepi, remunerationem ex eis non habeo. Uteri, inquit, mei gemitus et dolores, cum gemitu et dolore a me nutriti miseram atque solitariam reliquerunt me, in doloribus atque gemitibus me dimiserunt. Cum doloribus, inquit, ac gemitu peperi, dolores ac pericula in die nativitatis eorum sufferendo : cum dolore ac gemitibus nutriti, compassa infantiae eorum atque infirmitati, congemiscens languoribus atque gemitibus eorum. Nam cum ingemiscerent simul ingemiscebam cum eis ; cum infirmarentur, ego in me suscipiebam infirmitatem atque dolorem illorum. Quis, inquit, ex his qui generant filios, ignorat, o Job, filiorum dolorem ? Quis ex his qui natos procreant, amorem atque affectum filiorum nesciat ? Quia omnem dolorem atque infirmitatem natorum libenter in se parentes suscipiunt, tantum ne aliquid moleste eis accidat. Hoc et præ omnibus muneribus devote impendi natis ex me procreatis filii tuis et filiabus, uteri mei doloribus atque gemitibus. Sed haec cuncta cum passa fuerim atque sustinuerim, in vacuum vane exspectavi, cum sepulturam mundam eis facere minime valui, illis a quibus mihi honorabilem sepulturam speravi. Post haec universa nihil, inquit, dixisse, nihil conquesta fuisse, si te, o Job, non infirmum viderem, si te sanum habuissesse : sed levia mihi fuissent omnia quæ te incolumi sustinuisse. Sicut enim rei familiaris jacturæ memor non essem si liberos non amisisssem, similiter non essem recordata, nec rei familiaris, nec filiorum, si tibi incolumi gratulata fuisse. Nunc vero et tu ipse, Job, *sedes in putredine vermium pernoctans*<sup>8</sup> et pervigilans, cum vehemens dolor tuus, atque miserabilis tua passio auferens a te requiem et vigilias tibi procurans dolores tuos efficit amariores. *Tu ipse*, inquit, *in putredine verminum sedes*. Quod enim efficiuntur omnes post mortem, hoc nimur effectus es tu solus ante mortem. Quod enim efficiuntur omnes qui moriuntur in sepulcro, hoc videlicet effectus es tu solus in murana. Quid in multitudine gloriaris justificatum ? Tu autem sedens in putredine vermium pernoctans ac pervigilans plurimos habes qui te excitant vermes. Non enim gallus ille qui post hoc Petrum vocabit, ita excitare illum poterit, sicut te excitant vermes, qui devorant carnes tuas. Non tantum Ægyptios illæ plurimas excitaverunt plaga, sicut te multiplex suscitat putredo. Post quæ universa, et ego, inquit, *ut vaga, et habitu ancillæ ambulans de loco in locum et de domo in domum operis causa, exspectans quando sol subeat et requiem habeam laborum et gemituum, qui nunc me apprehenderunt*<sup>9</sup>. O malignitas adversarii, o calliditas diaboli, o fallacia nequissimi, quam blande loquitur, quam callide decipit, quam miserabiliter fatur, ut

A provocet sensum, ut alterat mentem, ut exaggeret animum, ut perturbet præcordia, ut immutet conscientiam, ut deflassando atque fatigando, et debilitate atque desperantem efficiendo, ad blasphemiam eum provocaret atque converteret. Nam is qui aliquem passus fuerit dolorem, cum consumpserit ejus dolorem, verborum magis provocatur admonitione quam impropriis : et increpationes minores atque mitiores esse videntur magis quam cum provocantur verbis, atque admonentur eloquiis, et subtilitate verborum exulceratur anima patientis. Hoc scilicet sciens nequissimus diabolus, versute ac callide per os uxoris loquens, omnium eum ab initio commonefecit dolorum. Uxor nomen cum audieris, noli putare quod uxor hæc locuta fuerit, sed ore B uxoris deserviente locutus est per os ejus malignissimus, qui etiam et impias cogitationes seminavit in anima illius. Animadvertisse quomodo omnes ipsos enumerat dolores, quomodo de omnibus eum commonefecit. Quousque sustines paupertatem, inopiam, nuditatem, deformitatem, impropria, maledictiones ? Deinde filii tui et filiae perierunt, interierunt, intercepti sunt, deleti sunt. Item vero tu sedes in putredine vermium omnibus execrabilis, omnibus abominabilis, omnibus detestabilis ad vindendum, approximandum atque audiendum, et ad ipsam putredinem omnibus odiosam moderandam. Deinde post hæc universa : *Et ego, inquit, ut vaga et habitu ancillæ circumiens de loco in locum et de domo in domum* et cetera : quibus subtiliora atque callidiora in subversione loqui non poterat. Postquam universa pro omnium conclusione, posquam perturbatum et provocatum, atque circa Deum excitatum putavit esse cor ejus, in supplemento omnium dixit : *Dic aliquod verbum in Dominum et morere*<sup>10</sup>. Ad hoc enim illum adducebat atque attrahebat, et ad hoc flagellabat cum hæc universa loqueretur malignissimus diabolus. Nam cum non valeret per dolores, nisus est atque putavit quod per seductionem eum subverteret. Sed illic vere adimpletum est quod post hoc dictum est : *Firmum fundamentum Dei stabit*. Illic vero adimpta et parabola illa, quæ a Domino dicta est de domo illa firma, quæ super petram fundata atque ædificata est, quam omnes venti et aquæ, et omnes impetus diaboli commovere non potuerunt. Talis vero fuit admirabilis Job, quem omne supplicium diaboli compulit Deum derelinquere : quem omnia argumenta adversarii non seduxerunt, ut a Creatore discederet. Sed adhuc velut ex persona uxoris hujus verbi mentionem faciamus : *Et ego, inquit, ut vaga et habitu ancillæ*. Et ego mala tua, inquit, tecum bajulo, tuos dolores tecum sustineo, tuas miseras tecum patior, et ego, inquit, discedere non possum, derelinquere te non tolero. *Et ego ut vaga et habitu ancillæ*. Vaga velut peregrina, latitans, misera, solitaria, infelix, inops. Et ego vaga, veluti erronea, tandem viarum et egressuum, atque totius

\* ob ii, 9. \* ibid. \* ibid. \* ibid.

cisti, neque succubuisti, sed adhuc sustines, o Job? Defecerunt divitiae, defecerunt filii, compulerunt carnes, liquefacti sunt nervi, et ossa in stercora redacta sunt, terra concakescentibus carnis tuis commissa, et adhuc sustines? Quod efficiuntur mortui in sepulcro post mortem, putredo et vermes aliquae terrae commissi, hoc videlicet tu effictus adhuc vivens videris, et super haec omnia adhuc sustines, o Job, suffers hujusmodi passionem, qualem non sustinuit prior te alter, neque sustinebit aliis usque in sempiternum post te? Quousque, inquit, sustines? Desiens jam requiesce, ut etiam me requiescere facias a bello et certamine, atque collectatione quam habeo circa te. Sed ad haec universa uno verbo respondit dicens: Si interrogas me, o inimice, quousque sustineam, audi. Quandiu percutis, illo usque ego sustineo; quandiu tu tortures, illo usque ego suffero; quandiu tu flagellas, illo usque ego exspecto; quandiu non defecerit malignitas quam habes circa me, illo usque non desierit tolerantia quam habeo circa te. Delusisti, inquit, temet ipsum, o diabole, cum putas quod Adam incautum inveneris, et nescisti quod adversum Job constantem hoc haberis. Sed adhuc ad priorem sensum atque sermonem revertamur. *Quandiu, inquit, sustines?* Deinde tanquam cogitationibus ejus atque spebus compendium faciens atque respondens, adjiciens dicit: *Ecce exspecto adhuc paucum tempus, sperans spem salutis meæ*<sup>4</sup>. Tanquam si diceret: Quandiu sustines hoc tractans et hoc cogitans, atque istam spem habes, quod adhuc modicum tempus sustines, salutem et liberationem, atque requiem exspectans, te ipsum deludis, o Job. Non enim ita es deprehensus, ut modico sustinens tempore evadas. Non talia, inquit, te mala circumdant, o homo, ut cum modicum temporis haec supportaveris, salutem sperare possis: sed sustinens, inquit, sustinebis, et patiens patieris, et finis passionis atque doloris tui non erit. Quod enim facturus es in ultimo, cum plurima passus fueris, ac sustinueris, ut blasphemes, hoc sane cur non facis celeriter, ut saltemi vel unum ex ipsis doloribus effugiens requiescas. Haec itaque universa atque his plura nequissimus diabolus licet non evidentioribus verbis sermocinatus sit, attamen occulūs cogitationibus ad Job locutus est subtiliter seducere voleus famulum Dei inviolabilem. Super quæ universa adjiciens dicit: *Ecce enim exterminata est memoria tua a terra*<sup>5</sup>. Quid exspectas? quid sustines? quid speras? quid tempus salutis exspectas? *Exterminata est memoria tua a terra.* Exterminata est enim, sublata, finita. Projectus esse, inquit, videris, et tanquam non sis ab omnibus reputaris. Deseruerunt namque te omnes, discesserunt cuncti, obliiti sunt universi, desperaverunt te toti, et qui prope, et qui longe sunt, quia delecta est memoria tua a terra. Quantu, inquit,

A magni fuerunt a saeculo, et plerumque eorum memoria permanet, aut in verbis, aut in factis, aut in liberis: tua autem memoria omnis subito exterminata est a terra, neque, inquit, verbum post te, neque filius, neque filia, neque factum, per que possit stare praeteriens memoria tua. Ergo quia nullum de his post te in memoria remansit, ideo exterminata est memoria tua a terra. Non solum obliterata, seu sublata, sed exterminata, tanquam delavata atque extersa tanquam ultra non sit cui digne respondeatur: *In memoria aeterna erit justus*<sup>6</sup>, et memoria justi cum laude. Deinde identidem abscondens diabolus atque tegens iniquitatem suam, convertit hunc sermonem ad uxoris personam: et tanquam ex illius persona loquens, dicit: Filii tui quos fidem docuisti, quos pietatem induisti, quos charitatem adinvicem circa omnes habere instruxisti: filii tui pro quibus corde fuisti sollicitus et animo cogitasti et singularia sacrificia immolasti, de quibus apud temet ipsum dixisti: *Ne forte filii mei in praecordiis mala cogitaverint adversus Deum*<sup>7</sup>. Isti ergo filii quos tui haeredes fore sperasti, a quibus sepulturam accepturum te exspectasti, per quos nomen tuum ac memoriam post te manere credidisti. Isti ergo filii quibus inter homines nihil est dulcius, quibus nihil est inter carnales charius. Isti filii tui quorum visionem non exspectabis amplius, quorum faciem non videbis ulterius, quorum reversionem non speras amplius. Non enim in profectionem terrenam perrexerunt, ut denuo reversionem spes eorum, neque in navibus navigantes ad exteriores provincias transierunt, ut denuo ad tempus remeantes suscipere, atque videre eos possis. Terra illos subito cooperuit, et mors illos cunctos pariter perdidit; domus ruina commune sepulcrum illis canctis effectit. Isti, inquit, filii tui et non solum filii sed et filiae. Si enim solum filii perirent, filiae vero superessent, diminuta fuisset miseria, diminutusque nefandus dolor. Filiarum namque prosperitatem pro haeredibus exspectares, filiarum progeniem pro consolatione duceres, restituerent tibi filiarum nati filiorum direptionem. Nunc vero et filii tui et filiae omnes pariter perierunt, omnes sub una hora deleti sunt, omnes uno tempore in morte tanquam in pelago demersi sunt: omnes in una domo tanquam in una navi a terræ pelago absorpti sunt: et sicut iis qui in pelago demersi fuerint ascensionis vel salutis spes ulterius non est, sic filiorum, inquit, tuorum et filiarum a mortuis lamentabili profundo absorptorum reversionis vel reparationis spes amplius non est, ut diem memorie tuæ celebrent, ut tempus recordationis tuæ agant. Sic, inquam, filii tui et filiae ante tempus perierunt, omnes ante tempus a morte dipti sunt, ut non derelinquerent posteritatem, ut cum nepotes non supersunt, avi a nullo nominentur. Sed noli putare, o Job, quod tibi soli filios istos deputem, sed mihi potius deputo, sed mihi magis

<sup>4</sup> Job ii, 9. <sup>5</sup> ibid. <sup>6</sup> Psal. cxli, 7. <sup>7</sup> Job i, 5.



cisti, neque succubuisti, sed adhuc sustines, o Job? Defecerunt divitiae, defecerunt filii, compulerunt carnes, liquefacti sunt nervi, et ossa in stercora redacta sunt, terra concakescentibus carnisbus tuis commissa, et adhuc sustines? Quod efficiuntur mortui in sepulcro post mortem, putredo et vermes atque terrae commissi, hoc videlicet tu effictus adhuc vivens videris, et super haec omnia adhuc sustines, o Job, suffers hujusmodi passionem, qualem non sustinuit prior te alter, neque sustinebit alius usque in sempiternum post te? *Quousque, inquit, sustines?* Desiciens jam requiesce, ut etiam me requiescere facias a bello et certamine, atque colluctatione quam habeo circa te. Sed ad haec universa uno verbo respondit dicens: Si interrogas me, o inimice, quousque sustineam, audi. Quandiu percutis, illo usque ego sustineo; quandiu tu tortures, illo usque ego suffero; quandiu tu flagellas, illo usque ego exspecto; quandiu non defecerit malignitas quam habes circa me, illo usque non desierit tolerantia quam habeo circa te. Delusisti, inquit, temetipsum, o diabole, cum putas quod Adam incautum inveneris, et nescisti quod adversum Job constantem hoc habueris. Sed adhuc ad priorem sensum atque sermonem revertamur. *Quandiu, inquit, sustines?* Deinde tanquam cogitationibus ejus atque spebus compendium faciens atque respondens, adjiciens dicit: *Ecce exspecto adhuc paucum tempus, sperans spem salutis mea*<sup>1</sup>. Tanquam si diceret: Quandiu sustines hoc tractans et hoc cogitans, atque istam spem habes, quod adhuc modicum tempus sustines, salutem et liberationem, atque requiem exspectans, te ipsum deludis, o Job. Non enim ita es deprehensus, ut modico sustinens tempore evadas. Non talia, inquit, te mala circumdant, o homo, ut cum modicum temporis haec supportaveris, salutem sperare possis: sed sustinens, inquit, sustinebis, et patiens patieris, et finis passionis atque doloris tui non erit. Quod enim facturus es in ultimo, cum plurima passus fueris, ac sustinueris, ut blasphemes, hoc sane cur non facis celeriter, ut saltē vel unum ex ipsis doloribus effugiens requiescas. Haec itaque universa atque his plura nequissimus diabolus licet non evidentioribus verbis sermocinatus sit, attamen occultis cogitationibus ad Job locutus est subtiliter seducere volens famulum Dei inviolabilem. Super quæ universa adjiciens dicit: *Ecce enim exterminata est memoria tua a terra*<sup>2</sup>. Quid exspectas? quid sustines? quid speras? quid tempus salutis exspectas? *Exterminata est memoria tua a terra.* Exterminata est enim, sublata, finita. Projectus esse, inquit, videris, et tanquam non sis ab omnibus reputaris. Deseruerunt namque te omnes, discesserunt cuncti, oblii sunt universi, desperaverunt te toti, et qui prope, et qui longe sunt, quia delecta est memoria tua a terra. Quantu, inquit,

A magni fuerunt a saeculo, et plerumque eorum memoria permanet, aut in verbis, aut in factis, aut in liberis: tua autem memoria omnis subito exterminata est a terra, neque, inquit, verbum post te, neque filius, neque filia, neque factum, per quæ possit stare præteriens memoria tua. Ergo quia nullum de his post te in memoria remansit, ideo exterminata est memoria tua a terra. Non solum oblitterata, seu sublata, sed exterminata, tanquam delavata atque extersa tanquam ultra non sit cui digne respondeatur: *In memoria aeterna erit justus*<sup>3</sup>, et memoria justi cum laude. Deinde identidem abscondens diabolus atque tegens iniquitatem suam, convertit hunc sermonem ad uxoris personam: et tanquam ex illius persona loquens, dicit: Filii tui quos fidem docuisti, quos pietatem induisti, quos charitatem adinvicem circa omnes habere instruxisti: filii tui pro quibus corde fuisti sollicitus et animo cogitasti et singularia sacrificia immolasti, de quibus apud temetipsum dixisti: *Ne forte filii mei in praecordiis mala cogitaverint adversus Deum*<sup>4</sup>. Isti ergo filii quos tui haeredes fore spectasti, a quibus sepulturam accepturum te exspectasti, per quos nomen tuum ac memoriam post te manere credidisti. Isti ergo filii quibus inter homines nihil est dulcior, quibus nihil est inter carnales charius. Isti filii tui quorum visionem non exspectabis amplius, quorum faciem non videbis ulterius, quorum reversionem non speras amplius. Non enim in profactionem terrenam perrexerunt, ut denuo reversionem spes eorum, neque in navibus navigantes ad exteriores provincias transierunt, ut denuo ad tempus remeantes suscipere, atque videre eos possis. Terra illos subito cooperuit, et mors illos cunctos pariter perdidit; domus ruina commune sepulcrum illis cunctis effecit. Isti, inquit, filii tui et non solum filii sed et filiae. Si enim solum filii perirent, filiae vero superessent, diminuta fuisset miseria, diminutusque nefandus dolor. Filiarum namque prosperitatem pro haeredibus exspectares, filiarum progeniem pro consolatione duceres, restituerent tibi filiarum nati filiorum direptionem. Nunc vero et filii tui et filiae omnes pariter perierunt, omnes sub una hora deleti sunt, omnes uno tempore in morte tanquam in pelago demersi sunt: omnes in una domo tanquam in una navi a terræ pelago absorpti sunt: et sicut iis qui in pelago demersi fuerint ascensionis vel salutis spes ulterius non est, sic filiorum, inquit, tuorum et filiarum a mortuis lamentabili profundo absorptorum reversionis vel reparationis spes amplius non est, ut diem memorie tuæ celebrent, ut tempus recordationis tuæ agant. Sic, inquam, filii tui et filiae ante tempus perierunt, omnes ante tempus a morte direpti sunt, ut non derelinquerent posteritatem, ut cum nepotes non supersunt, avi a nullo nominentur. Sed noli putare, o Job, quod tibi soli filios istos deputem, sed mihi potius deputo, sed mihi magis

<sup>1</sup> Job u, 9. <sup>2</sup> ibid. <sup>3</sup> Psal. cxii, 7. <sup>4</sup> Job i, 5.

succenseo, *Mei, inquit, uteri sunt gemitus et dolores quos in vacuum portavi*<sup>7</sup>, laborum cum gemitu retributionem ab illis non accepi, remunerationem ex eis non habeo. Uteri, inquit, mei gemitus et dolores, cum gemitu et dolore a me nutriti miseram atque solitariam reliquerunt me, in doloribus atque gemitibus me dimiserunt. Cum doloribus, inquit, ac gemitu peperi, dolores ac pericula in die nativitatis eorum sufferendo : cum dolore ac gemitibus nutriti, compassa infantiae eorum atque infirmitati, congemiscens languoribus atque gemitibus eorum. Nam cum ingemiscerent simul ingemiscebam cum eis ; cum infirmarentur, ego in me suscipiebam infirmitatem atque dolorem illorum. Quis, inquit, ex his qui generant filios, ignorat, o Job, filiorum dolorem ? Quis ex his qui natos procreant, amorem atque affectum filiorum nesciat ? Quia omnem dolorem atque infirmitatem natorum libenter in se parentes suscipiunt, tantum ne aliquid moleste eis accidat. Hoc et præ omnibus muneribus devote impendi natis ex me procreatis filii tuis et filiabus, uteri mei doloribus atque gemitibus. Sed haec cuncta cum passa fuerim atque sustinuerim, in vacuum vane exspectavi, cum sepulturam mundam eis facere minime valui, illis a quibus mihi honorabilem sepulturam speravi. Post hec universa nihil, inquit, dixisse, nihil conquesta fuisse, si te, o Job, non infirmum viderem, si te sanum habuissesse : sed levia mihi fuissent omnia quæ te incolumi sustinuisse. Sicut enim rei familiaris jacturae memor non essem si liberos non amisssem, similiter non essem recordata, nec rei familiaris, nec filiorum, si tibi incolumi gratulata fuisse. Nunc vero et tu ipse, Job, *sedes in putredine vermium pernoctans*<sup>8</sup> et pervigilans, cum vehemens dolor tuus, atque miserabilis tua passio auferens a te requiem et vigilias tibi procurans dolores tuos efficit amariores. *Tu ipse*, inquit, *in putredine verminum sedes*. Quod enim efficiuntur omnes post mortem, hoc nimur effectus es tu solus ante mortem. Quod enim efficiuntur omnes qui moriuntur in sepulcro, hoc videlicet effectus es tu solus in murana. Quid in multitudine gloriaris justificationum ? Tu autem sedens in putredine vermium pernoctans ac pervigilans plurimos habes qui te excitant vermes. Non enim gallus ille qui post hoc Petrum vocabit, ita excitare illum poterit, sicut te excitant vermes, qui devorant carnes tuas. Non tantum Ægyptios ille plurimas excitaverunt plaga, sicut te multiplex suscitat putredo. Post quæ universa, et ego, inquit, *ut vaga, et habitu ancillæ ambulans de loco in locum et de domo in domum operis causa, exspectans quando sol subeat et requiem habeam laborum et gemituum, qui nunc me apprehenderunt*<sup>9</sup>. O malignitas adversarii, o calliditas diaboli, o fallacia nequissimi, quam blande loquitur, quam callide decipit, quam miserabiliter fatur, ut

A provocet sensum, ut alterat mentem, ut exaggeret animum, ut perturbet præcordia, ut immutet conscientiam, ut delassando atque fatigando, et debillem atque desperantem efficiendo, ad blasphemiam eum provocaret atque converteret. Nam is qui aliquem passus fuerit dolorem, cum consumpserit ejus dolorem, verborum magis provocatur admonitione quam improperiis : et increpationes minores atque mitiores esse videntur magis quam cum provocantur verbis, atque admonentur eloquiis, et subtilitate verborum exulceratur anima patientis. Hoc scilicet sciens nequissimus diabolus, versute ac callide per os uxoris loquens, omnium eum ab initio commonefecit dolorum. Uxor nomen cum audieris, noli putare quod uxor hæc locuta fuerit, sed ore uxoris deserviente locutus est per os ejus malignissimus, qui etiam et impias cogitationes seminavit in anima illius. Animadvertisse quomodo omnes ipsos enumerat dolores, quomodo de omnibus eum commonefecit. Quousque sustines paupertatem, inopiam, nuditatem, deformitatem, improperia, maledictiones ? Deinde filii tui et filiæ perierunt, interierunt, intercepti sunt, deleti sunt. Item vero tu sedes in putredine vermium omnibus execrabilis, omnibus abominabilis, omnibus detestabilis ad vindendum, approximandum atque audiendum, et ad ipsam putredinem omnibus odiosam moderandam. Deinde post hæc universa : *Et ego, inquit, ut vaga et habitu ancillæ circumiens de loco in locum et de domo in domum* et cetera : quibus subtiliora atque callidiora in subversione loqui non poterat. Postquæ universa pro omnium conclusione, postquam perturbatum et provocatum, atque circa Deum excitatum putavit esse cor ejus, in supplemento omnium dixit : *Dic aliquod verbum in Dominum et morere*<sup>10</sup>. Ad hoc enim illum adducebat atque attrahebat, et ad hoc flagellabat cum hæc universa loqueretur malignissimus diabolus. Nam cum non valeret per dolores, nisus est atque putavit quod per seductionem eum subverteret. Sed illic vere adimpletum est quod post hoc dictum est : *Firmum fundamentum Dei stabit*. Illic vero adimpta et parabola illa, quæ a Domino dicta est de domo illa firma, quæ super petram fundata atque ædificata est, quam omnes venti et aquæ, et omnes impetus diaboli commovere non potuerunt. Talis vero fuit admirabilis Job, quem omne supplicium diaboli compulit Deum derelinquere : quem omnia argumenta adversarii non seduxerunt, ut a Creatore discederet. Sed adhuc velut ex persona uxoris hujus verbi mentionem faciamus : *Et ego, inquit, ut vaga et habitu ancillæ*. Et ego mala tua, inquit, tecum bajulo, tuos dolores tecum sustineo, tuas miserias tecum patior, et ego, inquit, discedere non possum, derelinquere te non tolero. *Et ego ut vaga et habitu ancillæ*. Vaga velut peregrina, latians, misera, solitaria, infelix, inops. Et ego vaga, veluti erronea, tanquam viarum et egressuum, atque totius

<sup>7</sup> ob ii, 9. <sup>8</sup> ibid. <sup>9</sup> ibid. <sup>10</sup> ibid.

civitatis transitus ignara. Nam intra palatia nutrita, et in regno vivens, et in principatu atque opulentia degens, omnium foris eram ignara. Ob hoc ego, inquit, ut vaga circumeo, atque erro, utpote omnium inseia et viarum et itinerum et incessuum et colloquiorum, et non solum vaga, sed habitu ancillæ tanquam mercenaria, atque aliis indigens, tanquam infelix et omnimode inops. Habitū ancillæ, utpote operans ac laborans et mercennum faciens; et omnibus supplicans, atque omnibus humilis, utpote omnibus subjecta, sic itaque ut vaga, inquit, et habitu ancillæ. Inumeri servi, atque innumeræ ancillæ olim servierunt mihi et ministraverunt et detulerunt et requiem dederunt, et undique cum reverentia adoraverunt me: nunc vero ad tantam infelicitatem devoluta sum, ad tantam miseriam perveni, ut ipsa ego vaga aliis servierim, omnibus indigens, omnibus subjecta. Ego, inquit, quæ immensum numerum inopum atque pauperum, infelicium quoque, ac nudorum sitientiumque olim ex tuis et meis laboribus atque facultatibus saturavi, vestivi, benefeci, requievi, refrigeravi, ego, inquit, ad tantos dolores et miserias, atque infelicitatem perveni, ut tanquam vaga circumiens, aliis propter inopiam serviam, ut tibi, inquit, o Job, quotidianam escam mercenno acquiram, ut tibi quotidianaum victimum inveniam. Ob hoc, inquit, ut vaga et habitu ancillæ de loco ad locum circumeo, et de domo in domum, sicubi exposcam, et mendicem, expetam, vel ut etiam mercenno exigam, de loco ad locum, de domo in domum circumeo. Alicubi, inquit, suspicior, alicubi autem non suspicior, alicubi desertur mihi, alicubi autem non desertur. Alicubi honorificor, alicubi nihilominus execrор. Nam præter id quod nou suscipiunt, insuper exscrantur, declinant, abominantur nostram infelicitatem, unusquisque sibi metuens, et tanquam ab augurio meum accessum atque introitum præ timore declinat, ne forte cum nostra miseria tangatur. Ob hoc, inquit, o Job, de loco in locum circumeo, et de domo in domum. Ego, ait, quæ olim foras nunquam exivi, quæ foras nunquam respexi, nunc vero de loco in locum circumiens, et de domo in domum ab omnibus conspicior, ab omnibus contemplor, et a malis et a bonis, et a cognitis et ab incognitis. Nam ii, inquit, qui olim nec viderunt me, nec videre potuerunt, isti nunc ut vagam me circumueunt cum ignominia vident, atque contemptu contemplantur. Ob hoc, inquit, de loco ad locum circumeo et de domo in domum operis gratia, et exspectans quando sol subeat, ut requiem habeam laborum atque gemituum, qui nunc me apprehenderunt: qui nunc occupaverunt tam pro tua passione, quam etiam pro mea vagatione, tam pro tuis laboribus quam etiam pro meis tribulationibus, exspectans quando sol subeat. Ob quam rem? Ob hoc, inquit, ut requiem habeam laborum ac tribulationum

A mearum. Nam cum sol, inquit, cedicerit, nox appropinquat, et tenebrae oriuntur, et supervenit somnus, qui omnes dolores mitigat, qui omne vulnus sedat, qui omnem tristitiam sopit. Ob hoc ergo, ait, tanquam requiem et omnium tribulationum depositionem sic exspecto quando sol subeat, ut saltem vel brevi noctis tempore a tribulationibus, quæ me nunc apprehenderunt requiescam. Sicut enim locus loco me reddit, et domus domui, stipem querentem et eleemosynam, atque humanitatem vagam circumveunt, sic similiter dies diei me tradit et nox nocti, requiem tribulationum atque dolorum consolationem querentem exspectando quando sol subeat, ut requiem habeam tribulationum quæ me nunc apprehenderunt. Nam solis occasus omnibus humanis laboribus ac fatigationibus finem imponit, solis occasus universis humanis naturis requiem præstat, et pauperibus, et non habentibus, et servis et liberis: et omnes vesperum atque solis occasum, velut libertatem et indulgentiam atque requiem exspectant. Cum quibus omnibus, inquit, ego etiam exspecto quando sol subeat, ut requiem habeam tribulationum, quæ me nunc apprehenderunt. Vollerunt quidam et aliter hæc dicere, quasi non possit per diem præ verecundia atque confusione per domos ire, et stipem recipere pro cernentibus et declinantibus propter augurium ne ei occurrerent, vel in domum susciperent, metuentes ne eadem paterentur etiam omnes ad quos accessisset, vel quibus approximasset. Ob hoc ergo dicit, exspectans quando sol subeat, ut in tenebris nocturnis requiesca inveniam. Sed vere superior expositio vera atque irrefutabilis est. Sed post hæc universa ad illum sermonem convertamus, cuius etiam hæc verba fuerunt, id est ad diabolum. Nam hic gloriatur quod de loco in locum circumeat et de domo in domum, ut seducat, ut perturbet, ut commisceat, ut decipiat, ut ea quæ contraria sunt cunctos doceat, et exspectat quando sol subeat, ut requiem habeat laborum ac tribulationum. Nam ubi Sol justitiae non subierit, ubi lux veritatis non luxerit, ubi obscuritas infelicitatis et erroris atque impietatis fuerit, illic malignus requiescit, illic omnem iniquum suum laborem deponit. Idcirco de loco in locum circuit, et de domo in domum, utpote aereus spiritus cuncta penetrans atque pervolans, et omnia circumspiciens, et ubique omnia inquirens, sicubi suæ malitiae negligitam requiescere faciat. Quod autem ita sit, etiam ipse Dominus in Evangelii demonstrans dicit. Cum immundus spiritus exierit ab homine circuit querens requiem<sup>11</sup>. Sic itaque et iste circuit de loco in locum, et de domo in domum, sicubi subuentem inveniat solem et tenebras et obscuritatem et noctem, impudicitias, et adulteria et pertinacias, ut illic requiescere perficiat universam suam inquietatem, atque omnem laborem suum. Sic namque requiescit caput hujusmodi ut ultra opus non ha-

<sup>11</sup> Matth. xii, 43.

beat laborare ut eos seducat. Proprios namque habet illos, et in illis requiescit. Idem ergo diabolus sane dixit: *Circui omniem terram, et peragravi ea quae sub caelo sunt*<sup>13</sup>. Idem ipse etiam nunc dixit, quod de loco in locum, et de domo in domum circumierit. Idein ipse etiam adhuc circumiens querit requiem. Sed cum universam malitiam suam perficerit diabolus, atque omnem iniquitatem suam demonstraverit, ostendit in fine quid cogitaverit, quid quæsierit, quidve cupierit dicens: *Dic aliquod verbum in Dominum et morere*<sup>14</sup>. O iniquitas et malitia, fallacia quoque ac versutia tua, diabole, quantum percurristi, et quantum circuisti, et quantum tuis sermonibus atque callidis locutionibus complexus es, cum commonefas eum dolorum, plagarum, vermium, putredinum, filiorum atque uxoris vagationis. Et postquam per hæc universa raptum illum, atque post se conversum habere putat, post hec nihilominus omnia quasi gratiam atque sinceritatem illi demonstret, et tanquam sollicite illi consilium præbeat, ait: *Dic aliquod verbum in Dominum et morere*. Melior, inquit, est mors, o Job, quam vita amara, et requies æterna quam perseverans infirmitas. Ideo *dic aliquod verbum in Dominum et morere*, ut inanem vitam hanc finias, ut hæc amara tormenta relinquas, ut ab istis vehementioribus doloribus transeas. Ob hoc ergo dic aliquod verbum in Dominum et morere. Dic aliquod verbum quod irritet, quod exacerbet, quod exasperet. Dic aliquod verbum in Dominum. Accusa de injustitia, criminare, irride de malitia, reprehende de impietate. Dic aliquod verbum quod neget illum, et providentiam ejus atque provisionem, præscientiam quoque ac virtutem atque magnitudinem illius. Sic ergo dic aliquod verbum in Dominum et morere. Si enim aliquid hujusmodi dixeris, continuo morieris, continuo de omnibus præsentibus laboribus securus atque alienus redderis, continuo neque confusione, inquit, sustinebis, neque improperia audies, neque dolorem patieris, neque poenam sufferes, sed cuncta prolinus deponens inter mortuos requietes. *Dic, inquit, aliquod verbum in Dominum, et morere*. Hoc, inquit, exspecto, hoc sustineo, hoc desidero, hoc quero, ut dicas aliquod verbum in Dominum et moriaris. Ob hoc, inquit, plurimo tempore advigilavi tibi, observans atque in speculis sedens quando succumberes, quando flectereris, quando deliceres, quando in his doloribus defatigatus atque in ipsis tormentis delassatus ad reprehensionem Creatoris flectereris, atque in factis Dei ad blasphemian te converteres. Cum ego, inquit, hæc universa perficerim atque peregerim, unum mihi verbum condona, unum verbum me exaudi, unum verbum dicito in Dominum, et morere. Quod enim tu dicturus es post paululum, o Job, menses vacuos et noctes dolorum sustinui: hoc, inquit, ego jam ex hoc sustineo, menses vacuos pertransieus propter im-

A mutabilem tuam passionem et noctes dolorum peragens propter animam tuam in doloribus non succumbentem. Non enim te ita, o Job, isti dolores affligunt, sicut me tua tolerantia pernecat. Pro his ergo omnibus dic aliquod verbum in Dominum, et morere. Sed tale verbum dic, ut continuo tibi mortem procuret, sed bene dixit postmodum is qui ait: *Aqua multa non extinguet charitatem, et flumina non inundabit eam*.<sup>15</sup> Omnia enim flumina et omnis impetus, et omnis inundatio maligni atque malitia diaboli, extinguere vel inundare puram illius charitatem Job quam circa Dominum Deum habuit non potuerunt. Indicium hujus rei ea quæ jampridem dicta sunt, et ea quæ adhuc subsequenter proferuntur, demonstrant. Nam mox iste in subsequentibus dicit: *Ipse vero respiciens ad eam dicit: Quare ut una ex insipientibus mulieribus ita locuta es*<sup>16</sup>? Ipse vero respiciens ad eam. Ipse. Quis? Job ipse respexit eam qui ante ad Deum respiciebat, qui primum Dominum contemplabatur, qui dudum ad æternam incorruptionem sinceriter intendebat. Ipse ergo respexit. Ipse ille immobilis, indeclinabilis, insubvertibilis, inseductibilis. Ipse qui circumventus non est, qui a Deo non est abs tractus. Ipse respexit ad eam. Ad quam eam? Ad uxorem, ad insidas, ad muncipulam, ad subversionem, ad ruinam. Nam illa quam uxorem esse oportebat, et omnium bonorum consiliatricem atque suffragatricem, effecta est illi insidiæ, retia et fraus ac totius impietatis consiliatrix vel faatrix, quanquam justus Job illam non audierit. Sed interim cum se ista ministram maligno effecit, quantumque ad ipsam circumvenire atque supplantare beatum Job studuit, merito justus ille respiciens ad eam, primum ad eum qui in ea loquebatur, id est ad diabolum, respexit: primum inimicu illum qui per os ejus insidiabatur intellexit, atque malitiæ ejus occurrens resistit, et per illam que ad eum locuta est diaboli iniquitatem redarguit atque de jecit. Quod demonstrans Scriptura dicit; ipse vero respexit ad eam turbido aspectu, immutata facie, frementi locutione, perturbato vultu. Ipse vero respiciens ad eam cum ira ac furore, cum indignatione atque contemptu. Cognovit namque quod maligni erant hæc seminaria, quia maledicti semèn hoc fuerat, quia injusti erat ille fructus, quia nequissimi fuit hæc concitatio. Idecirco respiciens ad eam quidem respexit, sed ad diabolum dixit, ad diabolum locutus est. Cur, inquit, o diabole, inimice justitiae atque omnium bonorum adversarie, cur supervacue speras? cur stulte cogitas? cur humiliatum temetipsum plus humilias, cum putas quod Adam inveneris, nesciens quod adversum Job rem habeas? Neque te hoc revocavit quod præciosus omnium Dominus dixit: *Non est illi quisquam similis super terram*<sup>17</sup>? Neque hoc te revocavit, quod universam iniquitatem tuam nunc

<sup>13</sup> Job i, 7. <sup>14</sup> Job ii, 9. <sup>15</sup> Cant. viii, 7. <sup>16</sup> Job ii, 10. <sup>17</sup> Job i, 8.

ut breviter dicam, cui nec quidquam prævalet, neque percutiendo, neque adurendo. Nam percussus non comminatur, exustus non conteritur. Merito ergo adamus appellatur, utpote insuperabilis. Quod si dixerit aliquis: Ubi est modo, vel ubi conspicitur hujuscemodi lapis adamantinus? Audi, hæc omnia typus fuerunt Domini Jesu Christi, quia usque ad adventum Domini erant, et visa sunt, post adventum autem Domini visa non sunt. Ubi videtur nunc phœnix? ubi urna Adam? ubi videtur arca testamenti? ubi urna mannæ? Sic similiter nunc ubi videtur adamus atque ea quæ typum Domini gerabant? Ea scilicet usque ad adventum Domini visa sunt utpote figuræ, et inde abscondita sunt Domino ipsas figuræ adimplente. Idecirco nunc neque arca testamenti, neque urna mannæ, neque cinnamomum, neque adamas, neque phœnix istis nunc hominibus vere videntur, nisi forte quis simile aliquid simulatum contendat, dicens esse quod non est. Cum ergo typus esset Domini Jesu Christi Job, tradidit illum Deus in probationem tanquam adamantem inviolabilem, cuius potestatem accipiens diabolus exivit a facie Domini. Exiit diabolus, hoc est, defens. Ad deferendum enim introierat: et quantum juxta iniquitatem suam in ipsa delatione proficiens ac delati potestatem accipiens, exivit a facie Domini. Exiit gaudens qui nunquam est gavisus, exiit lætus ille qui nunquam est lætatus, utpote habens Job in potestatem ad puniendum illum secundum suam iniquitatem. Exiit diabolus a facie Domini, exiit tanquam lupus rabiens, tanquam leo rugiens, tanquam ursus sanguinem appetens, tanquam malignus serpens, tanquam vipera sæva ac perniciosa. Exiit diabolus a facie Domini. Exiit omni iniquitate et ira, furore quoque atque indignatione, crudelitate nihilominus atque omni impietate refertos. Exiit tanquam bestia ferox ac sæva atque immanis. Exiit cogitans infelix suo amarissimo modo Job afflicere pánis, quod et fecit statim sine mora. Percussit Job plaga sævissima a pedibus usque ad caput<sup>\*\*</sup>. Magnitudinem plague atque vulneris admirationem, dolorisque fortitudinem non valens aliter edicere atque ostendere, dixit, percussit Job plaga sævissima, non solum plaga, sed et sævissima plaga. Sufficerat hoc solum ut plaga tantum fuisse, nunc vero etiam plagam sævissimam esse dixit: Percussit Job plaga sævissima. Considera etiam hoc quod dicit: Percussit Job. Percussit, inquit, cum furore, cum ira, cum indignatione. Percussit Job. Quomodo percussit? sic percussit quomodo parabat, quomodo putabat. Percussit Job, ut comminueret spiritum ejus, ut contereret animam ejus, ut affligeret precordia ejus. Sic percussit sperans quod secunda plaga omnem constantiam atque fortitudinem Job debilitaret. Sic ergo percussit Job plaga sævissima, lamentabili, urenti, affligenti, flagranti, incendienti, dolenti, omne supplicium in se habente, et putredinem, et vermes, et ossium divisionem, et nervo-

Job n. 7.

A rum fatigationem, et membrorum debilitationem, ac totius carnalis compaginis passionem atque dolorem. Nam sicut nullum membrorum corporis prætermisit malignus, neque ullum dereliquit illæsum, sed cuncta vehementi vulnere implevit atque omnia sævissima plaga percussit, sic identidem nullum dereliquit supplicium, neque pœnam, neque dolorem, quod huic plague non commiscisset: sed omnem virtutem atque argumentum nequitiz suæ in hac sævissima plaga ostendens atque demonstrans, novissimam gloriam patientiæ hic perficere speravit, sic scilicet percussit Job plaga sævissima, a pedibus usque ad caput. Plaga, inquit, sævissima utpote una. Et cur una plaga memoratur, tanquam una, et non dicit plagas tanquam plurimas? Propterea B una plaga memoratur, quia totum corpus justi illius et omnia ejus membra uno contextit vulnere, atque ad unum convertit dolorem, ut per totum corpus atque membra beati illius unus dolor esse; atque vulnus. Ob hoc ergo plagam dicit, quia unum vulnus erat per totum corpus. Quod vero unus dolor atque passio erat per totum corpus ejus et membra, subsequenter ostendit dicens: A pedibus usque ad caput. Percussit Job plaga sævissima a pedibus usque ad caput. Sicut a pedibus usque ad caput, ita identidem a capite usque ad pedum vestigia, a coma capitis usque ad unguis pollicum, nec quidquam reliquit sanum, neque integrum, aut sine dolore, sed universa uno contextit vulnere atque plaga cooperuit cuncta, et sævissima. Sævissima, inquam, hoc est lamentabili, insanabili, incurabili, in qua non erat ubi malagma imponeretur, neque medicina, neque adjutorium, neque oleum ullum, neque alligatura. In qua plaga, superflua erat et supervacua omnis medicorum peritia atque sapientia. Sicut enim dicit quod nullum argumentum illuminare poterat tenebrosam atque lamentabilem Ægyptiorum noctem; ita nulla medicamina curare poterant sævissimam illam diaboli plagam, donec impleta est tolerantia et longanimitas Job. Tolerantia, pro coronarum redhibitione; Dei longanimitas, pro justitiæ approbatione; diaboli vero iniurias, pro correptione nequitiz ejus atque damnatione, quam in illo justo exercuit viro. Percussit vero Job, inquit, plaga sævissima a pedibus usque ad caput. Tantum enim sævissima fuit hæc plaga, quantum iniquitatem habuit diabolus. Nam secundum iniquitatem suam mensus est diabolus hanc plagam, hoc vulnus. Nihil reliquit tormenti, neque amaritudinis, neque immanitatis, neque ferocitatis, neque crudelitatis, neque impietatis, neque malignitatis, quod non exerceuerit in lamentabili hujus vulneris plaga. Consideremus ergo, o amici, vehementiam hujus doloris juxta vehementiam iniquitatis diaboli. Consideremus, o viri, diversa justi illius tormenta, neenon et hoc, adversus quantos dolores persistiter innocens. Uno dolore confectus erat totus, una plaga omnis vestitus. Facta namque est

illi hæc plaga tanquam vestis amictus, et tanquam induimentum quo erat indutus, et tanquam cingulum quo semper eingebatur, sed non in condennationem, sicut illi impio Judæ, sed in coronam gloriæ, utpote justo Job. Omne ergo corpus et membra justi illius uno circumdata erant dolore atque vulnere, sive caput, sive pedes, sive oculi, sive aures, sive latera, sive scapulae, usque ad ipsa pedum vestigia uno vulnere distillabant, una putredine detentus erat, iisdem vermbus scatebat. Jacere non poterat, sedere non valebat, requiem non habebat, resumptionem non inveniebat, et quod erat omnium maximum, super hæc universa fame et siti necabatur. Nam manibus cibum vel potum ad os porrigerere non poterat. Tametsi manibus ad os porrigerere valeret, ore ac labiis putredine ac vermbus plenus recipere non valebat. Attestatur idem ipse dicens paulo post : *Scatere video escas meas tanquam odorem leonis.* Cum istis namque nefandis doloribus exsecrabiliter scateret, hujus putredinis odorem nequissimus fecit. Hoc namque destens dicit : *Scatere video escas meas tanquam odorem leonis.* Ob quam rem, o beate Job ? Ob hoc, inquit, quia bullit corpus meum in putredine vermium ; ob hoc, quia doloribus macero sulcos terræ ex vulnerum meorum humore ; ob hoc, quia doloribus obvolutus sum, et alia plurima his similia. Cum tam vehementioribus doloribus restisset atque repugnasset Job, constantiæ non renuntiavit, patientiam non abjectit, fidem non deposituit, gratiarum actiones non est oblitus : sed quanto pluriores sustinebat dolores, tanto amplius pluriores adjiciebat æterno Regi gratiarum actiones atque confessiones. Sciebat namque sanctus ille, quia secundum multitudinem dolorum, multitudo ei preparabatur coronarum. O beate Job, quomodo te admirerum, quomodo te laudemus, vel quomodo magnificemus qui solus ante Evangelium eorum quæ in Evangelio sunt perfectam passionem sustinuisti, qui solus ante martyres martyrum tolerantiam cum gratiarum actionibus perfecisti. Nam sicut omnia tormenta atque flagra per principes hujus mundi ingessit diabolus martyribus : sic similiter universa supplicia atque incendia induxit super Job per semetipsum atque sua iniquitate, hoc ipsum per omnia deprecante Job, quod etiam martyres fecerunt, ut gloriosum nomen Dei blasphemare non cogeretur. Sed incontaminatus permanit magnus ille adamantinus Job, juxta dolorum multitudinem atque nimietatem, multiplicans atque adjiciens gratiarum actiones. Hoc nimirum per hæc quæ sequuntur appetat, dicit namque : *Et accepta Job testa radebat saniem suam*<sup>11</sup>. Non accepit molle aliquid ut abstergeret molliter, leviter, leniter, artificiose moderando atque relevando : sed accepit testam duram, asperam, ut raderet cum dolore saniem suam, et non extergeret blande atque modeste mitigans atque relevans vehementem illum atque in-

A enarrabilem dolorem. *Acceptit testam ut raderet saniem.* Ad quæ digne dicatur, dic, o beate Job atque Deo dilecte, ob quam rem hoc facis ? Cur hunc dolorem exasperas ? cur augmentas ? cur exaggeras testa radendo lamentabile hoc vulnus atque sævissimam hanc plagam, cum potius debueras observare, juvare, levare, fovere, ungere, despicere, ut per hæc universa mitiorem atque blandiorem redderes hunc sævissimum dolorem, plagamque terribilem ? Sed respondens justus Job, dicit : Ego, o viri, non succumbo his doloribus, neque istis pœnis deficio, non debilitor, neque delassor. Non enim sunt dolores isti fortiores animæ meæ firmitate, non sunt hæc tormenta duriora cordis mei duritia. Merito, inquit, exaggero atque commoveo ipsos dolores, ut per cuncta ostendam nequissimo diabolo, quia ejus malitiam irrideo, quia iniquitatem ejus contemno, quia omnes ejus plagas atque vulnera ad nihilum reputo. Ob hoc ergo accepit testam, ut raderet saniem suam. Ecce, inquit, o malignissime diabole, sicut tunc cum rem familiarem et filios mihi auferres, tunc denique ego quod supererat vestem atque comam capitum conscindens atque tondens tibi projeci, vestem post rem familiarem, et comam post liberos : sic, inquit, etiam nunc cum me sævissima plaga percuteres, quod tibi supersuit hujus doloris, hoc nimirum ita adjicio, hac testa dolores provocando, et exaggerando atque exasperando, ut per hæc, inquit, universa informeris de mea constantia, ne ultra putes, nequissime diabole, quod ego detraham benignissimo Creatori, vel blasphemem sanctum benefactorem meum aliquando. Ob hoc ergo accepit testam ut raderet saniem suam. Adverte, o viri, valde ingentem fidem Job atque charitatem quam habuit circa Deum, tolerantiam quoque atque constantiam. Nam ob hoc rasit Job vulnera sua testa, non quod non ei valde doluisserint, sed ob hoc rasit testa, ut nobis patientiæ atque tolerantiae normam daret. Ob hoc rasit testa, ut sanctorum martyrum demonstraret figuram, qui post universas plagas ac dolores, post universa supplicia atque tormenta, rasi atque unguis confossi sunt pro augmentatione dolorum omnium. Sic et beatus Job post nimios dolores qui in corpore erant, extra corpus testa rasit sua vulnera, ut omnibus Deum D timentibus patientiæ atque tolerantiae in perpetuo traderet formam : ut omnes dolores atque plágas sive in corpore, sive extra corpus, sive detrimenti atque languoris cum gratiarum actionibus sustinentes accipiant a Deo æternæ gloriæ remunerationem, atque immarcescibilium coronarum expectent retributionem a Deo. Quod autem secundum ipsam historiam testis lacerati atque pernecati fuerint sancti martyres, manifestum est atque irrefutabile. Nam post universa tormenta recludentes eos in carcere, et testas pollinas in eis sternentes, et per quatuor partes eos impii ipsi extendentes crudeli morte eos pernecabant. Ita consummatus est beatus

<sup>11</sup> Job ii, 8.

atque gloriōsus Lucianus, lucidus vita, lucidus et fide, lucidus etiam tolerantiae consummatione. Ob hoc enim Lucianus cognominatus est, tanquam lucidus, aut proprio lumine sibi fulgens, aut aliis lūcens. Hic namque beatus duodecim diebus supra testas pollinas extensus tertia decima die est consummatus, aliique innumerī sancti martyres eodem modo mortem transeuntes consummati sunt. Horum namque omnium typum gerens Job, accepit testam ut raderet saniem vulnerum suorum. Ecce, inquit, o maligne diabole, conculco te, deformo te et humiliō, atque omnem malignitatem tuam et malitiam contemptibilem omnibus demonstro. Accepit testam ut raderet saniem vulnerum suorum. Testa, inquiens, testa radendo corruptibile atque carnale hoc corium, terrena atque aspera testa. Accepit testam ut raderet saniem vulnerum suorum. Typus, inquit, sum sine peccato hos sustinendo dolores, illius qui in novissimo tempore descendens de cœlis Dei Unigenitus terreni corporis testa ex Virgine se induens totius mundi saniem, immunditiam quoque ac putredinem rasit, atque mundavit omnia peccata supportando. Postmodum pro impietatibus eorum in mortem deductus est, cuius livore omnes sanati atque mundati sunt, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Omnibus itaque modis accepit, inquit, testam ut raderet saniem suam. *Et ipse sedebat super acervum steroris extra civitatem*<sup>\*\*</sup>. Non quod habitationem deserere voluerit, sed iis qui in civitate erant atque mansionibus molestiam ingerere non est passus. *Sedebat super acervum steroris extra civitatem, me solum, inquiens, circumstant mala mea, mihi soli molesta sunt mea vulnera.* Non efficiar, inquit, etiam aliis exsecratio, ne sim his qui intra civitatem sunt abominatio, ne exacerbentur etiam cives civitatis propter meos doiores. Sedebat extra civitatem ille, qui ante paululum civitatum atque mansionum fuerat dominus, rector atque gubernator. Sedebat ergo extra civitatem. Certum est quod plurima apud semetipsum tractans ac dicens: *Cur in civitate maneam? cur in domibus sedeam?* Cum re ac filiis, et civitate, et domibus carui, cum re familiari ac liberis regni corona ablata est mihi, cum re ac natis dedi etiam vestem atque comam capit. Nunc vero cum regno relinquam etiam civitatem ac domum. Sedebat extra civitatem solus sustinens dolorem illum s̄avissimum, certum est quod memor illius atque imitatus illum qui solus dolorem omnium extra civitatem sustinuit, id est Dei Unigenitus, et de illius futura passione seipsum consolatus est, dicens: *Quid magni ego sustineo cum sim homo pro meipso, si Dei Unigenitus venturus est ad terras, et cum sit Dominus pro omnibus plurima passurus?* Brevis, inquit, est hæc mea passio, et temporalis erit hic meus dolor. Aut enim morsum excludet, aut certe sanitas illum expellet, sive sic finis appropinquabit. *Et ipse sedebat super acervum steroris extra civitatem, me solum, inquiens, circumstant mala mea, mihi soli molesta sunt mea vulnera.*

A *bat super acervum steroris extra civitatem, sedem pro sede immutans, et sessionem pro sessione differens.* Nam is qui paulo ante supra regale sedebat solium, nunc sedet super steroris acervum: ille qui ante paululum regio diademate atque gloria erat indutus, nunc sedet in abundantia putredinum: ille qui ante paululum ab innumeris catervis circumdabatur, nunc a multitudine vermium comeditur. Sedebat super acervum steroris, condignam atque congruam hanc sedem huic judicans plagæ, vermis stercus, putredini putredinem. Suscipiat, inquit, putredo putredinem, hujus steroris putredo, corporis hujus atque vermium putredinem. *Sedebat super acervum steroris. Stercus supra sterco, putredo supra putredinem.* Nam quia oannis homo putredo, et filius hominis vernis, merito is qui in putredinem vermium est conversus, sedet in putredine steroris. Quod efficiuntur omnes homines post exitum animæ putredo, et vermes, hæc, inquit, præveniens adhuc anima in corpore posita, ego effectus sum. Idecirco tanquam putredo et sterco effectus, digne sedeo super sterco, omnes homines instruens, quia omnis terrena eorum gloria in putredinem, et sterco atque vermes convertetur. Sedit super acervum steroris. Intendite, inquiens, omnes filii hominum, ad quantam miseriam terrena gloria devolvitur, ad quantam humilitatem terrena sublimitas immutatur. Merito præsentia nullus aliquid estimet, sed futura timeat: nullus hæc quæ videntur querat, sed ea quæ non videntur sustineat. Omnis enim gloria hominis tanquam fenum, et omnis decor corruptibilium tanquam olera herbarum et omnes species terrenorum tanquam flos decidens. Quid pulchrius sole? et hic decidet. Quid suavius floribus campi? et hi arescent similiter. Quid gloriōsus aut decorosius gloria atque forma humana? et quid abominabilis atque exscrabilis, cum aruerint, exente anima? Et quid humilius his qui in sterco, et vermes atque putredinem immutantur? De me, inquit, o homines, atque de mea immutatione in his omnibus informamini. Qualem me ante paululum vidistis, et qualem me nunc conspicitis? qualem me ante paululum magnificasti, et qualem me nunc conspicitis? Ubi sunt illi plurimi qui me circumdabant? Pro quibus omnibus multitudo, inquit, vermium, et putredo me circumdant. Hæc itaque atque his similia admirabilis Job ad cunctos sibi approximantes loquens, evidenter omnibus futuram contestabatur immutationem. Et ipse sedebat super acervum steroris, plus sibi de ipsis vermis atque putredine, quam olim de regni gloria atque multitudine circumdantium se populorum complacens. Nam omnium illorum finem post hæc omnia quæ gloriōsa sunt, carnis mors exspectat: et post omnem putredinem atque vermem, resurrectionem carnis exspectat; mortis vero putredinem atque vermium finem resurrectio a mortuis. Pro his ergo omnibus

<sup>\*\*</sup> Job 11, 8.

sedebat super acervum stercoris extra civitatem. Ad quem etiam nunc digne dicitur : Dic, o beate Job; dic, o sancte Dei prælator; dic, o admirabilis vir Domini constantissime, qui terribilibus atque fortibus maligni plagiis in nullo succubuisti, qui amara supplicia atque fortes dolores absque murmuratione supportasti, cur extra civitatem egressus, et super acervum stercoris atque muranam sedens spectaculum temetipsum cunctis transeuntibus præbuisti? Omnes enim qui ingrediuntur, vel egrediuntur, omnes qui transeunt vias, et diriguntur in itineribus suis, omnes qui in te contemplantur istic super acervum stercoris atque muranam sedentem absentibus enarrant, atque iis qui longe sunt annuntiant, ita ut penetret hic rumor tuus in longinquum de regione in regionem. Nam qui te viderint, non videntibus enarrabunt : qui vero audierint, iis qui longe sunt positi istam recognitionem tuam insinuabunt. Sed respondit mirabilis Job dicens : Ego, o vir, cum sim prior atque antiquior illis qui in novissimo tempore erunt apostoli, vel evangelistæ, que illi verbis dixerunt, quod spectaculum facti sunt et angelis et hominibus, haec nimirum ego ipsis operibus anticipans tanquam in typo adimpleo, spectaculum cunctis effectus, et angelis et hominibus : ut penetret haec relatio mea non solum a provincia in provinciam, sed adhuc longius per omnes gentes et per omnes fines terræ, usque ad consummationem sæculi. Vere enim vere, o amici, spectaculum factus est beatus Job et angelis et hominibus. Nam omnes homines stupentes, atque admirantes duplii in eum modo intendebant, atque geminam de illo opinionem habentes undique ad eum respiciebant; quidam de peccatis illum accusabant sicut Eliphaz, similesque illi ; alii nihilominus non pro peccatis illum reprehendebant, sed potius justum illum reputantes, mirabantur in omnibus que a Domino ei illata fuerant. Similiter et omnium angelorum et spirituum geminæ partes in eum intendebant. Sancti quidem angeli Dei cum magna sollicitudine in eum respiciebant, tolerantiae ejus consummationem exspectantes, ut de victoria ejus devote cœlestem Regem collaudarent, victoriam justi Job, atque ruinam injusti diaboli cernentes. Post hos omnes nimirum nequissimi spiritus respicebant in eum fixis obtutibus eum considerantes, sollicite sperantes, atque exspectantes, quando blasphemie verbum ab eo audirent, quando maledictionem sermonis ab eo susciperent. Sed infelices a spe sua deciderunt, cum Job benedictionem cum gratiarum actionibus omni tempore Deo referret. Sic itaque ipsis rebus adimplevit beatus Job idem quod post hoc a sanctis dictum est : *Spectaculum facti sumus mundo, et angelis et hominibus*<sup>91</sup>. Ob hoc et super acervum stercoris extra civitatem sedit hic justus, stercus ac putredinem existimans atque de-

A monstrans omnia quæ sunt humana, ac corruptibilia atque terrena, sicut et superius demonstratum est. Post quæ universa dicit : *Plurimo autem tempore interposito dixit ad eum uxor ejus*<sup>92</sup>. Diversa plurimi de hoc tempore quod istuc memoratum est, et intellexerunt, et locuti sunt, alii quidem breve hoc tempus fuisse percipientes, alii nihilominus plurimum astruentes, quasi tribus annis et dimidio in typum Dominicæ prædicationis, etiam et hujus passionis tempus sicut et in ceteris ostenderent dientes. Ideoque qui voluerint ex auditoribus, ita percipient. Nos vero Scripturæ consentientes intelligamus, et sicut intelligimus, ita et asseramus, hoc primum dicentes et querentes, cur benedictus Deus diutius esset pernecaturus justum illum, cum sufficeret brevissimum tempus ad superandum malignissimum diabolum? Non enim hoc delectabatur Deus, ut Job torqueretur; sed hoc potius ut diabolus convinceretur, et beatus Job justus comprobaretur. Nihil ergo aliud exspectavit Deus, nisi hoc solum quando diabolus universam iniquitatem suam perficeret, et quando Job universam tolerantiam suam adimpleret, ut inexcusabiliter convinceretur diabolus, et Justus vere appareret Job. Hoc nimirum non diurno annorum spatio, sed brevissimo mensium tempore irrefutabiliter consummatum est. Hujus namque rei testis comprobatur etiam ipse Job, dicens : *Sustinui menses superracos*<sup>93</sup>, non annos sed menses. Nam sicut de mensibus non silevit Job, sic multo amplius de annis non siluisse si annos sustinisset. Nunc vero quia nou annos sustinuit, sed menses, mérito sane annos non memorat, menses autem nominat dicens : *Sustinui menses supervacos*. Debuerant ergo hi qui tres annos et dimidium fuisse passionis Job astraunnt, tres menses et dimidium dicere, ut certe vel ex parte veritati non resisterent, et Dominicum exemplum illud consimilarent. Tribus namque annis et dimidio prædicavit Dominus a baptismo usque in passionem. Sic et ipsa historia non tres annos significat, sed breve mensium tempus. Primum quidem per hoc quod contigit cum suas plagas ei intulit malignus. Nam semper adhuc primo loquente alius superveniebat nuntius. Deinde statim sine mora sævissima ac terribili illum percussit plaga. Item mox per uxorem seduxit, deinde consequenter in ordinem per amicos reprehendit, quæ universa in paucis mensibus perfecit. Proinus subsequenter Dominus ad eum locutus est justum illum omnibus demonstrans, atque sanctum illum cunctis testificans, et illis qui tunc fuerunt, et istis qui erunt usque in perpetuum. Hæc namque intra paucos menses perfici potuerunt. Non enim erat justum, neque amplexa est Dei bonitas, ut plurimis annis lamentabilem illam passionem justus sufferret Job. Omnibus itaque modis demonstrari potest, quia non plurimis annis, sed paucis mensibus, hæc universa impleta sunt. Quomodo

<sup>91</sup> 1 Cor. iv, 9. <sup>92</sup> Job ii, 9. <sup>93</sup> Jub vi, 5.

enim sufferre poterant carnes Job, vel membra, ut tribus annis et dimidio a vermis ac putredine essent comesta? Quomodo poterant sufferre carnes ejus ac ossa, ut tribus annis et dimidio amarissimo dolore fuisset vexata? In qua amarissima pena, omnis furor et indignatio maligni diaboli est demonstrata. Post horum namque omnium approbationem dicit: *Plurimo autem tempore interposito*<sup>26</sup>. Et unus mensis tempus est, et duo vel tres menses plurimum tempus est: idcirco non dicit plurimus ante annis, sed plurimo, inquit, tempore. Nam et frequenter proximo aliquo quemlibet mittentes, si tardigradus fuerit is qui missus est, murmurantes soliti sunt dicere: Quid fecisti tanto tempore? Si ergo dies tempus dicitur prolixum, multo magis mensium tempus prolixum atque plurimum dici potest. Ob hoc ergo dicit plurimo tempore interposito. Plurimum namque memoratur hoc tempus, non ob hoc solum quod plurimum fuerit longitudine temporis, vel spatii prolixitate, sed maxime propter plurimum dolorem, plurimum dicitur et aestimatur hoc tempus fuisse. Plurimo, inquit, tempore interposito, propter plurimam passionem, propter acerrimum dolorem, propter vehementissimum vulnus, propter amarissimam penam. Plurimo autem tempore interposito, propter plagarum nimietatem, propter humorem corpus atque membra liquefacentem, pro innumeris vermis nervos atque ossa devorantibus. Pro his omnibus magnis ac plurimis gravibus atque terribilibus exsistentibus plurimum fuisse hoc tempus memoratur. Plurimo autem tempore interposito, cum Job non succumberet, neque debilitaretur, neque delassaretur, neque desiceret, sed in eisdem gratiarum actionibus atque confessionibus permaneret. Unde enim coepit, illic et perseveravit, in gratiarum actionibus atque benedictionibus. *Sit*, inquit, *nomen Domini benedictum in secula*<sup>27</sup>. Cum in istis ergo perseveraret Job, nequissimus diabolus obstupuit, expavit, desperavit, atque semetipsum consumens dixit: Ubi est præsumptio mea? ubi est audacia? ubi est labor meus? Omnem sollicitudinem exercui, et in Job nihil feci; omnia argumenta ostendi, et fortitudinem Job non dejeci; omnes sagittas nequissimæ pharetræ meæ evacuavi, et animam Job non vulneravi. Filios, inquit, ejus perdidì et sensum ejus a Deo non prævaricavi. Rem familiarem ejus exterminavi, sed charitatem ejus quam habet circa Dominum Deum non extinxi. Carnem et ossa ejus vermis atque putredine consumpsi, sed fidem atque sinceritatem animæ ejus non violavi. Quid igitur faciam illi adhuc quod non feci? Quid in eo exerceam adhuc quod non exercui? Ergo quia per universa supplicia atque tormenta cogere eum ut Deum relinqueret non potui, conferam, inquit, me ad seductionem, conferam ad persuasionem. Fositan enim quod non valuit poena coactio, hoc nihil-

A minus efficiet suasionis seductio. Confugiam, inquit, ad antiqua mea arma, per quæ Adam seductum supplantavi. Illic serpente me induens ad Eam locutus sum, deinde per Eam locutus Adam seduxi. Habet etiam Job uxorem, qua me induens subtiliter per illam eum sedueam, atque fraudulenter persuadeam. Cum haec apud se cogitaret, atque meditaretur nequissimus, statim uxor os ad persuadendum aperire properavit. Quod demonstrans hæc Scriptura dicit: *Plurimo autem tempore interposito, dixit ad eum uxor ejus*<sup>27</sup>. Plurimo autem tempore interposito, cum Job perseveraret, et non immutaretur, cum Job in fide firmaretur, et in veritate roboraretur, fundaretur in pietate, atque in justitia constabiliretur, in charitate instrueretur, et in gratiarum actionibus persisteret devotus atque sollicitus, cum in hujusmodi consonantia Job persisteret, dixit ad eum uxor ejus. Et revera non uxor dixit, sed diabolus qui per os ejus est locutus, qui frequenter consuevit loqui ad viros per os mulierum, qui saepe solitus est subvertere viros per os conjugum, atque ad mala concitare et mala docere, rapinas, calumnias, violentiam, cupiditatem, alienorum appetitiam, atque odium circa proximos. Frequenter enim invidiam accendunt inter viros, sicut invicem propter improbitatem suam litigaverunt. Continuo illæ in infelices viros odio atque contentiones adinvicem excitare contendunt. Quos cum sint pacifici atque unanimes, cum adversariis suis sive his qui intus sunt, sive qui foris sunt, concordes stare oportuerat et se invicem defendere, atque invicem adjuvare, isti nimis compelluntur propter nequitias uxorum adversum invicem insurgere et se invicem odio habere, quo possint iniquarum uxorum malitia satisfacere. Frequenter enim per conjugum os hæc talia loquitur diabolus ad viros, frequenter dicit ad viros per os conjugum: Existi foras, et nihil intro attulisti. De via venisti, et vacuis manibus domum introisti. Alii eunt, et reversi afferunt: alii profiscuntur et venientes perducuntur. Tu vero deterior cæteris, tu autem debilior viris, inutilior cunctis, aliaque plurimæ quæ solitæ impiae mulieres loqui viris suis cogentes eos ad mala, atque animas virorum in modicum quæstum venundantes, vel potius perdentes: quibus curæ non est unde acquirant viri tam ex rapinis quam etiam ex prædis, tam ex violentiis quam ex furtis, tantum ut in unum coacerantes illis afferant. Istæ veræ sunt subversiones virorum. Istæ sunt perditiones virorum, per quarum os ad plurimos loquitur diabolus, post quarum verba conversi plurimi, miseri effecti sunt et efficiuntur, et super terram et in celo et apud superos et apud inferos. Sic locuta est Jezabel, et Achab perdidit. Sic locuta est Herodias et Herodem fratrem Philippi interfecit. Sic locutæ sunt plurimæ quæ multis mala ingesserunt. Sic utique et ad Job.

<sup>26</sup> Job II, 9. <sup>27</sup> Job I, 21. <sup>27</sup> Job II, 9.

loqui cœpit uxor ejus, et diabolus per os illius, sicut et per alias ad alios locutus est et loquitur. Sed non audiunt illas rationabiles Deum timentes, qui æterni judicij metuendas poenas formidant memores, sicut et Job non audivit. Cur autem reprehendit uxorem Job tanquam deservientem nequissimo angui diabolo? Reprehensio namque est hac ingens, atque increpatio. Primum quidem ob hoc eam reprehendit atque objurgat, ut norint omnes viventes, quia non est personarum acceptor Deus, et quia non despicit, neque silet pro suorum delictis atque ignorantibus, neque magnis neque pusillis, neque in verbis, neque in factis. Ob hoc enim et Sararam olim ridentem ac promissionem suam aspernantem redarguit. Ob hoc etiam nunc istic uxorem Job arguit atque reprehendit, ut cunctæ mulieres caveant ne coiuspiciant earum corda diabolus subvertat, ne os earum Satanæ aperiatur, ne malignus spiritus per labia earum loquatur, ne deserviant diabolo pro subversione animarum virorum suorum. Et ad hoc reprehendit uxorem Job, quæ diabolo deservivit pro subversione ejus, ut noverimus nos plurimam atque multiplicem diaboli malignitatem et astutiam. Per omnia enim insidiatur, per omnia subverttere conatur, et per amicos, et per sodales, et per uxores: quæ in Job adimpta sunt, quem amici reprehenderunt, uxor vero subverttere nisa est. Horum scilicet etiam posteriores prophetæ menores dixerunt: *Nolite credere sodalibus, et cum amicis vel fratribus nolite consiliare, a conjugia tua te observa*<sup>18</sup>. Pro his ergo omnibus accusans, atque reprehendens uxorem suam Job, dixit. Dixit autem uxor ejus vecors, vertibilis, instabilis, quam facile diaboli fluctus subvertit, in cuius animam nequissimi illecebra facile irrepit. Ille videlicet uxor ejus dixit ad eum, quam ideo solam de omnibus nequissimis diabolus superesse voluit, ut hac novissima uteretur pro Job seductione, atque animæ ejus subversione. Sive enim Deus præcepit hanc reservari, sicut et præcepit, ob hoc ut ejus secundam uxorem justus ille Job accipere opus non haberet: sive ille diabolus hanc eonservavit tractans ut hanc ministram iniquitatis suæ haberet, ut hanc haberet pro novissimo Job laqueo, ut postquam per omnem rem desperaret, tunc per uxorem justum perderet, sicut ipse arbitrabatur infelix, estimabat atque sperabat. De longe enim oculi ejus considerant, de longe iniquitas ejus prospiciens circumvenit, insidias omnes capiat, quemadmodum subintroeat, quomodo dejiciat, quomodo Adæ familiaritate prævaricaret. Ob hoc ergo reservavit atque reliquit uxorem Job, sicut et illos nuntios qui dicebant: *Ego remansi solus, ut nuntiarem tibi*<sup>19</sup>. Ob hoc solum illos reservavit, ut consequenter dolores subenarrarent. Hoc scilicet demonstrans dicit: *Dixit ad eum uxor ejus. Uxorem dixisse, sed vere diabolus dixit. Sic namque et olim ait: Dixit serpens ad mu-*

*A liarem*<sup>20</sup>. Serpentem dixit dixisse, sed non serpens dixit, sed diabolus qui per serpentem locutus est. Sic et nunc istic uxorem dicit dixisse, sed vere non uxor dixit, sed adversarius qui per uxorem est locutus. *Dixit ad eum uxor ejus: Quousque sustines?*<sup>21</sup> Quid superamus? quid suspicamur? quid aestimamus? quo aspectu, o viri, vel qua facie locuta est ad Job uxor ejus? Manifestum est atque evidens omnibus, quod illa non locuta est hilari vulto, neque læto aspectu, sed tristi, imbrido, nubilo, flenti, omni nihilominus miseria referito: ei ipsa voce lacrymabili commissa lamentatione. Sic itaque miserabilem se exhibens iniquus atque callidus diabolus aperiensque os suum, dicit ad Job: *Quousque sustines?* O nequissime Satana, quomodo subtiliter seducis, quomodo callide loqueris, o callidissime diabole. Quousque, inquiens, sustines? quousque suffers? quousque protelas? quousque constanter perstas? Quandiu, inquit, eris lapidibus robustior et saxis durior, et omni ferro firmior? Ferrum cum in ignem missum fuerit liquefit, tu vero in igne putredinis atque vermium positus, animo non liquescis? Quousque sustines? Quonsque, inquit, non flecteris, quousque non deficias, quousque non debilitaris? Ac si diceret: Ego deficio, o Job, et tu non deficias; ego fatigatus sum, et tu non es fatigatus. Defecerunt a me omnia argumenta, a te autem non deficit devotio, atque patientia. Quousque sustines? Quandiu tu flagellaris? quandiu a me torqueris et cuncta sustines, et supportas universa, et non solum tormenta atque supplicia, sed et seductions ac verborum subtilitates, cuncta sustines, cuncta suffers, sed a nullo flecteris? Quousque, inquit, sustines, o Job? Qui sustinebat, qui torquebatur, non est debilitatus, neque ad sustinendum consternatus: tortor vero ejus diabolus delassatus, ac deficiens, dicit: *Quousque sustines?* Non dicit Job qui torquebatur, quousque sustineam, quousque torquear? Diabolus vero qui non sustinebat dolores, sed confusionem, dicebat ad patientem atque sustinentem: *Quousque sustines?* Job qui sustinebat, non succumbebat: diabolus vero qui non sustinebat, deficiebat. Non enim hoc quod dicit, *Quousque sustines?* fortitudinem demonstrat sustinentis, sed defectum ostendit percutientis. Conqueritur qui cedit, et non conqueritur qui vapylat. Quandiu, inquit, sustines? Liquefactæ sunt, inquit, carnes tuæ, o Job, consumpta sunt ossa tua et nervi, putrefacta est etiam terra ipsa sub te, et adhuc sustines, o Job? Locutio linguarum, et sermo viatorum, et nuntius transuntius, et spectaculum his qui longe sunt, et declinatio his qui prope sunt factus es, et adhuc sustines, o Job? Transierunt noctes et dies et menses in doloribus tuis, adhuc sustines? Defeci, inquit, etiam et ego assistens tibi, invigilans et sperans si quo modo deficiens blasphemares, vel si quomodo succumbens detraheres: et tu non defe-

<sup>18</sup> Mich. vii, 5. <sup>19</sup> Job i, 15. <sup>20</sup> Gen. iii, 1. <sup>21</sup> Job ii

cisti, neque succubuisti, sed adhuc sustines, o Job? Defecerunt divitiae, defecerunt filii, compulerunt carnes, liquefacti sunt nervi, et ossa in stercora redacta sunt, terra concakescentibus carnis tuis commissa, et adhuc sustines? Quid efficiuntur mortui in sepulcro post mortem, putredo et vermes aigne terrae commissi, hoc videlicet tu effectus adhuc vivens videris, et super haec omnia adhuc sustines, o Job, suffers hujusmodi passionem, qualem non sustinuit prior te alter, neque sustinebit aliis usque in sempiternum post te? Quousque, inquit, sustines? Deficiens jam requiesce, ut etiam me requiescere facias a bello et certamine, atque colluctatione quam babeo circa te. Sed ad haec universa uno verbo respondit dicens: Si interrogas me, o inimice, quousque sustineam, audi. Quandiu percutis, illo usque ego sustineo; quandiu tu tortures, illo usque ego suffero; quandiu tu flagellas, illo usque ego exspecto; quandiu non defecerit malignitas quam habes circa me, illo usque non desierit tolerantia quam habeo circa te. Delusisti, inquit, temetipsum, o diabole, cum putas quod Adam incautum inveneris, et nescisti quod adversum Job constantem hoc habueris. Sed adhuc ad priorem sensum atque sermonem revertamur. Quandiu, inquit, sustines? Deinde tanquam cogitationibus ejus atque spebus compendium faciens atque respondens, adjiciens dicit: Ecce exspecto adhuc paucum tempus, sperans spem salutis meæ<sup>a</sup>. Tanquam si diceret: Quandiu sustines hoc tractans et hoc cogitans, atque istam spem habes, quod adhuc modicum tempus sustines, salutem et liberationem, atque requiem exspectans, te ipsum deludis, o Job. Non enim ita es deprehensus, ut modico sustinens tempore evadas. Non talia, inquit, te mala circumdant, o homo, ut cum modicum temporis haec supportaveris, salutem sperare possis: sed sustinens, inquit, sustinebis, et patiens patieris, et finis passionis atque doloris tui non erit. Quod enim facturus es in ultimo, cum plurima passus fueris, ac sustineris, ut blasphemes, hoc sane cur non facis celeriter, ut saltem vel unum ex ipsis doloribus effugiens requiescas. Hæc itaque universa atque his plura nequissimus diabolus licet non evidentioribus verbis sermocinatus sit, attamen occulis cogitationibus ad Job locutus est subtiliter seducere volens famulum Dei in violabilem. Super quæ universa adjiciens dicit: Ecce enim exterminata est memoria tua a terra<sup>b</sup>. Quid exspectas? quid sustines? quid speras? quid tempus salutis exspectas? Exterminata est memoria tua a terra. Exterminata est enim, sublata, finita. Projectus esse, inquit, videris, et tanquam non sis ab omnibus reputaris. Deseruerunt namque te omnes, discesserunt cuncti, obliti sunt universi, desperaverunt te toti, et qui prope, et qui longe sunt, quia deleta est memoria tua a terra. Quantus, inquit,

A magni fuerunt a saeculo, et plerumque eorum memoria permanet, aut in verbis, aut in factis, aut in liberis: tua autem memoria omnis subito exterminata est a terra, neque, inquit, verbum post te, neque filius, neque filia, neque factum, per quæ possit stare praeteriens memoria tua. Ergo quia nullum de his post te in memoria remansit, ideo exterminata est memoria tua a terra. Non solum obliterata, seu sublata, sed exterminata, tanquam delavata atque extensa tanquam ultra non sit cui digne respondeatur: In memoria æterna erit justus<sup>c</sup>, et memoria justi cum laude. Deinde identidem abscondens diabolus atque legens iniquitatem suam, convertit hunc sermonem ad uxoris personam: et tanquam ex illius persona loquens, dicit: Filii tui quos fidem docuisti, quos pietatem induisti, quos charitatem adinvicem circa omnes habere instruxisti: filii tui pro quibus corde fuisti sollicitus et animo cogitasti et singularia sacrificia immolasti, de quibus apud temetipsum dixisti: Ne forte filii mei in præcordiis mala cogitaverint adversus Deum<sup>d</sup>. Isti ergo filii quos tui hæredes fore sperasti, a quibus sepulturam accepturum te exspectasti, per quos nomen tuum ac memoriam post te manere credidisti. Isti ergo filii quibus inter homines nihil est dulcior, quibus nihil est inter carnales charius. Isti filii tui quorum visionem non exspectabis amplius, quorum faciem non videbis ulterius, quorum reversionem non speras amplius. Non enim in profactionem terrenam perrexerunt, ut denuo reversionem speras eorum, neque in navibus navigantes ad exteriores provincias transierunt, ut denuo ad tempus remeantes suspicere, atque videre eos possis. Terra illos subito coopernit, et mors illos cunctos pariter perdidit; domus ruina commune sepulcrum illis cunctis effecit. Isti, inquit, filii tui et non solum filii sed et filiae. Si enim solum filii perirent, filiae vero supererent, diminuta fuisse miseria, diminutusque nefandus dolor. Filiarum namque prosperitatem pro hæredibus exspectares, filiarum progeniem pro consolatione duceres, restituerent tibi filiarum natu filiorum direptionem. Nuic vero et filii tui et filiae omnes pariter perierunt, omnes sub una hora deleti sunt, omnes uno tempore in morte tanquam in pelago demersi sunt: omnes in una domo tanquam in una nave a terræ pelago absorpti sunt: et sicut iis qui in pelago demersi fuerint ascensionis vel salutis spes ulterius non est, sic filiorum, inquit, tuorum et filiarum a mortuis lamentabili profundo absorptorum reversionis vel reparationis spes amplius non est, ut diem memorie tue celebrent, ut tempus recordationis tuæ agant. Sic, inquam, filii tui et filiae ante tempus perierunt, omnes ante tempus a morte di- repti sunt, ut non derelinquerent posteritatem, ut cum nepotes non supersunt, avi a nullo nominentur. Sed noli putare, o Job, quod tibi soli filios istos deputem, sed mihi potius deputo, sed mihi magis

<sup>a</sup> Job u, 9. <sup>b</sup> ibid. <sup>c</sup> Psal. cxI, 7. <sup>d</sup> Job I, 5.

succenso, *Mei*, inquit, *uteri sunt genitus et dolores quos in racum portavi*<sup>7</sup>, laborum cum genitu retributionem ab illis non accepi. remunerationem ex eis non habeo. Uteri, inquit, mei genitus et dolores, cum genitu et dolore a me nutriti miseram atque solitariam reliquerunt me, in doloribus atque genitibus me dimiserunt. Cum doloribus, inquit, ac genitu peperi, dolores ac pericula in die nativitatis eorum sufferendo : cum dolore ac genitibus nutriti, compassa infantiae eorum atque infirmitati, congeniscens languoribus atque genitibus eorum. Nam cum ingemiscerent simul ingemiscebam cum eis ; cum infirmarentur, ego in me suscipiebam infirmitatem atque dolorem illorum. Quis, inquit, ex his qui generant filios, ignorat, o Job, filiorum dolorem ? Quis ex his qui natos procreant, amorem atque affectum filiorum nesciat ? Quid omnem dolorem atque infirmitatem natorum libenter in se parentes suscipiunt, tantum ne aliquid moleste eis accidat. Hoc et præ omnibus muneribus devote impendi natis ex me procreatis filii tuis et siliabus, uteri mei doloribus atque genitibus. Sed haec cuncta cum passa fuerim atque sustinuerim, in vacuum vane exspectavi, cum sepulturam mundam eis facere minime valui, illis a quibus mihi honorablem sepulturam speravi. Post haec universa nihil, inquit, dixisse, nihil conquesta fuisse, si te, o Job, non infirmum viderem, si te sanum habuisssem : sed levia mihi fuissent omnia quæ te incolumi sustinuisse. Sicut enim rei familiaris jacturæ memor non essem si liberos non amissem, similiter non essem recordata, nec rei familiaris, nec filiorum, si tibi incolumi gratulata fuisse. Nunc vero et tu ipse, Job, *sedes in putredine vermium pernoctans*<sup>8</sup> et pervigilans, cum vehemens dolor tuus, atque miserabilis tua passio auferens a te requiem et vigilias tibi procurans dolores tuos efficit amariores. *Tu ipse*, inquit, *in putredine vermium sedes*. Quod enim efficiuntur omnes post mortem, hoc nimur effectus es tu solus ante mortem. Quod enim efficiuntur omnes qui moriuntur in sepulcro, hoc videlicet effectus es tu solus in murana. Quid in multitudine gloriaris justificatum ? Tu autem sedens in putredine vermium pernoctans ac pervigilans plurimos habes qui te excitant vermes. Non enim gallus ille qui post hoc Petrum vocabit, ita excitare illum poterit, sicut te excitant vermes, qui devorant carnes tuas. Non tantum Ægyptios ille plurimæ excitaverunt plaga, sicut te multiplex suscitat putredo. Post quæ universa, et ego, inquit, *ut vaga, et habitu ancillæ ambulans de loco in locum et de domo in domum operis causa, exspectans quando sol subeat et requiem habeam laborum et genituum, qui nunc me apprehenderunt*<sup>9</sup>. O malignitas adversarii, o calliditas diaboli, o fallacia nequissimi, quam blande loquitur, quam callide decipit, quam miserabiliter satur, ut

A provocet sensum, ut alterat mentem, ut exaggeret animum, ut perturbet praecordia, ut immutet conscientiam, ut delassando atque fatigando, et debilis atque desperantem efficiendo, ad blasphemiam eum provocaret atque converteret. Nam is qui aliquem passus fuerit dolorem, cum consumperit ejus dolorem, verborum magis provocatur admonitione quam improperiis : et increpationes minores atque mitiores esse videntur magis quam cum provocantur verbis, atque admonentur eloquiis, et subtilitate verborum exulceratur anima patientis. Hoc scilicet sciens nequissimus diabolus, versute ac callide per os uxoris loquens, omnium eum ab initio commonefecit dolorum. Uxor nomen cum audieris, noli putare quod uxor haec locuta fuerit, sed ore uxoris deserviente locutus est per os ejus malignissimus, qui etiam et impias cogitationes seminavit in anima illius. Animadvertisse quomodo omnes ipsos enumerat dolores, quomodo de omnibus eum commonefacit. Quousque sustines paupertatem, inopiaam, nuditatem, deformitatem, improperia, maledictiones ? Deinde filii tui et filiae perierunt, interierunt, intercepti sunt, deleti sunt. Item vero tu sedes in putredine vermium omnibus execrabilis, omnibus abominabilis, omnibus detestabilis ad vindendum, approximandum atque audiendum, et ad ipsam putredinem omnibus odiosam moderandam. Deinde post haec universa : *Et ego, inquit, ut vaga et habitu ancillæ circumiens de loco in locum et de domo in domum et cetera : quibus subilibora atque callidiora in subversione loqui non poterat. Postquam universa pro omnium conclusione, postquam perturbatum et provocatum, atque circa Deum excitatum putavit esse cor ejus, in supplemento omnium dixit : Dic aliquod verbum in Dominum et morere*<sup>10</sup>. Ad hoc enim illum adducebat atqueatrahebat, et ad hoc flagellabat cum haec universa loqueretur n. al. gnissimus diabolus. Nam cum non valeret per dolores, nisus est atque putavit quod per seductionem eum subverteret. Sed illic vere adimpletum est quod post hoc dictum est : *Firmum fundamentum Dei stabit. Illic vero adimplita et parabola illa, quæ a Domino dicta est de domo illa firma, quæ super petram fundata atque ædificata est, quam omnes venti et aquæ, et omnes impetus diaboli commovere non potuerunt. Talis vero fuit admirabilis Job, quem omne supplicium diaboli compulit Deum derelinquere : quem omnia argumenta adversarii non seduxerunt, ut a Creatore discederet. Sed adhuc velut ex persona uxoris hujus verbi mentionem faciamus : Et ego, inquit, *ut vaga et habitu ancillæ*. Et ego mala tua, inquit, tecum bajulo, tuos dolores tecum sustineo, tuas miseras tecum patior, et ego, inquit, discedere non possum, derelinquere te non tolero. Et ego *ut vaga et habitu ancillæ*. Vaga velut peregrina, latitans, misera, solitaria, infelix, inops. Et ego vaga, veluti erronea, tandem viarum et egressuum, atque totius*

<sup>7</sup> ob n. 9. <sup>8</sup> ibid. <sup>9</sup> ibid. <sup>10</sup> ibid.

civitatis transitus ignara. Nam intra palatia nutrita, et in regno vivens, et in principatu atque opulentia degens, omnium foris eram ignara. Ob hoc ego, inquit, ut vaga circumgeo, atque ero, utpote omnium inseia et viarum et itinerum et incessuum et colloquiorum, et non solum vaga, sed habitu ancillæ tanquam mercenaria, atque aliis indigens, tanquam infelix et omnimode inops. Habitum ancillæ, utpote operans ac laborans et mercennum faciens; et omnibus supplicans, atque omnibus humiliis, utpote omnibus subjecta, sic itaque ut vaga, inquit, et habitu ancillæ. Inumeri servi, atque innumeræ ancillæ olim servierunt mihi et ministraverunt et detulerunt et requiem dederunt, et undique cum reverentia adoraverunt me: nunc vero ad tantam infelicitatem devoluta sum, ad tantam miseriam perveni, ut ipsa ego vaga aliis servierim, omnibus indigens, omnibus subjecta. Ego, inquit, quæ immensus numerum inopum atque pauperum, infelicium quoque, ac nudorum sipientiumque olim ex tuis et meis laboribus atque facultatibus saturavi, vestivi, benefeci, requievi, refrigeravi, ego, inquit, ad tantos dolores et miseras, atque infelicitatem perveni, ut tanquam vaga circumiens, aliis propter inopiam serviam, ut tibi, inquit, o Job, quotidianam escaum mercenno acquiram, ut tibi quotidianum victum inveniam. Ob hoc, inquit, ut vaga et habitu ancillæ de loco ad locum circumgeo, et de domo in domum, sicubi exposcam, et mendicem, expelam, vel ut etiam mercenno exigam, de loco ad locum, de domo in domum circumgeo. Alicubi, inquit, suscipior, alicubi autem non suscipior, alicubi desertur mihi, alicubi autem non desertur. Alicubi honorificor, alicubi nihilominus execror. Nam præter id quod non suscipiunt, insuper exscrantur, declinant, abominantur nostram infelicitatem, unusquisque sibi metuens, et tanquam ab augario meum accessum atque introitum præ timore declinat, ne forte cum nosira miseria tangatur. Ob hoc, inquit, o Job, de loco in locum circumgeo, et de domo in domum. Ego, ait, que olim foras nunquam exivi, que foras nunquam respexi, nunc vero de loco in locum circumiens, et de domo in domum ab omnibus conspicior, ab omnibus contemplor, et a malis et a bonis, et a coguitis et ab incognitis. Nam illi, inquit, qui olim nec viderunt me, nec videre potuerunt, isti nunc ut vagam me circumuentum cum ignominia vident, atque contemptu contemplantur. Ob hoc, inquit, de loco ad locum circumgeo et de domo in domum operis gratia, et exspectans quando sol subeat, ut requiem habeam laborum atque gemituum, qui nunc me apprehenderunt: qui nunc occupaverunt tam pro tua passione, quam etiam pro mea vagatione, tam pro tuis laboribus quam etiam pro meis tribulationibus, exspectans quando sol subeat. Ob quam rem? Ob hoc, inquit, ut requiem habeam laborum ac tribulationum

A mearum. Nam cum sol, inquit, ceciderit, nox apropinquat, et tenebræ oriuntur, et supervenit somnus, qui omnes dolores mitigat, qui omne vulnus sedat, qui omnem tristitiam sopit. Ob hoc ergo, ait, tanquam requiem et omnium tribulationum depositionem sic exspecto quando sol subeat, ut saltem vel brevi noctis tempore a tribulationibus, quæ me nunc apprehenderunt requiescam. Sicut enim locus loco me reddit, et domus domui, stipem querentem et elemosynam, atque humanitatem vagam circumuentem, sic similiter dies diei me tradit et nox nocti, requiem tribulationum atque dolorum consolationem querentem exspectando quando sol subeat, ut requiem habeam tribulationum quæ me nunc apprehenderunt. Nam solis occasus omnibus humanis laboribus ac fatigationibus finem imponit, solis occasus universis humanis naturis requiem præstat, et pauperibus, et non habentibus, et servis et liberis: et omnes vesperum atque solis cecasum, velut libertatem et indulgentiam atque requiem exspectant. Cum quibus omnibus, inquit, ego etiam exspecto quando sol subeat, ut requiem habeam tribulationum, quæ me nunc apprehenderunt. Voluerunt quidam et aliter hæc dicere, quasi non possit per diem præ verecundia atque confusione per domos ire, et stipem recipere pro cernentibus et declinantibus propter augurium ne ei occurrerent, vel in domum susciperent, metuentes ne eadem paternerent etiam omnes ad quos accessisset, vel quibus approximasset. Ob hoc ergo dicit, exspectans quando sol subeat, ut in tenebris nocturnis requiem inveniam. Sed vere superior expositiæ vera atque irrefutabilis est. Sed post hæc universa ad illum sermonem convertamus, cuius etiam hæc verba fuerunt, id est ad diabolum. Nam hic gloriatur quod de loco in locum circumeat et de domo in domum, ut seducat, ut perturbet, ut commisceat, ut decipiat, ut ea quæ contraria sunt cunctos doceat, et exspectat quando sol subeat, ut requiem habeat laborum ac tribulationum. Nam ubi Sol justitiae non subierit, ubi lux veritatis non luxerit, ubi obscuritas infelicitatis et erroris atque impietatis fuerit, illuc malignus requiescit, illuc omnem iniquum suum laborem deponit. Idecirco de loco in locum circuit, et de domo in domum, utpote aerens spiritus cuncta penetrans atque pervolans, et omnia circumspiciens, et ubique omnia inquirens, sicubi suæ malitiae nequitiam requiescere faciat. Quod autem ita sit, etiam ipse Dominus in Evangelii demonstrans dicit. *Cum immundus spiritus exierit ab homine circuit quarens requiem*<sup>11</sup>. Sic itaque et istic circuit de loco in locum, et de domo in domum, sicubi subeunt inveniat solem et tenebras et obscuritatem et noctem, impudicitias, et adulteria et pertinacias, ut illuc requiescere perficiat universam suam iniquitatem, atque omnem laborem suum. Sic namque requiescit caput hujusmodi ut ultra opus non ha-

<sup>11</sup> Matth. xii, 43.

beat laborare ut eos seducat. Proprios namque habet illos, et in illis requiescit. Idem ergo diabolus sancit dixit: *Circuvi omnem terram, et peragrai ea quae sub caelo sunt*<sup>12</sup>. Idem ipse etiam nunc dixit, quod de loco in locum, et de domo in domum circumierit. Idem ipse etiam adhuc circumiens querit requiem. Sed cum universam malitiam suam perficerit diabolus, atque omnem iniquitatem suam demonstraverit, ostendit in fine quid cogitaverit, quid quæsicerit, quidve cupierit dicens: *Dic aliquod verbum in Dominum et morere*<sup>13</sup>. O iniquitas et malitia, fallacia quoque ac versutia tua, diabole, quantum perecursti, et quantum circuisti, et quantum tuis sermonibus atque callidis locutionibus complexus es, cum commonefas cum dolorum, plagarum, vermium, putredinum, filiorum atque uxoris vagationis. Et postquam per hæc universa raptum illum, atque post se conversum habere putat, post hæc nihilominus omnia quasi gratiam atque sinceritatem illi demonstret, et tanquam sollicite illi consilium præbeat, ait: *Dic aliquod verbum in Dominum et morere*. Melior, inquit, est mors, o Job, quam vita amara, et requies aeterna quam perseverans infirmitas. Ideo *dic aliquod verbum in Dominum et morere*, ut inanem vitam hanc finias, ut hæc amara tormenta relinquas, ut ab istis vehementioribus doloribus transeas. Ob hoc ergo *dic aliquod verbum in Dominum et morere*. Dic aliquod verbum quod irritet, quod exacerbet, quod exasperet. Dic aliquod verbum in Dominum. Accusa de injustitia, criminaire, irride de malitia, reprehende de impietate. Dic aliquod verbum quod neget illum, et providentiam ejus atque provisionem, præscientiam quoque ac virtutem atque magnitudinem illius. Sic ergo *dic aliquod verbum in Dominum et morere*. Si enim aliquid hujusmodi dixeris, continuo morieris, continuo de omnibus presentibus laboribus securus atque alienus redderis, continuo neque confusione, inquit, sustinebis, neque improperia audies, neque dolorem patieris, neque peccata sufferes, sed cuncta prolixa deponens inter mortuos requiesces. *Dic, inquit, aliquod verbum in Dominum, et morere*. Hoc, inquit, exspecto, hoc sustineo, hoc desidero, hoc quero, ut dicas aliquod verbum in Dominum et moriaris. Ob hoc, inquit, plurimo tempore ad vigilavi tibi, observans atque in speculis sedens quando succumberes, quando flecteris, quando delices, quando in his doloribus despatigatus atque in ipsis tormentis delassatus ad reprehensionem Creatoris flecteris, atque in factis Dei ad blasphemiam te converteres. Cum ego, inquit, hæc universa perficerem atque peregerim, unum mihi verbum condonar, unum verbum me exaudi, unum verbum dicio in Dominum, et morere. Quod enim in dictorum es post paululum, o Job, mensas vacuos et socios dolorum sustinui: hoc, inquit, ego jam ex hinc sustinem, mensas vacuos pertransiens proprie*m*

A mutabilem inam passionem et noctes dolorum peragens propriè animam tuam in doloribus non succumbentem. Non enim te ita, o Job, isti dolores affligunt, sicut me tua tolerantia pernecat. Pro his ergo omnibus dic aliquod verbum in Dominum, et morere. Sed tale verbum die, ut continuo tibi mortem procuret, sed bene dixit postmodum is qui ait: *Aqua multa non extinguet charitatem, et flumina non inundabunt eam*<sup>14</sup>. Omnia enim flumina et omnis impetus, et omnis inundatio maligni atque malitia diaboli, extinguere vel inundare puram illius charitatem Job quam circa Dominum Deum habuit non powerunt. Indicium hujus rei ea que jampridem dicta sunt, et ea que adhuc subsequenter proferuntur, demonstrant. Nam mox iste in subsequentibus dicit: *Ipse vero respiciens ad eam dicit: Quare ut una ex insipientibus mulieribus ita locuta es?*<sup>15</sup> Ipse vero respiciens ad eam, Ipse. quis? Job ipse respexit eam qui ante ad Deum respiciebat, qui primum Dominum contemplabatur, qui dum ad eternam incorruptionem sinceriter intendebat. Ipse ergo respexit. Ipse ille immobilis, indeclinabilis, insubvertibilis, inseductibilis. Ipse qui circumventus non est, qui a Deo non est abstractus. Ipse respexit ad eam. Ad quam eam? Ad uxorem, ad insidias, ad misericordiam, ad subversionem, ad ruinam. Nam illa quam uxorem esse oportebat, et omnium bonorum consiliatricem atque suffragatricem, effecta est illi insidiam, retia et fraus ac totius impietatis consiliatrix vel fontis, quoniam justos Job illam non audierit. Sed interim cum se ista ministram maligno efficit, quantumque ad ipsam circumvenire atque supplantes beatum Job studuit, merito justus ille respiciens ad eam, primum ad eum qui in ea loquebatur, id est ad diabolum, respexit: primum inimicum illum qui per os ejus insidiabatur intellexit, atque malitia ejus occurrens restituit, et per illum quod ad eum locata est diaboli iniquitatē redarguit atque dejectit. Quod demonstrans Scriptura dicit; ipse vero respexit ad eam turbido aspectu, immutata facie, frementi locutione, perturbato rotu. Ipse vero respiciens ad eam cum ira ac furore, cum indignatione atque contemptu. Cognovit namque quod maligni erant hæc seminaria, quia maledicti semper hoc fuerat, quia iniusti erat ille fructus, quia nequissimi fuit hæc concitatio. Illici respiciens ad eam quidam respexit, sed ad diabolum dixit, ad diabolum locutas es. Cor, inquit, o diabolus, iniuste iustitiae atque omnium bonorum adversarie, cari supervacue operas? cur subite cogitas? cur humiliatum semetipsum plus humiliis, cum patas quod Adam inveneris, nesciens quod adversum Job non habebas? Neque ut hoc reveneris quod praesul omnium Dominus dicas: *Nos est illi quisquam similis super terram*<sup>16</sup>? Neque hoc reverteris, quod universum iniquitatem tuam ann

<sup>12</sup> Job 1, 7. <sup>13</sup> Job 11, 9. <sup>14</sup> Cant. viii, 7. <sup>15</sup> Job 11, 10. <sup>16</sup> Job 1, 8.

ostendens, et omnia bella tua et omnia prælia tua adversum me suscitans, confusus in omnibus reversus, deformatus in omnibus convictus es? Post illa omnia sicut olim etiam ad Adam, ita ad me uxorem meam misisti, sperans infelix, quia quod vel his tormentis non perfecisti, hoc nihilominus verbis seductionis perficeres, te ipsum deludens, atque circumveniens. Eva enim exemplar inventisti, sed ruinam non invenisti, sed in eum qui in te Adæ fraudem ulciscatur occurristi, sed versus eum insurrexisti qui typum gerit illius qui in novissimo veniens tempore conculebat caput tuum, communuet virtutem tuam, confundet fortitudinem tuam, humiliabit altitudinem tuam, et dejicit elationem tuam, vindicabit Adæ priorem supplplantationem vitæ illius ruinam excitando, et tuam elationem dejiciendo. Haec itaque universa, atque alia his plura ad personam uxoris, ad diabolum illum locutus est, increpans illum atque deformans. Nam sicut diabolus per uxorem eum seduxit, ita etiam ipse per eam demum diabolum deformavit atque redarguit. Sed tamen et ad ipsam uxorem dixit: *Quare sicut una ex insipientibus mulieribus ita locuta es?* Cur, inquit, maximam insipientiam arripuisti atque aggressa es? cur te ipsam vas diaboli effecisti? cur teipsam habitacionem maligni præparasti? cur diabolus locutus est per os tuum, infatuans primum mentem tuam atque animæ tuæ intellectum? Tanta digna eras, o mulier, maledictione ac devotione, ita quoque atque indignatione vel deformitate, quantum ut Deum blasphemarem ac reprehenderem, atque criminarer mihi suasisti, et per ipsam blasphemiam mortem super me inducere operam dedisti: quibus nec quidquam est sceleratus ac nequitus, illicitius quoque atque imprudentius, id est Dei blasphemia et morte spontanea. *Quare ut una ex insipientibus mulieribus ita locuta es?* Quare, inquit, non meministi meæ doctrinæ, o mulier? Quare oblita es mea mandata, o femina? Hoccine audisti a me ut Creator blasphemetur? Hoccine audisti a me ut Deus criminetur? Vocem tuam, inquit, cognosco, o mulier, sicut et olim Isaac Jacob, sed seductionem tuam non cognosco, et doctrinam tuam non suscipio. Agnovi enim quod nequissimi adversarii letale venenum est. *Quare sicut una ex insipientibus mulieribus ita locuta es?* A quo sensum et sapientiam accepisti, hunc criminari non percepisti. A quo prudentiam et intellectum accepisti, hunc blasphemare non timuisti. *Cur tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es?* Plurimæ, inquit, o mulier, a sæculo insipientes ostenduntur feminæ, et innumeræ ab initio irrationabiles demonstrantur mulieres, aliae minus, aliae autem plus, quedam carnaliter, quedam autem spiritualiter. Insipiens fuit Rachel quando dicit ad Jacob: *Da mihi filios*<sup>17</sup>. Non enim in potestate Jacob erat hoc, sed in Dei

A potestate atque operatione. Sed insipientior fuit hac obscena illa Ægyptia meretrix, quæ maximam impietatem aggressa, ad castissimum illum atque justissimum Joseph dicit: *Mane mecum*<sup>18</sup>. Insipiens fuit uxor Tobiae, quæ injuste dicit ad Tobiam: *Ubi sunt justitiae tuæ et eleemosynæ tuæ?* *Ecce quæ pateris omnibus cognita sunt*<sup>19</sup>. Sed insipientior hac fuit, quia et nequior, execrabilis illa et immunda atque luxuriosa Dalila, quæ clanculo seducens Samson pure se diligentem, in derisionem atque in mortem imparcenter tradidit<sup>20</sup>. Aliæ nimirum innumeræ ex Scriptura ostendi possunt insipientes mulieres, quas omnes nunc istic uno verbo perstringens Job dicit: *Quare tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es?* Ex insipientibus, inquit, inutilibus, stultis, imperitiis, irrationabilibus, impiis atque injustis. Cur, inquit, tanquam una ex insipientibus hojusmodi locuta es? Sed quia non dicit tanquam quædam ex insipientibus mulieribus, sed tanquam una, propterea querendum est, quæ vel qualis sit hæc una insipiens. Oportet enim esse illam singulariter insipientem, et super omnes, atque plus omnibus, ut pote cæteris omnibus mulieribus insipientior hæc sola ostensa atque demonstrata. Quæ est hæc? Eva prima mulier prima in insipientia, maxima in irrationabilitate, inops sensu atque scientia, exors prudentia et intellectus, quæ maximam insipientiam toti mundo invexit, quæ singularem irrationabilitatem omnium mortalium sæculo induxit, tum peccata atque mortes semper per inobedientiam in mundo produxit. Hujus nunc evidenter memor Job, et de hac uxori commemorans dixit ad eam: *Quare tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es?* Et non ita, sed plus ac deterius atque gravius. Nam memorata Eva cum olim, inquit, in principio ad Adam locuta esset, et mandatum Dei derelinquere eum doceret atque seduceret, persuasionis causa, ligni speciem et fructus dulcedinem protulit illi atque ostendit. Tu vero, o mulier, foris ab omni occasione, detecta impietate, Deum sanctum blasphemare et mihi ipsi mortem inferre doces, atque ante omnes merito digne a me audis: *Cur tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es?* Tu, inquit, o mulier, facta es deterior Eva in insipientia, sed ego, ait, non effectus sum ut Adam in stultitia. Propterea tuis seductionibus non obedio, propterea non seducor ab eo qui in te loquitur diabolus. *Quare tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es?* Fortiori prælio jam confecto, periculosioribus doloribus jam supportatis, amarioribus tormentis jani bajulatis, terribili pelago jam superato, vehementioribus periculis jam consummatis, cum jam salutis spes palam sit, cum jam immarcescibilis coronæ evidenter ostendantur, nunc me compellis, o mulier, Deum blasphemare et mori: ut post ea omnia amarissima ac miserabilia, atque la-

<sup>17-18</sup> Gen. xxx, 4. <sup>19</sup> Gen. xxxix, 7. <sup>20</sup> Tob. ii, 22. <sup>21</sup> Judic. xvi, 17-21.

mentabilia supplicia quæ sustinui, beatissimis remunerationibus post hæc alienus efficiar, et non solum hoc, sed et post mortem terribilium pœnaru[m] apud inferos perpetuo hæres sim, utpote qui indigne atque injuste sanctum Deum blasphemaverim. Post hæc universa, o mulier, maledicere ac negare atque blasphemare me Deum compellis? Ob quam rem? Dicito. Ob hoc, inquit, ut moriaris, ut mala quæ te nunc circumdederunt, derelinquas. Bene. Audi iterum. Porro si non placuerit Deo qui habet vite ac mortis potestatem, ut postquam renegavero illum ac maledixero atque blasphemavero continuo moriar, sed etiam hic in istis terrenis doloribus diutius affligat, utpote summ apostalam et illis æternis penit tradat, utpote se blasphemantem. Si igitur serviens illi et colens atque gratias agens, tales sustineo dolores, qualia sustineam apud inferos supplicia, o mulier, si discedens ab illo negavero et renuero atque blasphemavero? Nam istorum brevissimorum dolorum quos in corruptione sustineo erit finis, et cum gratiarum actionibus hos usque in finem sustinens æterne beatitudinis a Deo spero mihi remunerationem. Illis autem qui Deum blasphemaverint diutius viventibus in corpore, vœ erit. Plus autem erit vœ illis apud inferos, cum in perpetua torquebuntur in flamma ignis inextinguibilis. Quare ergo tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es? cum et Deum blasphemare suades, et mihi ipsi mortem atque internectionem ut procurem doces, quibus nequius atque sceleratus nihil est. Omne enim peccatum per pœnitentiam indulgentiam accipiet, et omnes qui sinceriter pœnituerint, remissionem et misericordiam a Deo consequentur atque inventient. Hi vero qui semetipsos interficerint, qui sibimetipsis mortem intulerint, nunquam requiem habebunt isti in infinita sæcula, nunquam inventient refrigerium, sed animæ eorum mox ut de corpore exierint, in tenebras deducentur: ubi cum Juda et Achitophel perpetuo torquebuntur, qui post alias impietas sibimetipsis manus inferre ausi fuerunt. Nullus ergo ex bene intelligentibus vel Deum timentibus hominibus mortis causam sibi debet invenire, non debet semetipsum interficere, neque omnino ullus Deum timentium debet semetipsi mortem optare. Quod si verbo omnino mors optanda non est, multo magis mortem factis nullus sibi debet inferre, ne cum præfatis æternis apud inferos tradatur tormentis. Ob hoc ergo dicit Job ad diabolum, qui mortis illi blasphemiam suadebat: Quare tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es? Ac veluti diceret: Quare tanquam ex insipientibus animabus fatuis, sceleratis, impiis, Deo odibiliibus, Deo resistentibus ita locuta es? Quia nec Deum times, neque virum vereris, neque teipsam confusione induis, neque vehementioribus, aut meis doloribus compateris.

**A** Super hæc autem omnia neque hoc considerasti, ne forte post blasphemiam si sic blasphemaverimus, deteriora pati incipiamus. Quare tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es? Ego patior, et tu me blasphemare compellis. Ego affligor, et tu ut mortem petam me cogis. Ego tales dolores sustineo, et tu me meum Creatorem blasphemare doces, ut mala malis, atque dolores doloribus meis adjicias, o mulier, vel potius is qui in te, vel per te loquitur inimicus diabolus. Quare ergo tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es? Sic locuta est post hæc, ait, Jezabel ad Achab<sup>21</sup>, sic locuta est Herodias ad Herodem<sup>22</sup>, cum illa sane Eliam interficere, ista vero Joannem occidere suaderet, et ceteras omnes impietas eos docerent. Sic, inquit, et tu, o mulier, mortem mihi atque internectionem per Dei blasphemiam suades, ut cum hoc quod male morior, cum hoc ipso injuste blasphemem. Sed vigilo, inquit, in prælio quod adversum te gero, o diabole, sed non obdormio in stadio quod circa te habeo, o nequissime adversarie. Non enim obdormitatem invenies, quemadmodum jam memoratos, neque dormientem sicut illos in quibus post hoc facile zizania inseminasti. Te, inquit, o inimice, per uxoris personam increpo. Tu enim insipiens es atque totius impietatis auctor et pater, te etiam per hoc sancti velut insipientem arguentes dicent: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus<sup>23</sup>.* Tu, inquit, o diabole, in antiquissima illa muliere maximam insipientiam inseminasti, et in ista nunc muliere impiam insipientiam produxisti. Merito dice ad illam: Quare tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es? Te recolentes, o mulier, post hoc prophetæ, et malum atque insipiens tuum consilium duriter detestantes dixerunt: *A conjugé tua te observa, ne quid dixeris illi<sup>24</sup>,* et alia plurima his similia. Post quæ universa adjecit dicens: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non toleremus<sup>25</sup>?* Adverte, inquit, o insipiens, considera deposita stultitia, o mulier. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non toleremus?* Glorie, divitiae, jucunditas, deliciæ, sublimitas, honor, regni sedes, principatus et protestates, natorum gaudium atque amicorum multitudo, hæc fuerunt bona, quæ de manu Domini acceptimus, quæ de manu Domini data sunt nobis. Mala autem fuerunt, rei familiaris perditio, liberorum amissio, putredinis abundantia, vermium multitudo, pœna insupportabilis, intolerabiles dolores, seductio atque subversio maligni, insidiæ atque tentationes inimici. Hæc universa mala vindentur et mala dicuntur, atque mala ab hominibus astimantur, non quod mala sint hæc, sed sunt æterna bona procurantia, perpetuae nihilominus gloriae in regno hereditatem preparantia. Hoc sciebat Job, et merito cum gratiarum actionibus ea sustinere operam dabat. Hoc scierunt

<sup>21</sup> Hi Reg. xix. <sup>22</sup> Matth. xiv. <sup>23</sup> Psal. xiiii, 1.<sup>24</sup> Mich. vii, 5. <sup>25</sup> Job ii, 10.

et apostoli atque cuneti martyres. Propterea amaram vitam in hoc mundo transegerunt, propterea omnia tormenta ignis et gladii sustinuerunt. Humana ergo consuetudine bona et mala ea appellat dicens : *Si bona accepimus de manu Domini, mala autem quare non toleremus?* Cum, inquit, tibi esset honoris sublimitas, cum gloria letarieris, cum in deliciis degeres, cum multitudo te ante et retro, utpote de palatio exirent, et identidem illo revertentem cum honore exaltans circumdaret, cum filii ante oculos gaudio te replerent, tunc non dixisti, o mulier : *Dic aliquid verbum, et morere :* tunc mortem omnino nec nominare, nec audire passa es. Nunc autem quia res familiaris interiit, et filii perierunt, quia gloria fugit, et divitiae abierunt, quia mala nos invenerunt, et dolores apprehenderunt, Deum nos blasphemare compellis, ob hoc nos reprehendere doces, propterea nos mortem petere cogis, et hoc non juste sed injuste per Dei blasphemiam : et quod est maximum, non tibi amaram mortem poscis, sed mihi : ut possis post obitum in requie vivere, sicut tu speras, ne sciens neque credens Dei bonorum promissionibus quae de longe videt ejus aeternitas. *Si bona accepimus de manu Domini, mala autem quare non toleremus?* Si bonorum etiam fastidium nunquam cepimus, neque finem eorum unquam fieri volumus, mala autem quare non toleremus? Tribulationes cum gratiarum actionibus quare non sustineamus? Presertim cum noverimus, quia sicut bonorum finis erit, ita et malorum citissime consummatio aderit. Et quidem bonorum, hoc est, divitiarum atque opulentiarum finis inutilis erit, nisi aliquis propter justitiam atque eleemosynam pauperum juste aas expenderit : tribulationum autem tolerantia in fide, atque dolorum supportatio cum gratiarum actionibus aeternae gloriae hereditatem preparant in regno coelorum. *Si bona accepimus de manu Domini, mala autem quare non toleremus?* Nunquid fastidium bonorum passa es, o mulier? Nunquid consternanter tulisti requiem et gloriam, o semina? Quod si illorum plurimo tempore fastidium non cepisti, quomodo nunc modicee tribulationes te despicere fecerunt? Quomodo uberes dolores te nunc defatigaverunt, qui me atturunt et non te? Me comedunt vermes, et tu delassata es. Meæ carnes putrescent et tu delibata es. *Si bona accepimus de manu Domini, mala autem quare non toleremus?* Sic putas, inquit, o mulier, quod non a Deo nobis sit haec bona, sed ab alio aliquo. Si ergo non est a Deo, sed ab alio, quid ulciscar Deum ut blasphemem illum, cum aliis sit qui me tribulaverit? Quod si a Deo est certum, quod forsitan est, pro peccatis nostris est. Quid itaque est melius, orare ac deprecari terribilem faciem Dei, an blasphemare et criminari ac detrahere, ut vehementiorem iram atque indignationem in nos excitemus? Si igitur ipse

**A** est qui hanc poenam ingessit, satisfaciamus illi tanquam misericordi. Si autem alius aliquis est qui hoc bellum adversum nos excitavit, sic etiam deprecemur illum auxiliatorem atque propugnatorem, utpote fortissimum ac potentissimum. *Si enim bona accepimus de manu Domini, mala autem quare non toleremus?* Ubi enim fuerint laetitiae, illie etiam tribulationis expectatio. Ubi jucunditas, illic etiam miseriae sperantur. Nam quid obvenit nobis, o mulier, ex his quæ in hoc saeculo non fuerint gesta? Nonne omnis caro aliquando quidem sana est, aliquando paupertatem patitur, aliquando autem divitias habet? Quæ igitur sunt apud omnes homines in mundo, hæc, inquit, etiam apud nos gesta sunt: et non solum in omnibus hominibus, sed et in omnibus hujus mundi elementis sunt aliquando; sic aliquando ver, sic aliquando aestas, aliquando hiems, aliquando frigus, aliquando vero aestus, aliquando viriditas, aliquando vero seccitas. Si ergo ita est apud omnia corruptibilia, quid magnum si et nos qui, sicut omnia corruptibilia, florimus pridem sane divitiis et ceteris bonis, nunc vero aruius inopia atque concalvius in infirmitate? Sicut ergo in illis delectati sumus, nunc et ista sustineamus. Sicut illa libenter accepimus, ita et ista cum gratiarum actionibus supportemus. *Si bona accepimus de manu Domini, mala autem quare non toleremus?* Non quod de manu Domini procedant bona et mala, sed omnia bona. Ex bono enim omnia bona procedunt. Nam sicut sol tenebras nunquam profert, sic similiter bonus Deus nunquam mala producit, sed omnia bona atque optima. Quanquam enim ab impiis atque indisciplinatis hominibus ea quæ pro vindicta et conversione atque poenitentiæ commemoratione a Deo ingeruntur, non bona, sed mala existimantur, tamen bona sunt vere, quia cum ad poenitentiam converterint, aeterna bona in regno coelorum procurare reperiuntur. Sic nempe et omnis doctrina atque disciplina ab irrationalibus infantibus non in bonum, sed in malum estimatur vel dicitur: sed revera cognoscunt in ultimo, quia totius boni, vel gratiae illis causa existit disciplina, quæ in primordio fuit execrabilis. Humano itaque more, atque consuetudine, et humano Job usus proverbio, mala et bona memorat dicens: *Si bona accepimus de manu Domini, mala autem quare non toleremus?* Post quæ universa præcipuum atque perfectam gloriae coronam conferens Moses beato Job, dicit in subsequentibus: *In illis autem omnibus quæ illi acciderunt, nihil peccavit Job in labiis suis, neque in conspectu Domini*<sup>27</sup>. O laus, o honor, o gloria et suffragium, o delectatio atque prælatio beati Job! Quid primum magnificetur justi illius? An justa ac pia vita ejus ab initio, et misericors atque bona? An tolerantia vehementium dolorum cum gratiarum actionibus? Aut etiam hoc quod cum callide seduceretur a diabolo

<sup>27</sup> Job ii, 10.

per os uxoris, sapienter restitit, et in his omnibus justum ac bonum Deum existimavit qui haec ei universa bene ingressit? Haec itaque demonstrans dicit: *In his omnibus quae ei acciderunt nihil peccavit Job in labiis suis, neque in conspectu Domini.* In his, inquit, omnibus plurimis, magnis ac mirabilibus atque terribilibus, lamentabilibus quoque ac miserabilibus quibus similia gesta non sunt, in misericordiis atque in infelicitatibus, in omnibus quae a saeculo sunt facta, et fient usque in aeternum, quibus similia visa non sunt, neque audita sub sole ab initio saeculi et usque in consummationem saeculorum. In istis ergo omnibus nihil peccavit Job, neque in verbis labiorum, neque in oris eloquii, neque in cordis cogitationibus, neque in animi meditationibus. Quod autem ita sit, ostendit mox in subsequentibus dicens: *Neque in labiis suis, neque in conspectu Domini, et non sufficerat ut diceret, neque in conspectu Domini, sed et hoc dixit, neque in labiis suis.* Quid est hoc, neque in labiis suis? vel quid hoc est, neque in conspectu Domini? Audite, o amici, veridicam expositionem. Quod dicit, in conspectu Domini, hoc est, cordis cogitatione, et animae profundo tractatu adversus Deum nihil cogitans in reprehensione et in blasphemia atque criminalione quae in conspectu Dei deprimit, qui inquirit renes et corda, qui novit occulta cordis, sicut dicit Scriptura. Verba autem labiorum aliquando ex corde dicuntur, aliquando autem inconsideranter proferuntur ex incaute, et non ex iniuitate, neque ex malevolentia: sed frequenter ore loquitur homo, quod omnius corde neque cogitavit, nec cogitat. Ergo quia admirabilis ac patientissimus Job, cum in tantas tribulationes transiret, et tantos dolores nefandos sustineret, tantaque seductiones superaret: neque in corde malum de Deo, neque adversus Deum cogitavit, neque in labiis suis per incuriam ullum parvum sermonem protulit, propterea magnificans illum et laudans atque perferens dicit: *In his omnibus quae ei acciderunt non peccavit Job, neque in labiis suis, neque in conspectu Domini.* Ac si diceret: O magna atque vehemens admiratio, o magna atque ingens patientia viri, ut in omnibus tam validis doloribus atque in omnibus jugibus penitus, ita se beatus ille observaret, ut omnino nec in labiis suis nec in corde suo circa Deum delinqueret. Nam sicut cordis sui cogitationes atque animi sui meditationes castas omnes ac mundas conservavit, et non prave circa Deum cogitavit: ita a verbis labiorum atque oris eloquii observavit, ut nec corde delinqueret, neque in sermone peccaret, sed totum semetipsum et cordis consilia et sermonis eloquia et verba la-

A biorum cuncta in gratiarum actionem atque confessionem Dei converteret. Evidenter implevit beatus ille homo quod post hoc ab Apostolo dictum est: *Glorificate Deum in corpore vestro et in spiritu vestro*<sup>17</sup>. Ergo quia a verbis labiorum usque ad cordis cogitationes immaculatum se et inviolatum atque incontaminatum conservavit in conspectu Domini, tanquam si diceret, neque hoc gessit quod plurimis accidit, ut labascant in verbo et non ex corde. Non enim lapsus est in sermone labiorum, iuxta hoc quod dictum est quodammodo in ioco in Scriptura: *Est qui labascit in verbo, vel in ore et non ex corde.* Ergo quia beatus Job nullo modo lapsus est, neque in ore, neque in sermone, neque in labiis, neque in corde, propterea magnificans illum magnus ille homo Dei Moses, admirans quoque ac laudans eum dicit: *In his omnibus, quae acciderunt ei, non peccavit Job in labiis suis, neque in conspectu Domini.* Sic, inquit, transivit admirabilis Job sievissimum illud dolorum pelagus, sic superavit inexplorabilem suam temptationum multitudinem, ut nihil peccaret, neque in labiis suis, neque in conspectu Domini. Ante temptationes non pereavit, in temptationibus non peccavit. O beate Job, quis similis tibi gloriabitur propter justitiam? Mortuus est Abel, sed semel et celeriter est moriussus: admirabilis vero Job cum mille mortes sustineret, mortem superavit, mortem vicit, in morte victoriam sumpsit. Solus ex omnibus antiquis, cum mortuum semetipsum inspicret, a morte non trepidavit; nam vidit effici mortuos, cum nimis vidit semetipsum fieri putredinem et vermes, sed non ideo ante mortem expavit, sed mortem in fugam vertit cum omnibus ejus argumentis atque versutis et cum iniquis ejus exercitibus. Nam cum omnem potestatem in eum acciperet mors (hoc est diabolus) absque anima sola, et ut percenteret et ut exilceraret et ut torqueret et ut seduceret, cum cuncta secundum virtutem suam insatiabilis mors exerceret, nequaquam quidquam justitiae in illo beato mori potuit. Idcirco mors apud Job mortua est cum omnibus efficientiis suis: justitia vero quae in eo primis vigebat, magis ac magis in illo divinis visionibus atque divino colloquio revixit. O beate Job vivens in perpetuum apud Deum, et victor permanens in conspectu regis Domini, ora pro nobis miseris, ut etiam nos terribilis Dei misericordia protegat in omnibus tribulationibus, et eripiatur ab omnibus oppressionibus maligni; et connumeretur nos cum justis, et conserbit nos cum his qui salvi sunt, et requiescere nos faciat cum illis in regno suo, ubi perpetuo cum sanctis magnificemus illum.

<sup>17</sup> I Cor. vi, 20.

## LIBER TERTIUS.

Magnos ac plurimos stupendos quoque ac terribiles Job dolores in præfatis demonstravimus, non juxta meritum justi illius, sed juxta virtutem nostræ humanitatis, et secundam donum Dei. Quis enim juxta meritum poterit justum illum magnificare, quem ipse Dominus, qui corda cognoscit, magnificans dicit : *Non est similis illi quisquam super terram*<sup>18</sup>? Si igitur ante passionem non fuit illi similis quisquam super terram, si autem nec ante nec postea fuit illi similis quisquam super terram, quis ex his qui sunt super terram, juxta meritum narrationem vel laudem illi exhibere potest? Non solum enim omnes homines, sed puto quod et audeo dicere, etiam ipsos angelos, atque omnes dæmones perterriti Job tolerantia et constantia atque filii, cum terra et lutum superavit omnem virtutem ac fortitudinem atque omnem versutiam malignissimi diaboli, qui cum acceperit in eum potestatem, cuncta hæc in eo exercuit, quæ omnia corda in pavorem deducunt, et omnem animam stupere faciunt. Cujus enim alterius potestatem accepit aliquando diabolus, nisi solius Job? Si enim alterius cujuslibet potestatem accepisset diabolus, profecto non lateret, sed ille in eo quod etiam in Job exercuit perfecisset: cuius rem familiarem perdidit, cuius corpus putredine ac verminibus replevit, cui reliquias pro consolatione non dereliquit, cui spem salutis non dimisit, sed solam uxorem pro supplantatione illi reliquit, per quam novissimam ac sævissimam illam sagittam seductionis atque supplantationis in eum dimisit. Sed quemadmodum qui ad petram sagittaverit, petræ quidem nihil facit, omnes vero sagittas in semetipsum convertit: ita nequissimus diabolus cum inviolabiliter petram Job, atque incontaminatum sagittaret adamantem, se netipsum vulneravit ac dejecit, Job vero nihil fecit. Hæc audientes cuncti credentes, observent se diligenter a malis colloquiis, quia corruptum mores bonos colloquia mala<sup>19</sup>, sicut post hæc dicit Apostolus. Observent se caute et ab amicis et sodalibus et a domesticis et a persuasiōnibus atque concitationibus eorum: quia omnis amicus supplantans supplantat, atque fallaciter incedit. Maxime autem observate vos, atque attendite animabus vestris, o viri, ab uxoris concitatiōnibus atque malis instigationibus. Per hanc eum in ultimo supplaniare Job nisus est diabolus, per hanc superare speravit illum, quem per plurimos atque ingentes dolores superare non potuit. Per istas etiam nunc plurimos subvertit, per istas etiam nunc plurimos ad mala persuadet, alios ad calum-

Arias, alios ad rapinas, alios ad alias iniquitates, alios nihilominus ad odium adversus invicem, ad contentionem quoque et jurgiam. Sic enim cum ad invicem litigaverint, in hoc se defensuræ sunt, ut viros suos adversus invicem concident ad bellum, ad inimicitiam quoque atque iniquitatem. Hoc nimirum operatur per eas malignissimus diabolus, succendens atque inflammans corda eorum zelo et ira: et ita infelices viros suos et circa Deum, et circa invicem odibiles reddunt, ut Dei iram acquirant, et circa invicem inimici permaneant: et quod est maximum cum debuerant unanimiter pro invicem adversus inimicos suos atque adversarios stare, sive intus, sive foris, sive in bello, sive in præliis, et sibi invicem intendere atque invicem adjuvare, et mutuo amore terga defendere, reperiuntur sibi invicem inimici ac proditores, atque in propriis ruinis gaudentes. Hæc nimirum universa oriuntur ex malignarum atque contrariarum uxorum instigatione ac persuasione: quas non debent audire illi qui bene intelligunt viri, sicut nec beatus Job audivit. Propterea est Deo acceptabilis, et ideo inter choros sanctorum magnificatur in perpetuum. Ut autem audierunt tres amici ejus omnia mala] quæ ei acciderunt<sup>20</sup>. Ut audierunt, inquit. A quo audierunt? Primum quidem a transcenibus. Quis enim erat qui non prædicaret ea quæ Job acciderunt? Puto quod et ipsum pelagus et aer, ventorum nihilominus spirantium flabra, miserabilem illam famam atque lamentabile illud nuntium, per omnes provincias ventilaverint. Super hæc autem omnes homines qui viderunt hanc rem et qui audieront, audientibus hæc divulgabant, hæc nominabant, de his sciscitabantur, de his interrogabant, et in vicis, et in triviis et in plateis civitatis, et in porticibus domorum, et qui iter agebant, atque omnes qui sibi invicem ubique occurrerant, hæc ad alterutrum loquebantur, de his se invicem interrogabant: maxime li qui de longinquo veniebant et aliquo proficiscebantur, omnes quibus occurrerant, de his interrogabant, dicentes: Si verum est, o viri, hoc quod de Job dicitur, si verum est hoc quod de justo illo prædicatur, cuius justitiis cœlum et terra atque omnes homines attestantur, quod tam amare miseriis afflictus sit, quod tam miserabiliter percussus sit? Hæc atque his similia cum loquuntur, veritatem ab eis de iis quæ provenerant audiunt, quam in longinquo, in omnem regionem ac provinciam deportaverunt. Quocunque itaque pervenerint, omnes regiones ac provincias, civitates quoque atque castella, miserabili hoc nuntio et

<sup>18</sup> Job ii, 5. <sup>19</sup> I Cor. xv, 33. <sup>20</sup> Job ii, 14.

lamentabili fama repleverunt. Audierunt ergo tres sodales vel amici ejus hoc quod jam omnibus erat certum atque cognitum, audierunt etiam isti. Nam nihil est ita prædicabile, sicut magni hominis ruina. Cum enim quilibet ex humilibus ad sublimitatem pervenerit, non ita ubique ejus auditio fit, sicut cum quis ex sublimibus humiliatus fuerit, sicut cum quis magnus interierit, quantocius ventorum fabris fama ejus omnem regionem atque omnem auditum penetrat. Ergo quia ita provenit de justo Job, ideoque cum omnes et qui prope et qui longe erant audissent, audierunt etiam tres amici ejus omnia mala quae ei acciderunt. Voluerunt nonnulli dicere quod dæmones eis prædictaverint, quod nullus ex sapientibus recipit. Blasphemiae enim sermo est hic. Nam illi viri Dei cultores fuerunt, utpote Job sodales atque amici, piæ Deo credentes. Non enim amplexabatur Job iustus, injustos vel impios viros amicos ac sodales habere. Idecirco ita percipiamus nos qui Deum timemus, quod sancti angeli ad eos venientes, sive in somno, sive in vigiliis, admonuerunt eos ut celeriter venirent, et justum illum amicum consolarentur. Venientibus autem illis illuc, ut putabant insipiente se pro Deo stare, inventa occasione nequissimus dæmon ad blasphemiam justi Job illos convertit. Nam sicut uxorem ejus, pridem cum esset religiosa atque omnibus justitiis ei consentiens, in blasphemiam immutavit, sic et memoratos viros. De quibus dicit istie: *Audientes tres amici ejus omnia quæ acciderant ei, filiorum interitum, rei familiaris perditionem, corporis putredinem, verium comedionem, liberorum iniquam consumptionem, non medocriter, sed miserabiliter atque lamentabiliter modo, ut superius demonstratum est, condoluerunt. Hac itaque universa audientes tres sodales ejus, obstupuerunt, et putatisne, inquietantes, unde haec universa obvenerunt?* Et utrum sit nobis gravius, o vires, hoccine quod amicus noster tales pertulerit miseras, an quod Domini amicus talia sustineat mala, cuius justificationibus ac misericordiis cœlum et terra attestantur? Hæc scilicet universa ut audierunt, atque haec ad invicem boni illi sodales locuti sunt: *Venerunt statim simul ad eum ut consolarentur eum et visitarent illum*<sup>11</sup>. A prioribus, aiunt, patribus nostris audivimus, o vires, quod antiquus ille frater avi nostri Esau Jacob duodecim filios habuerit, et filiam unam: cum unum ex omnibus, ut putabat, perdidisset, tantum illum unum luxit, et omnes filii ejus et filiae procul dubio et multi aliorum amicorum convenientes propter unum filium consolati sunt eum: et noluit consolari etiam incolumi re familiariter, et cœteris omnibus viventibus atque sanitate corporis permanente: et cum nulla res esset alia quæ eum contristaret, non potuit exhibari. Si autem ille Jacob ita graviter tulit unius filii desperationem, quomodo sustineat Job

A omnium illorum suorum lamentabilem perditionem, quæ sub uno iectu omnium facta est pariter? Quomodo sustineat rei familiaris præcedentem jactram? Quomodo sustineat terribilem atque sevissimam corporis plagam? Pro his, inquit, omnibus, o vires, justum est consolari consolationem non habentem, nisi solam in Deo spem habentem. Hæc itaque universa ad invicem loquentes, sive per nuntios, sive per scripturam boni illi ac religiosi viri venerunt simul ad eum unusquisque de civitate sua, ut consolarentur et visitarent illum. O, inquit, ille qui in omnibus justitiis testimonium habuit, tanquam unus specialiter ex injustis punitur. Ille sine querela verus, misericors, tanquam unus ex impiis percessus affligitur. Ille qui erat Dei cultor, atque filiorum suorum sollicitus circa Deum sacerdos, tanquam unus ex injustis torquetur. *Venerunt simul ad eum.* Quomodo? Statuerunt tempus, dimensi sunt diem. Quomodo simul pariter venerunt, et non unusquisque a se, neque per se ipsum? Dei providentia atque Dei operatione ita disponente atque providente, ut non singuli post tempus venirent ad tempus, sed omnes statim, omnes pariter uno tempore, uno die, una hora, utpote uanimes, utpote unum sentientes, utpote concordes. Sic venerunt ad eum simul subito, tanquam unum Deum coleantes, tanquam Creatori servientes, tanquam unum Job plenissime diligentes. Sic itaque venerunt pariter ad Deum. Unde autem venerunt? Non ex una civitate neque uno loco, neque ex provincia, vel regione, ex suo nihilominus regno venerunt simul ad eum. Cum omnibus enim miraculis, est etiam hoc ingens miraculum, ut cum ita longe ac late ab invicem morarentur, pariter ad beatum Job venirent, unusquisque ex sua civitate in qua morabatur, in qua regnabat, in qua dominabatur. Unusquisque ergo ex sua civitate venit, hoc est ex civitate regni sui. Et ob quam rem venerunt? Ad consolandum atque visitandum illum. Et vere quia ipsi quidem ob hoc venerunt ut consolarentur ac visitarent illum: sed nequissimus diabolus bonorum ac justorum mimicus odio habens omnia quæ diligit Dominus, accepta occasione qua Deum offendit atque Dei justitiam, et Job de injustitiis et peccatis accusarent, tantum illos immutavit atque pervertit, ut amplius exulceraret cor Job per haec quæ locuti sunt, quam per omnes dolores quos pridem exercuit in eum. Nam quid esset castissimæ animæ Job crudelius quam ut ab amicis de peccatis fuisse criminatus cum minime delinquisset, et de impietatibus reprehensus, qui erat ab omnibus impietatibus alienus, et quod pro peccatis sustinuerit omnes dolores, et quod pro injustitia obvenerint illi haec universa mala? Quod autem ad tantam blasphemiam adversus Job pervenerint isti vires, et non timuerint, dialoli livore atque zelo succensi, ex propriis eorum sermonibus comprobatur, quæcum-

<sup>11</sup> Job ii.

admodum dicunt blasphemantes atque detrahen-  
tes illi : Tu quis es ? quia dicens, non peccavi  
factis. Quod si non peccasti, o Job, memento quia  
nemo justus periiit, aut quando Dei servos eradicab-  
itur ? hoc est sicut tu. Deinde cum ingenti impro-  
perio et increpatione atque convicio : Quousque lo-  
queris spiritus multiloquax ore tuo ? Nunquid Deus  
injuste judicat, hoc est sicut te peccantem ? Aut is  
qui omnia creavit, perturbavit justitiam ? Hoc est  
si in te esset justitia, non utique perturbaret justus  
judex judicium atque vitam tuam. Nam spes impi  
peribit sicut et tua, quia impius es : inhabitabilis  
autem erit quæ sub celo est domus, hoc est sicut et  
tua : aliaque innumera his graviora atque amariora  
blasphemantes de justo illo locuti sunt. Propter  
quod et duriter in novissimo a Deo reprehensi  
sunt, utpote qui nihil veritatis locuti fuerint de  
Job. Sic itaque cum visitare atque consolari eum  
venissent, ad inimicitiam conversi sunt, ad crimi-  
nationem et ad reprehensionem, ad maledictum  
quoque atque blasphemiam. Postquam vero omnia  
tentavit nequissimus adversarius, etiam ad hoc  
peruenit, ut amicos in inimicos converteret, atque  
sinceros sodales adversarios efficeret, callide tra-  
ctans apud semetipsum, ac dicens : Si per os uxoris  
eum seducere non valui, os amicorum ad inimici-  
tiam permulatorum perficiam, irritem, exaggerem,  
exacerbam, succendam, ut supra modum inflam-  
matus atque exaggeratus, ad Dei blasphemiam con-  
vertatur. Novem responsiones blasphemiarum plenas  
adversus Job eos dicere compulit, unumquemque  
eorum tres. Sed heatus Job nullatenus ante eos  
titubavit, sed totidem responsionibus, quinimo  
potius pluribus ac majoribus omnibus illis respon-  
dens, et Dei justitiam ac bonitatem manifestavit,  
et eorum injustam causationem confutavit per alia  
quidem plurima, necnon et per ea quæ in facie dicit  
ad eos : Vos estis medici injusti, et sanatores pes-  
simi cuncti. Quia cum curare dolores ejus et con-  
solari animam ejus venissent, in amaritudinem ac  
malitiam circa Job conversi sunt. Merito ergo in-  
justos medicos juste eos appellat. Si, inquam,  
venerunt ad eum ut consolarentur atque visitarent  
illum, illi suo proposito ob hoc venerunt, sed nequis-  
simus inimicus malignusque adversarius, per cuncta  
permansit inimicus atque per omnia sua exercuit  
odia, et per uxorem et per amicos et per sodales.  
Propterea visitationis atque consolationis adventus,  
totius tristitiae ac morioris, beatissimo Job est  
factus. Post quæ universa dicit : *Videntes autem illum de longe, non agnoverunt*<sup>11</sup>. Sed ante ita per  
paucos sermones inquiramus, ob quam rem tam  
duriter circa Job, vel potius adversus Job insur-  
reverunt. Audi, mala opinione successi et inuste  
amulantes Deum, ut ipsi putabant, quod Deum  
amularentur atque defendenter, obsecrati sunt ab  
iulivico, ut judicia Dei non inquirerent. Hoc scilicet

A arbitrii sunt et hoc dixerunt illi viri, quia cum sit  
justus Deus ac bonus, justis atque innocentibus non  
ingerit mala. Quid si innocentibus mala ingerit,  
quomodo bonus vel justus comprobabitur, cum  
hujusmodi mala Job ingesserit justo ? Oportet, in-  
quiunt, aut Job propter iniquitatem passum fuisse,  
aut certe Deus inuste mala ei irrogasse reperiatur :  
aut Job pro peccatis fuisse passum, aut Deum in-  
uste ei mala ingessisse. Hanc scilicet cogitationem  
malam atque illicitam in istis viris oriri faciens  
diabolus, succedit cor eorum ad omnem iram et  
indignationem adversum Job, cum studeret con-  
firmare quod Deus justus fuerit, Job vero injustus  
et impius atque peccator. Adversus quod fortiter  
stans Job non permisit se audire vaniloquos illos a  
diabolo succensos, sed et bonum Deum ostendit, et  
se absque culpa universa haec pati demonstravit.  
Non enim Deus illi haec mala ingessit, sed diaboli  
zelus et livor atque invidia. Neque Job pro pecca-  
tis sustinuit omnia quæ sustinuit, sed quia cum  
esset justus, diabolus illi invidit, sicut et omnibus  
justis invidet, et tribulationes adversus eos excitat.  
Multas tribulationes non injustorum, sed justorum.  
Testis ergo justitiae Job ipse Deus ostenditur, di-  
cens : Justus, verax, Dei cultor. Quod autem dia-  
boli fuerit haec inflammatio atque perturbatio, et  
ex his quæ nunc sunt apparent. Frequenter namque  
etiam nunc idem ipse diabolus unanimes sodales  
commisceat, atque conturbat per quamlibet modi-  
cam rationem, et ad immensam inimicitiam adversus  
invicem immutat, ita ut efficiantur sibi ex amicis  
inimici, ex sinceris crudelis adversarii. Haec nam-  
que est operatio maligni. Beati qui declinaverint  
et restiterint calliditati atque versutiae ejus, ne ma-  
ledictis suasionibus ejus. Post quæ universa ad pro-  
positum revertamur. *Videntes*, inquit, *illum de longe*. Qui ? Tres sodales ejus, necdum adhuc immutati nec prævaricati, sed cum essent puri vi-  
dentes eum de longe. De longe enim respexerunt et  
contemplati sunt atque viderunt eum. Nam mox  
ut ipsam civitatem viderunt, mox nihilominus sic  
ubi ipsum viderent ambierunt. Totum namque cor  
corum dolore atque angustia plenum pendebat, ubi-  
nam Job conquiesceret. Meritis de longe viderunt  
eum, quia de longe cogitabant de eo, atque de  
longe erant solliciti pro illo. Idecirco de longe con-  
spexerunt eum. Nam amicus amicum suum de longe  
videt, sive corporis visione, sive animæ sinceritate,  
cum memor est ejus in donis et muniberibus, atque  
in suæ gratiæ perfectione. Videntes illum de longe.  
Ubi ? Super acervum stercoris, super muram in  
via publica. Videntes eum de longe repleti sunt  
doloris et gemitu et planctu quoque atque lamenta-  
tione, sicut inferius demonstrabitur. *Videntes eum de longe non cognoverunt eum*. Nam vere non erat  
per quod agnosceretur, regale solium non erat,  
ciadema non erat, gloria neque vestis regia et mi-

<sup>11</sup> Job 11, 12.

nistri qui undique circumdarent non fuerunt. Ergo quia nihil illorum in eo viderunt, quæ pridem in eo esse sciebant, quæ ante in illo videre soliti fuerant, merito videntes illum non agnoverunt. In quo eum agnoscerent? Coma capitis non erat ei. Nam tondens comam et diabolo eam jactans, terra caput suum replevit. In quo agnoscerent? In facie atque vultus gloria? Non erat nec ipsa. Nam putredo faciem exterminaverat et vermes vultum immutaverant. Pro his ergo omnibus videntes illum non agnoverunt. Vultum non agnoverunt, sed conscientiam agnoverunt. Nam cum ita miserabilem atque lamentabilem illum viderunt, neque tempserunt neque spreverunt, sed immensam sinceritatem ostenderunt, sicut inferius demonstrabitur. Non enim erant tales beati illi viri, quales nunc profectio sunt homines malevoli, ingrati: qui cum bene est evilibet, tum illi amici sunt et sinceri atque puri esse videntur. Cum evilibet tribulatio advenerit, tunc videlicet illi discedunt et despiciunt, obliviscuntur, derelinquent, oblivionem atque ingratificationem omnium priorum ostendentes. Sed olim homines non fuerunt tales, sed sinceritatem, atque dilectionem custodierunt circa se ac pro se invicem usque ad mortem, sicut evidenter ostendit ille qui ait: *Sodalis amico compatisit usque ad mortem, et in tempore belli accipit arma*<sup>22</sup>. Tales fuerunt illi beati viri sinceri, absque fallacia Job amici, qui ad inimicitiam circa Job nunquam sunt immutati, neque ad hoc ut renuntiarent illi, vel dereliquerent eum, nisi pro verborum controversia, ac eloquiorum certamine; ut putabant quod Dei justitiam defendenter. Sed vere diabolus inflammatuerat corda eorum, quo magis Job molestiam irrogarent, quo magis multipliciores tentationes justo illi ingererent. *Videntes, inquit, eum non agnoverunt.* Talem qualis pridem fuerat non agnoverunt: talem vero qualis tunc fuisset, agnoverunt, miserabilem, lamentabilem, infelicem, malis omnibus refertum. Idecirco singuli scindentes vestimenta sua, et spargentes terram super capita sua, assederunt illi septem diebus et septem noctibus. Assederunt illi sicut medici ad infirmum, sed sanitatis medicamina invenire non potuerunt agroto. Assederunt illi tanquam consolatores dolentis, sed consolacionem invenire non potuerunt miserabili. Assederunt illi. Et ubi assederunt? Foris in murana atque in acervo stercoris et in strata? Non, absit! Non enim tanta multitudo dolorum inundaverat Job, ut ille honorem ad se venientium non intelligeret, ut dignitatem praesentium non consideraret. Quandiu ergo venirent illi viri, illo usque foris in murana, in strata omnibus evidenter ostendens passionem suam, et quia cum esset justus vehementer sustinuerit dolores. Postquam vero memorati viri venerunt, deferens honorem sinceritati eorum, et honorificans personas eorum introivit in civitatem, et sedet in domo: et ita venerabiles isti viri sederunt apud eum septem diebus et septem noctibus. Hebdomada dierum ei assederunt, ex qua hebdomada totum hoc consummatur saeculum. Assederunt ei septem diebus et septem noctibus, induorsi, inseparati atque indissociati. Assederunt ei septem diebus et septem noctibus, nosquam discedentes, nosquam recedentes, nosquam deserentes, neque ad escam, neque ad potum, neque ad lectum, neque ad aliud refrigerium. Sed forsitan dicit aliquis: Et quomodo sustinuerunt non manducare, neque bibere septem diebus? Primum quidem divisa erant virtute confortati, tam pro Job quam pro sua sinceritate. Nam justi erant viri isti atque religiosi, merito et Dei colloquio post hoc digni habiti sunt. Dei itaque virtute atque providentia confortati sustinuerunt. Item adhuc etiam isti viri aliter venerunt, et videntes obstupuerunt, et immenso dolore atque tristitia atque gemitu repleti sunt. Assederunt ei septem diebus et septem noctibus, ipsa

<sup>22</sup> Eccl. xxxvii, 5. <sup>23, 24</sup> Job ii, 12. <sup>25</sup> Gen. xxxvii, 54. <sup>27</sup> I Reg. xxx, 4. <sup>28</sup> II Reg. i, 12.

<sup>26</sup> IV Reg. xviii, 1. <sup>29</sup> Jon. iii, 6. <sup>31</sup> Matth. xxvi, 65.

tristitia atque ipsis doloribus saturati, ipsis vocibus satiati, ipsis lacrymis inebrati. Haec recordantes post haec sancti, dixerunt ea verbis, quae illi perfec-  
runt factis. Fuerunt mihi lacrymæ mea panes die ac nocte<sup>42</sup>; et: Oblitus sum edere meum panem a voce ge-  
mituum meorum<sup>43</sup>, et: Potasti nos lacrymis in mensu-  
ra<sup>44</sup>. Tanta ergo tristitia ac dolore, et gemitibus, suspiriis quoque et lacrymis, atque lamentatione repleti sunt viri illi, ut omnium carnalium atque presentium obliviscerentur, et alerentur et saturarentur et replerentur ipsa tristitia et luctu. Nam sicut Job saturabatur vehementioribus doloribus, similiter beati viri illi saturabantur immensa tristitia atque ululatibus. Sic, inquit, assederunt illi septem diebus et septem noctibus, et mortui luctum apud viventem Job impleverunt. Luctus enim fit mortui septem diebus et septem noctibus. O sollicitudinem beatorum illorum atque devotionem, quam circa Job habuerunt! O virtus et constantia! O patientia atque animi fortitudo! Commixtū sunt justo illi Job non manducando, neque bibendo, quæ universa mortem significant. Nam sicut non manducaverunt neque biberunt, sic nec locuti sunt, et sicut non sunt locuti septem diebus, ita nec manducaverunt septem diebus, ostendit in subsequentibus dicens: Assederunt ei septem diebus et septem noctibus, et nemo illorum locutus est ad eum verbum<sup>45</sup>. Quare? Quia viderant plagam ejus sævissimam esse, et magnam valde. Septem diebus et septem noctibus non aperire os, non loqui verbum, non proferre sermonem, magni est doloris indicium. Sed interim illud impleverunt beati illi viri non discedentes, neque avertentes faciem, neque locum deserentes, sed jugiter permanentes, atque assidentes illi septem diebus et septem noctibus, et nemo illorum locutus est ei verbum. Stupor enim atque pavor occupaverat illos videntes talia pati virum sanctum ac justum, a Deo testimonium consecutum. Certum est quod non solum pro Job, sed etiam pro se unusquisque eorum sollicitus erat, metuens quid etiam de se gereretur, vel quid exspectaretur. Nam si justum talia invenerunt mala, nos, inquit, qui longe sumus ab hujus justificationibus, quid exspectabimus, vel quid sustinebimus? Haec recordantes posteri dixerunt: Si justus vix salvabitur, peccator et impius ubi apparebunt<sup>46</sup>? Immensa ergo tristitia atque dolor cordis, non permisit eos reminisci neque ciborum, neque potuum, neque aliquid humani recordari potuerunt. Propterea Jejuni, et sine potu, et sine sermone assederunt ei septem diebus et septem noctibus. Quomodo omnino reminisci poterant alicujus rei, cum tam sævam atque terribilem viderent plagam istius justi? Quomodo videlicet consolari illum poterant, vel quid ad eum dixissent? Hoccine? Si rem familiarem amisisti, reparabunt eam tibi filii. An illud?

<sup>42</sup> Psal. xli, 4. <sup>43</sup> Psal. ci, 5. <sup>44</sup> Psal. lxxix, 6.

A Si liberi sublati sunt tibi, transiges de re tamquam. Sed non poterant haec dicere. Omnia enim subito uno tempore interierunt. An hoc dixissent? Corporis incolumitas et membrorum fortitudo, atque brachiorum virtus, rependet tibi omnia atque restituet. Sed hoc, inquit, præsentim dicere non possumus. Ipsi enim videmus corpus humore consumptum, et omnia membra comesta a multitudine verminum. Pro istis ergo omnibus quomodo, inquit, te consolemur vel quomodo os aperiamus, vel quid dicamus non invenimus. An antiquas historias proferemus? Sed a saeculo talia non acciderunt, sed ab initio talia non provenerunt. An antiquorum dolores atque passiones proferentes se communione facientes illum, consolabimur eum? Ergo B quia nec quidquam erat, nec in factis neque in verbis per quod consolari eum possent, idcirco sedebant taciturnitate sua ipsi vehementiae dolorum ejus attestantes. Nam discedere non poterant, præsentes loqui non audebant. Propterea assederunt illi septem diebus, et septem noctibus, inclinatis deorsum ad terram faciebus. Aliquando autem intendentes in illum et visionem plagæ illius stupentes, continuo identidem dejiciebat facies. Aliquando se genibus imponentes, aliquando autem super manum incumbentes, non in lectulis, neque in grabatis, neque in straminibus requiescentes, sed procul dubio in cinere et cilicio, in terra sedentes, atque in Job intendentibus, quando sedebat, sedebant, si tamen omnino præ doloribus aliquando jacere poterat. Sic namque in gemitibus ac suspiriis istos septem dies peragentes assederunt illi, os non aperientes, neque verbum loquentes, nisi tantum graviter suspirantes, atque ingemiscentes. Veruntamen nec de hoc sileamus, qui fuerunt hi viri, vel quales vel unde. Non fuerunt aliqui minimi, neque contemptibiles, sed egregii fuerunt, et principes regionum, atque provinciarum suarum domini, ac duces gentis suæ. Et cum ita magni atque potentes fuissent, tantum se humiliaverunt, atque afflixerunt, ut in cinere et cilicio sederent septem diebus propter sinceritatem ac dilectionem quam circa illum habuerunt, quod nemo nunc hominum facit, neque amicus, neque frater, neque C filius, ut assideat jejonus aut sine potu una die, ne dicam septem diebus et septem noctibus. Quae autem fuerunt nomina horum virorum? Heliphas Themanitarum dux, Baldath Suitarum tyrannus, Sophar Nomadarum rex. Et quæ fuerunt gentes quibus isti regnabant atque dominabantur? Genus fuerunt Esau filii Isaæ fratris Jacob, genus, tribus, progenies, provinciae, regiones. Nam sicut Jacob multitudinem genuit gentis Israelitarum et Iudeorum, ita Esau multitudinem genuit gentium qui appellabantur Idumæi. Sed in Israel sive judex erat unus, qui totum Israel judicabat, sive rex unus erat, qui universo Israel imperabat, quandiu illi se-

<sup>45</sup> Job ii, 13. <sup>46</sup> I Petr. iv, 18.

cundum consilium Dei ambulaverunt. in Idumaeis autem (hoc est in genere Esau) secundum consuetudinem omnium gentium per singulas civitates et regiones reges fuerunt, atque duces provinciarum, et singuli in regione sua regnabant atque imperabant. Ergo quia nunc proxime erat adhuc memoria Abraham, et Isaac justorum illorum, et quia ipse Esau Dei cultor erat: quanquam enim in nonnullis violaverit, attamen eamdem Dei culturam filii suis tradidit: merito plerique Idumæorum cultores Dei fuerunt, et aliquanti valde religiosi, sicut Job vel amici ejus qui venerunt ad eum. Cognominatae namque sunt quædam Idumæorum regiones Arabia, in cuius Arabie finibus manebat Job. Nam et uxorem de Arabia accepit, utpote ejusdem generis existentibus Arabitis. Nisi enim unius generis essent, nunquam Job ex alienigena gente uxorem se accipere passus fuisset. Nunc sane periit Idumæorum et nomen et lingua, et omnes Arabi nominantur atque omnes Syriace loquuntur. Quod autem Job ex genere fuerit Esau et ex Esau filii, similiiter et amici ejus qui venerunt ad eum, religiosi Dei cultores fuerunt, verumtamen omnes fuerunt ex genere Esau, ejusdem generis atque linguae ut Job, idcirco illi unanimes fuerunt ac concordes. Similiter etiam illæ provinciae ac regiones, quibus ipsi regnabant atque imperabant, etiam hæ omnes genere fuerunt Esau, et contribulibus suis regnabant atque imperabant. Sive enim Themanitæ, quibus Helipaz regnabat, sive Suite, quibus Bal-dath principatum gerebat, sive Nomade quibus Sophar imperabat, omnes genus Esau atque tribus fuerunt. Hoc nimirum ostenditur ex libro Paralipomenon ubi dicit: *Venerunt autem cum illis et Nomadæ genus Esau.* Cum ita ergo gloriosi essent viri illi reges, ac principes, atque provinciarum duces, assederunt illi septem diebus et septem noctibus. Sed assederunt tanquam religiosi Dei cultores, non querentes neque maleficia, neque auguria, neque divinationes, neque phylacteria, neque lamellas, neque incantationes damnabiles. Scire namque debent religiosi viri, quia hæc omnia diaboli sunt seductiones, dæmonum sunt irrisiones, idolatriæ sunt sex, animarum infatuatio, atque cordium scandalum: quæ non intelligentes plerique hoc nunc tempore, mox ut quidpiam aliquid molestaverit, continuo incantationes atque incantatores requirunt, statim phylacteria alligant, illico maleficiis intendunt, aut in charta scribunt, aut in stanno aut plumbo, et alligant ei qui dolorem sustinuerit. Alii autem serpentium incantationes, dæmonum persuasiones, atque Dei blasphemias incantant. Item vero ali fascinare dicuntur, sive quod fascinant, sive quod fascinentur, et dæmonis adinventiones sunt. Cum enim infrunite manducaverint, vel biberint, cum ipsa viscera non sufferentia perturbata fuerint, et in dolore in alque infirmitate fuerint con-

A versa, juxta hoc quod dictum est: *In cœcis plurimis fit infirmitas*<sup>47</sup>: tunc nimirum dicunt insipienter, quod fascinatus sit quilibet. Quando jejunamus, o viri, abstinemus nos ut non gustemus carnes neque vinum neque superfluas escas, tunc quare non fascinamur? Mox autem ut rursus manducare atque bibere cœperimus, continuo et ventris commotio atque viscerum perturbatio fit, nisi is solus effugerit, qui valde sibimetipsi intenderit, ne gustet quidquam superfluum. Sic itaque non fascinations prævalent quidquam, sed hominum incontinentia. Et videlicet hoc verum, cum manducamus vel bibimus, si fidei memores fuerimus, si terribile nomen ejus invocaverimus, si nosmetipsos vel cibum et potum nostrum signo venerabilis crucis Christi significaverimus, si ad cœlum oculos nostros levantes dicamus: *Qui dat escam omni carni*<sup>48</sup>, dat etiam nobis cum benedictione hunc cibum sumere, si dixerimus cum sinceritate ad Dominum nostrum: *Tu dixisti, Domine, quia si aliquid mortiferum biberimus tuum invocantes nomen, non erit nobis molestum: tu itaque, Domine virtutis et glorie, averta veneficam et iniquam operationem a nobis et ab omnibus cibis nostris.* Nisi enim tua misericordia conservaverit, quomodo possumus effugere tanta pericula ciborum sane ac potuum, quæ frequenter plus repunt ac serpunt, quam malignæ ac venenosæ bestiæ? Quidam autem sternutamentis adhuc observant, et invocationibus atque revocationibus, et occursibus atque volucrum vocibus, non intelligentes miserit et spvacui, quia a Domino gressus hominis diriguntur, neque valentes dicere ad Deum eum sanctis: *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, et ne dominetur mihi omnis iniquitas*<sup>49</sup>. Nam is qui cum lide ad Dominum hæc dixerit, implevit illud quod dicendum est, Dominus erit in omnibus viis tuis, et gressus tuos in pace deducet. Qui autem ad vanæ intenderint auguria ac veneficia, divinationes quoque ac phylacteria atque incantationes, horum gressus conturbabuntur, horum opera impediuntur, ab istis Dei visitatio recedit, istos sancti angeli derelinquent, cum istis diabolus permanet infatuans mentes eorum, obtundens corda illorum, abstracthens a Deo sensus eorum. De bujuscemodi dignæ dicitur: *O infelicia hominum consilia, o vanæ atque supervacue terrenorum cogitationes, qui a Deo abstracti atque prævaricati, de mortuis salutem expectant, ab inanimatis consilium querunt, et cum idolatriam declinare videantur, idolorum faæces atque reliquias adorare noscuntur, auguria et divinationes, incantationes quoque ac maleficia atque phylacteria: et ab omnipotentis ac viventis Dei misericordia spem suam avertunt, et in mortuis atque inanimatis sperant, in phylacteriis atque cæteris superius recitatibus. Mitte ea in ignem si valeant semetipsa adjuvare, si valeant semetipsa de-*

<sup>47</sup> Eccl. xxxvii, 55. <sup>48</sup> Psal. cxlv, 25. <sup>49</sup> Psal. cxviii, 155.

igne eruere. Si autem se adjuvare non possunt, te qualiter adjuvabant? Quod si se de igne non valent eruere, o homo, qualiter eruent te ab infirmitate? Dic, o homo, quod medicamentum est melius pane qui laetificat cor hominis? Sed et panem si collo appenderis et non momorderis, vel manducaveris, nihil tibi prodest, nihil te juvat. Si ergo panis qui est corporis vita, collo appensus nihil adjuvat, quomodo adjuvent phylacteria vel laminæ inanimatae atque totius vitæ exsortes? Vel qualiter adjuvent incantationes et auguria, divinationes quoque aliae maleficia, occursum nihilominus et vocationes atque revocationes, que sunt dæmonum servitutes et dæmonum illusiones atque idolatriæ communicatio? Infelix namque est qui in statua inanimata sperat, infelior vero qui in phylacteriis mortuis sperat. Nam sicut is qui idolis servierit, intericti præceptus est in lege Dei, ita similiter omnis incantator, et augurans, ac divinans, et ventiloquus, atque volucrum voces observans, cum omnibus ceteris maleficiis interire atque interfici præceptus est. Post quæ universa, inferorum ira, atque tormentum gehennæ, supplicia quoque æterni judicij, atque flammæ ignis inextinguibilis exspectant omnes hujusmodi in tempore resurrectionis. Sed interim bonum est interrogare istos qui auguria observant, atque occurribus aut vocationibus aut revocationibus intendunt, quæ augurii meta occurrit Pharaoni, cum filios Israel secutus, demersus est in Rubrum mare, ut nec nuntius innumeri exercitus Ægyptiorum superesset? Quis vocavit Sennacherib regem Assyriorum, vel quæ avis cecinit illi, cum a Iudea profectus omnibus sub una nocte ad centum octoginta quinque millia exercituum suorum amissis, et confusus ad regionem suam reversus, gladio in dono Dei sui ceciderit, et non potuerint eum adjuvare, neque idola ejus, neque incantationes, neque veneficia, neque auguria? Similiter nec Pharaonem potuit defendere multitudo idolorum, atque omnium maleficia, et plurimorum incantationes quæ fuerunt in Ægypto præ ceteris omnibus gentibus, sicut dicitur quodam in loco: *Fecerunt autem incantatores Ægyptiorum similiter maleficis suis*<sup>50</sup>. Sed non timuit Rubrum mare incantationes atque maleficia eorum, atque accipiens Dei mandatum cunctos subito demersit in profundum. Quid profuit Sauli quod exiturus ad prælium primum a Deo discedens ad divinos confugit, et mulierem de eventu loquentem quesivit, et cum adhuc spem suam converteret, et exspectaret, cum multis protinus interierit<sup>51</sup>? Atque innumeri similiter in incantationibus et auguriis atque maleficiis sperantes, super terram miseri, ac sine spe facti sunt, et apud inferos perpetuo puniti, miserabiliores in æternum permanebunt. Hæc itaque universa declinemus, o amici; hæc fugiamus tanquam flammam ignis, hæc

A relinquamus tanquam pœnam gehennæ, hæc execratur utpote societatem dæmonum. Omnes autem causas nostras sive dolorum, sive languorum, sive penarum, sive tribulationum, sive viarum, sive itinerum, sive ingressum, sive egressum cuncta Deo commendemus, cuncta Deo committamus, ut Dominus custodiat omnes ingressus atque exitus nostros, ut Dominus fiat nobis cooperator et comes, atque suffragator in omni tempore, et in omni loco, ut angelis suis mandet de nobis ut custodiant nos in omnibus viis nostris, ut cum sanctis connumerati consequenter etiam cum ipsis dicamus: *Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus*<sup>52</sup>. Non sumus idolorum, neque incantationum, neque auguriorum, neque divinationum, neque maleficiorum, neque phylacteriorum, B neque ullius horum que sunt servitus dæmonum et diaboli seductiones: sed Domini sumus, qui dominatur vita et morti, qui habet potestatem carnis et spiritus, in cuius manibus vivorum spiramentum est. Sic namque et beati illi viri qui venerunt ad Job, id est, amici ejus, cum essent religiosi Dei cultores, omnes execrabilis dæmonum seductiones declinantes, assederunt ei septem diebus et septem noctibus. Maleficia et divinationes non requisierunt, nisi ad solom Deum animas suas levaverunt, prodoloribus Job gemuerunt atque suspiraverunt. Sederunt apud eum facientes hoc, quod in Scriptura post hoc traditum est ante Scriptoram implentes: *Ne denegaveris te fletibus in consolationem; et: Flete cum fletiōbus*<sup>53</sup>; et: *Melius est ire in domum luctus quam in domum epulacionis*<sup>54</sup>. Sederunt apud eum lacentes super immensa ejus patientia ac tolerantia, atque constantia. Nam cum a vermis carnes suas devorari videret, gaudens sustinuit apud semetipsum existimans ac dicens: *Si celeriter omnes carnes meæ consumptæ fuerint, celeriter in incorruptionem suscipietur spiritus, properabit ad Deum anima mea quantocius terram terræ relinquens, et corpus hoc ante sepulcrum in escam vermis tradens. Sive ante mortem, sive post mortem corpus hoc vermis in comedionem relinquetur sicut dicit post hæc: Cum mortuus fuerit homo capiet hereditatem bestias et reptilia, et rermes*<sup>55</sup>. Cum hujusmodi plurima beatus Job apud semetipsum loqueretur, septem diebus tacens sustinuit. Eadem videlicet tractantes et amici ejus qui ad eum venerunt, tacuerunt etiam ipsi velut in stuporem deducti, os aperire non valentes, neque initium locutionis invenientes. Sed ultra non sustinuit constantissimus ille Job ipsam taciturnitatem, sed primus cœpit loqui, utpote primus in ipsa passione, utpote solus sustinens ipsa vulnera atque dolores. Dicit enim: *Post hæc aperuit os suum*<sup>56</sup>. Post hæc. Postquam præcipuam illam passionem transiit, postquam vehementissimum dolorem sustulit, postquam in validis impetuosi nequissimi inundationibus non

<sup>50</sup> Exod. vii, 11. <sup>51</sup> I Reg. xxviii. <sup>52</sup> Rom. xiv, 8. <sup>53</sup> Rom. xii, 15. <sup>54</sup> Eccl. vii, 3. <sup>55</sup> Job xxi, 26.  
<sup>56</sup> Job iii, 1.

est submersus, postquam pro omnibus quæ ei acciderant gratias Domino egit, alique nomen Domini benedixit. Postquam igitur per cuncta victoriam sumpsit, post hæc nihilominus aperuit os suum cum fiducia, cum patientia. Posthaec aperuit os suum, postquam aduersus tantos dæmones congressus est solus, quantos sustinebant qui edebant carnes ejus. Nam sicut superius in prædones aliquando, quandoque autem in ignem, nonnunquam in ventum vertebant se nequissimi spiritus : sic et nunc istic in multitudinem vermium innumerabilium se vertentes imparcenter devorabant carnes Job. Nam cum animam non valerent tangere, omnem iniquitatem et omnem iram suam in corpore justi illius exercebant, tantum eum affligentes quantum iniquitatis habebant, atque exercere permissi fuerant. Adversus ergo tantos dæmones certabat Job, quantos vermes habebat in corpore suo. Nam dæmones per vermes comedebant atque perforabant carnes ejus. De quibus omnibus victoriam per tolerantiam sumens, et de omnibus persuam constantiam triumphator existens, post hæc universa aperuit os suum. Quid dicens ? Certum est quia hoc dixit quod post hoc sancti in Scriptura posuerunt. *Tempus ac tempus omni rei sub sole, tempus loquendi, et tempus tacendi*<sup>57</sup>. Taceimus, inquit, o viri usque ad tempus, loquamur nunc in tempore. Hæc itaque dicens aperuit Job os suum. Persarum, inquiens, ac Medorum atque Chaldaeorum regna et gentes, omnes pariter pusilli et magni cum manducaverint non loquuntur, cum biberint non sermocinantur, maximam notam irrationalitatis hanc esse existimantes, si mandueans quis loquatur, vel bibens concionetur. Idecirco in escis ac potibus os non aperiunt ad loquendum, neque qui ministrant, neque quibus ministratur, sed nutibus omnibus ministrantibus præcipiunt, hanc consuetudinem pro mandato a prioribus accipientes, et veiu legem hanc cum sollicitudine observantes, et qui hanc violaverit tanquam maxima transgreediens jura torquetur. Si Persæ, inquit, ac Medi atque omnes Chaldaeï supervacue istam observant taciturnitatem, nos vero, o viri, ait, totam hebdomadæ in taciturnitate atque jejunio peragentes rationabiliter nunc loqui incipiamus. *Aperuit os suum*<sup>58</sup>. Persæ, inquit, atque aliæ quæ cum illis sunt gentes, cum manducaverint non loquuntur, et cum biberint non sermocinantur : ego vero a vermis comesius atque consumptus, et sanguis meus atque medulla cum ab iisdem vermis fuerit bibitus, tacui et non sum locutus. Nunc autem saturalis vermis, atque illis qui me per vermes edunt, id est dæmonibus, nunc jam loquar, nunc jam sermociner. Ob quam rem loqueris, vel sermocinaris ? Ob hoc, inquit, quia impletum est tempus taciturnitatis. Et adhuc, ob quam rem aggrederis loqui, o Job ? Ob hoc, inquit, ne cum jugiter taceo, arbitrenur dæmones qui adversum me certant, quod in ipsis

A vulneribus defecerim, atque in doloribus succuburim, ne me superatum fuisse putent aut defecisse, aut debilitatum, sed norint quia viriliter sto aduersus nequitiam eorum, et cum fiducia loquens contemno malitias atque versutias illorum. Sed adhuc ob hoc, inquit, ut advenientibus amicis meis os aperiam, atque loquendi illis tempus ostendam. Nisi enim ego corporo loqui, nunquam isti os auderent aperire vehementioribus doloribus perterriti. Pro his ergo omnibus atque pro horum omnium summatione, aperuit os suum, et maledicebat diem suum. Hæc audientes quidam ex verbilibus, et insipientibus ac imperitis, accusare atque reprehendere justum illum Job ausi sunt, quasi qui Deum blasphemaverit, et diem suum maledixerit. Quibus duriter restitit ipse Deus in finem hujus Scripturæ, cum veracem astruens Job dicit ad Eliphaz : *Peccasti tu qui de peccato accusasti Job, Job vero non peccavit : Peccasti tu et duo amici tui. Ob quam rem ? Ob hoc, inquit, quia non locuti estis quidquam veritatis in conspectu meo, sicut famulus meus Job*<sup>59</sup>. Quem ergo ipse Deus irreprehensibilem confessus est, famulum suum eum appellando, et hoc in fine totius tolerantiae, quis sanus criminari audeat ? Quis sapiens reprehendere aggrediatur ? Quis enim accusabit electos Dei ? Justum maxime, quem tantum elegit, et se dignum testificatus est, ita ut etiam sacerdotem illum delinquentum amicorum constitueret, et per illum peccata eorum illis promitteret remittere. Justum ergo qui a Deo purgatus est, quis audeat reprehendere vel accusare quasi illicite diem suum maledicentem ? Super quæ omnia, o viri, si ob hoc reprehenditur Job, vel accusatur quod diem suum maledixerit, reprehendatur pariter cum illo vel accusetur sanctissimus Jeremias propheta. Nam sicut Job maledixit diem nativitatis suæ, ita et Jeremias devotavit diem nativitatis suæ<sup>60</sup>, et omnia consequenter similiter ut Job locutus est de die nativitatis, atque de cæteris omnibus. Si ergo reprehendit quis, vel accusat, utrosque reprehendere vel accusare debet, et Job et Jeremiam, et si de blasphemia accusat, utrosque debet accusare, et Job et Jeremiam. Utique enim, et Job et Jeremias, similia dixerunt, similia locuti sunt, cumdem diem nativitatis suæ maledixerunt, atque devotaverunt. Sed et Job beatus est in conspectu Domini, et Jeremias gloriosus est cum sanctis. Væ autem his qui sanctos blasphemaverint, qui amicos Dei accusaverint, maxime quos etiam Deus post mortem memoria honorificavit, sicut Job de quo dicit : *Si autem steterit Job et Noe et Daniel in conspectu meo*<sup>61</sup> : aut sicut Jeremiam, quem in vita plus omnibus magnificans, dicit : *Antequam formarem te in utero novi te, et antequam exires de vulva sanctificavi te, et prophetam in gentibus posui te*<sup>62</sup>. Postquam autem irreprehensibiles fuisse sanctos ostendimus, non nos, sed etiam ipse Deus, beati Job

<sup>57</sup> Eccle. iii, 1, 7. <sup>58</sup> Job iii, 4. <sup>59</sup> Job XLIII, 7. <sup>60</sup> Jer. xx, 17. <sup>61</sup> Ezech. xvii, 14.

sermonum commemoremur, qui bene a sancto illo sancti dicti sunt, male autem ab impiis in blasphemiam versi sunt : *Aperuit, inquit, Job os suum, et maledicebat diem nativitatis sue*<sup>63</sup>. Primum hoc advertamus, o viri periti, quod dicitur, Job suum maledicebat non diem Dei, non conditionis neque creaturæ Dei, sed diem suum. Quem diem suum ? Qui non fuit, quem non habuit, quem non possedit. Quem ergo non habuit, neque possedit, neque vidit, neque in ejus potestate fuit, hunc cum malediceret, nihil maledixit. Maledixit quod non fuit, quod non habuit, quod non vidit. Item adhuc maledicebat, inquit, suum diem. Sive dicm suum maledixerit, sive alienum, nihil maledixit, hoc quod non fuit maledixit. Dies enim non est in natura, non est in substantia, neque in propria potestate. Lux videtur, substantia autem non videtur, natura vero non tenetur, neque apprehenditur, quia dies non habet naturam neque substantiam. Nomen habet, naturam vero non habet. Sicut hora nomen habet, substantiam autem non habet, sic et dies nomen habet, sed substantiam vel naturam non habet. Quid ergo est dies ? Lucis tempus, lucis transitus et solis ortus, ab oriente usque ad occasum decursus. Solis ergo lux, dies appellatur : solis transitus, dies aestimatur. Nam et vere ita est. Solis enim decursus diei tempus dimittitur, diei terminum ponit, sive ad breviandum diem, sive ad prolongandum. Quod autem ita est, etiam Scriptura demonstrat dicens : *Omnis lux diei ex sole*. Ac si diceret : Omne tempus a sole. Nam sicut quilibet alicubi in tenebris cum lucerna transierit, usquequo lucerna adest, illo usque et lux est, neque substantiam habens neque naturam, sed splendorem tantum : si ergo quis maledixerit splendorem lucernæ, nihil maledicit, nisi transitum inanem, atque decursum non manentem : ita et Job, cum luminis atque splendoris transitum malediceret, hoc quod non erat maledixit. Nam dies cum solis decursu transiens transivit, et ultra idem ipse non revertetur. Cum identidem ortus fuerit sol, alius orietur dies, ejusdem nominis ut ille, sed non ipse qui ille. Ille ergo dies transiens transivit, et amplius non veniet, quia ultra non est. Nam sicut homo qui mortuus fuerit, transivit, et ultra non veniet, neque amplius revertitur, alius nascitur et eodem nomine appellatur, et cognominalis illi vocatur, sed non idem ipse est, sed alius : ita et dies ejusdem nominis veniet, idem ipse vero non veniet. Nam sicut spiritus exiens denuo non revertitur et non revocatur anima sublata, similiter dies transiens denuo non revertitur, neque ultra in praesenti hoc saeculo revocatur. Nam sicut omni homini ordinatum est tempus, atque dimensum vitæ spatium uniuscujusque : similiter singulis diebus tempus ordinatum est, atque dimensus solis transitus, quo transeunte non est dies ille ultra qui transactus est. Et adhuc sicut omnibus hominibus a saeculo et us-

A que in saeculum numerus supputatus est coram Deo : ita et omnium dierum a saeculo et usque in saeculum numerus et computus in conspectu præscientiae Dei est supputatus, et omnes animæ hominum per singulas gentes et linguas, per generationes ac per omnes tribus terræ, unaquæque anima de totius vitæ sue ætate redditura est in judicio rationeum. Sed et quid per unamquamque diem, vel gesserit, vel locuta fuerit, vel cogitaverit, omnia proponentur in judicio, omnia deducentur in inquisitionem, non resurgentibus diebus qui neque naturam neque substantiam habent, sed factis omnium hominum demonstratis in natura animalium et corporum in corruptionem resurgentium. Exigetur ergo in die resurrectionis et judicii ab omni anima Christiana B omnium dierum vitæ ejus omnis servitus quam Deo erat exhibitura, et omne opus sanctitatis, quod per singulos dies erat perfectura sive in gratiarum actionibus et confessionibus, sive in orationibus ac depreciationibus matutinis et vespertinis, sive in omnibus bonis operibus quæ in nomine Domini nostri Jesu Christi perficiuntur. Hoc scilicet ignorant plerique insipientium atque irreligiosorum, qui admonentur festinare ad templum Dei, qui vocantur ad Ecclesiam Dei accelerare, et terribilem Dei gloriam adorare, et aut pro neglectu habent, aut in vacuitatem ducunt, aut alias excusationes inveniunt dientes : Hesterna manducavi, crastina manducem ; sed quotidie et omni tempore indiferenter student reperire, et exhibere corpori cuncta quæ consuetudinis sunt : Deo autem, vel animæ sue tempora statuunt ac metiuntur et dies supputant, ignorantes quia irrident semetipsos et animas suas. Nam sicut superius diximus, omnium dierum vitæ sue rationem reddituri sunt pro operibus sanctitatis per singulos dies ætatis sue, vel hic super terram, vel in judicio. Pagani enim, atque omnes infideles in judicio non venient, sed jam ex hoc damnati sunt, et propter infidelitatem inexcusabiles in penas inferorum expellentur : il vero qui in fide essevidetur, et pravo nomine censetur, isti, inquam, omnes in terribili illa judicii inquisitione omnium dierum vitæ sue uniuscujusque diei reddent rationem, quomodo impleverint Dei servitutem, atque opus sanctitatis per unumquemque diem. Haec vide licet univera foris nos devians hic sermo per occasionem memorati diel dicere admonuit bene ac necessarie, ut poe pro bonorum commemoratione his qui salvi fieri desiderauit. Sed rursus ad proprium revertamur. *Maledicebat*, inquit, *Job diem suum*<sup>64</sup>; non maledicebat Deum, non reprehendebat, non blasphemabat, non accusabat, non murmurabat de Deo, non ingratus existebat Deo, sed diem maledicebat qui non erat. Nam Deo gratias agebat, confitebatur, invocabat, benedicebat. *Sit*, inquit, *nomen Domini benedictum in secula*<sup>65</sup>. Sic itaque benedicendo, ac gratias agendo Deo, diem

*Job* 31, 1. <sup>64</sup> *Ibid.* <sup>65</sup> *Job* 1, 21.

qui nec visionem, nec naturam, nec substantiam habet, maledicebat, vel potius eum qui non erat, sicut prius ostensum est, et hoc ut tantum loqueretur. Sed fortassis dicit aliquis, cur omnia hoc dicit, vel cur hoc locutus est? Audi, o homo. Ob hoc locutus haec dicit, quia validiores dolores eum apprehenderunt magis quam nunc tu arbitrari possis, quia lamentabiliores sustinebat miserias magis quam tu cogitare vales. Nam quae ille sustinebat si nunc videres, nec ad videndum omnino sufficeres. Et quomodo pati vel sustinere posses ad videndum hominem perforatis ossibus et liquecentibus carnibus ac nervis consumptis? Haec universa sustinebat gratias agens Deo, universa haec supportabat benedicens Deum. Loquebatur vero ore ea quae nec Deo, nec angelis ejus sanctis, nec caelo, neque terra hominibus, neque petago, neque aer, neque ullis quae sunt in natura, ad aliquam contumeliam profecerunt. Loquebatur nimirum quasi miseriam ventilans, quasi aerem verberans, quasi dolorem deferens, quasi extremitatus et molestiam passus atque anxius provehementioribus passionibus et fortioribus doloribus. Locutus est tanquam quilibet in dolore positus querens remedium. Tanquam quis in dolore dentium, aut oculorum, aut aurium frequenter parietes unguibus exarat, frequenter etiam semetipsum ungulis exulcerat prae nimietate doloris quem sustinet, corrasis ossibus et palpebris atque auribus: sic et beatus Job cum perforarentur ossa ejus, et liquefierent carnes ejus, locutus est maledicens diem qui non erat. Sic namque et Jeremias sanctus postquam C Judæorum injustitia atque impietate usque ad mortem seggillaretur, similiter maledixit atque devo-tavit diem nativitatis sue<sup>66</sup>. Et adhuc his majora dixit Jeremias. Dixit enim de nomine ejus: Non nominabo nomen ejus amplius, et non loquar ulli hominum in nomine ejus<sup>67</sup>. Ob quam rem, beate Jere-mia? Propter inobedientiam eorum, atque contumaciam illorum, quia factus est illis sermo Domini in derisionem, nolunt illum, et ego tota die peregi subsannatus ab illis. Idcirco enim animi dolore repletus, et diem nativitatis maledixit, et cætera alia locutus est. Sic namque et Job prior illo præven-tus nimietate dolorum maledixit diem nativitatis sue, et respondit dicens: *Maledictus dies ille in quo natus sum*<sup>68</sup>. Super omnia quae superius memorata sunt, et etiam hoc præcipuum quia maledixit Job diem nativitatis: quia nisi ita amare desferet Job penas ipsas atque dolores, non utique estimaret homo neque crederet quod ita aspera et amara fuissent ei ipsa supplicia atque tormenta. Nunc vero volens omnibus ostendere beatus Job immanitatem amarissimarum penarum atque dolorum quae ei diabolus ingessit, deflet, conqueritur, ita et anarieret et miserabiliter atque lamentabiliter, ut nativitatis sue malediceret diem, dicens: *Maledictus dies in quo natus sum*. Non maledicatur, inquit, dies mor-

B tis, neque dies finis, neque dies exitus de hoc sæculo. Est namque consummatio et requies et dolorum omnium transitus ac depositio. Dies nativitatis omnium tribulationum et angustiarum, dolorum quoque et misericordiarum, omnium nihilominus peccatorum atque impietatum initium est atque introitus, per quem pereunt impie atque irreligiosæ animæ, ergo omnium horum quæ memorata sunt initium atque introitus corruptibilis nativitatis dies est. Merito maledictus dies in quo natus sum, quia melior est dies mortis quam nativitatis, sicut dicit Ecclesiastes<sup>69</sup>, et propterea maledictus dies in quo natus sum. Quare? quia per hunc, inquit, ad omnes hos nefandos perveni dolores, quia per hunc ad omnia haec amarissima perveui supplicia, quia per hunc ad terrenum hoc veniens sæculum nequissimi adversarii sustineo zelum, ac malignissimi diaboli supporto supplicium. Pro his ergo omnibus maledictus dies in quo natus sum. Plerique, inquit, hominum sub caelo carnalem hanc solam delectantes vitam, ac sola terrena quae sunt in corruptione respicientes, diem nativitatis suæ delectabiliter celebrare student, honeste in die nativitatis suæ jucundantes splendide. Nam haec existimant portionem suam, atque hereditatem, et per haec sperant se diutius vivere in corpore, atque augmentari sibi annos et diem nativitatis suæ. Hoc videlicet faciunt non ob hoc quod æterna sperent, vel eam quae non videtur incorruptionem exspectent: qui æternam vitam apud Deum in cœlis esse non credunt, merito terrenam hanc atque carnalem vitam solam delectantes celebrant diem nativitatis suæ; diem vero mortis nec nominari patiuntur. Ego, inquit, o viri, tantum odio habeo carnalem hanc vitam, ut pro celebrare diem nativitatis, maledicam atque abdicem illum dicens: *Maledictus dies in quo natus sum*<sup>70</sup>. O quam profundus est hic sermo valentibus inquirere! Nam primam disputationem facientes etiam nunc hujus sensus per pauca necessarie mentionem faciemus. Maledictus, inquit, dies nativitatis, quia peccatorum ac delictorum est principium. Verumtamen beati ii qui in die nativitatis, hoc est, in principio vita suæ benedicuntur, hoc est ea quae digna sunt benedictione perficiunt. Beati quoque et ii qui in tempore nativitatis suæ, hoc est in principio ætatis atque ignorantia juventutis suæ, licet maledicantur pro peccatis atque ignorantia juventutis, in diem mortis atque in finem ætatis suæ rursus benedicuntur, et benedictionem promerebuntur per sinceram penititudinem, atque dignos penitentia fructus. Vt autem illis, et animabus eorum, qui et in principio suo, et juventute sua maledicentur delinquentes, et in fine suæ ætatis non absolventur penitentes, neque benedicentur per dignos fructus penitentia ad Deum confugientes: quorum maledictio atque damnatio æterna apud inferos permanet, sicut eo-

<sup>66</sup> Jerem. xx, 17. <sup>67</sup> ibid. 9. <sup>68</sup> Job vii, 3.

<sup>70</sup> Job iii, 5.

rum qui pœnitudinem sinceriter gesserint æternam requies in resurrectione erit! Alia quamplurima cum possimus dicere de hoc sermone, hæc desinentes quæ sequuntur commemoremus. *Pereat, inquit, dies in quo natus sum*<sup>11</sup>. Hæc nimurum dicit beatus Job, ut ostenderet omnibus quales sustinebat dolores, vel qualia supportabat supplicia. Sic beatus ac sanctissimus Jeremias in suggillatione animæ devolutus, similia ut Job locutus est, juxta omnia quæ superius veraciter memorata sunt<sup>12</sup>. Super quæ universa hoc etiam debemus advertere, quia non defuerunt sanctis dolores ac tribulationes, molestiae quoque atque passiones, non tantum pro se quantum pro nobis: ut neverimus nos atque informemur, quia per tribulationes ac labores, per passiones et miseras, per dolores quoque ac gemitus omnes sancti Deo placuerunt, et omnes justi introierunt in regnum Dei atque hæredes effecti sunt apud Deum æterni refrigerii, non exultantes in corruptione, non delectati in carne, non securi in terris, sed omnem miseriam propter pietatem sustinentes, æterna incorruptione digni effecti sunt in gloria. Sic etiam gloriatur Paulus in persecutionibus suis atque passionibus<sup>13</sup>. Sic gloriatur et Jeremias quod redierit solus, quia amaritudine fuerit repletus, et quia non abiit in consilio impiorum ludentium<sup>14</sup>. Quid autem miramur, quod Job ita ingentes sustinens dolores conquestus fuerit, vel alii sancti cum terreni fuissent homines ex corpore et anima vere plasmati, cum et ipse qui omnium sanctorum rector, et conditor cœli ac terræ, et mediator Dei et hominum Jesus Christus Filius Dei vivi, cum humano se indueret corpore, cum corruptibile sibi circumdaret formam, cum iret ad passionem atque ad crucem, questus est dicens: *Pater, si fieri potest transeat a me calix iste*<sup>15</sup>, hoc est hæc passio, et cœpit trepidare, et mœstus esse? Non quia trepidaverit deitas, sed quia carnis infirmitatem ostendit. Sicut ergo ille Dominus ut ostenderet quia non erat phantasma, sed corpus vere corruptibile habens, se dolorem atque passionem crucis timere ostendit; sic etiam Job, et Jeremias atque alii sancti, ut ostenderent, quia cum essent carnales cum dolore sustinuerunt ac supportaverunt supplicia atque pœnas quæ eis acciderunt. Merito ergo dicit Job: *Pereat dies in quo natus sum, juxta omnia quæ superius ostensa atque memorata sunt, et nox illa in qua dictum est: Ecce masculus*<sup>16</sup>. Porro quando natus es, o beate Job? per diem, an per noctem? Si in die natus es, nocte quid irasceris? Sed si in nocte natus es, diem cur maledicis? Sicut autem æstas et hiems idem sunt, sic et nox et dies; quod enim per æstatem fit, hoc nihilominus per hiemem consumitur: et quod hieme superfuerit, hoc procul dubio æstate seminatur, æstate laboratur, sicut in die: hieme requietitur, sicut in nocte. Et adhuc sicut corpus

A et anima idem sunt indiscrete atque indivisive, et nunc in terris, et in resurrectione in cœlis, quodcumque seminaverit corpus super terram, hoc metet anima in resurrectione, quodcumque operatur corpus in corruptione: hoc enim quod seminat, hoc et metet. Sicut ergo hæc idem sunt, ita et dies et nox idem sunt. Quod in die fit, hoc nocti reputatur, et quod in nocte fit, hoc diei designatur. Sic namque omnia quæcumque fecerit corpus, sive bonum, sive malum, animæ reputantur, et omnia corpori in judicio atque inquisitione succensusntur. Nam utriusque utrique imputatur, utriusque in utroque requiritur atque vindicatur. Utraque enim et corpus et anima cum simul sint, et simul conversentur, simul adjudicantur pœnae, aut simul suscipientur in requie. Ergo quia hæc, inquit, ita sunt, merito et ego neque de nocte silui, neque diem reliqui. Sed *pereat*, dixit, *dies ille in quo natus sum, et nox in qua dictum est: Ecce masculus*. A quo dictum est? Ab his, inquit, qui nuntiaverunt patri meo Zareb. Plurimi namque illi prædicaverunt filium natum, alter alterum anticipare propestantes, ut per id quod honeste celebraverunt per singulos annos ab eo accipientes dicerent: Ecce natus est tibi masculus. Sed et puto quod ipsæ obstetrics matri Job Posor renuntiaverunt (sic namque vocabant), quia masculum genuerit. Hæc namque demonstrat dicens: *Et nox illa in qua dictum est: Ecce masculus*. Ubi dies, illuc et nox. Et quod diei, hoc etiam nocti. Ob hoc ergo quia unum sunt dies ac nox, cum diei malediceret, nocti non pepercit. *Pereat*, inquit, *dies in quo natus sum, et nox illa in qua dictum est: Ecce masculus*. Nox illa quæ præterit, quæ transiit, quæ defecit, quæ non est. Nox illa sicut et dies ille manens in tenebris, ille qui non videtur, qui non invenietur, qui non revocatur, qui non est. Sicut ergo nox illa, ita et dies ille pereant tanquam quæ non sunt, deficient tanquam quæ non videntur, neque demonstrantur. Cum ista ergo quæ non sunt maledixerit Job, et ea quæ non sunt perire voluerit, irreprehensibilis omnino in omnibus permanebat. Vehementem enim dolorum quem sustinebat desfiebat absque illius molestia. Puto quod forsitan olim in initio juventutis celebraverit Job diem nativitatis suæ, item nunc ipsum reprobans, quia non celebrandus, sed lamentandus atque plorandus est dies carnalis nativitatis, utpote tantarum temptationum atque dolorum introitus: et non solum non celebravit ulterius, sed maledixit ac perire optavit dicens: *Pereat dies in quo natus sum*. Qui dies? Ille, inquit, qui olim fuit honestus et hilaris, festivus et letus atque splendens. Hic ergo pereat dies. Unde pereat? Ex solemnitate, ex letitia, ex splendore, ex istis pereat, et nunquam in his inveniatur. Cum hoc autem die, etiam nox illa pereat in qua dictum est: *Ecce masculus*. Hæc audientes nos, o viri, non gaudeamus.

<sup>11</sup> Job III, 5. <sup>12</sup> Jerem. xx, 14. <sup>13</sup> II Cor. xi, 50. <sup>14</sup> Jerem. xv, 17. <sup>15</sup> Matth. xxvi, 39. <sup>16</sup> Job III, 5.

mus terrenæ nativitati, sed timeamus a plurimis hujus mundi temptationibus, sed paveamus a terribili introitu in illud incorruptibile sacerdotum, ubi erit revelatio et inquisitio omnium operum atque verborum nostrorum. Animadvertisimus, o homines, quæ immutatio facta est in hominibus. Nam priores diem nativitatis celebrabant unam vitam diligentes, et aliam post hanc non sperantes. Nunc vero nos non nativitatis diem celebramus, cum sit dolorum atque temptationum introitus, sed mortis diem celebramus, utpote omnium dolorum depositionem atque omnium temptationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi qui mori videntur; propterea et memorias sanctorum facimus, et parentum nostrorum, vel amicorum in fide morientium devote memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes quam etiam nobis piam consummationem in fide postulantes. Sic itaque non diem nativitatis celebramus, quia in perpetuo vivent hi qui moriuntur. Celebramus nimirum religiosos cum sacerdotibus convocantes, fideles una cum clero, invitantes adhuc egenos et pauperes, pupilos et viduas saturantes, ut fiat festivitas nostra in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis autem efficiatur in odorem suavitatis in conspectu æterni Dei. Hæc videlicet diximus, quia diem nativitatis propter illos qui sine spe sunt maledixit Job dicens : *Pereat illa in quo natus sum, et nox illa in qua dictum est : Ecce masculus.* Paulo post incedens dicit : *Et nox illa sit in dolore*<sup>17</sup>. Ostendit vero quia nulli maledixit per hoc quod ait, *et nox illa sit in dolore*. Quis enim dolor erit nocti? Nullus. Nam nox apud semetipsam atque in semetipsa, neque cum dolore, neque sine dolore esse potest. Nam sicut non habet naturam, neque substantiam, ita nec dolorem, neque vulnus, neque passionem habet in semetipsa, neque dies, neque nox. Hæc itaque sciens beatus Job miseriam ventilans, et dolorem deflens, eis quæ non sunt maledixit atque dolorem optavit, dicens : *Pereat illa dies in quo natus sum, et nox illa in qua dictum est : Ecce masculus.* Quare? quia tenebrosorum dolorum mihi auspicium est factus, quia obscurissimorum suppliciorum mihi exstitit introitus, quia cum re familiari atque filiorum perditione etiam amicos in inimicos convertit, et corpus meum vernibus consumpsit, et membrorum meorum nervos humore vulneris liquefecit. Pro his ergo omnibus dies illa sit in tenebris, et tanquam errans circumeat in tenebris, et rursus ad me accessum non inveniat, neque appropinquare valeat, neque vulnera mea identidem renovet, neque maligni diaboli zelum denuo mihi subministret. Ob hoc ergo dies illa sit in tenebris, dies illa qui plurimos deludit, qui plurimos seducit, qui plurimis æternas tenebras procurat. Omnibus illis qui carnalem vitam quæsierunt, spiritalis vero memores non sunt;

A omnibus qui delectationem putant carnales delicias, omnibus qui voluptati ac ventri deserviunt super terram; omnibus istis obscurus efficiatur, quia in tenebris prodibunt, quia in tenebras ibunt, quia tenebre contegent nomen eorum. *Dies ille sit in tenebris*<sup>18</sup>. Ille in quo malignus atque tenebrosus diabolus suam perfecit voluntatem. Nam et vere nisi primum obscuraverit diabolus corda hominum, nisi primum infuscaverit animas eorum, nisi prius oblivionem dederit timoris Dei atque terribilium iudiciorum ejus, non utique valebit unquam peccatorum semen seminar in cordibus eorum. Postquam vero obscuraverit animam, et a Deo averterit, tunc scilicet ad omnia mala, ad impudicitiam, ad infidelitatem atque ad omnia carnis desideria tanquam eos qui in tenebris sunt facile convertit. Iстis ergo talibus efficitur dies illa, hoc est dies nativitatis, dies tenebrarum. Et non solum dies nativitatis tenebre illis efficiuntur, sed insuper adhuc dies mortis æternarum tenebrarum introitus efficitur illis. Dies enim tenebrosus circumdabit hos tales. Hæc namque universa significans dicit : *Dies illa sit in tenebris.* Dies impiorum, dies infidelium, dies lascivorum, impudicorum, eorum qui neque in die nativitatis pietatem custodiunt, neque in die mortis poenitentiam ostendunt. Iстis ergo talibus dies ille sit in tenebris, quia in tota vita sua tanquam in tenebris ambulant, qui palpant velut cæcus circa partem. Justis autem lux est semper in die nativitatis, sicut Jeremiæ et omnibus sanctis. Et in die mortis, sicut Lazaro qui deportatus est ab angelis in sinum Abrahe, Isaac et Jacob, in sæcula sæculorum. Amen. *Dies ille sit in tenebris, et non requirat illum Dominus desuper*<sup>19</sup>. Identidem ad priora se convertit, non inquirat illum Dominus, ne inquisitus iterum ad me perveniat, ne inventus identidem me inveniat. Non inquirat illum Dominus desuper, non recordetur, non reputet. Non enim est dignus, neque ipse dies, neque ille qui in ipso die amarissim a mihi ingessit tormenta. Diem nativitatis memorat, et lamentabilium suppliciorum diem significat, quinimo ipsa supplicia, vel potius diabolum qui ingessit ea, quem de superioribus cadentem non requiret Dominus unquam. *Non requirat eum Dominus desuper.* Quid dicas, o beate Job? Ergo alios dies inquiret, ut de isto solo dicas velut interminans : *Non inquirat illum Dominus desuper?* Utique, ait, omnes dies sæculi inquirentur, omnia tempora, et momenta atque sæcula requirentur et producentur : nimirum non dies sæculi qui naturam non habent neque substantiam, sed verba et facta quæ in illis diebus sunt gesta vel dicta, sed cogitationes et consilia atque tractatus, qui in omni tempore vel momento hujus sæculi tractati sunt atque cogitati. Hæc igitur omnia in omnibus gentibus, et in omni lingua inquisita in iudicio manifestantur in tempore inquisitionis. Non enim mentitur is qui

<sup>17</sup> Job iii, 5. <sup>18</sup> ibid. 4. <sup>19</sup> ibid.

alt: Memor sum ea quæ a seculo sunt dinumerare, non solum tempora et momenta, et dies, et annos, sed quin potius omnium hominum cordis occulta, juxta hoc quod dictum est: *Qui singit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum*<sup>30</sup>. Et adhuc alibi: *Ipse autem novit occulta cordis*<sup>31</sup>. Apostolus vero his consonanter dicit: *In die qua judicabit Deus occulta hominum*<sup>32</sup>. Ille enim dies manifestabit omnia, in igne revelans cuncta. Scientes itaque nos, o viri, quia adversum tam terribilem habemus judicem, sancte conversari et in factis et in verbis studeamus, ut non pro condemnatione in iudicio, sed pro requie atque gloria æterna inquiramur. Deinde, non sit, inquit, *in diebus anni, neque numeretur in diebus mensium*<sup>33</sup>. Quis? Maledictus atque perditus ille dies. Iste non sit in diebus anni, neque numeretur in diebus mensium. Nunc ostendisti evidenter, o beate Job, quia non diem creaturæ maledixisti, quia non diem anni vel mensium devolasti, sed illum qui non est in substantia, neque in numero, neque in computo. Omnes enim dies anno et mensibus circumdantur vel computantur. Extra annum autem et menses nullus est dies. Ergo si dies qui iste maledictus est ac perditus est, non est in anno, et tu dicas: *Non sit in diebus anni: non est in mensibus, et dicas: Non numeretur in diebus mensium, nihil est, nusquam est, hoc quod non est maledicis, maledicis enim qui non est perire volens.* Et merito irreprensibilis ix omnibus permanes, beatissime Dei amice Job. Aut etiam aliter intelligamus maledictum hunc atque perditum diem de quo dicit: *Dies ille sit in tenebris, et non inquirat illum Dominus desuper.* Figurate significat per haec infelicem illum Judam, perista de longe eum ostendit, qui debuerat esse dies serenus, et splendidus ac perspicuus, et sibi luminosus et aliis lucidus, factus est tenebrosus per semelipsum atque obscurus. Hunc ergo significans dicit: *Dies ille sit in tenebris qui lucem dereliquit, qui a luce discessit, qui lucem in mortem tradidit, et non inquirat illum Dominus desuper, cum inquisierit Petrum et cæteros apostolos resurgens a mortuis. Non sit in diebus anni, Ecclesie festivitatibus atque sanctificationibus, non sit in unitate Ecclesie, non numeretur inter dies mensium, in numero duodecim apostolorum, tanquam duodecim mensium, sed deleatur de libro viventium, et cum justis non scribatur. His consonanter inferius universum populum Judeorum designans atque increpans, noctemque eum nuncupans dicit: Obscurerunt sidera noctis illius. Cujus noctis? Illius de qua dicit Apostolus: *Nox processit*<sup>34</sup>. Quæ sidera obscurerunt? Sacerdotes, et Scribæ, et Pharisei: nam hi qui debuerant in modum stellarum fulgere atque lucere in lege tanquam in nocte, effecti sunt omnes tenebrosi atque obscuri. Sustineat, inquit, nox illa Judeorum tenebrosus populus, sustineat resurre-*

ctionem Domini, sed non veniat in lucem vultus ejus, neque videat luciferum orientem Spiritum sanctum Paracletum de excelsis ad apostolos missum. Aliaque plurima demonstrantur ex ipsis beati Job sermonibus, quæ in resurrectione atque iudicio prævenient impiis atque in justis tanquam abortivum exiens de ventre matris suæ. Illic, inquit, *impii requieverunt ab ira indignationis, illic requieverunt dolentes corpore*<sup>35</sup>. Illic, inquit, in resurrectione, in inquisitione, in iudicio. Illic enim requiescit eatus indignatio atque furor impiorum, cum digna illis illata fuerit damnatio atque tormentum: tunc erunt tanquam aborsum exiens de ventre matris suæ, sicut infantes qui non viderunt lucem. Nam sicut abortiva de ventre matris suæ exēuntia non viderunt lucem, sed ex tenebris in tenebras eunt, ex tenebris atque angustia uteri materni in tenebras et angustias terræ atque sepulcri: sic impi de tenebris in tenebras eunt, ex angustia in angustiam expellentur, de corpore in sepulcrum, ex sepulcro in angustiam expellentur atque iudicii damnationem, et in tenebras exteriores, ubi non est lux, neque videbunt vitam homines. *Pusillus et magnus*, inquit, *ibi est*<sup>36</sup>. Non est enim personarum acceptor regni hujus rex. Merito ex æquo imperit omnibus ei pusillis et magnis, et humilibus et altis regni hujus introitum: illis sane qui æqualiter illum metunt, qui æqualiter illum diligunt. *Pusillus et magnus.* Ibi est Lazarus pusillus cum Abraham magno. Et servus non timens dominum suum. In corruptione enim non est dominus corruptibilis, neque carnalis, sed cum apparuerit facies coelestis Domini atque judicis, tunc corruptibles atque carnales domini nusquam apparebunt. Merito illic est servus non timens dominum suum. Memoratus enim timor iudicii, terror atque formido futurorum, omnem timorem corruptibilem et carnalem in oblivionem deducit atque foras mittit. Non enim servi dominorum timoris recordantur, neque domini servis imperare occurunt. Unus enim timor inquisitionis atque iudicii apprehendet cunctos. Merito illic est servus non timens dominum suum. Ibi est Abdias non timens Achab dominum suum. Ibi est Onesimus non timens Philemonem dominum suum. Alique innumeri reperiuntur et in lege, et in Evangelio his similes, qui cœlesti Domino ac Deo omnium servientes, non timuerunt super terram dominos carnales ad obediendum eis in malis, neque in celis eos timent in conspectu veri Domini venientes. Nam cum servitatem carnalem pure eis atque devote exhibuerint, non discesserunt a Creatoris servitute. Hoc namque oportet reddere servos carnalibus dominis suis, ut non fraudent, ut non circumveniant, ut non insidentur dominis suis, ut non ad oculum serviant, ut non in facie flagant, sed foris ab oculis, sed foris a

<sup>30</sup> Psal. xxxiii, 15. <sup>31</sup> Psal. xlvi, 22. <sup>32</sup> Rom. ii, 16. <sup>33</sup> Job iii, 6. <sup>34</sup> Rom. viii, 12. <sup>35</sup> Job iii, 17.  
<sup>36</sup> ibid. 19.

facie omnem gratiam dominis suis ostendant. Iujus namque rei ingentem in cœlis accipient remunerationem a Domino omnium atque judice vivorum et moriutorum. *In servum venundatus est Joseph*<sup>86</sup>, sed in malo atque impio acto non obedivit dominæ sue. Merito et in terris in Ægypto, et in cœlis in perpetuo dominabitur illi, quæ illicite ad tempus dominari visa est. Hæc scilicet universa pro honoru communione diximus, a beato Job etiam nos de his admoniti, dicente eo evidenter: *Pusillus et magnus ibi est, et servus non timens dominum suum*<sup>87</sup>. Inveniet qui inquirere studerit, etiam cætera alia his consonantia, et ea quæ nunc

A istic per ordinem, et concta quæ in priori multipliciter a justo illo sunt dicta de Dei magnitudine, et de sua tolerantia, quæ sustinuit absque culpa innocens in conspectu Dei, et coram omnibus hominibus, quæ sustinuit cum gratiarum actionibus atque confessionibus Dei, quæ sustinuit pia tolerantiae formam præbens in perpetuo eunctis. Beati qui te fuerint initati, beatissime Job. Beati qui tua vestigia fuerint secuti. Beati qui similiter ut tu in fide, et pietate, atque in omnium sibi accidentium tolerantia consummati fuerint. Hi requiescent in perpetuo apud Deum Patrem, cui gloria in ææcula seculorum. Amen.

## OPERA AD ORIGENEM SPECTANTIA.

### ADMONITIO

#### AD APOLOGETICUM LIBELLUM S. PAMPHILI MARTYRIS PRO ORIGENE.

I. Sub finem anni quinti commota a Diocletiano imperatore adversas Ecclesiam persecutionis, id est Christi 307, Pamphilus, natione Phœnix, domo Berytus, Pierii, ut scribit Photius, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyteri discipulus, qui tum inter Cæsarensis Ecclesiæ presbyteros eminebat, captus et in carcerem conjectus, bieunii spatum in vinculis exegit. Eo tempore Eusebius amicum et contubernalem suum invisens assidue, seu communī cum eo carcere inclusus, ut ait Photius, quinque libros *Defensionis Origenis* in carcere una cum illo, sextum vero et ultimum ejusdem operis librum mortuo demum absolvit Pamphilo. Totum opus confessoribus ad metalla Palestine degentibus ab Eusebio et Pamphilo cunctum est, quemadmodum scribit idem Photius *Bibliothec.* codice cxviii his verbis: 'Ανεγνώσθη Παμφίλου τοῦ μάρτυρος καὶ Εὐσέβιου ὑπὲρ Οριγένους' τόμοι δὲ τὸ βιβλίον οὗ, ὃν οἱ μὲν πάντες, Παμφίλος τὸ δεσμωτήριον οἰκούντες, συμπαρόντος καὶ Εὐσέβιου, ἐξεπονήθησαν· δὲ ἔκτος, ἐπειδὴ μάρτυς ξίφει τοῦ ζῆν ἀπαγγέλει, ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει Θεὸν, Εὐσέβιον λοιπὸν ἀπαρτίζεται. Lecti sunt Pamphili martyris et Eusebii pro Origene libri sex, quorum quinque sunt a Pamphilo in carcere, præsente etiam Eusebio, elaborati: sextus vero postquam jam martyr ferro privatus vita, ad unice desideratum Deum migrarat, ab Eusebio est absolutus. Et paucis interjectis:

<sup>86</sup> Psal. civ, 17. <sup>87</sup> Job iii, 19.

μὲν ἐν τοῖς φερομένοις αὐτοῦ βιβλίοις ἔμψυχον τὸν ἑνανθρωπήσαντα οἶδεν· ἰδικῶς δὲ ὁ εἰς τὴν Γέρε-

*στην αὐτῷ πεπονημένος Ἐννατος τόμος, τὸ περὶ τούτου μαστήριον ἐφανέρωσεν, Ἐνθα Ἀδάμ μὲν τὸν Χρι-*

*στὸν, Εὔαν δὲ, τὴν Ἐκκλησίαν εἶναι πλατύτερον κατ-*

*εσκεύασσε· μάρτυρες τούτων ἀξιόπιστοι, ὃ τε ἱερὸς Πάμφιλος, καὶ ὁ ἔξ αὐτοῦ χρηματίζων Εὐσένιος·*

*ἄρματα γάρ κοινῇ τὸν Ὀριγένους παρατιθέμενοι βίον,*

*καὶ πρὸς τοὺς ἐκ προλήψεως ἀπεχθανομένους πρῆς τὸν ἄνδρα ἀπαντῶντες, ἐνδόξους βιβλίοις ἀπολογεῖαν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιούμενοι, οὐ πρῶτον Ὀριγένην ἐπὶ ταύτην τὴν πραγματείαν ἐλλεῖν φασιν, ἀλλὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας μυστικὴν ἐρμηνεῦσαι παράδοσιν.* *¶ Origenes quoque in omnibus libris suis, Christum hominem factum anima præditum esse agnoscit: sed specialiter in nono tomo Commentariorum quos scripsit in Genesim, hujus rei sacramentum expōnit: quo loco Adamum quidem Christi, Eam autem Ecclesiæ typum gerere pluribus verbis asseruit.*

*Hujus rei testes sunt locupletissimi S. Pamphilus et, qui ab illo nomen traxit, Eusebius. Ambo enim cum simul juncti vitam Origenis conscriberent, et iis qui ex anticipata quadam opinione eum aver-*

*sabantur, responderent, in præclaris illis libris quos pro ejus defensione elucubrarunt, Origenem non primum in hoc argumento versatum esse dicunt, sed mysticam Ecclesiæ traditionem esse interpretationem.* *¶ Seаратem sequitur Nicephorus Callistus lib. x, cap. 14. Anonymus auctor, qui sexto saeculo epistolas synodicas a R. P. Lupo editas collegit, in suis ad epistolam 198 observationibus hujus etiam sic meminit: « Eusebius in opere apologetico pro Origenem et dogmatibus ejus, id est, pro præexistētia et restitutione composito, quod martyris et ipsius Eusebii Cæsariensis nominibus prænotatur, multis valde præcedentium Patrum testimoniis usus est pro prædictis erroribus.* *¶ Quod autem ait Eusebius hanc a se et a martyre Pamphilo *Defensionem Origenis* fuisse conscriptam et propter malevolos quosdam obtrectatores, haud scio an non præcipue respiciat Methodium, Olympi in Lycia episcopum, qui tum eruditione celeberrimus erat. Nam « Eusebius Cæsariensis episcopus » (verba sunt Hieronymi lib. i *Apologiae adversus Rufinum*) in sexto libro τῆς Ἀπολογίας Origenis hoc idem objicit D Methodio episcopo et martyri, quod tu in meis laudibus criminaris; et dicit: « Quomodo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui haec et haec de Origenis locutus est dogmatibus? » Librum *De resurrectione* scripsit Methodius adversus Origenem, testibus Hieronymo et Epiphano: atque haec causa fuisse videtur cur Eusebius in suis *Historia ecclesiastica* libris nullam ejus mentionem fecerit. Nam cum omnes fere ecclesiasticos scriptores in hoc opere accurate commemoraverit, Methodium tamen de industria prætermisit, eo quod Origenem, quem ipse præcipue mirabatur, impugnauisset. Sic Hieronymus Rufini, quicum simultates*

A exercuit, nullam in suo Catalogo virorum illustrium mentionem fecit.

II. Anno Christi 397, Rufinus, e Palestina in Italiā a sancto Chromatio, Aquileiensis Ecclesie episcopo, evocatus, ubi Romanū advenit, primum hujus *Apologiae* librum Latine vertit, et sub solo martyris Pamphilī nomine publicavit. Cur autem id operis aggressus sit, sic ipse exponit lib. i *adversus Hieronymum*: « Vir sive, eruditione, nobilitate, vita clarus Macarius cum opuscula adversus fatum vel mathesim haberet in manibus, eaque utili et per necessario sudore componeret: in aliquantis vero, quia erat perdifficilis materia, de divine Providentiae dispensationibus hæsitaret, per soporem sibi a Domino tale aliiquid dicebat ostensum: quod B navis ei quædam demonstraret eminus adventare per pelagus, quæ cum portum fuisse ingressa, nodos suæ hæsitationis absolveret. Exsurgens vero, cum de visu sollicitus cogitaret, nos supervenisse aiebat in tempore: quibus continuo et opuscula sua, et ambiguitatem indicavit, et visum. Quid porro Origenes, quem opinatissimum apud Grecos audierat, sentiret de talibus percunctatur, breviterque sibi ejus de singulis quibusque sententias orat exponi. Ego rem primum dicebam factu esse difficilem; sanctum tamen Pamphilum martyrem dixi quadam ex parte tale aliiquid operis conscripsisse in *Apologerico* suo. Continuo id sibi poscit in Latinum verti. Nullum dicebam me usum hujuscemodi operis habuisse, et ad Latinum sermonem tricennali jam pene incuria torpuisse. Perstituit tamen deprecans qualicunque sermone notitiam sibi tantum eorum quæ cupiebat, ostendi. Cumque id quo potius sermone fecisset, majori desiderio accensus est ad illa ipsa plenius cognoscenda, e quibus pauca illa quæ transtuleram videbantur assumpta. Excusantem me urgere vehementius cœpit, et sub Dei testimonio convenire ne sibi ad opus bonum quæ se auxilia juvare possent denegarem. Cumque vehementius insisteret, et desiderium ejus secundum Deum esse perspicerem, acquieci tandem, et interpretatus sum. *¶ At vero Hieronymus lib. iii *adversus Rufinum* sic deridet hanc Rufini narrationem:* « O triremem, inquit, locupletissimam, quæ Orientalibus et Ægyptiis mercibus Romane urbis ditare venerat paupertatem!

*Tu maximus ille es,*

*Unus qui nobis scribendo restitus rem.*

Ergo nisi de Oriente venisses, eruditissimus vir hæretor adhuc inter mathematicos, et homines Christiani, quid contra fatum dissererent, ignorarent. *¶ Eminentissimus cardinalis Norisius Dissert. histor. de synod. v., cap. 13*, ut aperti mendacii Rufinum arguat, objicit in hoc Apologetico libello quem sub nomine Pamphilī martyris edidit, nihil probatum legi contra mathematicos vel fati assertores; sed tantum de Patre, de Filii aeternitate, de Spiritu sancti divinitate, de Verbi incarnatione, ac Christo Domino, de peccatis damnatorum, etc.

« Quodnam igitur, inquit, opus contra mathematicos Pamphilus scripsit? » Sed responso facilis est. Ut enim darem in primo *Apologie* libro nihil contra mathematicos fuisse, at cæteros forte libros sequentes, in quibus alieni forsitan fati assertores confutabantur, Latine reddere in animo erat Rufino, quem ab hoc labore deterruit solus Macarius libros *Περὶ ἀρχῶν* videndi cupidus. Hic enim, teste Rufino lib. I *Apologie adversus Hieronymum*, lecta libri primi *Apologetici* versione, « majori desiderio accensus est ad ipsa illa plenius cognoscenda, e quibus pauca illa, quæ » transtulerat Rufinus, « videbantur assumpta. » Translationem itaque librorum *Περὶ ἀρχῶν* aggredi coactus est Rufinus.

III. Hieronymus, codicis Græci, quem a Rufino mutuatus erat, titulo fidem adhibens, primum crediderat *Defensionem Origenis* sub nomine Pamphili vulgatam, opus esse diversum a sex Pamphili et Eusebii libris pro Origene elaboratis, propriumque solius Pamphili, sed hac postmodum Pamphilo detracta, unum esse ac eundem solius Eusebii factum acriter contendit. « Nunc tantum, » inquit lib. II *adversus Rufinum*, « tuis assertionibus obviasse sufficiat, et hoc breviter prudentem instruxisse lectorem, me istum librum, qui sub nomine Pamphili serebatur, vidisse primum scriptum in codice tuo; et quia non erat mihi curæ quid pro heretico diceretur, sic semper habuisse, quasi diversum esset opus Pamphili et Eusebii: postea vero, quæstione mota, scriptis eorum respondere voluisse, et ob hanc causam legisse quid pro Origene unusquisque sentiret; perspicueque deprehendisse, quod primus liber sex voluminum Eusebii ipse esset, qui unus sub nomine Pamphili a te editus est tam Græce quam Latine, immutatis duntaxat sensibus de Filio et Spiritu sancto, qui apertam blasphemiam preferabant. Unde etiam ante annos ferme decem, cum Dexter amicus meus, qui præfecturam administravit prætorii, me rogasset ut auctorum nostræ religionis ei indicem texerem, inter ceteros tractatores posui et hunc librum a Pamphilo, ita putans esse ut a te et a tuis discipulis fuerat divulgatum. Sed cum ipse dicat Eusebius Pamphilum nihil scripsisse, exceptis brevibus epistolis ad amicos, et primus liber sex voluminum illius eadem et eisdem verbis contineat quæ sub nomine Pamphili a te dicta sunt, perspicuum est te idcirco librum hunc disseminare voluisse, ut sub persona martyris heresim introduceres. » Idem narrat lib. III *adversus Rufinum*: « De Pamphili libro non ridiculosa, ut tu scribis, sed ridicula mihi forte res accidit; ut postquam Eusebii assuerim esse, non Pamphili, ad extremum dixerim, etiam me annos plurimos hoc putasse, quod Pamphili fuerit, et a te exemplar hujus voluminis mutuatum . . . . De tuo codice quasi Pamphili exemplar accepimus. Credidi Christiano, et credidi monacho: non putavi tantum se

Aleris a te posse consingi. Postea vero per interpretationem tuam quæstione contra Origenem toto orbe commota, in querendis exemplaribus diligentior fui, et in Cæsariensi bibliotheca Eusebii sex volumina reperi *Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὁριζέρους*. Quæ cum legisset, primum enim librum deprehendi, quem tu solus sub nomine martyris edidisti, de Filio et Spiritu sancto in bonam partem plerisque blasphemias commutatis. » Idem habet lib. I *Apologie adversus Rufinum*: « Sex libros, ut ante jam dixi, Eusebius Cæsariensis episcopus, Arianus quondam signifer factionis, pro Origene scripsit, latissimum et elaboratum opus, et multis testimoniosis approbatum Origenem juxta se catholicum, id est, juxta nos Arianum esse. Horum tu primum librum vertis sub nomine martyris . . . paucisque testimoniosis de Filio Dei et Spiritu sancto commutatis, que sciebas displicitura Romanis, cætera usque ad finem integræ dimisisti. » At vero sanctus doctor, qui constanter locis modo citatis asseverat librum hunc a Rufino Latine translatum, esse primum sex voluminum Eusebii *Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὁριζέρους*, contrarium omnino, nempe sexti libri esse principium, cætera vero membra a Didymo vel ab altero quolibet addita fuisse dicere videtur sub finem epist. 41, alias 65, ad Pammachium et Oceanum: « Sexti libri Eusebii super *Origenis Defensione* principium usque ad mille ferme versus liber iste, qui Pamphili dicitur, continet, et in reliquis scriptor eiusdem operis profert testimonia, quibus nitiuit approbare Origenem fuisse catholicum. Eusebius et Pamphilus tantam inter se habuere concordiam, ut unius animæ homines putes, et ab uno alter nomen acceperit. Quomodo igitur inter se dissentire potuerunt, ut Eusebius in toto opere suo Origenem Ariani probet dogmatis, et Pamphilus Nicænæ synodi, quæ fuit postea, defensorem? Ex quo ostenditur vel Didymi, vel cujuslibet alterius esse opusculum, qui, sexti libri capite detruncato, cætera membra sociari. » Ut tollatur aperta verborum repugnantia, eminentissimus cardinalis Noristius *Dissert. historica de synodo quinta*, cap. 15, eam rejicit in amanuensium errorem, qui cum in hoc ad Pammachium et Oceanum epistola legerent abbreviatas hasce notas: « vi lib. Eusebii super *Origenis defensione* principium, sexti libri Eusebii reddiderunt, cum « sex librorum Eusebii super *Origenis defensione* principium, » scribere debuissent. Sic etiam paulo post legentibus: « qui vi lib. capite detruncato, non exscriendum eis erat, « sexti libri, » sed, « sex librorum. » Quod autem addit Hieronymus, « vel Didymi, vel cujuslibet alterius esse opusculum, qui, sex librorum capite detruncato, cætera membra sociari, » non ita accipendum est, quasi velit *Apologiam pro Origene* a Rufino sub nomine Pamphili editam, revera esse Didymi; sed explicandum istud est ex alio loco supra allato e lib. III *Apologia adversus Rufinum*, ubi postquam

o per interpretationem tu

*contra Origenem* toto orbe commota, in quaerendis exemplaribus diligentior fui, et in Casariensi bibliotheca Eusebii sex volumina reperi 'Απολογίας ὑπὲρ θρησκευῶν. Quae cum legisset, primum eum librum deprehendi quem tu solus sub nomine martyris edidisti, de Filio et Spiritu sancto in bonam partem plerisque blasphemias commutatis, » addit: » Et hoc vel Didymum, vel te, vel alium fecisse nescio quem, quod tu apertissime in libris Ηερὶ ἀρχῶν fecisse convinceris. » Id ergo unum utrobique sibi vult Hieronymus, vel Didymum, vel Rufinum, vel alium nescio quem in bonam partem tam Graeco quam Latine plerasque blasphemias commutasse quae in Eusebii textu comparebant. Quod utrum verisimile sit, mox indagare tentabimus.

IV. Jam vero ut probet Hieronymus Apologeticum istum libellum pro Origene, non Pamphili, sed solius Eusebii esse, haec sunt ejus argumenta: 1° « Si isto Pamphili liber est, » inquit lib. 1 *Apolog. advers. Rufinum*, « de sex libris qui erit primus Eusebii? » Responsio facilis est. Erit primus Pamphili simul et Eusebii; 2° instat ibidem: « In ipso volumine, quod tu Pamphili simulas, sequentium librorum facta mentio est. In secundo quoque et reliquis dicit Eusebius quod in primo libro antea dixerat, et quod eadem repetere non debeat. » Nulli in libro primo de ceteris mentionem fieri reperimus: sed esto in Graeco facta fuerit, quid mirum? Nempe quinque priores a Pamphilo simul et Eusebio collata opera fuerant elaborati; 3° pergit ibidem: « Si totum opus Pamphili est, cur reliquos libros non transfers? » Scilicet obfuit Macarii desiderium, ut jam diximus: vel potius nulla alia videtur fuisse causa, quam quod Rufini codex unicum hujus *Apologiae* librum primum sub nomine Pamphili martyris continuaret. Certe lib. 1 *advers. Rufinum* fateatur ipse Hieronymus se « istum librum, qui sub nomine Pamphili forebatur, vidisse primi scripsisse in codice Rufini, et quia non erat ei curie quid pro heretico diceretur, sic semper habuisse quasi diversum esset opus Pamphili et Eusebii; » et lib. 19 sic se a Rufino « exemplar hujus voluminis, » (non sex voluminum) fuisse « matutinum; » 4° Objicit Hieronymus nihil proprii operis Pamphili scriptissime. Et ipse quidem proprii operis, » inquit lib. 1 *advers. Rufinum*, « nihil omnino scripsit, exceptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat (3), in iunctum se humiliante disjecerat. Venerum autem tractantes scriptorum legebat studiissime, et in eorum meditatione jugiter versabatur. Defensio Origene, et laudatio Pamphili dicti Pamphili nihil omnino scriptissima, nec proprii quidquam considerissa sermonis: et hoc dicit, quoniam Pamphili martyris ecclesia, ne habeat suffragium post editus ad Eusebii libris hoc Pamphili scriptissime. » Sed nolam hic proponam facile possum a Rufino scire. Quinque propositum Pamphili opus Apologeticum illi

A dici non debuit, quem alterius, nempe Eusebii, opera adjutus elaboravit. Huc adde quod totus ille constat locis Origenis ex variis ejus operibus excerptis, si modo excepitis initium, quod aliquo modo nihil aliud est quam epistola ad confessores ad metalla damnatos: ac proinde potest inter Pamphili epistolas locum obtinere; 5° « Date, » inquit Hieronymus epist. 65, ad Pammachium et Oceanum, « quodlibet aliud opus Pamphili. Nusquam reperi-  
tis. Hoc unum est. Unde igitur scismus quod Pamphili sit? Videlicet stylus et saliva docere ne posse-  
terit? » E stylo quidem nos hodie dijudicare non pos-  
sumus an Pamphili opus sit; verum id facile erat  
is, quibus illud cum ejus epistolis, quae adhuc su-  
pererant, conferre integrum erat. Ipse Hieronymus,  
qui id ipsum profecto contulit, asserere non ausus  
est eundem esse libri hujus Eusebiique stylum; et  
reipsa ab Eusebii saliva paululum diversus abire  
videtur.

B V. Objicit preterea Hieronymus lib. 11 *advers. Rufinum*, virum doctissimum Eusebium (doctissi-  
mum, non catholicum) « per sex volumina nihil aliud agere, nisi ut Origenem suæ ostendat fidei, id est Arianæ perfidiae; » nullum ergo hujus operis partem ad Pamphilitum martyricu pertinere, cuius fidem probat Ecclesia. Eadem repetit locis supra citatis, et alibi passim, unde concludit librum sub Pamphili nomine editum, ab aliquo in Trinitate catholicæ fuisse emendatum, qui plerasque blasphemias de Filio et Spiritu sancto tam Graece quam Latine in bonam partem commutari. « Sed fidem hic Hieronymo habendam non esse validissimis ar-  
gumentis evinci potest (inquit Ballus *De Filiis τοῦ ἀριστού*, cap. 9, art. 20). Nam: 1° Photius codice ex viii testatur se in Graeco legisse Pamphili martyris et Eusebii libros sex, in quibus nulla Ariana perfidiae vestigia nota: severus ille censor, qui aliqui in aliorum scriptis constanter solet minima-  
que reprobare, que vel speciem Arianismi pre se ferant; 2° idem Photius cod. cxviii veterem quendam auctorem anonymous commemorans qui Apologem ibidem pro Origene conscriperat, ali-  
auctorem illum in *Apologia sua pro Origene* quan-  
que sententias pugnasse auctoritate non aliorum  
C antiquiorum scriptorum, tunc impressum Pamphili martyris et Eusebii Casariensis. Melius illi, inquit, tunc Eusebii Arianus. Haec quod est opus pugnat in-  
iquidem: nam in Eusebii, id est, et per eiusdem vero Pamphili martyri testimoniis et Eusebii, et in iunctum noli videatur anonymous illum eundem processus cum Pamphili et Eusebii Origene ad defendendi re-  
sonem accutum esse. Numquid vero Arianus fuit apologista? Nihil minus. Num ipse Photius, qui aliqui plerasque Origenes errores illi tribuit, dis-  
sentie dicit, quod τοῦ τοις τριηγών τόπος τὸν τοῦ  
D Empereorū λέγεται: et de S. Trinitate nihil errantium affert. Quomodo autem Origene defendit auctor?

et Euseb. lib. 19 *de vita Pamphili*.

Φησὶ δὲ, inquit Photius, καὶ περὶ τοῦ Ὀριγένους μηδὲν αὐτὸν κατὰ δόξαν ἐσφάλωαι περὶ τῆς Τριάδος· « quin etiam hoc asserit de Origene, nihil eum quod quidem ad dogma de Trinitate attinet, errasse. » Ait mox Photius scriptorem illum quindecim capita Origeni objecta, quorum tria prima, decimum tertium et ultimum ad articulum de Trinitate pertinent, probasse διαβολᾶς εἶναι, ἐκ τῶν τοῦ αὐτοῦ ἔχοντος συγγραμμάτων ποιούμενον τοὺς ἐλέγχους· « meras esse calumnias, ex ipsiusmet (Origenis) scriptis allatis argumentis. » Eamdem plane rationem ac methodum servat *Apologia* sub Pamphili nomine a Rufino edita. Sane ex his illud saltem efficitur, a Graeco scriptore veteri qui in articulo de S. Trinitate, vel Photio judice, catholicus fuit, alata fuisse ex ipsis Origenis scriptis, prout tum B Graecē extarent, testimonia, quæ catholicum pariter fuisse in eodem articulo Origenem ostenderent, atque hoc fecisse auctorem illum Pamphili martyris et Eusebii exemplo, eorumque vestigiis insistentem. » 3<sup>o</sup> Verisimile non est jam tum ad Arianam hæresim defecisse Eusebium, cum in gratiam Origenis scriberet. Quis enim credit, si jam tum fuisse Arianus, id se sibi probandum suscepisse ab Origene statul « quod æqualis sit Trinitas : quod non purus homo, sed divinae naturæ sit Christus : quod extra ulla initium sit generatio Filii-Dei : quod non sit Pater antequam Filius, sed coæternus sit Filius Patri : quod non per prolationem natus sit Filius : quod inseparabilis sit a Patre : quod eadem sit inconvertisibilitas Patris, et Filii, et Spiritus sancti : quod sicut Pater novit initia omnium et fines, sic et Filius, sic et Spiritus sanctus : quod ex Deo Patre natus sit Filius, ac unius et ejusdem cum Patre substantie; alienus vero a substantiis creaturarum, » etc., quæ e diametro hæresi Arianae adversantur? Quis sibi persuadeat eum, dum præclarissima illa Origenis testimonia excerpteret unde Arianus error confuditur, Ariana ipsis infersisse? 4<sup>o</sup> Invicte demonstrat doctissimus noster dominus Prudentius Maran in suo *De divinitate Christi* lib. iv, cap. 14-16, et alibi passim, Arianae hæresi nullatenus favere Origenem (4), sed e contrario scriptorem catholicum acerrimumque sacri de Trinitate dogmatis defensorem haberi debere; et quæ objiciuntur, aut ficta esse et ab eo aliena, aut partim præclarissimam habere sententiam, si recte interpreteris, partim non incommodam, si cum aliis ejus principiis apte concilias. Quomodo igitur Eusebius in præstantissimis illis contextibus, quibus Origenis doctrinam an Ariana labe vindicat, approbare potuisset ipsum Origenem fuisse Arianum? Quas blasphemias infersisset, si nihil sit in Origene quod ad hæresim Ariana trahi merito queat? Ceterum dato, non autem concesso, Apologeticum libellum sub nomine Pamphili a Rufino editum, Ariano veneno in textu Graeco infectum

A fuisse, nunquid inde sequeretur non fuisse martyris Pamphili? Minime omnium, vel ipsomet Hieronymo judge. « Sed concedamus ex superfluo » inquit epist. 65, ad Pammachium et Oceanum, « ut Pamphili sit; sed necdum martyris. Ante enim scripsit quam martyrium perpeteteret. Et quomodo, inquires, martyrio dignus fuit? Scilicet ut martyrio deleret errorem, ut unam culpam sanguinis sui effusione purgaret. Quanti in orbe martyres, antequam cæderentur, variis subjacuere peccatis! » Quibus verbis tanquam suffragio utitur Hieronymus, ut si minus fidem famamque Rufini elevaret, saltem Pamphili martyris, quem hujus *Apologiae* auctorem non omnino diffiteri andet, auctoritatem minueret. Sed eo infirmius ejus est argumentum, quod tormenta plurima prius passus esset Pamphilus, quam scriberet; adeoque jam tunc vere erat martyr, secundum vulgarem ejus temporis loquendi modum. Hieronymo autem sic respondet Rufinus *Invect.* lib. ii : « Si in tantum volebas audere, ut martyrem reprehenderes, dicta ipsa, quæ tibi videbantur reprehensibilia, in medium proferre debueras; et tunc unusquisque legentium vidisset quid ibi esset absurdum, quid consequens, quid iniquum, quid certe contra apostolicas regulas: sed tantum nescio quis impietas, pro quo, ut dicis, expiando sanguinem suum fuderit martyr. Ipsa illa verba si legeret, jam non tua, sed sua sententia, aut errasse martyrem, aut nomine martyris absurdam et impianam conscriptionem ab alio diceret esse compositam. Nunc vero sciens quia si legantur ea quæ reprehendis, nota retorquebitur in eum qui culpat injuste, ea quidem quæ reprehendis non profers. » Et reipsa nihil nisi generatim protulit Hieronymus adversus hanc *Apologiam*. Imo promiserat lib. ii *adversus Rufinum*, se in sequentibus contra ipsam scripturam, si dictandi spatium esset, nec tamen quidquam scripsisse novimus, quamvis plures annos postea vixerit.

D VI. Sed tamen ut Hieronymum cum scipso concilium, non inficias ierim videri quidem Pamphilum et Eusebium in *Defensione* illa quedam attulisse ex Origene testimonia, quibus voculae et dicta nonnulla admista essent, quæ catholicis auribus Hieronymi aestate minus placuerunt, utpote ab Arianis tum ad hæresim suam propagandam usurpata: quas voculas, vel quæ dicta propterea resecuisse videtur a sua versione Rufinus, et quibusdam additis, quibusdam detractis emollisse, ut catholicam doctrinam verbis plane catholicis traderet. Quod innuere videtur ipse Rufinus, cum in epilogo ad translationem suam ad Macarium ait se « *Apologeticum* sancti martyris Pamphili, prout potuit, vel res poposcat, Latino sermone digessisse. » Hujusmodi refectionis etiamnum vestigium exstat. Pamphilus hujus *Apologiae* cap. 4, *De Spiritu sancto*, testimonium adducit e cap. 5 libri 1, *Περὶ ὀρθῶν*, cuius fra-

(4) Vide infra notas in *Origenian.* lib. ii, cap.

gmentum Græcum exhibet imperator Justinianus ad calcem epistole ad Menam, quod non parum erimuntur ipse Justinianus, Athanasius in *Matth.* XII, 32; Theophilus in *epist. 1 paschali*; Hieronymus in *epist. ad Avitum*, et Photius *Biblioth. cod. VIII*. En tibi ipsamet verba : "Οτι δηλων θεδε κατ Πατηρα συνιχων τα πάντα φθάνει εἰς ἔκαστον τῶν ὄντων, μεταδίδοντες ἔκαστων ἀπὸ τοῦ ἰδίου τὸ εἶναι· ὃν γάρ ἐστιν. Ἐλάττων δὲ πρὸς τὸν Πατέρα δηλώντας φθάνων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά· δεύτερος γάρ ἐστι τοῦ Πατρός· ἐτι δὲ ηὗτον τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἄγιους δικαιούμενον. Οὔτε κατὰ τοῦτο μείζων ἡ δύναμις τοῦ Πατρὸς παρὰ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον. Πλέον δὲ τὸν Υἱὸν παρὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἄγιου Πνεύματος ἡ δύναμις παρὰ τὰ ἄλλα ἄγια. » Quod Deus quidem et Pater omnia continens ad unumquemque pervenit, esse unicuique impertiens de suo: ipse enim est qui est. Quod vero preter Patrem Filius ad sola rationabilia pervenit, est enim secundus a Patre: adhuc autem minor Spiritus sanctus ad solos sanctos pertinet. Ita ex hoc major est potestas Patris, quam Filii et Spiritus sancti. Amplior item potestas Filii præ Spiritu sancto; ac rursus præstantior sancti Spiritus virtus, quam aliorum sanctorum entium. » Hæc, quamvis duriuscula prima fronte videantur, si quis tamen ad mentem potius Origenis quam ad verba attenderit, sanum recipient sensum, et ab ipsomet Huetio excusantur *Origenianorum lib. II. cap. 2, quæst. 2, num. 27 et 28*. Ibi enim agitur de ratione principii, fontis et originis. Sed ea Rufinus, quia sua ætate minus placebant, quibusdam additis, quibusdam resectis, ita et in hac *Apologia*, et in libro *¶ Περὶ ἀρχῶν* emollivit: « Arbitror igitur operationem quidem esse Patris et Filii tam in sanctis quam in peccatoribus; in rationabilibus hominibus, et in multis animalibus; sed et in his quæ exanima sunt, et in omnibus omnino quæ sunt: operationem vero Spiritus sancti nequamquam prorsus incidere vel in ea quæ exanima sunt, vel in ea quæ animantia quidem, sed muta sunt: sed ne in illis quidem inveniri qui rationabiles quidem sunt, sed in malitia positi, nec omnino ad meliora conversi. In illis autem solis arbitror esse opus Spiritus sancti, qui jam se ad meliora convertent, et per vias Jesu Christi incedunt, id est, qui sunt in novis actibus incéderentes, et in Deo permanentes. » Vix dubium est quin ad hunc contextum, et ad paucos quosdam fortasse similes attenderit Hieronymus, cum ait *Rufinum plerasque blasphemias, quæ de Filio et Spiritu sancto in Eusebii textu comparebant, detraxisse, et in bonam partem commutasse*. Forsitan dicas fieri posse ut Pamphilus et Eusebius, nondum quæstionibus de Filio et Spiritu sancto tantopere sua ætate agitatis, clariores expressioresque Origenis de Trinitate contextus non extraxerint, quorum loco alios expressius consubstantialitatem probantes Rufinus forte substituerit. Atque id quidem indicare videtur Hieronymus

A lib. i *advers. Rufinum* his verbis: « Paucisque testimoniis commutatis, quæ sciebas displicitura Romani, cætera (libri primi Eusebii) usque ad finem integra dimisisti. » Idem apertius innuit in epistola ad Pammachium et Oceanum. Imo vix continere se potest in hac eadem epistola, quin ab alio quolibet scriptore quam Eusebio, scilicet vel Didymo, vel ipsomet Rufino, totum hunc librum dicat fuisse compositum. « Porro, inquit, quod Pamphilum proferunt laudatorem ejus (Origenis), gratias illis ago meo nomine, quod dignum me putaverunt, quem cum martyre calumniarentur. Si enim ab iniurieis Origenis libros ejus dicitis esse violatos ut infamerentur, quare mihi non licet dicere ab amicis ejus et sectatoribus compositum esse sub nomine Pamphili volumen, quod illum testimonio martyris ab infamia vindicaret? Ecce vos emendatis in Origenis libris quod ille non scripsit; et miramini si edat aliquis librum, quem ille non edidit? Vos in edito opere potestis redargui: ille qui nihil aliud edidit, facilius patet calumniæ. Date quodlibet aliud opus Pamphilii. Nusquam reperietis. Hoc unum est. Unde igitur sciām, quod Pamphilii sit? Videlicet stylus et saliva docere me poterit? Nunquam credam quod doctus vir primos ingenii sui fructus quæstionibus et infamiz dedicarit. . . Unum nunc proferam, cui contradicere vel stulti sit, vel impudentis. Sex librorum Eusebii super *Origenis Defensione* principium usque ad mille versus liber iste, qui Pamphilii dicitur, continet, et in reliquis (versibus) scriptor ejusdem operis profert testimonia, quibus nititur approbare Origenem fuisse catholicum. Eusebius et Pamphilus tantam inter se habuere concordiam, ut unius animæ homines putemus, et ab uno alter nomen acceperit. Quomodo igitur inter se dissentire potuerunt, ut Eusebius in toto opere suo Origenem Ariani probet dogmatis, et Pamphilus Nicænæ synodi, quæ fuit postea, defensorem? Ex quo ostenditur vel Didymi, vel cuiuslibet alterius esse opusculum, qui sex librorum capite detruncato, cætera membra sociari. » Verum sibi non constat Hieronymus. Nam contrarium omnino statuit lib. ii *adversus Rufinum*, ubi testatur primum Eusebii librum eadem et iisdem verbis continere quæ sub nomine Pamphilii a Rufino edita sunt, et Rufinum sensus duntaxat de Filio et Spiritu sancto immutasse seu pervertisse, qui apertam blasphemiam præferebant. « Perspicueque » deprehendi, inquit, « quod primus liber sex voluminum Eusebii ipse esset, qui unus sub nomine Pamphilii a te editus est tam Græce quam Latine, immutatis duntaxat sensibus de Filio et Spiritu sancto, qui apertam blasphemiam præferebant. . . Et cum primus liber sex voluminum illius (Eusebii) eadem et iisdem verbis contineat quæ sub nomine Pamphilii a te dicta sunt . . . cumque de hoc ipso libro, quem Pamphilii simulacra, multa perverteris, et aliter in Græco, aliter in Latino sit, » etc. Sensus duntaxat ait Rufinum pervertisse, nimirum verbula quædam, quæ Hiero-

nymus in malam partem trahebat, quibusdam ad-ditis, quibusdam resectis, ad bonam convertisse; non integros contextus substraxisse et alios substi-tuisse. Et hanc esse Hieronymi mentem intelligitur ex lib. ii *adversus Rufinum*, ubi ait vel Didimum, vel Rufinum, vel alium nescio quem in bonam par-tent tam Graece quam Latine plerasque blasphemias commutasse, quae in Eusebii textu comparebant. Quod non aliud significat quam quae blasphema Hieronymo videbantur, solo verborum sensu immu-tato, ad catholicum sensum adduxisse. Rem enim aliquam in bonam partem commutare, est ipsam eamdemque rem, quae mala vel erat, vel esse vide-batur, ad bonum convertere. Res cadem permanet; status rei non idem.

VII. Sed necdum his contentus quae supra objecit Hieronymus ad *Apologiam* hanc sancto martyri Pamphilo abjudicandam, iterum instat lib. ii *advers. Rufinum* his verbis: « Quamvis de Eusebii libro multa substraxerit, et in bonam partem de Filio et de Spiritu sancto nisus sit commutare, tamen multa in illo scandala reperiuntur et apertissimae blasphemiae, quae iste sua negare non poterit, catholicam esse pronuntians. Dicit Eusebius, imo, ut tu vis, Pamphilus in isto volumine Filium Patris ministrum; Spiritum sanctum non de eadem Patris Filiique substantia; animas hominum lapsas esse de coelo, et in hoc quod sumus de angelis commutati, in restitutione omnium aequales et angelos, et dæmo-nes, et homines fore, et alia tam impia et nefaria, quae etiam replicare sit criminis. » Verum hic sanctus doctor sibi ipsi aperte adversatur. Tantum enim abest ut aliquem de Trinitate errorem in ea Rufini interpretatione repererit, ut Pamphilum e contrario asserat Nicenæ synodi, quae fuit postea, per eam ostendit defensorem, et inde concludat ab aliquo in Trinitate catholico opus illud fuisse emendatum. Sic enim ait sub finem epistole 65 ad Pam-machium et Oceanum: « Sex librorum Eusebii super Origenis *Defensione* principium usque ad mille ferme versus liber iste, qui Pamphilus dicitur, continet, et in reliquis scriptor ejusdem operis profert testimonia quibus ntititur approbare Origenem fuisse catholicum. Eusebius et Pamphilus tantam inter se habuere concordiam, ut uniusanimæ homines potes, et ab uno alter nomen acceperit. Quomodo igitur inter se dissentire potuerunt, ut Eusebius in toto opere suo Origenem Ariani probet dogmatis, et Pamphi-lus Nicenæ synodi, quae fuit postea, defensorem? Ex quo ostenditur vel Didymus, vel cuiuslibet alterius esse opusculum, qui, sex librorum capite de-truncato, cætera membra sociari. » Nullam ergo haeresim in ea Rufini interpretatione, nullum scandalum, nullamve blasphemiam tunc reperiebat Hieronymus. Exstant quoque duo testimonia ubi Filius Patris minister dicitur: sed illud blasphemum dici

<sup>\*\*</sup> Ephes. iv, 30.

(5) *Origenian.* lib. ii, quæst. 14, num. 46.

A nolim, quod ante et post concilium Nicenum ca-tholice dictum est; quod Theophilus Antiochenus, quod Justinus, quod Irenaeus, quod Orientales in exemplo fidei contra Photinum, quodque Hilarius et Athanasius Arianae heresis acerrimi impugnatores, eo sensu quo Origenes, dixerunt, ut infra vide-bimus in *Origenian.* lib. ii, cap. 2, quæst. 2, num. 14. Quod autem ait Hieronymus, Spiritum sanctum in eo volumine non de eadem Patris Filiique sub-stantia dici, id nusquam hodie reperitur, nec tamen inde concludendum reor, quemadmodum conjicit Huetius (5), ea fuisse a Rufino erasa, quo omni-quærela ansam præcideret. Nonquid enim Rufinus, qui in illo ipso libro religiose proflitetur, « quod sancta Trinitas coæterna sit, et unius naturæ, unusque virtutis et substantiæ, » atque aliter do-centi mathema denuntiat, adeo stupidus esse potuit ut tam spissam blasphemiam in sua translatione poneret, et absque monitore Hieronymo non ani-madverteret? Deinde, si eam e codicibus suis ex-punxit, unde igitur evenit ut nullum ejus operis exemplar hodie extet, in quo blasphemia illa reperiatur? Nam longe lateque dispersa fuerant Rufiniana ver-sionis exemplaria, antequam illud objiceret Hiero-nymus. Num verisimile est Rufinum potuisse omnes illos priores codices sive supprimere, sive emenda-re? « Quid igitur dicendum? Det mihi lector æquus conjectandi veniam, inquit Bullus *Defensionis fidei Nicenæ de Filii τῷ ἀρούσῃ* cap. 9, num. 21. Pamphilus prope finem *Apologiae* a Rufino verse, Origenis errorem de animarum προῦπάρχει: defen-dens, vel certe excusans, contraque eos disputans qui animarum traductionem defenderent, duo horum genera describit: alterum eorum qui, cum animas hominum ex traduce esse docereunt, primam tamen animam ex Dei esse substantia defenserent; eorum alterum, qui ex nihilo factam esse a Deo animam illam primam assererent. Adversus priores ita disserit Pamphilus: « Jam vero illi qui ex tra-duce animas venire affirmant, et simul cum corporali eas semine seminari; siquidem, ut quidam ipso-rum affirmare solent, non aliud dicunt animam esse, quam insufflationem Spiritus Dei, illam scilicet, quam in initio factorie mundi Deus insufflasse dicitur in Adam, de ipsa Dei esse eam substantia profiten tes; quomodo non et isti videbuntur quodammodo haec præter Scripturæ regulam et rationem pie-atis asserere, quod substantia Dei est? » Vix du-bitu quin ex his verbis istam Pamphilo columniam struxerit Hieronymus. Quippe cum veterum multis sensit Hieronymus, spiraculum vita, quod Deus primo homini insufflasse dicitur, fuisse ipsum Spi-ritum sanctum eidem homini una cum anima ejus infusum. Sic in *Commentariis* in cap. iv Epist. ad Ephesi-los, ad verba illa: « Nolite contristare Spiritum sa-cketum in quo signati estis in die redemptionis »;

hæc adnotat: « Signati enim sumus Spiritu Dei sancto, ut et spiritus noster et anima imprimantur signaculo Dei, et illam recipimus imaginem et similitudinem, ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti Spiritus, juxta eloquium Servatoris, Deo imprimente, signatur. » Ubi imaginem et similitudinem illam Dei, ad quam in ipsa sua creatione efformatus fuit homo, interpretatur signaculum Spiritus sancti: quod ideo omnino fecisse videtur, quia spiraculum vitæ, quod Deus cum primum hominem formaret, ipsi insufflasse dicitur, Spiritum suisse sanctum credidit. Hoc clarius dixit Tertullianus lib. *De baptismo*, cap. 5, ubi de regeneratione hominis, quæ per baptismum fit, sic loquitur: « Ita restituitur homo Deo ad similitudinem ejus, qui retro ad imaginem Dei conditus fuerat, etc. Recepit enim illum Dei Spiritum, quem tunc de afflato ejus suscepserat, sed post amiserat per delictum. » Hinc igitur factum videtur, ut ex eo quod insufflationem Spiritus Dei Pamphilus (intelligens nimirum per insufflationem, juxta cum adversariis quos refellit, nihil aliud quam ipsam hominis animam) negaret de substantia esse Dei, ipsum calumniatus fuerit Hieronymus, quasi docuisse Spiritum Dei, tertiam Divinitatis personam, de substantia Dei non esse. « Nullibi etiam comparent quæ postea reprehendit Hieronymus, scilicet « animas hominum lapsas esse de cœlo, et in hoc quod sumus de angelis commutati, in restitutione omnium æquales fore et angelos, et diabolas, et homines. » Sed hæc cum naturaliter sequantur ex præexistenza animalium, quam excusare tentat Pamphilus, inde ea, quasi si dicta fuissent, exprobrasse videtur Hieronymus.

VIII. Ex his intelligere licet quænam sit Hieronymo fides adhibenda, cum in hanc *Origenis Defensionem* tam acriter invehitur. Nullibi sibi constat sanctus doctor: ubique sibi adversatur. Hanc primum dixerat solius esse Pamphilii, postea solitus Eusebii. Modo eam Eusebio tribuit, modo vel Didymo, vel Rufino, vel alteri cuiilibet, qui, libri primi Eusebii capite detruncato, cætera membra sociarit. Modo hanc esse ait ipsummet Eusebii primum volumen, modo sextum; modo eadem et iisdem verbis in primo Eusebii libro contineri, modo ejus scriptorem de ipso Eusebii libro quædam immutasse; modo sensus duntaxat immutasse, modo ipsa testimonia subtraxisse, et alia substituisse; modo pauca, modo multa; modo denique in ipsa Rufini Latina interpretatione multa etiamnum scandala, et apertissimas blasphemias reperiri, modo Pamphilum Nicænæ fidei per eam ostendi defensorem. Undeque sese versat sanctus doctor, omnia movet ne liber hic Pamphilii sit. Atqui tamen non poterat ignorare ipsum Eusebium, cuius scripta

(6) Φασὶ δὲ αὐτὸν, etc. Cum dicat Eusebius *Hist. eccles.* lib. vi, cap. 59, Origenem et Decio et tormentis suisse superstitem, cuius rei testes appellat ipsius Origenis epistolas post Decium scriptas;

A assidue versaverat, in suo *Histor. eccles.* lib. vi, cap. 53, aperte testari a se et a sacrosancto martyre Pamphilo *Apologeticum* pro Origenis defensione communis studio atque opera junctim suis elaboratum, adeoque *Apologiam* hanc sub nomine Pamphili a Rufino editam, quam esse fatetur Hieronymus ipsummet Eusebii primum volumen, esse Pamphili simul et Eusebii. Videtur ergo Hieronymus ideo eamdem soli Eusebio ascripsisse, quia Rufinus, cui tunc temporis quo hæc scribebat non minus quam Origeni erat infensus, soli Pamphilo ascriperat; et ideo Eusebio soli iterum ascripsisse, ut eam Ariana peste esse infectam facilius persuaderet, Rufinique fidei et auctoritati certius derogaret. Sed nihil proficit sanctus doctor contra auctoritatem ipsius Eusebii, Socratis, anonymi a R. P. Lupo editi, Photii, et cæterorum, qui hanc Pamphilo simul Eusebiorum adjudicant; et satis nobis est præcipuum operis auctorem Pamphilum ab Eusebio et Photio agnoscere, ut nullas in eo blasphemias existentes judicemus.

IX. Restat jaio ut aliquid de cæteris quinque deperditis libris dicamus. Socrates in eo contextu quem supra attulimus ex ejus *Hist. lib. iii, cap. 7*, desumptum, ait Pamphilum et Eusebium simul junctos vitam Origenis in ea *Apologia conscrissemus*. et ibi ostendisse Origenem, qui in omnibus libris suis Christum hominem factum anima prædictum esse agnoscit, specialiter in nono tomo *Commentariorum in Genesim*, ubi Adamum quidem Christi, Evam autem Ecclesiæ typum gerere pluribus assertuerit, non primum in hoc argumento versatum esse, sed Ecclesiæ traditionem esse interpretatum. Quod post Socratem repetit Nicephorus *Hist. l. x, cap. 14*. Docet etiam Eusebius *Hist. lib. vi, c. 23*, se in secundo hujus *Apologia* libro exposuisse qui motus ordinationis Origenis causa fuerint concitat, et quæ super iisdem motibus a præsulibus Ecclesiæ constituta sint; et quæcunque alia vigens ipse Origenes ac florens in prædicatione verbi divini contulerit. Τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ περὶ αὐτοῦ κεκινημένα· τὰ τε ἐπὶ τοῖς κινηθεῖσι δεδογμένα τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶσιν· ὅσα τε ἀλλα ἀκμάζουν περὶ τὸν θεῖον εἰσενήνεκται λόγον, ἴδιας δεόμενα συντάξεως, μετρίως ἐν τῷ δευτέρῳ ής ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιημέθα ἀπολογίας, ἀνεγράψαμεν. Quæ omnia confirmat Photius *Biblioth. codice cxviii*, his verbis: Φασὶ δὲ τὸν Όριγένην ἐν τοῖς κατὰ Σευῆρον διωγμοῖς γράψατε Λεωνίδη πατρὶ, ἐπαλείφοντα πρὸς τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον, ὃν καὶ καλῶς δραμέντες τῶν βραβείων τυχεῖν ἔξεγένετο· καὶ αὐτὸν δὲ ἀποδύσασθαι σπεῦσαν πρὸς τὸ τῶν ἀγωνισμάτων στάδιον, τὴν δὲ μητέρα καὶ ἀκοντα δυνηθῆναι τῆς δρμῆς ἐπισχεῖν· καὶ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐν ἐπιστολῇ οἰκεῖος ἐπισημανεται. (6) Φασὶ δὲ αὐτὸν, ὃ τε Πάμφιλος

vel nondum viderat illas epistolas quando in hæc *Apologia* una cum Pamphilo scribebat Origenem in persecutione Decii vitam celebri martyrio finivisse; vel inconsulto Eusebio solus hæc scripsit Pamphi-

μάρτυς, καὶ ἔτεροι πλείστοι, οἵτινες ἀπ' αὐτῶν τῶν ἑωρακότων Ὀριγένην τὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἡχριθώσαντο, διαδοήτῳ μαρτυρῷ τοῦ βίου ἐξεληλυθένται, ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας Δεκίου τὴν κατά τῶν Χριστιανῶν ὠμότητα πνέοντος. Οἱ δέ φασιν αὐτὸν ἔως Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ διαρχέσαντα, καὶ ἐξηκοστὸν ἔννατον ἦτος τῆς ἡλικίας ἄγοντα, ἐν Τύρῳ καὶ τελευτῆσαι, καὶ ταφῇ παραδοθῆναι. Ἐστιν δὲ μᾶλλον οὗτος ὁ λόγος ἀληθῆς, εἰ γε αἱ φερόμεναι αὐτοῦ μετά τὸν διωγμὸν Δεκίου ἐπιστολαὶ οὐκ ἔχουσι τὸ πλαστόν. Πλαντὸς δὲ μαθήματος ίδεαν αὐτὸν φασι καὶ μετέλθειν καὶ διδάσκειν. Τοῦτον τοίνυν τὸν Ὀριγένην, δὲν καὶ Ἀδαμάντιον ἐπονομάζεσθαι φασιν, οἵτινες ἀδαμαντίοις έσμοῖς ἐψήκεσαν οὓς ἂν δῆσεις λόγους, ἀκροατὴν καὶ διάδοχον λέγουσι γενέσθαι Κλήμεντος τοῦ Στρωματῶν, καὶ τοῦ κατά τὴν Ἀλεξανδρείαν ἐκκλησιαστικοῦ διδασκαλείου. Κλήμεντα δὲ Πανταίνου γενέσθαι λέγουσι καὶ ἀκροατὴν, καὶ τοῦ διδασκαλείου διάδοχον. Πάντανον δὲ, τῶν τε τοὺς ἀποστόλους ἑωρακότων ἀκροάσασθαι, οὐ μήποτε καὶ τίναν αὐτῶν ἐκείνων διακούσαι. Τάς δὲ κατά Ὀριγένην κινήσιες ἐκεῖθεν λέγουσιν ἐκρυπτῆναι. Δημήτριος Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπει, δες Ὀριγένην δὲ ἐπαίνων εἰχε, καὶ ἐξ τοὺς φιλάτοις συνέταπτεν. Ἄλλος Ὀριγένης ἀπαίρειν εἰς Ἀθήνας χωρὶς τῆς τοῦ οἰκείου γνώμης ἐπισκόπου, εἰς πρεσβύτερον οὐ δέον δην ἀναβιβάζεται. (7) Θεότεκνος δὲ ἦν, δὲ κατὰ Καισάρειαν τὴν ἐν Παλαιστίνῃ τὸν ἀρχιερατικὸν χειρίζων νόμον, δὲ τῆς Ὀριγένους αὐτουργὸς χειροτονίας, ἔχων συνευδοκοῦντα καὶ τὸν Ἱεροσολύμων Ἀλέξανδρον. Τρέπεται δὲ τοῦτο Δημήτριος μητρίῳ εἰς μίσος, τῷ φίλτρῳ· καὶ οἱ Ἑπαινοί, πρὸς τοὺς φίλους. Καὶ σύνοδος ἀθροίζεται ἐπισκόπων, καὶ τίνων πρεσβυτέρων, κατὰ Ὀριγένην. Ἡ δὲ, ὡς δὲ Πάμφιλὸς φησι, φημίζεται, μεταστήνας μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν Ὀριγένην, καὶ μήτε διατρίβειν ἐν αὐτῇ, μήτε διδάσκειν. Τῆς μέντοι τοῦ πρεσβυτερίου τιμῆς οὐδαμῶς ἀποκεκινῆθαit. Ἄλλος δηγε Δημήτριος ἅμα τισὶν ἐπισκόποις Αλγυπτοῖς, καὶ τῆς Ιερωσούνης ἀπεκήρυξε, συνυπογραψάντων καὶ τῇ ἀποφάσει τῶν συμψήφων αὐτῷ γεγενημένων. Φυγαδεύθεντα δὲ τὸν Ὀριγένην τῆς Ἀλεξανδρείας, Θεότεκνος δὲ Παλαιστίνης, ἀσμένως τε διάγετον ἐν Καισαρείᾳ ὑπεδέξατο, καὶ τοῦ διδάσκειν πᾶσαν ἔξουσιαν ἐνεγείρει. Καὶ τάς μὲν αἰτίας ἐξ ὧν συνέθη τὰς διαβολὰς ἐκραγῆναι τῷ Ὀριγένει, ταύτας φησι. « Αιντὶς igitur (Pamphilus et Eusebius) Origenem Severi imp. persecutione Leonidae patri scriptum misisse, quo ad martyrii curriculum eum exacueret : et sane stadium fortius decurrens ille bravium accepit. Addunt ipsummet Origenem summo studio idem certamen suscipere conatum fuisse, sed matrem impetum vel ipso invito refrenasse. Quod ipsum item epistola qualis, utpote praeципuus operis auctor; vel Photinus fortensis deceptus est martyrii verbo, quod de omnibus pro fidei veritate toleratis cruciatibus recte dicitur, quamvis ipsa non sequatur mors (eo enim sensu in Deciana strage martyrum subiisse Origenem recte potest dici); vel memoria lapsus Pamphili etiam tribuit quod ab aliis tantummodo, quos commemorat, fortasse dictum est: vel denique illud dumptaxat intelligi voluit Pamphilus, Origenem cru-

dam sua testatum reliquit. Quin Pamphilus martyr, et alii cuni eo plurimi, res Origenis ex illis ipsis qui hominem viderant, accuratis perserutati, narrant eum celebri martyrio tum vita deceisse, cum Cæsareæ Decius suam in Christianos crudelitatem effunderet. Alii tamen volunt ad Galli ac Volusiani usque tempora perdurasse, et sexagesimum nonum ætatis annum agentem Tyri mortuum, in eademque urbe sepultum (8). Quæ quidem verior narratio est, si modo germanæ sunt, quæ feruntur, epistola illius post Decii persecutionem conscriptæ. Omnes autem omnino disciplinas ipsum et percipisse, et docuisse ferunt. Hunc item Origenem, quem etiam Adamantium cognominatura ex eo tradunt, quod rationes quas colligaret, adamantinis quibusdam quasi vinculis non absimiles viderentur, auditorem fuisse Clementis ejus, qui Stromateus dictus est, ejusdemque in catechetica schola, quæ Alexandria erat, successorem. Clementem porro Pantæni fuisse discipulum, scholeque successorem: et Pantænum rursum iis usum magistris, qui apostolos vidissent: quin et illorum nonnullos audiisse. Ceterum hinc in Origenem excitatam omnem tempestatem commemorant: Demetrius Alexandria præsul Origenem multum laudans, in paucis charissimum habebat. At cum hic absque bona episcopi venia Athenas prefecturus esset, Theotecnus, Cæsareæ Palestinae archiepiscopus, secus eum quam oportere, presbyterum ordinavit, non improbatum factum hoc Alexandro Jerosolymorum episcopo. Hinc Demetrio amor in odium vertit, laudesque mox eum vituperatione committatae. Synodus insuper episcoporum coacta, et presbyterorum quorundam contra Origenem: quæ, ut Pamphilus referit, decretum fecit, Alexandria quidem pellendum Origenem, neque in ea versari aut docere permittendum; sacerdotiū tamen dignitate nequaquam submovendum. Verum Demetrius una cum Ægypti episcopis aliquot, sacerdotio quoque illum abjudicat, subscribentibus etiam edito huic, quotquot antea suffragati ei fuissent. Ita igitur Alexandria in exsilium pulsum Origenem, Theotecnus Palestinae episcopos libenter Cæsareæ et degere jussit, et de superiori loco docendi potestatem fecit. Has ille causas assert, ex quibus omnes illæ calumniæ in Origenem eruperiunt. » Præterea Eusebius Hist. lib. vi, cap. 36, dicere videtur se in sexto hujus *Apologiae* libro epistolæ, quas ad Fabianum papam et ad complures alios Ecclesiarum antistites de recta fidei sua ratione Origenes scripserat, inseruisse: Γράψει δὲ καὶ Φανιανῷ τῷ κατὰ Ρώμην ἐπισκόπῳ, ἔτεροις τε πλείστοις ἀρχούσιν Ἐκκλησιῶν, περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ciatibus ac miseriis in Decii laniana elisum, non longe postea vixisse: quod Eusebii verbis non repugnat.

(7) Θεότεκνος. Legendum videtur hic et infra, Θεότεκνος. Ita enim vocatur ab Eusebio Histor. eccles. lib. vi, cap. 27 et 46, nec non ab Hieronymo lib. De scriptor. ecclesiast., cap. 54.

(8) » De scriptor. ecclesiast., cap. 54.

δρθοδοξίας· ἔχεις καὶ τούτων τὰς ἀποδεῖξεις, ἐν Ἑκτῷ τῆς γραφεῖσης ἡμέν περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀπολογίας. Testantur etiam Socrates *Hist.* lib. iv, cap. 27, et Nicæphorus lib. xi, cap. 19, hisce libris adjunctam esse S. Gregorii Thaumaturgi *panegyricam orationem*, quam ille ab Origene discedens in ejus laudem composuit. Rufinus, ut jam diximus, lib. i *adversus Hieronymum*, dicit in hac *Apologia* agi de fato seu mathesi. *Anonymous* auctor a R. P. Lupo editus, refert Pamphilum martyrem, et Eusebium pro præexistentia et restitutione multis valde præcedentium Patrum testimoniis usos esse. Alter denique *anonymous* a Sirmundo editus sub nomine *Prædestinati*, quem alii Arnobium juniores, alii Prænatum esse existimant, in lib. i *De hæresibus*, hæresi xxii, quæ est Apellarum, ita ait: «Hos Origenes ita perfecte superavit, ut eorum causa περιβευτὴς (circitor) fieret, et per singulas quasque urbes per Orientem eundo predicaret. Et quia innumerabilia sunt tractatorum ejus volumina, hæretici superati libros ejos ad suos libitus callidissima argumentatione mutarunt, ut quos vellent decipere, dicerent ita Origenem suis Expositionibus definisse. Unde quicunque usque hodie Origenem legit, si prudenti cum novit recitatione distinguere, deprehendit loca ab hæreticis maculata. Quod ita esse sanctus Pamphilus martyr in suo *Apologeticum* declaravit. » Et hæresi xliii, postquam dixit tres fuisse Origenes, unum Syrum sceleratissimum, qui turpia docuerit, alterum qui et mortuorum resurrectionem negabat, et Christi creaturam esse Spiritum sanctum dicebat, paradisum autem et cœlos allegorice dicta esse affirmabat, hæc subjungit: «Hi duo Origenes prava quæque scripserunt. Hæretici et perversi doctores nostro Origeni catholico tractatori miscuerunt, ut adimpleretur quod dicitur a Domino in Evangelio<sup>10</sup>: *Nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo hæc sizania?* Qui respondens ait: *Inimicus homo hæc fecit.* Ideo enim Origenem legentes invenimus catholicum, et contra hæreses dinicantem et vincentem: identidem legentes Origenem invenimus hæreticum,

<sup>10</sup> Matth. xiii, 27, 28.

A et adversa fidei astruentem. Litteræ verba tradunt et sensus: si possent et facies loquentum demonstrare, errorem nullus poterat de persona doctoris incurrire. Nam et illud cavendum est, quod Amphilianus quidam hæresiarches Bythinus, qui docebat post Origenem Ecclesiam Dei, hic incurrit talem hæresem, ut dicere omnes criminosos cum diabolo et daemoniis eo usque in gehenna decoqui, usquequo puri redditio possint inde et immaculati egredi, ad hoc quod antea fuerant alieni a culpa suo iterum Creatori restitui. Ille, dum argueretur ab Ecclesia, cœpit proferre libros Origenis, quos ipse vitiaverat, et dicere: Ecce quia Origenes ita sensit, et præcipue in quatuor *Heptadysior* libris. Sed qui sani sensus est, et habet mentis splendidos oculos, B sic videt addita in Origenis opusculis mala ista, atque cognoscit, sicut in stragulo coccineo pannos albos, aut eujusque alterius coloris cernat assutos. Quod ita esse sanctus martyr Pamphilus docet, qui antequam ad martyrii coronam attingeret, irreprehensibiliter cathedram episcopatus obtinuit, et sanam doctrinam Dei populis ministravit. Ille edidit *Apologeticum*, et omnia quæ de Origenè Catholicis ignorantibus mentiuntur, exclusit, ostendens ea, quæ reprehensibilia inveniuntur in ejus opusculis, Origenis non esse, sed eorum quos ipse superaverat: alia vero, quæ tota perversa sunt, aliorum duorum hæreticorum esse, qui Origenis nomen, non fidem, nec conscientiam habuerunt. » Nescio unde ha-chauserit *anonymous* auctor, sed ex impuris ea fontibus hausisse videtur; et vereor ne qui tam inepte Pamphilum martyrem episcopali dignitate donat, ineptius etiam vel *Apologiam* quinque libris constantem anonymi illius de quo Photius *Biblioth. cod. cxvii*, vel Rufini librum *De adulteratione librorum Origenis* pro ipsa Pamphili *Apologia* habuerit. Uterque enim libros quidem Origenis ab hæreticis ait esse vitios; sed nullibi Pamphilus; nisi forte id dixerit in ceteris libris temporum injuria absumptis: de quo tamen nec Eusebius, nec Hieronymus, nec Socrates, nec Photius, nec nullus aliis vel minimum habent verbum.

## IN APOLOGETICUM S. PAMPHILI

PRO ORIGENE

RUFINI PRÆFATIO AD MACARIUM<sup>(1)</sup>.

*Cognoscenda veritatis amore permotus, o vir desideriorum Machari, (2) injungis mihi rem, quæ tibi agnitiæ*

(1) Hanc præfationem, *Apologeticum* Pamphili, ac Rufini librum *De adulteratione librorum Origenis* contulimus cum sex mss. uno Corbeiensi, hodie S. Germani a Pratis, noni saeculi; altero Regio num. 1641, decimi tertii saeculi; 3º Sorbonico; 4º S. Re-

migii Remensis; 5º S. Vitoni; 6º S. Michaelis in Periculo maris: necnon et cum iisdem mss. codicibus ad quorum fidem libros *Heptadysior* emendavimus.

(2) MSS., injungis mihi rem quam videris quantum

veritatis gratiam conferat : mihi tamen non dubito quia offendam maximam comparet eorum, qui se laicos putant ab eo qui de Origene non aliquid male senserit. Et quamvis non meam de eo sententiam, sed sancti martyris Pamphili sciscitatus sis, et librum ejus, quem pro Origene in Graeco scripsisse traditur, transferri tibi poposceris in Latinum, tamen non dubito futuros (3) quosdam qui et in eo laicos se putent, si nos aliquid pro eo vel alieno sermone dicamus. Quos tamen et ipsos deprecamur nihil presumptio vel prejudicatio animo agere : sed quoniam ad iudicium Dei venturi sumus, non refugiant scire quod verum est, (4) ne forte ignorantibus delinquent; sed considerantes quia falsis criminalibus perculere fratrum infirmorum conscientias, in Christum peccare est, ideo non accommodent criminatoibus aurem suam, nec ab alio discant alterius fidem, maxime cum coram experiri sit copia, et oris sui confessio quid vel qualiter unusquisque credit ostendat. Sic enim scriptum est, quia corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem<sup>1</sup> : et : Ex verbis suis unusquisque justificabitur, et ex verbis suis condemnabitur<sup>2</sup>. (5) Qualiter ergo Origenes de singulis capitulis sanctorum Scripturarum senserit tenor libelli hujus edoceat. De his autem quae apud eum contraria sibi inveniuntur, quid causae sit, in ultimo brevi (6) adjectione docebimus. Nos autem, sicut traditum est nobis a sanctis Patribus, ita tenemus, quod sancta Trinitas coeterna sit, et unius naturae, uniusque virtutis, atque substantiae : et quod Filius Dei in novissimo tempore homo factus est, et pro peccatis nostris passus est, et in ea ipsa carne, in qua passus est, resurrexit a mortuis, propter quod et resurrectionis spem humano generi tribuit. Carnis vero resurrectionem non per alias præstigias, sicut nonnulli calumniantur, dicimus : sed hanc ipsam carnem, in qua nunc vivimus, resurrecturam credimus ; non aliam pro alia, nec corpus aliud quam hujus carnis dicimus. Sive ergo corpus resurrectum dicimus, secundum Apostolum dicimus ; hoc enim nomine usus est ille : sive carnem dicimus, secundum traditionem Symboli constituerunt. Stulta enim adiunctio calumnia est, corpus humanum aliud putare esse quam carnem. Sive ergo caro secundum communem fidem, sive corpus secundum Apostolum dicitur quod resurget, ita credendum est sicut Apostolus definit, quia quod resurget, in virtute resurget, et in gloria ; et incorruptibile resurget et spiritale corpus<sup>3</sup> ; quia corruptio incorruptionem non possidebit<sup>4</sup>. Salvis ergo his prærogativis futuri corporis vel carnis, resurrectio carnis credenda est integre atque perfecte, ut et natura carnis eadem servetur, et incorrupti ac spiritalis corporis status et gloria non infringatur. Sic enim scriptum est : Hæc in Jerosolynis in Ecclesia Dei a sancto sacerdote ejus (7) Joanne prædicantur : hæc nos cum ipso et dicimus, et tenemus. Si quis præter hæc vel credit, vel docet, vel a nobis aliter credi quam exposuimus putat, anathema sit. Nostræ ergo fidei documentum si quis habere vult, habeat ex his. (8) Si quid autem alegimus, aut hujus nostræ fidei facimus ratione, secundum Apostolum, probantes omnia, quod bonum est obtinentes, ab omni specie mala nos abstinentes<sup>5</sup> : et si qui hanc regulam sequuntur, pax super illos et super Israel Dei. Amen<sup>6</sup>.

## APOLOGIA PAMPHILI MARTYRIS PRO ORIGENE.

### PRÆFATIO.

*Ad confessores ad metalia Palæstinae damnatos.*

Nihil mirum, fratres, videmini (9) nihil esse per-

<sup>1</sup> Rom. x, 10. <sup>2</sup> Matth. xii, 57. <sup>3</sup> 1 Cor. xv, 42 et seq. <sup>4</sup> ibid. 50. <sup>5</sup> 1 Thess. v, 21, 22. <sup>6</sup> Galat. vi, 16.

tibi agnitus veritatis gratia [al. gratia] conferat : A mihi tamen non dubito quod offendam maximam consicerat (ms. Regius, consecraret; Sorbonicus, et S. Michaelis in Pericolo maris, conferat vel congerat) eorum, etc. Deinde mss. plures, qui de Origene aliquid male senserint, male.

(3) Quosdam. Omititur in editis, sed suppletur ex mss.

(4) MSS. plerique, ne forte ignorantibus quod verum est, considerantes [al. considerantesque] quia... Et ideo, etc. Editi, ne forte ignorantibus delinquent considerantes quia... Et ideo, etc. Sed rectius ms. unus, ut in textu, nisi forte legendum sit, ne forte ignorantibus delinquent; sed considerent, [vel, considerent que] quia... Et ideo, etc.

(5) Sic ms. Sorbonicus. Ceteri vero mss. et editi, Qualiter ergo sentiat (mss. duo omissunt sentiat) Origenes [al. Origenis] de singulis tenor libelli hujus edoceat.

pessi, quod ita vos Origenis subterfugit intellectos, ut vos quoque ea existimetis de illo, quæ et alii non nulli : qui sive per imperitiam sui, (10) qua non

vi: 16.

(6) Sic ms. Regius. Ceteri vero mss., adjectione docimus. Editi, addita assertione docimus. Paulus post ubi mss. habent, ita tenemus, quod sancta Trinitas, libri editi præferunt, retinemus, quod sancta Trinitas.

(7) Joanne. Is est Joannes Jerosolymitanus episcopus, quem multis Origenis erroribus, et maxime de resurrectione implicatum esse probare conatur sanctus Hieronymus epist. 58, alias 61, ad Pammatiannum.

(8) Sic omnes mss. Editi vero. Si quidem aut legimus, aut hujus fidei facimus rationem... quod bonum est tenentes. Deinde ms. Sorbonicus, ab omni specie mala nos abstinemus.

(9) Mihi. Deest in editis, et restituitur ex mss. Deinde editi, ut vos quoque existimetis de illo, quod

<sup>a</sup> Sed mss. ut in textu.

Editi vero, quia noui valent.

valent sensus ejus altitudinem contueri; sive pravitate mentis, qua studium gerunt non solum dicta ejus (11) incusare, verum etiam adversus eos qui haec legunt hostiles inimicitias sumere, tam pertinaciter id agentes, ut nulla prorsus venia eos dignos haberi putent, ne ea quidem (12) quam impertire solent, verbi gratia, his qui vel Græcorum sacerdrium libros, vel nonnunquam etiam hæreticorum, pereunetandi atque agnosendi studio decurrunt: sibi solis scilicet concedi debere peritiam probandi sermonis putant, ut si quid (13) bene ab aliquo dictum est, retinere scient, ab omni autem specie mala abstinere se noverint: ab his vero qui Origenis libros legunt, istud penitus exclusum putant esse mandatum, quo probabiles jubentur offici trapezitæ, scientes quod bonum est retinere, ab omni autem specie mala se abstinere<sup>7</sup>: sed tantummodo si quis legere libros illius visus fuerit, statim ab his hæreticorum perfundetur infamia. Denique (14) cum multis honestæ vite et religiosi propositi viris, in quibus nihil prorsus culpæ inveniant, inimicitias propter hoc solum habent si eorum (15) studium circa memorati viri libros propensius esse perspicerint, invidiosius etiam ista singentes, quod ab his in loco sanctorum apostolorum vel prophetarum tam ipse quam dicta ejus habeantur. Sed de hoc certum non habeo utrum calumniandi voto tantummodo ista jactent, an etiam ab aliquibus simplicioribus et propensiore affectu diligentibus virum, aliquando fortassis tale aliquid audierint. (16) Nos tamen perspicimus frequenter ea quæ ab eo cum magno timore Dei et cum omni humilitate dicuntur, cum veniam petit pro his quæ per nimiam discussiōnem et per multam scrutationem Scripturarum animo disputantis occurront: quæcum exponit, frequenter addere solet et profiteri se non haec quasi definitiva pronuntiare sententia, nec statuto dogmate terminare, sed inquirere pro viribus, et sensum discutere Scripturarum, nec tamen profiteri quod integre perfecte que comprehenderit; suspicari magis se de quamplurimis dicens, nec tamen certum esse quia in omnibus quod perfectum est et integrum assecutus sit. Sed et nonnunquam invenimus eum (17) de multis hærere se profitentem, in quibus ea quidem

<sup>7</sup> I Thess. v, 21, 22.

(11) *Incusare*. Sic mss. Editi autem perperam, D incursum.

(12) Alias, quæ impertiri solet [al. quam impertiri solet], verbi gratia, his qui Græcorum... decurrant, etc.

(13) Bene, neconon autem quod mox sequitur, desunt in editis.

(14) Sic ms. Sorboniens. Ms. vero Regius, cum multis honestæ vite et religiosi propositi viris. Ms. S. Remigii, cum multis religiosis vita et proposito viris. Editi, et ms. Corbeiensis, cum multis hoc (editi, hujus) vita et religiosis proposito viris.

(15) Editi, studia. Omnes mss., studium.

(16) Mss. fere omnes, et editi, Nos tamen perspectis frequenter his, etc. Sed rectius ms. unus ut in textu.

(17) Ita omnes mss. Editi vero incepte, de multis hæresibus profitentem [al. proficientem].

A quæ in quæstionem veniunt movet, nec tamen eorum absolutiones adjungit, sed cum omni humilitate et veritate non erubescit fateri (18) haec sibi non liquere. Audivimus etiam illud ab eo frequenter intexi, quod hodie ne isti quidem ipsi imperitissimi omnium obtrectatores ejus dicere dediantr, ut si quis melius de his locis quæ ille disseruit, dixerit, vel exposuerit, illi potius qui rectius dixerit quam sibi (19) esset auscultandum. Præterea comprehendimus eum nonnunquam diversas expositiones (20) ejusdem capituli facere: et cum omni reverentia, quasi qui sciat se de sanctis Scripturis dicere, cum multa quæ sibi occurrerunt exposuerit, præcipit his qui legunt, probare de singulis quæ dixerit, et quod rectius prudens lector judicaverit, obtinere: B profecto quia nec ipsum latebat quod non omnia quæ moverat, vel discusserat, probabilia vel fixa haberi deberent, pro eo quod multa mystica in Scripturis sanctis, et in secreto recondita esse credantur. Illud denique ejus si intentius advertamus, quam integræ et catholice de omnibus Tractatibus suis in præfatione eorum librorum quos in Genesim scribit protestatus est, omnem ejus sensum ex hoc facile cognoscemus.

(21) ORIGENES. « Nisi omnimodis pigri essemus, ac desides, ne ad inquirendum quidem accedere, Domino et Salvatore nostro ad hoc nos provocante, profecto revocassemus pedem, considerantes quod longe simus ab ea magnitudine spiritualis intelligentiæ, (22) qua de tam magnis rebus investigari debet intellectus. »

C PAMPHILUS. Et paulo post ait:

ORIGENES. « Si cui vero in disceptatione profundum aliquid occurrit, de hoc dicendum quidem est, sed non cum omni affirmatione. Hoc enim aut temerarii hominis est, et ejus qui sensum humanæ infirmitatis perdidit, oblitusque sui sit: aut certe persecutorum virorum, et eorum qui considerer se sciant ab ipso Domino Jesu didicisse, id est, a Verbo veritatis, et ab ipsa Sapientia per quam omnia facta sunt, agnovisse: vel eorum qui divina responsa ingressi turbinem et caliginem ubi Deus ipse est, cœlitus acceperunt, in quod vix ille Moyses ingressus vel intelligere talia potuit vel proferre. Nos vero, pro eo solo quod mediocriter licet (23), credimus

(18) *Hac*. Deest in antea editis, neconon paulo infra, ipsi. Deinde ms. Regius habet *dignantur*, loco *dediantr*.

(19) Mss. plerique et editi, esse, male.

(20) Ita omnes mss. Editi vero perperam, *eisdem capitulis*.

(21) Ita editi. Mss. vero plerique: *Origenes de Praefatione librorum in Genesim* [al. de praefatione librorum *Origenis in Genesim*]. Nisi omnimodis pigri essent [al. Nisi omnimodis quidam pigri essent: al. pigri essent in genio] et desides, etc.

(22) Alias, quæ de tantæ magnitudinis rebus investigare, etc.

(23) Ita editi, nisi quod addant Christo, post Jesu. Ms. Sorboniens et S. Michaelis in Pericolo maris, vro eo solo quod mediocriter licet credimus, tamen de Domino Jesu loquimur, et ejus, etc. Cæteri mss.

famen Domino Iesu, et ejus gloriamur esse discipuli, tamen audemus dicere quod facie ad faciem ab ipso traditam suscepimus intelligentiam eorum quae in divinis libris referuntur : que quidem certus sum quod ne ipse quidem mundus pro virtute ac majestate sensum capere potest<sup>8</sup>. Propter quod pronuntiare quidem de his quae dicimus, sicut apostoli potuerunt, non audemus : in eo autem gratias agimus, quod cum multi imperitiam suam nesciant, et motus suos incompositos et inordinatos, interdum etiam et ineptos ac fabulosos, cum omni intentione, sicut sibi videntur, quasi verissima assertione annuntient, nos de rebus magnis, et his quae supradictas sunt, ignorantiam nostram non ignoramus. »

**PAMPHILUS.** Cum ergo haec eum de se dicere audiamus, et hujuscemodi mente ac voto quae dicit asserere, miramur in tantum temeritatis aliquos esse proiectos, ut qui se ita humilitate judicat, astruant quod ab aliis dicta ejus vel libri pro sermonibus apostolicis vel dictis propheticis habentur, aut quod ille ipse vel prophetis vel apostolis ab aliquo comparetur. Et quidem quod et honore presbyterii in Ecclesia praeditus fuerit, et vitam abstinentissimam egerit et valde<sup>(21)</sup> philosophicam, quodque puram religionis observaverit disciplinam, et præ ceteris verbo Dei et doctrina operam dederit, nulli dubium est et ex his quae ad nos laboris et studii ejus certissima designantur indicia : præcipe vero per eos tractatus, quos pene quotidie in Ecclesia habebat ex tempore, quos et desribentes notarii ad monumentum posteritatis tradebant. Consequens igitur erat, ex his omnibus laborum et studiorum suorum testimonii amplecti tam virum : et neque defensionis studio plus dare<sup>(25)</sup> ei meriti quam mensura depositit, neque rursus obtrectandi vitio facile condemnare, et alienum ab ecclesiastica doctrina temere pronuntiare : cum utrumque istud præcipitum providens ante divinus sermo prohibuerit dicens : *Non sit in te mensura major, neque mensura minor. Abominabile est enim in conspectu Domini utrumque*<sup>9</sup>. Unicuique enim, prout dignum est, tribuere, justitiae hoc proprium est. Propter quod et mensura integra, et pondus aquale acceptabile est apud Deum, non hoc quod mentitur veritatem, per quod vel plus donatur rebus, quam merita exposcent, vel subtrahitur meritis quod debetur. Quanto recetius agerent obtrectatores isti, si absque illa animi præventione, (26) cum omni religione veritatis, quam omnibus proximis nostris cum charitate Iubemur expendere, intelligerent et ipsum unum de

<sup>8</sup> Joan. xxi, 25. <sup>9</sup> Prov. xx, 10.

habent alii, *credidimus*, alii, *crediderimus*; reliqua vero ut in textu.

(24) Merlini editio, *philosophalem*, quodque puram. Genebrardus habet, *philosophicam*, quodque puram. MSS. vero, *philosopham*, quodque puram.

(25) Alias, *ejus meritis*; et paulo post, *prævidens ante*, etc.

(26) *Cum omni religione*. Haec verba reperiuntur in editis, sed omittuntur in MSS. nostris, quorum

A proximis esse quibus charitatem ex mandato debemus, et assumptos libros ejus legerent cum ea venia, quam ipse in Præstationibus suis depositit, sie ubi venia dignum aliquid invenirent. Nunc vero e contrario videoas eos maledictis quidem probrisque (27) mihi non parcere : eos vero qui Scripturarum intelligentiarum secundum mandatum Domini et Salvatoris nostri studium gerunt, a lectio librorum ejus deterrere, quilibet etiam alia incepta, etiam nihil profutura, potius quam illius commentarios legi debere affirmantes. In quibus saepe etiam ridiculi aliquid pati solent. Nam ut eorum contentiosa præsumptio, vel, ut verius dicam, (28) præjudicata vesania facilis declaretur, accidere solet vel casu, vel interdum studio, ut nomine in codice non prætitulato legatur aliquid ipsius in auribus obtrectatorum quasi alterius tractatoris. Quod tandem placet et laudatur, atque in omni admiratione habetur, quandiu nomen non fuerit indicatum. At ubi Origenis cognita fuerint esse quae placebant, statim displicant, statim heretica esse dicuntur : et ea quae paulo ante ad Corinthon usque ferebantur, iisdem vocibus eademque lingua usque ad inferos demerguntur. Præterea etiam illud est invenire, quod nonnunquam tales sunt accusatores ejus, qui nec Graecam noverint linguam; alii omnimodis imperiti; nonnulli etiam si aliquid videntur habere peritiae, non tamen etiam id studii habuisse inveniuntur, ut libris ejus operam dederint : aut si acciderit ut etiam legerint, non continuo etiam tantæ eruditio fuerint, ut altitudinem sensus ejus assequi quiverint, quo ea quae ille diverso prospectu pro locis et causis disserere solet, advertere valuerint. Multos invenias, quos si interroges in quibus libris, aut in quibus locis dicta sint haec quae arguant, (29) constentur se quidem nescire ea de quibus affirmant, nec legisse unquam, audisse autem alios dicentes. Ex quo cuius plena ridiculi sententia eorum videbitur, cum de his judicant, atque ea condemnant, quae nec discere quidem prius, ac nosse potuerunt. In alios vero novi furoris morbus et inaudita (30) labes incessit insaniae, cum tam multa ejus volumina referat totius utilitatis et instructionis habeantur, et satis rara et perpaucia forte loca sint, in quibus vel imperitiores quique, vel, quod verius, malevoli posse sibi videantur offendit : omnia quidem illa quae et catholicæ, et ad edificationem animæ, atque ad scientiae instructionem etiam ipsi apta fiantur, omittunt et negligunt; nec aliquid inde, unde possunt (31) et debent prolixere ; ea vero sola

postea plerique habent veritatis; ms. vero Regius, veritatem.

(27) Mihi. Resuluitur ex ms. Corbeiensi.

(28) Editi, *præjudicatrix*, MSS. *præjudicata*.

(29) Editi, *confiteuntur*, male. Paulo post MSS., plena ridiculis.

(30) Editi, *cladis incessit insania*. MSS., ut in textu.

(31) Editi, *et debent, proficere volunt*. Ms. Sothe-

quæ ad calumniam proficiant, summo studio ediscunt: ut qui boni nihil unquam forte didicerunt, hæc quæ ipsi non esse bona dicunt, apprime memorie retinenda commendent: quo videlicet promptius ea proferentes, (32) exercitatius valcent concinnare calumnias. Aliud quoque est genus hominum fœdum sane et turpe, quantum (33) ad probitatem pertinet morum, sed ad calumniandum vehementius, et tetrins ad incusandum, quos Græci (34) φαγολοιδόρους appellant: qui sumum quidem studium, sed et satis intentam operam libris ejus dederunt, ita ut et magistro eo in omnibus uterentur, et se ei tanquam speciales discipulos manciparent: sed ubi ad id loci ventum est, ut jam se magistros malint quam discipulos nominari, ubi (35) auditoris plausus sectari cœptus est, ibi si forte aliquis audientium quæ laudantur Origenis esse obmurmuraverit, ne vel laude cedant magistro, vel culpæ judicio, alienum esse Origenem continuo protestantur, nihil sibi cum ipsius doctrina commune esse confirmant. Anathema quoque dicere, eum non dubitant improbe, et inferre maledicta non parcunt; ne illum quidem apostolicum sermonem verentes quo designat, quia maledici regnum Dei non possidebunt<sup>10</sup>. In tantum autem horum, de quibus (36) supra diximus, progressa malitia est, ut quidam etiam conscribere adversus eum ausi sint, et libellis editis derogare ei viro, qui per tot annos magister Ecclesiæ fuit, qui in Ecclesia (37) catholica senuit, qui adversus eas haereses, quæ illo tempore Ecclesiam impugnabant, ita constanter, ita fortiter dimicavit, ut omnia eorum diabolice machinationis fundamenta subverterit, non studiorum labore, non continentiae, non institutionis, non humilitatis; quæ super exteras omnes virtutes ejus maximam gratiam continet, non illud certe considerantes quod presbyterii dignitate in Ecclesia honoratus est. Quæ si omnia ad revocandam linguam, comprimentumque sermonem sufficere non possunt, illud saltem contemplari debuerant, quantum (38) ridendi materiam

A gentilibus, quantamque hæreticis præbeant, cum eos quos assertores Christiani dogmatis et defensores putabant, confutari nunc videant, et (39) refelli a propriis, et velut civili bello gaudeant impugnatum, quem ipsi hostiliter impugnare non poterant. Quoniam ergo quamplurimi ex simplicioribus quibusque fratribus a supra dictis lèduntur, (40) non solum de his qui de ipso male sentiunt, sed etiam de his qui studio scientiæ et intelligendarum Scripturarum inter cæteros libros etiam ipsius scripta conspicunt, ita ut (41) vos quoque ipsi in dubium veneritis, ne forte vel multitundini vel auctorati calumniatorum fides debeat adhiberi de his quæ passim sine ullo respectu diffamantur: visum nobis est, primo quidem curare suspicionem vestram; simul etiam per occasionem vestri, omnium qui ei obtrectant confutare calumnias. Quod ita nobis prosequi rectius visum est, (42) ut non nostris verbis et assertionibus defensionem paremus, sed ex suis propriis vocibus, quibus ipse aliena sibi hæc esse, quæ isti objiciunt, proprio sermone testatur, id est, omne quidquid præter fidem catholicam prædicatur: quia si nostris verbis hæc asserere velimus, suspiciosum videri forte possit, eo quod nos amore (43) ejus si quid ipse præve senserit celaverimus. Ubi autem ejus ipsius qui accusatur vocibus utimur, et ad omnes objections accusatorum suis verbis eum, non nostra assertione, defendimus, quæ ultra relinquunt potest (44) criminationis occasio, saltem his ipsis qui non veri studio, sed velut libidine quadam culpanli semper agitantur? Et quoniam de eo nunc sermo est, qui utique apud homines defunctus est, qui apud (45) omnes judices pro defuncto fortius et firmius valere debet, quam et litteræ, et scripta defuncti?

Incipientes igitur indicis scriptorum suorum ostendere quid de singulis senserit, ex his præcipue libris testimonia congregabimus, (46) quos accusatores ejus quam maxime criminantur, id est, quos per spatium et quietem in secreto conscri-

<sup>10</sup> I Cor. vi, 10.

nicus, et debent proficere, assumunt. Cæteri vero mss., ut in textu.

(32) Merlini editio perperam habet, exterius valent continuare calumnias. Mss. habent exercitus, pro exercitatiis, cætera vero ut in textu.

(33) Genebrardus, ad probationem, male.

(34) Ita legendum videtur. Merlini vero editio μάστιγας. Codex Sorbonicus, Phagoloboros. Cæteri mss. et editi, Phagolordoros.

(35) Mss. quidam, auditoribus, al. ab auditoribus [al. auditorum]. Deinde idem mss., aliquis acceditum.... obmurmuravit.

(36) Supra. Deest in editis, et suppletur ex mss.

(37) Catholica. Prætermittitur in editis.

(38) Editi irridendi; deinde Genebrardus, tribuant pro præbeant: et paulo post mss. unus habet putant pro putabant.

(39) Ita mss., editi vero, repellit.

(40) Sic recte mss. quidam. Cæteri vero, et editi, non solum ut [al. qui] de ipso male sentiant. Paulo post

D mss. plerique, ipsius scripta conficiunt, male.

(41) Merlini editio, ita ut nos quoque ipsi in dubium venerimus, ne forte vel multitundini... debeat adhiberi. Ms. Sorbonicus et S. Michaelis in Periculo maris, timentes ut et vos quoque ipsi in dubium renireis, ne forte ut multitundini... debeat adhiberi. Cæteri mss., ut vos quoque ipsi in dubium venireis, ne forte aut multitundini... debeat adhiberi. Deinde editi, passim et sine respectu. Paulo post Merlini editio, suspicionem nostram, simul etiam per occasionem nostri, etc.

(42) Mss. Sorbonicus et S. Michaelis, ut non nostri [al. vestri] verbi assertionibus, etc.

(43) Ejus, et paulo post, utimur, desunt in editis.

(44) Ita mss. Editi vero, criminatibus.

(45) Sic recte mss. Editi vero, homines judices. Merlinus omittit judices.

(46) Mss. nostri, quæ accusatores ejus.... id est, quæ per spatium.... hæc enim, etc. Sed rectius editi ut in textu.

psit: hos enim asserunt maxime a prædicatione ecclesiastica discrepare: ex his præcipue libris, quos *Hep̄l ἀρχῶν* titulavit, in quibus quamplurima a calumniatoribus incusantur. In his ergo (47) ipsis inter principia quali expositione fidei usus sit proferemus: tum deinde et ex his quæ sparsim vel per ipsos libros vel cæteros sensit, assignabimus eum prædicationem apostolicam custodisse. Est ergo lectio ex primo libro *Hep̄l ἀρχῶν*, quam promisimus, hæc.

## CAPUT I.

*Catalogus ecclesiasticae prædicationis.*

ORIGENES. (48) « Sicut enim, multis apud Græcos et barbaros pollicentibus veritatem, (49) desivimus apud omnes eam querere qui eam falsis opinionibus asserebant, posteaquam credidimus Filium esse Dei Christum, et ab ipso nobis hanc discendam esse persuasimus: ita, cum multi sint qui se putant sentire quæ Christi sunt, et nonnulli eorum diversa a prioribus sentiant, servetur vero ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab apostolis tradita, et usque ad præsens in Ecclesiis permanens, illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica traditione discordat. (50) Illud autem scire oportet, quoniam sancti apostoli fidem Christi prædicantes, de quibusdam quidecumque necessaria crediderunt omnibus creditibus, etiam his qui pigriores erga inquisitionem divinæ scientiæ videbantur, manifestissime tradiderunt, rationem scilicet assertionis eorum relinquentes ab his inquirendam (51) qui Spiritus dona excellentia, et præcipue sermonis, sapientiæ, et scientiæ per ipsum Spiritum sanctum percipere merebantur: de aliis vero dixerunt quidem quia sint, quomodo autem, aut unde sint, siluerunt: profecto ut studiosiores quique ex posteris suis (52) amatores sapientiæ et scientiæ, exercitium habere possent, in quo ingenii sui fructum ostendere valerent, hi videlicet qui dignos se et capaces sapientiæ præpararent. Species vero eorum quæ per prædicationem apostolicam manifeste traduntur, istæ sunt. Primo quod unus est Deus qui omnia creavit, atque compositus, quique ex nullis esse fecit universa <sup>11</sup>, Deus a prima creatura et conditione mundi omnium justorum Deus, Adam, Abel, Seth,

<sup>11</sup> Il Machab. vn. 28. <sup>12</sup> Joan. i. 3.

(47) Merlini editio, ipsis, quibus inter principia quasi expositione fidei usus sit, proferemus; tum inde... assignabimus eum prædicationem auctoritate apostolica custodisse.

(48) *De præfatione libror. Hep̄l ἀρχῶν*, num. 2 t seq.

(49) Ita mss. Editi vero, desuevimus.

(50) Editi et mss. plerique, Illud tamen scire portet.

(51) Sic omnes hujus Apologiæ mss., et editi: iss. vero librorum *Hep̄l ἀρχῶν* omnes habent: quæ piritus doua excellentia mererentur, et præcipue sermonis, sapientiæ, et scientiæ gratiam per ipsum piritum sanctum percepissent.

(52) Libri *De principiis* tam editi quam mss., si amatores essent sapientiæ, exercitium... in quo ingenii sui fructum ostenderent, hi videlicet qui

A Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Jacob, duodecim patriarcharum, Moysis et prophetarum: et quod hic Deus in novissimis diebus, sicut per prophetas suos ante promiserat, misit Dominum Jesum Christum, primo quidem vocaturum Israel, secundo vero etiam gentes post perfidiam populi Israel. Hic Deus justus et bonus, Pater Domini nostri Jesu Christi, legem, et prophetas, et Evangelia ipse dedit, qui et apostolorum Deus est, et Veteris et Novi Testamenti. Tum deinde quia Christus Jesus ipse qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset (per ipsum namque omnia facta sunt <sup>13</sup>) novissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus est; incarnatus est cum Deus esset, B et homo factus mansit quod erat Deus. Corpus assumptum nostro corpori simile, eo solo differens, quod natus ex Virgine et Spiritu sancto est. Et quoniam hic Jesus Christus natus et passus est in veritate, et non per imaginem, (53) communem hanc mortem sustinuit vere mortuus: vere enim et a mortuis resurrexit: et post resurrectionem conversatus cum discipulis suis, assumptus est. Tum deinde honore ac dignitate Patri et Filio sociatum tradiderunt Spiritum sanctum. In hoc non jam manifeste discernitur utrum natus sit, an in natus.

PAMPHILUS. Qui de nato vel innato requirit, sine dubio creaturæ in eo nullam habet opinionem, alioquin et hoc adduxisset ad inquisitionem. (54) Et adjungit:

ORIGENES. « Vel Filius etiam ipse Dei habendus sit, necne. Sed inquirenda jam ista pro viribus sunt de sancta Scriptura, et sagaci perquisitione investiganda. Sane quod iste Spiritus sanctus unumquemque sanctorum vel prophetarum, vel apostolorum (55) inspiraverit, et non aliis Spiritus in veteribus, alias vero in his qui in adventu Christi inspirati sunt, fuerit, manifestissime in Ecclesiis prædicatorum. Post hæc jam quod anima substantiam vitamque habens propriam, cum ex hoc mundo discesserit, pro suis meritis dispensabitur sive æternæ vitæ ac beatitudinis hereditate potitura, si hoc ei sua gesta præstiterint: sive igni æterno ac suppliciis mancipanda, si in hoc eam scelerum

D gnos se et capaces ad recipiendam sapientiam præpararent. Sed omnes hujus Apologiæ mss. et editi in textu, nisi quod ms. Corbeiensis omittit, et scientiæ.

(53) Sic mss. Sorbonicus, et Montis S. Michaelis, ac alii mss. librorum *De principiis*. Cæteri vero mss. hujus Apologiæ, et Merlinus, communem hanc mortem vere mortuus. Genebrardus, communis hac morte vere mortuus, omisso sustinuit. Tum deinde editi, et ms. Sorbonicus, conversatus est cum discipulis suis, et assumptus est. Sed cæteri mss. ut in textu.

(54) Et adjungit. Hæc verba quæ proferunt editi, non comparent in omnibus mss. nostris.

(55) Editi, inspiravit... qui in adventu. Mss. inspiraverit... qui in adventum.

culpa detorserit. Sed et quia crit tempus resurrectionis mortuorum, cum corpus hoc, quod in corruptione seminatur, surget in incorruptione<sup>12</sup>: et quod seminatur in ignominia, surget in gloria<sup>13</sup>. Est et illud definitum in ecclesiastica prædicatione, omnem animam esse rationabilem, liberi arbitrii et voluntatis: esse quoque ei certamen adversus diabolum et angelos ejus, contrariasque virtutes, ex en quod illi peccatis eam onerare contendant, nos vero, si recte consulteque vivamus, ab hujuscemodi (56) onere exuere nos conemur. Unde et consequens est intelligere non nos necessitatibus esse subjectos, ut omni modo, etiam si nolimus, vel bona, vel mala agere cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus, impugnare nos fortasse possunt aliquæ virtutes ad peccatum, et aliae juvare ad salutem, non tamen necessitate cogimur vel recte agere, vel male. Quod fieri arbitrantur cui stellarum cursum et motus causam dicunt humanorum esse gestorum, non eorum quæ extra arbitrii accidente libertatem, sed eorum quæ in nostra sunt posita potestate. De anima vero, (57) utrum ex seminis traduce ducatur, ita ut ratio ipsius vel substantia inserta ipsis corporalibus seminibus habeatur, an vero aliud initium habeat: et hoc ipsum initiam si genitum est, aut non genitum, vel certe si extrinsecus corpori induitur, necne, non satis manifesta prædicatione distinguitur. De diabolo, et angelis ejus, contrariisque virtutibus ecclesiastica prædicatione docuit quoniam sint quidem hæc: quæ antem sint, vel quomodo sint, non satis clare exposuit. Apud plurimos tamen ista habetur opinio, quod angelus fuerit iste diabolus, et apostata effectus quamplurimos angelorum secum declinare persuaserit, qui et nunc usque angeli ipsius nuncupantur. Est præterea et illud in ecclesiastica prædicatione, quod mundus iste sit factus, et a certo tempore cooperit, et sit pro ipsa sui corruptione solvendus: quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, jam non pro manifesto multis innotuit: non enim evidenter de his in ecclesiastica prædicatione sermo profertur. Tum deinde quod per Spiritum Dei Scripturæ conscriptæ sint, et sensum habeant, non eum solum qui in manifesto est, sed et alium quemdam latenter quamplurimos. Formæ enim sunt hæc quæ scripta sunt sacramentorum quorumdam, et divinarum rerum imagines: de quo totius Ecclesiae unus est sensus, esse quidem omnem legem spiritalem, non tamen ea quæ spirat lex, esse omnibus nota, nisi bis solis quibus gratia Spiritus sancti in verbo sapientie ac scientiæ condonatur.

<sup>12</sup> 1 Cor. xv. 42. <sup>13</sup> ibid. 45. <sup>14</sup> Ose. x. 12.

(56) MSS. plerique omittunt onere, quod exstat in editis. Ms. Sorbonicus, et alter S. Vitoni habent clause pro onere. Deinde ms. Sorbonicus, necessitate esse subjectos: ceteri vero mss. et editi, necessitate esse subjectos.

(57) Merlinus habet, utrum ex semine traducatur. Genebrardus, utrum ex semine traducis ducatur.

A PAMPHILUS. Et post pauca ait:

ORIGENES. Et est etiam illud in ecclesiastica prædicatione, esse angelos Dei quosdam, et virtutes bonas, qui ei ministrant ad salutem hominum consummandam: sed quando isti creati sint, (58) vel quales, aut quomodo sint, non satis in manifesto distinguuntur. De sole autem, et luna, et stellis, utrum animalia sint, an ex anima, manifeste non traditur. Oportet igitur velut elementis ac fundamentis hujusmodi uti, secundum mandatum quod dicit: *Illuminate vobis lumen scientiarum*<sup>15</sup>, cum qui cupit serient quandam et corpus ex horum omnium ratione confidere, ut manifestis et necessariis assertionibus de singulis quibusque quid sit in vero rimetur, et unum, ut diximus, corpus efficiat exemplis et affirmationibus, vel his quas in sanctis Scripturis iuenerit, vel quas ex consequentiæ ipsius indagine, ac recti tenore repererit.

B PAMPHILUS. (59) Hæc quidem inter principia primi libri *Hæc apytor* disseruit, ut ostenderet quæ sint illa quæ manifeste in ecclesiastica prædicatione tradita sunt, et quæ sint quæ non aperte definiuntur. De quibus singulis secundum eam divisionem, quam supra ostendit, sparsim disputat in reliquo corpore librorum, ea quidem quæ ex definito prædicari ab Ecclesia supra docuit, omnibus adhibitis probamentis, ex Scripturis sanctis manifestis et constantius asserens; de his vero de quibus ostendit non manifeste, neque ex definito in Ecclesia prædicari, opinionibus magis, et his sensibus qui disputanti ei et tractanti de talibus occurrere potuerunt, quam certis aliquibus ac definitis assertionibus utitur, id est, discutiens et pertractans potius quam affirmans. In omnibus tamen sermonis sui meminit, ejus quem supra exposuit, cum ait illam solam recipiendam et credendam esse veritatem, quæ in nullo apostolicis et ecclesiasticis dogmatibus adversatur: et non solum in his libris quorums supra fecimus mentionem, sed et in omnibus quæ de Scripturis exponit, hac sententia uti solet, et in his præcipue in quibus plures unius capituli interpretationes exponit, hoc asserens, se quidem ne quid quod dici possit omitteret, plura vel diversa, prout sentire potuit, protulisse; illud autem debere teneri quod apostolicus atque ecclesiasticus lector probaret. Hoc idem facit etiam cum hæreticorum discutit sectas: quibus omnibus confutatis atque convictis, unam solam, eamque quam supra exposuit, catholicæ veritatis sententiam tenet. De quibus singulis qualiter responderit hæreticis, et quomodo universa eorum dogmata destruens, ipse semper apostolicam confirmaverit fidem, si velimus

Sed omnes mss. ut in nostro textu. Deinde mss. Sorbonicus, corpori induitur, nec ne, satis manifesta prædicatione distinguuntur.

(58) Vel quales. Hæc desiderantur in editis, et restituuntur ex mss.

(59) Ita mss. Editi vero, Hæc quidem in principio, etc.

omnes sententias ejus congregare, et longum satis est, et erit tam nobis qui scribimus onerosum, quam legentibus tedium. Sed sufficit pauca proferre, in quibus omnium profecto facile dignoscuntur indicia. Neque enim contra Domini sententiam sentiendum est, ut qui in paucis invenitur fideles, non etiam in multis et haberi debeat et credi fideli<sup>16</sup>. Primum ergo ex ejus libris ponemus exemplum quod illi superiori conveniat, ex eo libro quem in Epistola Pauli apostoli ad Titum scripsit de eo capitulo in quo dicit Apostolus : *Hæreticum hominem post (60) unam correptionem devita, sciens quia perversus est, et peccat, qui est a semetipso damnatus*<sup>17</sup>. (61) De quo dicit qualis sit qui hæreticus, et qualis sit qui catholicus est et ecclesiasticus.

ORIGENES. (62) « Nomen hæresis, quantum ego reprehendere potui, etiam in Epistola ad Corinthios designatur hoc modo : *Oportet enim hæreses esse, ut probati manifesti stant inter vos*<sup>18</sup>. Et iterum ad Galatas inter opera carnis hæresis quoque nomen ascribitur, sicut ait : *Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, idololatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rizæ, discordiae, hæreses, ebrietates, comessationes, et his similia, quæ et prædicto vobis quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt*<sup>19</sup>. Per quæ cognoscimus, quoniam sicut hi qui fornicationibus vel immunditiis, atque impudicitiis, et idolorum cultibus maculati sunt, regnum Dei non possidebunt, ita ethi qui in hæresim declinaverint. Neque enim putandum est tantu<sup>m</sup> apostoli tam absolutam sententiam posse ullo genere vacillare. Apostolus enim est omnium Ecclesiæ Christi, non ab homine, neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem electus<sup>20</sup>. Propterea ergo, secundum auctoritatem sententiae ipsius, oportet nos sicut reliqua mala quæ (63) numeravit, ita etiam nomen hæresis devitare, neque cum talibus orationis societate misceri. »

PAMPHILUS. Et post hæc, paucis quibusdam per medium insertis, adjectis :

ORIGENES. « Quid vero sit hæreticus homo, pro viribus nostris, secundum quod sentire (64) possumus, describamus. Omnis qui Christo se credere

<sup>16</sup> Luc. xvi, 10. <sup>17</sup> Tit. iii, 10, 11. <sup>18</sup> I Cor. xi, 19. <sup>19</sup> Galat. v, 19-21. <sup>20</sup> Galat. i, 1. <sup>20</sup> Prov. VIII, 20, 22, 26.

(60) Omnes mss. unam. Editi, 'trinam.

(61) *De quo dicit qualis sit qui hæreticus, et qualis sit qui catholicus est et ecclesiasticus.* Hæc desunt in omnibus mss. nostris, sed existant in editis.

(62) Ex *Commentariis in Epist. ad Titum.*

(63) Editi, numeraverat, ita nomen hæresis, etc. Mss. numeravit, ita etiam nomen hæresis, etc.

(64) Editi, possumus... qui se Christo credere proficietur. Mss. vero ut in textu.

(65) Mss. nostri omittunt *sectatores* : et paulo post recte habent *Tethianos*. Merlinus vero, *Ethianos*; Genebrardus, *Eutychianos*.

(66) *Tethianos*, Ita quidem mss.; sed legendum videtur *Tatianos*, de quibus Epiphanius hæresi 26, al. 46. Editio nova Hieronymi a D. nostro Martino vulgata habet *Ethianos*. HUETIUS in A.

A confitetur, et tamen alium Deum legis et prophetarum, alium Evangeliorum Deum dicit, et Patrem Domini nostri Iesu Christi non eum dicit esse qui a lege et prophetis prædicatur, sed alium nescio quem ignotum omnibus atque omnibus inauditum, hujusmodi homines hæreticos designamus, quamlibet variis ac diversis et fabulosis concinnent ista segmentis, sicut (65) sectatores Marcionis, et Valentini, et Basilidis, et hi qui se Tethianos (66) appellant. Sed et Apelles licet non omnibus modis Dei esse denegat legem vel prophetas, tamen et ipse hæreticus designatur, quoniam Dominum hunc qui mundum edidit, ad gloriam alterius ingeniti et boni Dei eum<sup>t</sup> construxisse pronuntiat : illum autem ingenitum Deum in consummatione seculi misisse

B Jesum Christum ad emendationem mundi, rogatum ab eo Deo, qui eum fecerat, ut mitteret Filium suum ad mundi sui correctionem. Et si quidem hic solummodo qui de Deo Patre aliter sentit quam regula pietatis exposcit, hæreticus (67) habendus esset, sufficeret utique quod superius dictum est. Sed nunc unum atque idem credendum est etiam de eo qui de Domino nostro Iesu Christo falsi aliquid senserit, sive secundum eos qui dicunt eum ex Joseph et Maria natum, sicut sunt Ebionitas et Valentianiani, sive secundum eos qui primogenitum eum negant, et totius creaturæ Deum, et Verbum, et Sapientiam, quæ est initium viarum Dei antequam aliquid fieret, ante saecula fondatam, atque ante omnes colles generatam<sup>21</sup>, sed hominem solum eum dicentes : vel secundum eos qui Deum quidem eum fatentur, (68) non tamen assumpsisse animam corpusque terrenum : qui sub specie quasi amplioris glorie Iesu Domino deferendæ, omnia quæ ab eo gesta sunt, (69) visa geri magis, quam vere gesta esse testantur : quique neque de Virgine natum fatentur, sed triginta annorum virum eum apparuisse in Judea. Alii vero ex Virgine quidem eum credunt esse progenitum, sed putasse se magis Virginem peperisse, non tamen vere peperisse confirmant. Latuisse quippe etiam Virginem putativa generationis asserunt sacramentum. Qui quomodo non ab Ecclesia longe ponendi sunt, cum (70) philarachia morbo languentes dogmata statuerint, quibus ad suum nomen discipulos declinarent? (71) Sed

D et emendandis.

(67) Mss. et Merlini editio, habendus est, et sufficeret, etc. Rectius Genebrardus, habendus esset, sufficeret, etc.

(68) Editi non tamen assumpsisse hominem, id est, animam, etc. Ms. Sorbonicus, non tamen assumpsisse eundem animam, etc. Ceteri mss. ut in textu.

(69) Editi, phantastice magis, quam, etc. Ms. Sorbonicus, visa gerere magis, quam, etc. Paulo post editi, de Virgine natum testantur. Ceteri mss. rectius ut in textu.

(70) Editi, et ms. Regius, philarachia. Ceteri mss. philarachia.

(71) Sed et eos qui hominem, etc. Errorem Be- tronorum episcopi hic desig-

eos qui hominem dicunt Dominum Iesum præco-gnitum et prædestinatum, qui ante adventum carnalem substantialiter et proprie non exsisterit, sed quod homo natus Patris solam in se habuerit (72) deitatem, ne illos quidem sine periculo est Ecclesiæ numero sociari: sicut et illos qui superstitione magis quam religiose, uti ne videantur duos deos dicere, neque rorsum negare Salvatoris deitatem, unam eamdemque (73) subsistentiam Patris ac Filii asseverant, id est, duo quidem nomina secundum diversitatem causarum recipientem, unam tamen ὑπόστασιν subsistere, id est unam personam duobus nominibus subjacentem, qui Latine Patripassiani appellantur. (74) Sed et si qui sunt qui Spiritum sanctum alium quidem dicunt esse qui fuit in propheticis, aliom autem qui fuit in apostolis Domini nostri Iesu Christi, unum atque idem delictum impietatis admittunt, quod illi, qui, quantum in se est, naturam deitatis secant, et (75) scindunt unum legis et Evangeliorum Deum. Sed et illi qui non omnes humanas animas unius (76) ejusdemque naturæ dicunt esse vel substantia, sed diversas naturas animarum, inter eas haereses numerandi sunt quæ iniquitatem in Excelsum loquuntur <sup>51</sup>, atque in justitiam iniquitatemque ejus accusant. Neenon et illi qui liberi arbitrii potestate ex animabus auferre nituntur velut (77) perniciosa dogmata, communii humanæ virtutis, et virtuti continentiae labem quamdam inferre judicandi sunt, ne humani propositi res putetur bonum quid vel facere, C vel dicere, vel sentire: ex quo ad contemptum ac negligentiam divini iudicij mens humana formabitur. Sit autem in ecclesiastico ordine etiam de peccatorum suppliciis fides, et de his qui præmia honestæ conversationis et vitae in regno Domini justo ejus iudicio recepturi sunt. Si quis ergo horum aiquid, quæ supra exposuimus, commutare vel subvertere (78) conatur, velut *perversus*, et *a semetipso damnatus*, secundum sententiam Apostoli <sup>52</sup>, etiam a nobis præcepto obsequentibus ejus, similiiter habendus est. Designat autem ecclesiasticum

<sup>51</sup> Psalm. LXXII, 8. <sup>52</sup> Tit. iii, 41. <sup>53</sup> I Cor. xv, 43. <sup>54</sup> Daniel. x, 13; Apocal. XII, 7. <sup>55</sup> Jud. 6.  
<sup>56</sup> Isa. LXV, 5. <sup>57</sup> Psal. CXL, 3.

De hæcce haresi vide quod diximus Origenianor. D

lib. I, cap. 5, art. 8.

(72) Editi, divinitatem, ne ipsos quidem sine periculo esse (Genebrardus omittit esse: ms. Sorbonicus posse pro esse), Ecclesiæ numero sociari. Cæteri mss. ut in textu, nisi quod habeant esse pro est quod legendum videtur.

(73) MSS. subsistentiam. Editi, substantiam, male.

(74) Ms. Corbeiensis, et Merlini editio, Sed et qui sunt qui, etc. Genebrardus, Sed et sunt qui, etc., quod contrarium erat his quæ scribit Origenes lib. II *De principiis*, cap. 7, num. 1. *Duos autem Spiritus sanctos nunquam audivimus ab aliquo predicari.* Sed cæteri mss. nostri qui recte habent, Sed et si qui sunt qui, etc., apertam contradictionem solvunt. Ibi enim non affirmatur, sed dubitatur.

(75) Sic omnes mss. Editi vero, et scindunt, dicentes unum Legis, et alterum Evangeliorum Deum.

(76) Ita ms. Regius. Cæteri vero mss. et editi, tandemque dicunt esse substantia. Paulo post editi,

A virum eum bis omnibus quæ supra exposuimus, etiam de mortuorum resurrectione fides, de qua sanctus apostolus Paulus ita pronuntiat, quia si quis negat resurrectionem mortuorum, consequens est ut Christi resurrectionem neget <sup>58</sup>. (79) Habeatur nihilominus in ecclesiastico ordine etiam de diabolo ratio, et de omni ejus exercitu, quod agones quosdam et certamina adversum omnes homines, præcipue tamen adversus eos qui credunt in Dominum nostrum Jesum Christum, movent; et quod necessitate quidem imponere peccandi per agones et certamina non valent, persuadere tamen et decipere ad subversionem possunt eos qui non omni custodia sua corda præmuniunt. Habendum est autem in ecclesiasticis observationibus, quod neque hominum quis a Deo in perditionem traditus est, sed unusquisque pereuntium sua negligencia pereat et culpa, qui habens arbitrii libertatem, eligere quod bonum est et potuit et debuit. Quod etiam de ipso diabolo sentiendum est, qui in conspectu Domini omnipotentis describitur restitisse <sup>59</sup>, et deseruisse statum suum in quo fuerat immaculatus <sup>60</sup>: qui utique potuisset in hoc statu in quo ab initio fuit, usque in finem perseverare si voluisset. Designatus, ut arbitror, nobis est, prout potuimus, et descriptus quis et qualis esset (80) haereticus, et quæ vel in quibus ejus dogmata falsæque opiniones habeantur, et quæ sit ecclesiastice observantiae puritas. »

PAMPHILUS. Et post pauca addidit hæc:

ORIGENES. « Requisierunt sane quidam utrum haeresim, (81) an schisma oporteat vocari eos qui Cataphrygæ nominantur, observantes falsos prophetas et dicentes: *Ne accedas ad me, quoniam mundus sum* <sup>61</sup>: non enim (82) accepi uxorem, nec est sepulcrum patens guttur meum, sed sum Nazareus Dei, non bibens vinum sicut illi. »

PAMPHILUS. Istæ voces sunt ejus qui velut haereticus accusatur, et corruptio ac perditio animarum, ab his qui nequaquam ostium ori suo et claustra labii suis imponere a Prophetæ didicerunt <sup>62</sup>.

D inter eos haereticos numerandi sunt qui, etc. Sed omnes mss. ut in textu.

(77) Sic mss. nostri, nisi quod habeant, virtutis continentiae. Editi vero, perniciose dogmate... et virtuti continentiae... ne humani propositi reputetur, etc.

(78) MSS. Sorbonicus, et Montis S. Michaelis, conatur, peccat velut *perversus* et *a semetipso damnatus*, et secundum, etc. Sed cæteri mss. et editi ut in textu.

(79) Ita mss. plerique; nisi quod quidam paulo post habeant: et de omni jure exerciti. Editi vero, *Habentur.... rationes* (ms. Sorbonicus, *Habetur.... ratio*) et de omni ejus exercitu, etc.

(80) Haereticus. Omittitur in plerisque mss., qui postea habent cum editis, eorum dogmata. Sed relictus ms. Sorbonicus, ejus dogmata.

(81) Editi, an schismata. Deinde mss. plures, qui Cataphrygas, etc.

(82) MSS., accepi. Editi, accipio.

Quæ quidem non in publico ab eo dicta sunt, id est in communi Ecclesiæ auditorio, ne forte putetur propter audientes favorabilem aptasse sermonem: sed ex illis hæc libris protulimus, quos in secreto apud semetipsum nullo arbitro intercedente dictabat. In quo attentius vos illud volo considerare quod dixit, quis si quis horum aliquid commutaverit, hereticus est, et peccat in subversione positus, et *a semetipsa damnatus*, secundum Apostoli sententiam<sup>\*\*</sup>: cuius et nos auctoritati obsequentes eadem sentire debemus. Cum ergo hæc ita se habeant, (85) consequens arbitror interrogare istos ipsos accusatores ejus, si ipsi alter quam ejus vocibus designatum est, vel de heretico sentiunt, vel de catholicis. Dicant ipsi quæ alia sunt ecclesiastica dogmata, si hæc non sunt quæ superius ab illo digesta sunt. Et hæc quidem generaliter de omnibus ecclesiasticis dogmatibus, ab illo dicta sint.

Pergamus autem et quæ specialiter de singulis, et maxime de principalibus rebus, de sancta ac beata Trinitate, id est de Patre, et Filio, et Spiritu sancto senserit indicantes, et proferentes in medium ea quæ in diversis sui operis voluminibus inserta mandavit, et ut ipsius sententia de maximis et divinis rebus quæ fuerit ostendatur, et duobus vel tribus vocum suarum testibus (84) stet omne verbum defensionis ejus<sup>\*\*</sup>. Indicat ergo quid de Deo Patre omnipotente senserit in his ipsis libris, qui quam maxime ab accusatoribus (85) celebrantur, id est, *Περὶ ἀρχῶν*, scribens hæc:

## CAPUT II.

### *De Deo Patre omnipotente.*

ORIGENES. (86) • Omni igitur sensu qui corporale aliquid de Deo intelligi suggerit, prout potuimus, confutato, dicimus secundum veritatem quidem Deum incomprehensibilem esse atque inestimabilem. Si quid enim illud est quod sentire vel intelligere de Deo potuerimus, multis longe modis eum meliorem esse ab eo quod sensimus, necesse est credi. Sicut enim si videamus aliquem vix posse scintillam luminis, aut brevissimæ lucernæ lumen aspicere, et eum cujus acies oculorum plus luminis capere quam supra diximus, non valet, si velimus de claritate et splendore solis edocere, nonne oportebit nos ei dicere, quia omni hoc lumine quod vi-

A des, ineffabiliter et inestimabiliter melior et præstantior solis est splendor? Ita mens nostra cum intra carnis et sanguinis claustra concluditur, et pro talis materiæ participatione hebetior atque obtusior redditur, (87) licet ad comparationem naturæ corporeæ longe præcellens habeatur, tamen cum ad incorporea nititur, atque eorum intuitionem rimatur, tunc scintillæ alieujus (88) aut lucerne vix obtinet locum. Quid autem in omnibus intellectuibus, id est incorporeis, tam præstans omnibus, tam ineffabiliter atque inestimabiliter præcellens est, quam Deus? Cujus utique natura acie humanæ mentis intendi atque intueri, quamvis sit purissima mens ac limpidissima, non potest. Verum non videtur absurdum, si ad evidenter rei manifestationem etiam alia utamur similitudine. (89) Interdum oculi nostri ipsam naturam lucis, id est, substantiam solis intueri non possunt: splendorem vero ejus, vel radios fenestræ forte, vel quibuslibet luminum brevibus receptaculis infusos intuentes, considerare possumus fomes ipse vel fons quantum sit corporei luminis. Ita ergo, quasi radii quidam sunt Dei naturæ opera divinæ Providentiae, et ars universitatis hujus, ad comparationem (90) ipsius substantiæ ac naturæ. Quia ergo mens nostra ipsum per seipsum Deum sicut est non potest intueri, ex pulchritudine operum, et decore creaturarum, parentem universitatis intelligit. Non ergo corpus aliud, aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis natura, simplex, nihil omnino in se adjunctionis admittens, ut ne maius aliquid et inferius in se habere creditur, sed ut sit ex omni parte ποντός, et, ut ita dicam, έβας, et mens, ac fons ex quo initium totius intellectualis naturæ vel mentis est. Mens vero ut moveatur vel operetur, non indiget loco corporeo, neque sensibili magnitudine, vel corporali habitu aut colore, neque alio ullo prorsus indiget horum quæ corporis (91) vel materiæ propria sunt. Propter quod natura illa simplex, et tota mens, ut moveatur vel operetur aliud, nihil dilationis aut cunctationis habere potest, ne per hujusmodi adjunctionem circumscribi vel inhiberi aliquatenus videatur divinæ naturæ simplicitas, ut ne quod est principium omnium, compositum inveniatur et diversum, (92) et sit multa, non unum,

<sup>\*\*</sup> Tit. iii, 41. <sup>\*\*</sup> Matth. xviii, 16.

(83) Editi, *conveniens*. Mss., *consequens*.

(84) Editi, *fiat pro stet*, quod præferunt omnes mss.

(85) Sic editi, et mss. plerique. Ms. vero Sorbonicus, et alter S. Remigii, *infamantur*.

(86) Ex lib. i *De principiis*, cap. 4, num. 5.

(87) Editi, *licet pro comparatione.... habeatur. MSS. illicet [al. illico] ad comparationem.... habetur. Sed legendum vicietur ut in textu.*

(88) MSS. nostri, et editi omittunt aut: sed hæc vox existat in aliis mss. librorum *De principiis*.

(89) Ms. Sorbonicus, *Interdum oculi si i infusos intuentur, considerare possumus non male. Cæteri mss. et editi ut in*

quod mss. omittant *nostrī*, post *oculi*.

(90) Vox ipsius deest in editis, et in mss. nostris; sed exstat in mss. librorum *Περὶ ἀρχῶν*, et restituenda videtur. Deinde editi, *ipsum per se Deum. MSS. nostri, ipsum per se ipsum Deum*; sed mss. librorum *De principiis*, *ipsum per se ipsam Deum*, quod rectius videtur.

(91) Editi, *vel propriæ materiæ propria sunt. Sed omnes mss. ut in textu.*

(92) Omnes hujus *Apologiae* mss. et si multa, non unum quid, oportet, etc. Editi vero, et libri *De principiis* tam editi quam mss., et si multa non unum.

*oportet, etc. Judicent lectores erenda.*

quod oportet totius corporeæ admisionis alienum una sola , ut ita dixerim , deitatis specie constare . »

PAMPHILUS. Hæc in primo libro *Περὶ ἀρχῶν* scribit de divina natura. In secundo vero , quia idem Deus Veteris et Novi Testamenti sit , hoc modo refert :

ORIGENES. (93) « His per ordinem , prout potuimus , breviter digestis , consequens est , secundum id quod ex initio propositum est , confutare etiam eos qui putant alium Deum esse Patrem Domini nostri Iesu Christi , præter illum qui vel Moysi responsa legis dabat , vel prophetas mittebat , qui est Deus patrum Abraham , Isaac et Jacob. Oportet enim primo in hac nos fidei ratione firmari. Considerandum ergo est illud quod frequenter in Evangelii dicitur , et in singulis quibusque Domini et Salvatoris nostri gestis adjungitur : *Ut impleatur quod dictum est per Prophetam* <sup>20</sup> *illum et illum : cum manifestum sit prophetas esse illius Dei qui mundum fecit.* Ex ipsa ergo consequentia concluditur , quoniam qui prophetas (94) misit , de Christo quæ gerenda erant ipse prædictis : et dubium non est quod haec non alienus quis ab eo , sed Pater ipsius prædicebat. Sed et illud quod frequenter exempla de Veteri Testamento a Salvatore proferuntur , vel ab apostolis ejus , non aliud indicat , nisi quod auctoritas veteribus a Salvatore et ab ejus discipulis adhibetur. Sed et illud quod ad benignitatem provocans discipulos suos Salvator dicit : *Estote perfecti , sicut et Pater vester cœlestis perfectus est , qui solem suum oriri jubet super bonos et malos , et pluit super justos et injustos* <sup>21</sup> : cuivis etiam exiguae intelligentiae viro evidentissimum suggestit intellectum , quod non aliud ad imitandum proponit discipulis suis Deum , nisi factorem solis , et imrium præbitum . »

PAMPHILUS. Post hæc in consequentibus multis argumentis atque exemplis Scripturarum affirmans , ostendit quoniam unus et idem Deus , Deus est legis , et Evangeliorum , et prophetarum , et apostolorum , justus et bonus , visibilium et invisibilium ac totius universitatis Dominus. Quomodo ergo senserit de Deo Patre , ex his ejus scriptis , quæ supra exposuimus , claruit. Videamus ergo nunc qualiter et de Dei Filio disserat .

### CAPUT III.

#### *De deitate Filii Dei.*

ORIGENES. (95) « Pro viribus igitur nostris pereleguis considerata ex operum suorum , magis quam <sup>20</sup> Matth. xiii, 35 ; xxvii, 35. <sup>21</sup> Matth. v, 48 , xi, 27. <sup>22</sup> Joan. xxi, 25.

(93) Ex lib. II *De principiis* , cap. 4 , num. 4.

(94) Sic. mss. Editi vero perperam misit , quæ de Christo credenda erant ipse prædictis. Libri *De principiis* tam editi quam mss. , misit , quæ de Christo prædicenda erat ipse prædictis.

(95) Ex lib. II *De principiis* , cap. 6 , num. 1.

(96) Ita recte editi , et libri *De principiis* tam editi quam mss. Mss. vero hujus *Apologiae* , creaturis ejus visibilibus , contemplantes [al. rursumque cou-

A ex nostri sensus contemplatione , divina natura , inuitisque nihilominus (96) creaturis ejus visibilibus , fide quoque invisibilibus contemplatis , quia non omnia vel oculis videre potest humana fragilitas , vel ratione complecti , eo quod omnium rationabilium infirmius et fragilius animal nos sumus homines : præstantiora enim sunt ea quæ vel in cœlo , vel super cœlos habentur : superest ut harum omnium creaturarum , et Dei , medium , id est mediætorem quæramus , quem Paulus apostolus primogenitum omnis creaturæ pronuntiat. Videntes enim ea quæ de ejus majestate in Scripturis sanctis referuntur et intuentes quod *imago invisibilis Dei* , *primogenitus omnis creaturæ* dicatur , et quod in ipso creata sint omnia , sive quæ in celis , sive quæ in terra sunt , visibilia et invisibilia , sive throni , sive dominationes , sive principatus , sive potestates , omnia per ipsum , et in ipso creata sunt <sup>23</sup> et ipse est ante omnes , et omnia in illo constant <sup>24</sup> , qui est caput omnium , solus habens caput Deum Patrem , sicut scriptum est , *Caput autem Christi Deus* <sup>25</sup> : pervidentes etiam quod scriptum est : quoniam *nemo novit Patrem* , nisi *Filius* ; neque *Filius quis novit , nisi Pater* <sup>26</sup> ; (quis enim nosse potest quæ sit sapientia , nisi qui genuit eam : aut quis ad liquidum quæ sit veritas novit , nisi veritatis Pater ? quis certe universam Verbi sui naturam , atque ipsius Dei qui ex Deo est , investigare potuit , nisi solus Deus , apud quem erat Verbum ? ) (97) *Pro certo habere debemus* , quod hoc Verbum , sive ratio dicenda est , hanc sapientiam , hanc veritatem nullus alias nisi solus Pater novit : de quo , sicut scriptum est : *Ne ipsum quidem mundum capere posse arbitror libros qui scriberentur* <sup>27</sup> de gloria et de majestate Filii Dei. Impossible namque est litteris committere ea quæ ad Salvatoris gloriam pertinent . »

PAMPHILUS. Unum istud testimonium de deitate Fili Dei ex illis libris protulimus , qui maxime ab accusatoribus arguuntur. Dubium autem non est , quod eodem sensu etiam in cæteris sentiat , neu sibi sit ipse contrarius. De eo quod non sit Pater antequam Filius , sed coæternus sit Filius Patri , in primo libro *De Genesi* hæc ait :

D ORIGENES. (97) « Non οὐ γὰρ ὁ Θεὸς (98) Πα- enim Deus , cum prius non τὴρ εἶναι ἡρέστο , καλυπ- θετερός , ὃς οἱ γινόμενοι πα- esset Pater , postea Pater μένος , ὃς οἱ γινόμενοι πα- esse cœpit , velut im- πέρες ἀνθρώποι , ὑπὸ τοῦ alij δύνασθαι πω πατέρες οὐκ εἶναι. Et γὰρ αὐτὸς τέλετος εἶναι. Εἰ γὰρ ἀληθέστερος ὁ Θεὸς , καὶ πάρεστιν αὐτὸς εἶναι. <sup>28</sup> Coloss. i, 15-17. <sup>29</sup> I Cor. xi, 3. <sup>30</sup> Matth.

temp/antes] quia non omnia , etc.

(97) Mss. hujus *Apologiae* habent : *Unde pro certo habere* , etc. Sed editi , et libri *De principiis* omitunt unde.

(97) Ex libro I in *Genesim*.

(98) οὐ γὰρ ὁ Θεὸς , etc. Hunc locum Graece exhibet Eusebius lib. I aduersus *Marcellum Aney-* ranum , pag. 22.

non statim ex quo sunt etiam patres esse possint. Si enim semper perfectus est Deus, nec deest ei virtus qua Pater sit, et bonum est esse eum Patrem talis Filii, quid differt, aut quid hoc bono se fraudat, et non statim, si ita dici potest, (98<sup>a</sup>) ex quo potest esse Pater, efficitur Pater? Id ipsum autem etiam de Spiritu sancto dicendum est. »

PAMPHILUS. Aliud testimonium de eadem re ex libris *Epistola ad Hebreos*.

ORIGENES. (99) « Lux autem aeterna quid aliud sentiendum est, quam Deus Pater, qui nunquam fuit quando lux quidem esset, splendor vero ei non adesset? Neque enim lux sine splendore suo unquam intelligi potest. Quod si verum est, nunquam est (99<sup>b</sup>) quando Filius non Filius fuit. Erat autem non, sicut de aeterna luce diximus, innatus, ne duo principia lucis videamus inducere, sed sicut ingenitae lucis splendor, ipsam illam lucem initium habens ac fontem, natus quidem ex ipsa; sed non erat quando non erat. »

PAMPHILUS. Aliud testimonium de eadem re de libris *Epistola ad Romanos*.

ORIGENES. (1) « Quod promiserat, inquit, per prophetias suos in Scripturis sanctis de Filio suo qui secundum carnem factus est ex semine David <sup>26</sup>. Factus est quod ante non erat. Manifestum est enim quis secundum carnem non erat prius: secundum spiritum vero erat ante, et non erat quando non erat. »

PAMPHILUS. Item in libro primo *De pl. apôlōr.* Quod extra ullum initium est generatio Filii Dei.

ORIGENES. (1<sup>a</sup>) « Si ergo semel recte receptum est unigenitum Filium Dei sapientiam ejus esse substantialiter subsistentem, nescio si jam ultra evagari sensus noster debeat ad suspicandum (2) ne forte ipsa subsistentia ejus corporeum aliquid ha-

<sup>26</sup> Rom. 1, 2, 3. <sup>26<sup>a</sup></sup> Sap. vii, 25.

(98<sup>a</sup>) Sic editi; mss. vero, *se Pater efficit Patrem* [al. *se Patre efficitur Pater*].

(99) Ex libris in *Epist. ad Hebreos*.

(99<sup>b</sup>) Haec mss. Sorbonicus. Ceteri vero mss. quando Filius non Filius non fuit. Editi, quando Filius non fuit: et postea omittunt innatus.

(1) Ex lib. 1 in *Epist. ad Rom.*, num. 4 et 5.

(1<sup>a</sup>) Ex lib. 1 *De principiis*, cap. 2, num. 2.

(2) Haec mss. plerique. Mss. vero quidam, et editi, ne forte ipsa substantia ejus, etc. Libri editi *De principiis*, ne forte ipsa ideæ substantia ejus, etc. Mss. vero eorumdem librorum, ne forte ΙΗΙΤΑ ὑπόστασις, id est substantia ejus, etc., ubi vocem ΙΗΙΤΑ omnibus incognitam nihil aliud esse suspicor quam ipsa: quam vocem imperiti librarii Graecam crediderunt.

(2<sup>a</sup>) Mss. plerique, postea gennetur esse. Quid

A τῷ δύναμις τοῦ Πατέρα A bent, cum omne quod corporeum est, vel habitu, vel colore, vel magnitudine designatur. Et quis unquam sani sensus habitum vel colorem, aut mensuræ magnitudinem in Sapientia requisivit, per quod Sapientia est? Quomodo autem extra hujus Sapientiae generationem fuisse aliquando Deum Patrem, vel ad punctum momenti alicuius potest quis sentire vel credere, qui tamen pium aliquid de Deo intelligere noverit, vel sentire? Aut enim non potuisse Deum dicet generare Sapientiam antequam generaret, ut eam, quæ non erat, (2<sup>a</sup>) postea genuerit ut esset: aut potuisse quidem, sed (quod ne dici quidem de Deo fas est) noluisse generare: quod utrumque et absurdum esse, et impium omnibus patet, (3) id est, ut aut ex eo quod non potuit B Deus, proficeret ut posset; aut ex eo cum posset, dissimularet generare Sapientiam. Propter quod nos semper Deum Patrem novimus unigeniti Filii sui ex ipso quidem nati, et quod est ab ipso trahentis, sine ullo tamen initio, non solum eo quod aliquibus temporum spatiis distinguiri potest, sed ne illo quidem quod sols apud semetipsam mens intueri solet, et nudo, ut ita dixerim, intellectu atque animo conspicari. Extra omne ergo quod vel dici, vel intelligi potest initium, generatum esse credendum est Sapientiam. »

PAMPHILUS. Aliud testimonium (3<sup>a</sup>) de eisdem.

ORIGENES. (4) « Qui autem initium dat Verbo Dei, vel Sapientia Dei, (4<sup>a</sup>) intuere ne magis in ipsum ingenitum Patrem impietatem suam jacet, cum eum neget semper Patrem fuisse, et genuisse Verbum, et habuisse Sapientiam anterioribus vel temporibus, vel saeculis, vel si quid illud est quod nominari potest. »

PAMPHILUS. Item aliud testimonium de eisdem.

ORIGENES. (5) « Efficitur ergo virtus altera in sua proprietate subsistens, ut ait sermo Scripturæ, vapor quidam primæ et ingenitæ virtutis Dei <sup>27</sup>, hoc quidem quod est, inde trahens: non est autem quando non fuerit. Si enim quis voluerit dicere quasi prius non existiterit, sed postea ad (5<sup>a</sup>) subsistentiam venerit, dicat causam quare qui eam substituit Pater, ante hoc non fecerit. Quod si aliquod semen initium dederit quo vapor iste ex Dei

D omittunt esse, sicut et Merlinus. Genebrardus vero, et libri *De principiis* tam editi quam mss. ut in textu.

(3) Sic mss. Editi vero, id est, non ex eo quod non potuit Deus perficere ut posset, et ex eo cum posset, etc.

(3<sup>a</sup>) Omnes mss., de eisdem. Editi, ejusdem.

(4) Ex lib. 1 *De principiis*, cap. 2, num. 5.

(4<sup>a</sup>) Mss. aliquot, intueatur. Deinde editi, vel si quid aliud est. Sed omnes mss. et libri *De principiis* ut in textu.

(5) Ex lib. 1 *De principiis* cap. 2, num. 9.

(5<sup>a</sup>) Editi, substantiam; et paulo post, quod si aliquod semel, etc. Sed mss. plerique ut in textu. Libri *De principiis* habent subsistere facit, pro substituit.

virtute processerit, iterum (6) interrogabitur quare non et ante illud quod dixit initium : et ita semper de anterioribus inquirentes, et verbo interrogatōnis ascēdentes, p̄veniemus in illum intellectum, ut quoniam semper et poterat Deus, et volebat, nunquam (7) vel decuerit, vel causa aliqua existere potuerit, ut non hoc quod bonum et volebat et poterat, semper habuerit. Ex quo ostenditur semper fuisse vaporē istum virtutis Dei nullum habentem initium, nisi ipsum Deum. Neque enim decebat aliud ei esse initium, nisi ipsum, unde est et nascitur, Deum. Secundum Apostolum vero dicentem, quia Christus *Dei virtus est*<sup>37</sup>, jam non solum vapor virtutis Dei, sed et virtus ex virtute dicenda est. <sup>38</sup>

PAMPHILUS. Item aliud testimonium de eisdem.

ORIGENES. (8) « Sempiternum, vel aeternum proprie dicitur, quod neque initium ut esset habuit, neque cessare unquam potest esse quod est. Hoc autem designatur apud Joannem, cum dicit : *Quoniam Deus lux est*<sup>39</sup>. Splendor autem lucis ejus Sapientia sua est, (9) non solum secundum quod lux est, sed et secundum quod sempiterna lux est, ita ut aeternus et aeternitatis splendor sit Sapientia sua. Quod si integre intelligatur, manifeste declarat, quia (10) subsistentia Filii ab ipso Patre descendit, sed non temporaliter, neque ab ullo alio initio, nisi, ut diximus, ab ipso Deo. »

PAMPHILUS. Item, de aeternitate Filii Dei, et inseparabilitate ejus a Patre, aliud testimonium de libro primo.

ORIGENES. (11) « Infandum autem est et illicitum, Deum Patrem (12) in generatione Filii sui unigeniti, atque in subsistentia ejus, exaequare alicui vel hominum, vel aliorum animantium generanti ; sed necesse est exceptum aliquid esse et Deo dignum, cuius nulla prorsus comparatio non in rebus solum, sed ne in cogitatione quidem vel sensu inveniri potest, ut humana cogitatio possit apprehendere quomodo ingenitus Deus Pater efficitur unigeniti Filii. Est namque ita aeterna et sempiterna generatio. (13) sicut splendor generatur ex luce. Non

<sup>37</sup> I Cor. i, 24. <sup>38</sup> I Joan. i, 5. <sup>39</sup> Hebr. i, 3.

(6) Sic omnes mss. Editi vero, et libri *De principiis*, *interrogabimus*.

(7) Alias, *Vel decuit, vel causa aliqua existere potuit, ut non bonum hoc quod volebat [al. ut non hoc quod bonum et volebat; al. ut non hoc quod bonum est et volebat] semper habuerit*. Sed rectius mss. aliquot ut in texu.

(8) Ex lib. i *De principiis*, cap. 2, num. 41.

(9) Editi, et mss. hujus *Apologiae*, non solum secundum quod lux est, ita ut aeternitatis splendor sit sapientia sua, omissis ceteris quae restitunt libri *De principiis* tam editi quam mss. et quae restituenda videntur.

(10) Sic recte mss. plerique, et libri *De principiis* tam editi quam mss. Editi vero et mss. quidam hujus *Apologiae*, *substantia*.

(11) Ex lib. i *De principiis*, cap. 2, num. 4.

(12) Ita libri *De principiis*. Ita etiam omnes mss. nostri, nisi quod habeant, atque in *substantia* ejus.

A enim per adoptionem Spiritus Filius fit extrinsecus, sed natura Filius est. <sup>40</sup>

PAMPHILUS. Item de eodem aliud testimonium.

ORIGENES. « Videamus (14) "Ιδωμεν δὲ τις ergo quis sit Salvator nostrus. Splendor dicitur gloriam, id est, aeternae lucis splendor<sup>41</sup>; et certum est quod splendor ex lumine inseparabiliter generatur, et donec permaneat lux, permanet semper et splendor. Salvator ergo noster qui Sapientia est (Sapientia autem Dei ipsa est splendor aeternae lucis) inseparabiliter et indesinenter generatur ex Patre. Sic enim et ipsa de se Sapientia per Salomonem dicit : Ante omnes colles generat me<sup>42</sup>. Non enim dixit : Ante omnes colles genuit me, sed, generat me. In quo significantia semper aeternitatis est. »

#### INTERPR. NOVA.

Videamus autem quis sit Salvator noster. Splendor est gloria. Splendor gloriae non semel nascitur, et deinceps nasci desinit : sed quandiu exsistit lux efficiens splendoris, tandem gignitur splendor gloriae Dei. Salvator noster est Sapientia Dei. Sapientia vero splendor est lucis aeternae. Si ergo Salvator semper gignitur, et propter hoc dicit : Ante omnes colles generat me : non vero : Ante omnes colles genuit me, sed, generat me. In quo significantia semper aeternitatis est.

#### CAPUT IV.

##### De Spiritu sancto.

ORIGENES. (15) « Tempus est nunc pro viribus de Spiritu sancto (16) pauca describere, quem Dominus et Salvator noster in Evangelio secundum

<sup>40</sup> Sap. vii, 26. <sup>41</sup> Prov. viii, 25.

D Editi vero, generationem Filii sui unigeniti, atque substantia ejus.... vel aliorum animantium generationi.

(13) Vide Origenianor. lib. ii, quæst. 2, num. 24, ubi solis solarisque radii exempla ad significandam aeternam Verbi generationem discutiuntur.

(14) Ex homil. 9 in Jerem., num. 4. — "Ιδωμεν δὲ τις, etc. Graeca haec adducimus ex homilia 9 in Jeremiam, num. 4, sub finem, unde contextus ille depromittit, non vero ex libro primo *De principiis*, ut prima fronte innuere videatur precedentia Pamphilii verba. In hunc contextum videsis Origenianor. lib. ii, quæst. 2, num. 24. Editi. Videamus ergo quid sit.... Splendor dicitur etiam gloriae, id est, splendor luminis aeterni. Sed omnes mss. ut in texu, praeter Corbeitensem qui habet, Videamus ergo qui sit, etc.

(15) Ex lib. ii *De principiis*, cap. 7, num. 4.

(16) Editi, et libri *De principiis*, pauca disserere. Mss. vero nostri, pauca describere.

Joannem Paracletum nominavit<sup>43</sup>. Sicut enim idem ipse Deus, atque idem ipse Christus, ita idem ipse et Spiritus sanctus est, qui etiam in prophetis et in apostolis fuit, id est, sive in illis qui ante adventum Christi Deo crediderunt, sive in his qui per Christum confugerunt ad Deum. Et duos quidem Deos audivimus ausos esse hereticos dicere, et duos Christos: (17) duos autem Spiritus sanctos nunquam audivimus ab aliquo praedicari. »

PAMPNILUS. Quod eadem sit inconvertibilitas Spiritus sancti quae Patris et Filii. De libro I *Περὶ ἀρχῶν*.

ORIGENES. (18) « Nulla ergo natura est, secundum quod nos sentimus, quae non possit recipere malum: (19) sed non continuo, quia dicimus nullam esse naturam quae non possit recipere malum, idcirco confirmamus omnem naturam recepisse malum, id est, malam effectam: sed sicut est dicere, quia omnis hominis natura recipit ut possit navigare, non tamen ex eo etiam omnis homo navigabit; et iterum omni homini possibile est discere artem grammaticam, vel medicinam, non tamen idcirco ostenditur omnis homo vel medicus esse vel grammaticus: ita si dicimus nullam esse naturam quae non possit recipere malum, non tamen continuo etiam recepisse malum designatur. » (20) Et rursum: « Nulla natura est quae non recipiat bonum: nec tamen idcirco omnis natura probabitur recepisse quod bonum est. »

PAMPNILUS. Et post panca addidit:

ORIGENES. « Nulla ergo natura est quae non recipiat malum, excepta Dei natura, (21) que fons bonorum omnium est, et Christi. Sapientia enim est, et sapientia utique stultitiam recipere non potest. Et justitia est; justitia autem nunquam profecto injustitiam capiet. Et Verbum est, vel ratio, quae utique irrationalibilis effici non potest. (22) Sed et lux est, et

<sup>43</sup> Joan. xiv, 26. <sup>44</sup> Psal. L, 15. <sup>45</sup> Dan. iv, 6.  
<sup>46</sup> Act. viii, 18.

(17) *Duos autem Spiritus sanctos*, etc. In libro II *De principiis* locum hunc contrarium diximus ei quem supra, cap. I, refert Pamphilus ex *Commentario Origenis in Epist. ad Tit.* iii, 10, ubi juxta Genebrardum ita legebatur: *Sed et sunt qui Spiritum sanctum alium quidem dicunt esse qui fuit in prophetis, alium autem qui fuit in apostolis Domini nostri Iesu Christi.* Sed mss. qui ferunt, *Sed et si qui sunt, qui, etc., apertam contradictionem tollunt.* Ibi enim non affirmatur, sed dubitatur. Cæterum cum libris *Περὶ ἀρχῶν* posterior sit *Commentarius in Epist. ad Titum*, interim forsitan audire potuit Origenes plures Spiritus sanctos a quibusdam hereticis praedicari. Et certe canones apostolici qui tertio circiter seculo, ac proinde circa ipsa Origenis tempora confecti videntur, dantiam canone 41, eum qui baptizaverit in tres Filios, aut in tres Spiritus sanctos.

(18) Ex lib. I *De principiis*, cap. 8, num. 3.

(19) *Sed non continuo, quia dicimus nullam esse naturam quae non possit recipere malum.* Hæc desiderantur in libris tam editis quam mss. hujus *Apologiae*; sed restituuntur ex omnibus codicibus librorum *De principiis*, et restituenda videntur.

(20) *Et rursum: Nulla natura est quae non possit recipiat bonum: nec tamen idcirco omnis natu-*

A lucem certum est quod tenebrae non comprehendant. Similiter autem et natura Spiritus sancti, quæ sancta est, non recipit pollutionem. Naturaliter enim, vel substantialiter sancta est. Si qua autem alia natura sancta est, ex assumptione hoc, vel inspiratione Spiritus sancti habet ut sanctificetur, non ex sua natura hoc possidens, sed accidens; propter quod et decidere potest quod accidit. Ita et justitiam accidentem quis habere potest, unde et decidere eam possibile est. Sed et sapientiam quis accidentem nihilominus habet, quamvis in nostra sit positum potestate studio nostro et vita merito, si sapientiae operam demus, effici sapientes; et si semper id studii geramus, (25) semper sapientiae participemus; et id nobis vel plus vel minus B accidat vel pro vita merito, vel pro studii quantitate. »

PAMPNILUS. Quod æqualis sibi sit Trinitas, et quod Spiritus sanctus non sit creatura. De libro primo *Περὶ ἀρχῶν*.

ORIGENES. (24) « De Spiritu vero sancto, quia est, multa nos Scripturæ docuerunt, sicut David in quinquagesimo psalmo dicit: *Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me*<sup>47</sup>. Et in Daniele dicitur: *Spiritus sanctus qui in te est*<sup>48</sup>. In Novo vero Testamento abundantibus testimoniorum edocemur, cum Spiritus sanctus super Christum descendisse perscribitur, et cum ipse Dominus insufflavit in apostolos post resurrectionem, dicens: *Accipite Spiritum sanctum*<sup>49</sup>. Et ad Mariam dicitur ab angelo: *Spiritus sanctus (25) veniet super te*<sup>50</sup>. Paulus vero docet, quia nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto<sup>51</sup>. Et in Actibus apostolorum per impositionem mannum apostolicarum Spiritus sanctus dabatur in baptismis<sup>52</sup>. Ex quibus omnibus didicimus tantæ esse et auctoritatis et dignitatis substantiam sancti Spiritus, ut salutare

<sup>47</sup> Joan. xx, 22. <sup>48</sup> Luc. i, 35. <sup>49</sup> 1 Cor. xi, 3.

bitur recepisse quod bonum est. Hæc non comparent in loco citato libri primi *De principiis*, ubi pro illis verbis legitur: *Secundum nos namque ne diabolus quidem ipse incapax fuit boni: non tamen idcirco quia potuit recipere bonum, etiam voluit, vel virtutis operam dedit.* Alter fortasse legerat in Graeco Hieronymus, qui in epistola ad Avitum refert Origenem asseruisse diabolum non incapacem esse virtutis, et tamen nequam velle capere virtutem, quasi hic inueniet Adamantius fore ut aliquando velit diabolus capere virtutem. Vide *Origenian.* lib. II, quest. 5, num. 11, 12, 13, 14.

(21) Libri hujus *Apologiae* tam editi quam mss., quæ fons omnium est, et Christi [al. et Christus] sapientia est, et sapientia utique, etc. Sed rectius libri *De principiis*, ut in nostro textu.

(22) Plures mss. habent *lumen pro lucem*. Ms. Regius: *Sed et lux est et lumen.* Certum est autem quod tenebrae lumen non comprehendunt.

(23) Mss. plures, si semper sapientiae. Deinde omnes, participamus, et id nobis vel plus vel minus accedat, etc. Sed editi, et libri *De principiis* rectius ut in nostro textu.

(24) Ex lib. I *De principiis*, cap. 3, num. 2.

(25) Sic mss. plerique. Cæteri vero, et editi, suum in te.

baptismia non aliter nisi excellentissime omnium A Trinitatis auctoritate, id est Patris, et Filii, et Spiritus sancti cognominatione compleatur, et innato Deo Patri, et unigenito ejus Filio, nomen quoque Spiritus sancti copuletur. Quis ergo non obstupescat quanta majestas sit Spiritus sancti, cum eum qui dixerit verbum in Filium hominis audiat sperare veniam posse; eum vero qui in Spiritum sanctum blasphemaverit, veniam non habere neque in praesenti saeculo, neque in futuro<sup>\*\*</sup>?

PAMPHILUS. Et post pauca adjecit:

ORIGENES. « Verumtamen usque ad præsens nullum sermonem in Scripturis sanctis invenire potuimus, per quem Spiritus sanctus factura esse vel creatura, diceretur. »

PAMPHILUS. Et insertis compluribus testimonij de virtute Spiritus sancti, post aliquanta etiam hæc adjecit:

ORIGENES. « Si revelante Filio cognoscit Patrem Spiritus sanctus, ergo ex ignorantia ad scientiam venit: quod utique et implum pariter et stultum est, Spiritum sanctum confiteri, et ignorantiam ei ascribere. Non enim cum aliud aliquid esset ante quam Spiritus sanctus, per profectum venit in hoc ut esset Spiritus sanctus: ut quis audeat dicere, quia tunc quidem cum nondum esset Spiritus sanctus, ignorabat Patrem: postea vero quam recepit scientiam, etiam Spiritus sanctus effectus est. Quod si esset, nunquam utique in unitate Trinitatis, id est, Dei Patris inconvertibilis, et Filii ejus, etiam ipse Spiritus sanctus haberetur, nisi quia et ipse semper erat Spiritus sanctus. »

PAMPHILUS. Et post pauca adjecit:

ORIGENES. « Rectum tamen videtur inquirere quid cause sit quod qui regeneratur per Deum in salutem, opus habet et Patre, et Filio, et Spiritu sancto, non percepturus salutem, nisi sit integra Trinitas: (26) nec possibile sit participem vel Patris,

<sup>\*\*</sup> Matth. xii, 32; Lue. xii, 10. <sup>\*\*</sup> Exod. iii, 14.

(26) Editi, nec possibile est participem fieri Patris et Filii, sine Spiritu sancto. Mss. plures, nec possibile sit esse participem (alii quidam, et libri De principiis, participem fieri) vel Patris, vel Filii, sine Spiritu sancto. Sed rectius ms. Regius ut in nostro texto.

(27) « Oti δ μὲν Θεὸς, etc. Graeca hæc exhibet Imperator Justinianus ad calcem epistolæ ad Meinam; et Hieronymus, epistola 94 ad Avitum, id etiam criminis veritati Origeni quod dixerit Filium quoque minorem Patre, eo quod secundus ab illo sit, et Spiritum sanctum inferiorem Filio in sanctis quibusque versari: atque hoc ordine majorem Patris fortitudinem esse quam Filii et Spiritus sancti, et rursus majorem Filii fortitudinem esse quam Spiritus sancti: et consequenter ipsius sancti Spiritus majorem esse virtutem ceteris quæ sancta dicuntur. Hæc Rulinius quibusdam detractus, quibusdam additis emolivit; ac forte inde est quod Hieronymus lib. ii et iii adversus Rufinum contendit vel Diodum, vel ipsummet Rulinum, vel alium nescio quem tam Graeco quam Latine in bonam partem plerasque de Filio et Spiritu sancto blasphemias commulasse quæ in Graeco hujus Apologiae contextu comparebant; quod in interpretatione librorum Hept. ἀρχῶν, unde locus hic eruitur, fecisse Ruli-

vel Filii, salvati sine Spiritu sancto. De quibus dis- cutientes, sine dubio necessarium erit ut operationem specialem Spiritus sancti, specialem Patris, vel Filii, describamus. Arbitror igitur operationem

(27) « Oti δ μὲν Θεὸς quidem esse Patris, et καὶ Πατὴρ συνέχων τὰ Filii, tam in sanctis πάντα φθάνει εἰς ἑκαστον τῶν ὄντων μεταδιδούσς ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ ιδίου τὸ εἶναι. ὃν γάρ ἔστιν ἐλάττων δὲ πρὸς τὸν Πατέρα δὲ Υἱὸς φθάνων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά· δεύτερος γάρ ἔστι τοῦ Πατρός· ἔτι δὲ ἡ οἵτη τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἀγίους δικτυούμενον ὅστε κατὰ τοῦτο μείζων ἡ δύναμις τοῦ Πατρὸς παρὰ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον· πλειων δὲ ἡ τοῦ Υἱοῦ παρὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἄγιου Πνεύματος ἡ δύναμις παρὰ τὰ δόλλα ἄγια.

B δὲ ἡ οἵτη τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον πλειων δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον· πλειων δὲ ἡ τοῦ Υἱοῦ παρὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἄγιου Πνεύματος ἡ δύναμις παρὰ τὰ δόλλα ἄγια.

liora convertunt, et per vias Christi Jesu incedunt, id est, (28) qui sunt in novis actibus incedentes, et in Deo permanentes. Quoniam autem operatio

C Patris et Filii est et in sanctis, et in peccatoribus, manifestatur ex eo quod (29) omnes qui rationabiles sunt, Verbi Dei, id est, rationis participes sunt, et per hoc velut semina quædam insita sibi gerunt sapientiae et scientiae, quod est Christus. (30) Sed et hoc ipsum quod est et permanet omnis creatura, operatio est Dei Patris qui dixit: *Ego sum qui sum*<sup>\*\*</sup>: quæ pervenit super omnes. Ipse est enim

nus ipse evincitur. Vide *Origenianor.* lib. ii, quæst. 2, num. 27 et 28. Cæterum editi habent: *Arbitror ergo..... quæ in peccatoribus irrationalibus hominibus, etc.* Sed omnes mss. tam hujus *Apologiae* quam librorum *De principiis*, ut in nostro textu.

(28) Sic ms. Regius. Ita etiam cæteri mss. et editi, nisi quod omittant incedentes, et editi ha- beant in fine, permanent. Libri vero *De principiis* tam editi quam mss., sapientiae et scientiae: sed omnes hujus *Apologiae* mss. ut in textu.

(29) Editi, omnes rationabiles, Verbi Dei. Deinde iidem editi, et libri *De principiis* tam editi quam mss., sapientiae et scientiae: sed omnes hujus *Apologiae* mss. ut in textu.

(30) Sed et hoc ipsum quod est et permanet omnis creatura, operatio est Dei Patris qui dixit: *Ego sum qui sum: quæ pervenit super omnes. Ipse est enim qui solem suum oriri jubet* (ms. Regius, *oriri facit*) *super bonos et malos, et pluit super justos et injustos.* Hæc desiderantur in libris *Hept. ἀρχῶν* tam editis quam mss., ubi pro illis verbis legitur lib. i, cap. 3, num. 6: *Ex eo autem qui vere est, qui dixit per Moysem: Ego sum qui sum, omnia quæcumque sunt participia: quæ participatio Dei Patris pervenit in omnes tam justos quam peccatores et rationabiles atque irrationalibus, et in omnia omnino quæ sunt.*

*qui solem suum oriri jubet super bonos et malos, et A* spuit super justos et injustos<sup>31.</sup>

INTERPR. NOVA.

*Arbitror Deum quidem et Patrem, cum omnia contineat, ad unumquodque entium pervenire, esse unicuius impertientem de suo: ipse enim est qui est. Minor vero Pater Filius ad sola rationabiliter pervenit; est enim secundus a Patre. Adhuc etiam minor Spiritus sanctus ad solos sanctos pertinet. Ita ex hoc major est potestas Patris, quam Fili et Spiritus sancti; amplior item potestas Fili, quam Spiritus sancti; ae rursum praestantior est sancti Spiritus virtus, quam aliorum sanctorum entium.*

PAMPILUS. Et post multam de Patre et Filio per Scripturarum exempla assertionem, addidit haec:

ORIGENES. « Spiritus vero sancti participationem a sanctis tantummodo haberi invenimus. Propter quod dicitur: *Nemo potest dicere (31) Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto*<sup>32.</sup> Et vix aliquando ipsi apostoli digni habentur audire: *Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos*<sup>33.</sup> Propter quod et consequens puto, quia qui peccaverit in Filium hominis, venia dignus est<sup>34.</sup> pro eo quod is qui Verbi vel rationis est particeps, si desinat rationabiliter vivere, videtur in ignorantiam, vel stultitiam decidisse, et propter hoc veniam promereret: qui autem jam dignus est habitus sancti Spiritus participatione, et retro fuerit conversus, hic re ipsa et opere blasphemasse dicitur in Spiritum sanctum. »

PAMPILUS. (32) Quod sicut Pater novit initia omnium quae sunt, et fines, sic et Filius, sic et Spiritus sanctus sciatur, (33) eo quod Deo possibile est omnem creaturam cognoscere. De quarto libro *Περὶ ἀρχῶν*.

ORIGENES. (34) « Paulus apostolus per Spiritum sanctum qui perscrutatur etiam profunda Dei, altitudinem divitiarum sapientiae ac scientiae Dei scrutans, nec tamen ad finem, et, ut ita dixerim, ad ini-

<sup>31</sup> Matth. v, 45. <sup>32</sup> I Cor. xii, 3. <sup>33</sup> Act. i, 8.  
<sup>34</sup> ibid. <sup>35</sup> Eccl. viii, 24, 25. <sup>36</sup> Isa. xl, 22, 23.

(31) Editi, *Dominus Jesus*. Deinde mss. plerique omittunt, *supervenientis*. Mss. plures librorum *De principiis* habent, *supervenientem*.

(32) Editi, *Quod si Pater novit initia omnium quae sunt, et fines, sic et Filius, sic et Spiritus sanctus sciatur id quod impossibile est omni creaturam cognoscere*. Sed omnes mss. ut in nostro textu, nisi quod alias habeat Deum, alii Dei; et alius scit pro sciat.

(33) *Eo quod Deo possibile est*. Ita quidem mss. fere nostri omnes. Ms. vero S. Michaelis in Pericolo maris, *eo quod impossibile est*, etc. Sed rectius legendum cum antea editis, *id quod impossibile est*, etc.

(34) Ex lib. iv *De principiis*, num. 26.

(35) Alias, et quia; al. et quoniam. Ms. S. Michaelis in Pericolo maris perperam, et quam desperationem.

(36) Editi, *interiori*, male. Paulo post mss. plures, sensimque illuminatus; et postea editi, requiriuntur.

(37) Alias, quam humanae, factae tamen, etc.

(38) Eadem fere reperiuntur lib. i *De principiis*, cap. 5, num. 4, ubi Graeca hsec apponuntur ex Epistola Justiniani imperatoris ad Menanum patriarcham Constantinopolitanum: «Ἐλέγει δὲ ὁ Ἐβραῖος τὰ ἐν τῷ Ἡράκλεῳ σεραφίμ τοῖς πεπτέρυγα κεκραγότα ἔται-

A timam cognitionem prevalens pervenire, desperatione rei et stupore proclamat et dicit, *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei*<sup>37</sup>! (35) Et quod desperatione perfectae comprehensionis haec exclamaverit, audi ipsum dicentem: *Quam inscrutabilia sunt judicia Dei, et quam investigabiles viae ejus*<sup>38</sup>! Non enim dixit difficile posse scrutari, sed omnino non posse, judicia Dei: nec dixit difficile investigari posse vias ejus, sed non posse investigari. Quantumcunque enim quis scrutando promoveat, et studio (36) intentiore proficiat, gratia quoque Dei adjuvus, sensuque illuminatus, ad perfectum finem eorum quae requiruntur, pervenire non poterit; nec omnis mens quae creata est, possibile habet ullo genere comprehendere: sed cum invenerit aliquantulum ex his quae queruntur, iterum videt alia quae querenda sunt. Quod si et ad ipsa pervenerit, multo iterum plura ex illis quae queri debeant, pvidebit. Propter quod et sapientissimus Salomon naturam rerum per sapientiam contenus, ait: *Dixi, sapiens efficiar, et ipsa sapientia longe facta est a me, longe plus quam erat: et altitudinem profundam quis inveniet?*<sup>39</sup> Sed et Isaia sciens rerum initia a natura mortali inveniri non posse, sed ne ab his quidem naturis quae quamvis diviniores sint (37) quam humana est, factae tamen et ipsae sunt vel creatae: sciens ergo quod a nulla harum neque initium, neque finis inveniri potest, ait: *Priora quae fuerint dicite, et sciemus quia dii estis: vel novissima quae sunt, annuntiate, et tunc videbimus quod dii estis*<sup>40</sup>. (38) Nam et Hebreus doctor ita tradebat, pro eo quod initia omnium vel finis non posset ab ullo comprehendendi, nisi tantummodo a Domino Iesu Christo et ab Spiritu sancto, idecirco aiebat per figuram visionis Isaiam dixisse duos seraphim solos esse qui duabus quidem aliis operant faciem Dei, duabus vero pedes, et duabus volare eos, et (39) clamare ad invicem sibi dicentes: Matth. xii, 52; Luc. xii, 10. <sup>37</sup> Rom. xi, 33.

ρον, καὶ λέγοντα· «Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος Σαδαὼθ, τὸν Μονογενὴν εἶναι τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ Πνεύμα τὸ ἄγιον· ἡμεῖς οἰόμεθα ὅτι καὶ ἐν τῇ ψῷ Ἄμβωνού, «Ἐν μέσῳ δύο ζωῶν γνωσθήσῃ», περὶ Χριστοῦ καὶ ἀγίου Πνεύματος. Dicebat autem et Hebreus magister, quod duo illa seraphim quae in Isaia sensis aliis describuntur clamantia ad invicem et dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, de unigenito Filio Dei, et Spiritu sancto essent intelligenda. Nos vero putamus etiam illud quod in cantico Habacuc (iii, 2) dictum est, in medio vel duorum animalium, vel durarum vitarum cognosceris, de Christo et de Spiritu sancto sentiri debere. Ille autem Origenis interpretatio ita Hieronymo stomachum movit, ut impian illam et detestandam appellat lib. iii in Isaiam et epist. 41 al. 65 ad Iannachionem et Oceanum. Sed vide quo pacto excusatetur Origenianor. lib. ii, quest. 2, nom. 26.

(39) Ms. Sorbonicus, et clamantes ad invicem sibi, et dicentes. Ita etiam libri *De principiis* tam editi quam mss., nisi quod prius habeant, et dualis volunt. Editi vero hujus *Apologia*, et clamantes sibi invicem dicente. Ms. S. Michaelis in Pericolo maris, et clamantes ad invicem dicente. Sed ceteri mss. at in i

tes : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est universa terra gloria tua*<sup>59</sup>. Quod ergo sola seraphim utrasque alas suas habent in facie Dei et in pedibus ejus, (40) videndum est pronuntiare, quod neque exercitus sanctorum angelorum, neque sancte sedes, neque dominationes, neque principatus, neque potestates scire possunt integre initium omnium, et finem universitatis Sed intelligendum est sanctos istos, quos enumera vimus, spiritus et virtutes proximas quidem esse ipsis initiis, et attingere tantum quantum consequi non valent reliqui. Verumtamen quantumcunque

A illud est quod revelante Filio Dei ac Spiritu sancti didicerint istae virtutes, quamplurima quidem assueci poterunt, et multo plura priores inferioribus, omnia tamen comprehendere impossibile eis est, quia scriptum est : *Quamplurima ex operibus Dei in secretis sunt*<sup>60</sup>. Unde et optabile est ut pro viribus se unusquisque semper extendat ad ea quae priores sunt, ea quae (41) retrorsum sunt *obliviscens*<sup>61</sup>, tam ad opera meliora, quam etiam ad sensum intellectumque puriorum, per Jesum Christum Salvatorem nostrum, cui est gloria in saecula saeculorum. »

## CAPUT V.

*De incarnatione Verbi Dei.*

ORIGENES. (42) « In omni orbe terrarum, in omni B Græcia atque exteris nationibus innumeri sunt et immensi, qui relictis patriis legibus, et his quos putabant deos, vel observantia Moysi legis, in discipulatum se Christi cultumque tradiderunt ; et hoc non sine ingenti odio eorum qui simulacra venerantur ; ita ut ab his frequenter et cruciatibus affligantur, nonnunquam etiam agantur in mortem. Amplexuntur tamen, et cum omni affectu custodiunt doctrinæ Christi sermonem. Et est videre quomodo brevi tempore ipsa religio creverit, pœnis (43) cultorum mortibusque proficiens, sed et honorum direptionibus, atque omni ab his afflictionum genere tolerato. Et eo maxime mirum est, quod ne doctores quidem ipsi vel satis idonei sunt, vel satis plures. Prædictatur tamen sermo iste in omni orbe terrarum, ita ut Græci ac barbari, sapientes et insipientes (44) religionem Christianæ doctrinæ suscipiant. Ex quo dubium non est non hæc humanis viribus aut opibus agi, ut cum omni potestate et persuasione sermo Iesu Christi apud omnium mentes atque animos convalescat. Nam et prædicta esse ab eo hæc ipsa, et divinis ab eo responsis confirmata, manifestum est cum dicit, quia *apud præsides et iudices adducemini* (45) propter me, in testi-

C

## INTERPRETATIO NOVA.

At universa tum Græcia, tum quæ per universum nostrum orbem patet Barbaria, innumeros habet qui derelictis patriis legibus et diis receptis, summo studio Mosaicas leges et disciplinam verborum Iesu Christi custodiunt, quamvis simulacrorum cultoribus odio sint qui Mosaicas legi adhærent ; et præter odium, in vitæ periculo versentur qui Iesu Christi doctrinam suscepserunt. Quod si ad id quoque animos attenderimus quo pacto annis tam paucis, tot insidiis strutis adversus Christianos, quorum nonnulli necati, alii bonis multati sunt, potuerit hæc doctrina, licet alioqui non magna sit doctorum copia, ubique terrarum prædicari, ita ut Græci et barbari, sapientes et insipientes ad verum per Jesum Christum Dei cultum sese adjunxerint, rem humanis viribus majorem dicere non dubitabimus, cum præsertim

<sup>59</sup> Isa. vi, 3. <sup>60</sup> Eccli. xvi, 22. <sup>61</sup> Philip. iii, 13.

(40) Ita omnes mss. nostri. Editi vero, et libri *De principiis* tam editi quam mss., audendum est pronuntiare.

(41) Alias, quæ retro sunt, etc. Deinde editi, cui est honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen. Sed omnes mss. ut in nostro textu, nisi quod Regius addat, Amen.

(42) Ex lib. iv *De principiis*, num. 1-5. — Græca eruuntur ex capite primo *Philocalia*. Ms. Regius, *In omni.... atque in exteris*. Ms. Sorbonicus, *atque exterioribus*. Libri *De principiis*, *atque universis exteris*. Deinde mss. omnes, et his quos putant deos. Ms. Sorbonicus et S. Michaelis in *Pericolo maris*, *et cib repugnantiam Moysi legis*. Cæteri mss. et editi

D ut in nostro textu. Libri vero *De principiis* tam editi quam mss. habent, *ad observantiam Moysi legis, et discipulatum, etc.*, et ita legendum videtur juxta Græca.

(43) Sic omnes mss. Editi vero, multorum, male.

(44) Editi, *religionem Christi, sive Christi doctrinam suscipiant*. Ms. Sorbonicus, *religionem Christi sanæ doctrinæ suscipiant*. Cæteri mss. ut in textu.

(45) Editi, *propter nomen meum, in testimonium illis, et gentibus*. Mox libri *De principiis*, tam editi quam mss. addunt : *Et rursus : Predicabitur hoc Evangelium in omnibus gentibus*. Sed hæc postrema verba non reperiuntur in Græco, nec in mss. hujus *Apologiae*, nec in editis.

εσάλομεν ; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς Ἀποχώρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ , οἱ ἑργαζόμενοι τὴν ἀροτλαν, οὐδέποτε ἔγρωτε σμᾶς . Εἰρηκέναι μὲν γάρ ταῦτα ἀποφθεγγόμενον μάτην, ὡς τε αὐτὰ μὴ ἀληθῆ γενέσθαι, τάχα εἰκὸς ἦν· δὲ δὲ ἐκβέβηκε τὰ μετὰ τοσαύτης ἔξουσίας εἰρημένα, ἐμφαίνει θεὸν ἀληθῶς ἐνανθρωπίσαντα σωτήρια δόγματα τοῖς ἀνθρώποις παραδεδωκέναι. Τί δὲ δεῖ λέγειν καὶ ὅτι προεψητεύθη ὁ Χριστὸς, τότε ἐκελεύειν τοὺς ἔξι Ιούδας ἀρχοντας καὶ ἡγουμένους ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ὅταν Ἐλθῃ ὁ ἀπόκειται, δηλονότι ἡ βασιλεία, καὶ ἐπιδημήσῃ ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία; σαφῶς γάρ ἐκ τῆς ἴστορίας δῆλον, καὶ ἐκ τῶν σήμερον ἀριθμένων, ὅτι ἀπὸ τῶν χρόνων Ἰησοῦ, οὐκέτι βασιλεῖς Ιουδαίων ἔχρημάτισαν· πάντων τῶν Ιουδαϊκῶν πραγμάτων ἐν οἷς ἐσεμνύνοντο, λέγω δὲ τῶν τακτὰ τὸν ναὸν, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὴν ἐπιτελουμένην λατρείαν, καὶ τὰ ἐνδύματα τοῦ ἀρχιερέως καταλευμένων. Ἐπληρώθη γάρ ἡ λέγουσα προφητεία· Ἡμέρας πολλὰς καθίσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὅντος βασιλέως, οὐδὲ ὅντος ἀρχοτος, οὐκ ὅντος θυσίας, οὐδὲ ὅντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἰερατείας, οὐδὲ δήλων. Καὶ τούτοις χρωμέθι τοῖς φητοῖς, πρὸς τοὺς ἐν τῷ θίλιεσθαι ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Γενέσει ὑπὸ τοῦ Ιακὼβ πρὸς τὸν Ιούδαν εἰρημένους, φάσκοντας τὸν ἀθνάρχην ἀπὸ τοῦ Ιούδα γένους τυγχάνοντα ςρχεῖν τοῦ λαοῦ, οὐκ ἐχλειψόντων τῶν ἀπὸ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, ἐν τῷ Ιούδᾳ φαντάζονται Χριστοῦ ἐπιδημίας. Εἰ γὰρ ἡμέρας πολλὰς καθίσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὅντος βασιλέως, μηδὲ ὅντος ἀρχοτος, οὐκ ὅντος θυσίας, οὐδὲ δήλων· ἔξι δὲ θυσιαστήριον, οὐδὲ ιερατεία, οὐδὲ δήλων· ἔξι δὲ κατεσκάψῃ ὁ ναὸς, οὐκέτι θυσία, οὐδὲ δημόσιον λατρεῖαν, οὐδὲ ιερατεία, δῆλον ὅτι ἐξέλιπεν ἄρχων ἔξι Ιούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ. Ἐπειδὴ δὲ τὴν προφητείαν φησιν, Οὐκ ἐκλείψει ἄρ-

## INTERPRETATIO NOVA.

summa cum potestate et fiducia docuerit Christus nunquam suam victum iri doctrinam. Itaque jure pro oraculis habendas sunt ejus voces, quales haec sunt : Ad reges et prætides ducentini propter me, in testimonium illis, et gentibus. Et : Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo manducavimus, et in nomine tuo bibimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus? Et dicam eis : Discedite a me qui operamini iniquitatem. Nunquam novi vos. Hæc enim temere prolatæ, nec proinde vera esse, forte olim verisimile erat : at cum deinde evenierint quæ tanta cum auctoritate dicta fuerant, perspicuum est Deum vere hominem factum salutarem hominibus doctrinam tradidisse. Quid vero attinet dicere prænuntiatum fuisse Christum tunc nempe defuturos principes ex Iudea et duces de semore ejus, cum venisset cui repositum est, regnum videlicet, et prodiisset exspectatio gentium? Ex historia enim et iis quæ hodie certuntur, manifestum est a Christi temporibus nullos deinde Judæorum reges existisse, fractis et dissipatis rebus omnibus Judaicis quibus gloriantur; templo nempe, altari, rei divinae consueto ritu, et indumentis pontificis. Impleta est quippe prophetia quæ dicit : Per dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine responsis. Quibus verbis utimur adversus eos qui, dum urgentur iis quæ in Genesi ab Jacob ad Judæum dicta sunt, permanere etiamnum ex genere Iudee asserunt principem qui populo dominetur, neque defuturos ex semine ejus duces usque ad eum quem sibi animo flingunt Christi adventum. Si enim per dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine responsis; ex quo autem eversum est templum, non est sacrificium, non altare, non sacerdotium, perspicuum est defecisse principem ex Iudea, et ducem de semore ejus. Quoniam igitur prophetia dicit : Non deficit princeps ex Iudea, nec dux de semore ejus, donec veniant reposita ei, venit certe cui reposita sunt, exspectatio gentium. Quod et manifestum est ex multitudine gentium quæ per Christum in Deum cederunt. In Deuteronomio quoque cantico stultarum gen-

<sup>41</sup> Matth. x, 18. <sup>42</sup> Matth. vii, 22, 23. <sup>43</sup> Genes. xlix, 10. <sup>44</sup> Ose. iii, 4.

(46) Editi perperam, humilibus tradidit. Paulus post hunc : ante prædixerunt.... neque duces de semoribus ejus.... Manifestissimum enim ex ipsa historia, et ex his, etc., omissio appareat. Sed omnes mss. ut in texto.

(47) Ms. Regius, apud Judæam. Ceteri mss. et editi, apud Judæos.

(48) Non erit hostia, etc., usque ad isti-

monium ipsis, et gentibus <sup>41</sup>. Et iterum : Multi mihi dicent in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo manducavimus et bibimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus? Et dicam illis : Discedite a me, operari iniquitatis, nunquam vos cognovi <sup>42</sup>. Quæ si ita quidem dicta ab eo fuissent, nec ad finem tamen ea quæ prædicta sunt, pervenissent, fortassis minus esse vera videtur, nec habere aliquid auctoritatis : nunc vero cum in effectum res, quæ fuerant ab eo prædictæ perveniant, cum tanta auctem potestate atque auctoritate prædicta sint, manifestissime declaratur Deum vere esse, qui homo factus salutaria præcepta (46) hominibus tradidit. Quid vero inde dicendum est quod propheta ex ipso ante prædixerint non cessaturos principes ex Iudea, neque duces ex semoribus ejus, usquequo veniat ille cui repositum est, regnum scilicet, et usquequo veniat exspectatio gentium <sup>43</sup>? Manifestissime enim ex ipsa historia appetat, et ex his quæ hodie pervidentur, quia ex temporibus Christi ultra reges (47) apud Judæos non exstiterunt. Sed et omnes illæ ambitiones Judaicæ in quibus jactantiae quamplurimum gerebant, et in quibus gloriantur, id est, vel de templi decore, vel de altaris insignibus, atque omnibus illis sacerdotalibus insulis, indumentisque pontificis, simul universa destruta sunt. Completa est enim prophetia quæ dixerat : Per dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe : (48) non erit hostia, nec altare, nec sacerdotium, nec responsa <sup>44</sup>. His ergo testimentiis utimur adversus eos qui videntur asserere de his quæ in Genesi ab Jacob dicta sunt de Iudea, et dicunt permanere adhuc principem ex genere Iudeæ, istum videlicet qui est gentis ipsorum princeps, quem nominant (49)

D ex quo utique subversum est templum, desiderantur in editis, et restituantur ex omnibus mss.

(49) Istopas hodie (inquit Genebrardus) Iudei appellant in suis Chronicis ROSHE HAGGALUTH, principes ersulum, et eorum in Babyloniam successionem ab ipso Zoroobabele anxiæ memorant, sed paulo fabulosius. Ceterum vide quæ observavimus <sup>159</sup> hunc locum lib. iv De princip.,

patriarcham : nec desicere posse de semine ejus, qui permaneat usque ad adventum ejus Christi quem sibi ipsi describunt. Sed si verum est quod ait propheta, quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, nec est sacrificium, neque altare, neque sacerdotium, et ex quo utique subversum est templum, nec hostiae offeruntur, nec altare inventitur, nec sacerdotium constat, certissimum est defecisse principem ex Iuda, sicut scriptum est, et ducem ex semoribus ejus, usquequo veniat ille cui repromissum est. Constat ergo quia venit ille cui repositum est, (50) in quo exspectatio gentium est. Quod manifeste videtur impletum de multitudine eorum qui per Christum Deo ex diversis gentibus crediderunt. Sed et in Deuteronomii cantico per prophetiam designatur pro peccatis prioris populi (51) futura esse insensata gentis electio : non alia utique quam haec quae per Christum facta est. Sic enim ait : Exacerbaverunt me in simulacris suis, et ego in zelo concitabo eos, (52) in gente insipiente irritabo illos <sup>\*\*</sup>. Est ergo satis evidenter agnoscere quemadmodum Hebrei, qui Deum exacerbasse dicuntur in his qui non sunt dei, et irritasse eum in simulacris suis, irritati sunt et ipsi in zelotypiam per gentem insipientem, quam Deus elegit per adventum Christi Jesu, et discipulos ejus. Sic enim dicit Apostolus : Videte enim vocationem vestram, fratres, quoniam non multi sapientes (53) inter vos secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles : sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae erant prius, destrueret <sup>\*\*\*</sup>. Non ergo glorietur (54) carnis Israel; ita enim ab Apostolo vocatur; non, inquam, glorietur caro in conspectu Dei <sup>\*\*</sup>. Sed et de his quae in Psalmis prophetantur de Christo, quid dicendum est, in eo maxime qui superscribitur, Canticum pro dilecto, ubi refertur, quia lingua ejus calamis scribat velociter scribentis : decorus specie super filios hominum, quoniam effusa est gratia in labiis ejus <sup>\*\*\*</sup>. (55) Indicium autem effusae gratiae

## INTERPRETATIO NOVA.

tum propter prioris populi peccata futura electio propheticus declaratur, quae non per alium quam per Jesum facta est. Ipsi enim, inquit, me provocaverunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt in idolis suis : et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos. Atque aperte omulno perspicere licet quo pacto Hebrei qui Deum dicuntur in eo qui non erat Deus ad simulationem provocasse, et ipsum irritasse in idolis suis, incitati sint ad simulationem in non gente, et in gente stulta quam elegit Deus per adventum Jesu Christi, et discipulos ejus. Videmus igitur vocationem nostram, quia non multi

<sup>a</sup> Deuter. xxxii, 21. <sup>\*\*</sup> I Cor. i, 26-28. <sup>\*\*\*</sup> ibid. 29. <sup>\*\*</sup> Psal. xliv, 4-5.

(50) In quo exspectatio gentium est. Hæc desiderantur in omnibus tam editis quam mss. hujus Apologiae; sed extant in omnibus codicibus De principiis, et in Greco.

(51) MSS. Sorbonicus et S. Michaelis in Periculo maris, futuram esse insensata gentis electionem [al. deletionem] non aliam utique, etc. Sed ceteri mss. et editi, neconu libri De principiis, ut in nostro texum.

(52) In gente insipiente irritabo illos. Hæc desiderantur in editis et mss. nostris; sed restituuntur ex omnibus codicibus librorum Περὶ ἀρχῶν, et ex Greco. Deinde editi perperam habent ostendere pro

A χωρ ἐξ Ἰουδα, καὶ ἡγιούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ὅως ὅτε ἔλθῃ τὰ ἀποκελμένα αἰτεῖ, οἱ ληλοῦσι τὸν ἔθνον. Καὶ τούτο σαφὲς ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἔθνων τῶν δὲ Χριστοῦ πεπιστευκότων εἰς τὸν Θεόν. Καὶ ἐν τῇ τῷ Δευτερονόμῳ δὲ φῶτη προφητικῶς δηλοῦται ἡ διὰ τὰ ἀμαρτήματα τοῦ προτέρου λαοῦ ἐσομένη τῶν ἀσυνέτων ἔθνων ἐκλογὴ, οὐ δι’ ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ Ἰησοῦ γεγενημένη. Αὕτοι γάρ, φησί, παρεκῆλωσάν με εἰς τὸν Θεόν, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτοῦ, καὶ ἡγώ παραβηλώσω αὐτοὺς ἐπ’ οὐκ ἔθνει, καὶ ἐπὶ δῆθραις ἀσυνέτωτο παροργῶ αὐτούς. Καὶ ἔστι σφόδρα τρανῶς καταλαβεῖν δυνατόν, τίνα τρόπον οἱ λεγόμενοι παρεκῆλωκέντας τὸν Θεόν ‘Ἐδραιοί εἴποι τῷ οὐ Θεῷ, καὶ παρωργικέντας αὐτὸν ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, παραβηλώσαντας εἰς ζηλοτυπίαν ἐπὶ τῷ οὐκ ἔθνει τῷ ἀσυνέτῳ· διὰτερός δὲ θεός ἐξελέξατο διὰ τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Βλέπομεν τὴν τὴν αἰλῆσιν ἡμῶν, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐτερεῖς, ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο δὲ θεός, Ιησοῦς κατασχύη τοὺς σοφούς· καὶ τὰ ἀγενῆ καὶ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο δὲ θεός, καὶ τὰ μή ὄντα, Ιησοῦς τὰ πρότερον ὄντα καταργήσῃ· καὶ μή καυχήσηται δὲ μετὰ σάρκα Ἰσραὴλ, καλούμενος ὅπερ τοῦ Ἀποστόλου σάρξ, ἐνώπιον Θεοῦ. Τι δὲ δεῖ λέγειν περὶ τῶν ἐν Φαλμοῖς προφητειῶν περὶ Χριστοῦ, φῶτης τίνος ἐπιγεγραμμένης ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ, οὐ διὰ τῆς ἐκχυθείσης χάριτος ἐν χειλεσιν αὐτοῦ, τὸ δὲ διάλιγον διαγεγενημένου χρόνου τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ἐνιαυτὸν γάρ που καὶ μῆνας διλίγους ἐδίδαξεν, πεπληρώσθαι τὴν οἰκουμένην τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ τῆς διὰ αὐτοῦ θεοσεβίας. Ανατέταλκε γάρ δὲ ταῖς ημέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλήθος εἰρήνης παραμένον ἕως συντελεῖται, διατανάρτεσις ὀνόμασται σελήνης, καὶ μέρει κατακυρίεντος ἀπὸ θαλάσσης ἡώς θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἡώς περάτων τῆς οἰκουμένης. Καὶ δέονται

## D agnoscere.

(55) Inter vos. Duo hæc verba desunt in editis.

(54) Carnalis Israel; ita enim [al. sic enim] ab Apostolo vocatur: non, inquam, glorietur. Ille desunt in libris antea editis, et restituuntur ex mss.

(55) Indicium autem effusæ gratiae in labiis ejus. Hæc omittuntur in editis et in mss. nostris; sed restituuntur ex omnibus codicibus librorum Περὶ ἀρχῶν, et ex Greco, ac restituta videntur. Deinde editi perperam, doctrina ejus diffusa est: anno enim, etc. MSS. vero ut in textu.

τημεῖον τῷ οἰκῳ Δαυΐδ· ἡ παρθένος γάρ ἔτεκε, καὶ ἐν γαστρὶ ἔσχε, καὶ ἔτεκεν υἱὸν, καὶ τὸ δυομά αὐτοῦ Ἐμμαρούνηλ, ὅπερ ἔστι μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Πεπλήρωται, ὡς ὁ αὐτὸς προφῆτης φησί, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· Γεῖτος, θύρη, καὶ ἡττάσθε, ἰσχυρότες, ἡττᾶσθε. Πιτήμεθα γάρ καὶ νενικήμεθα οἱ ἀπὸ τῶν ἑθνῶν ἐκλαυστές ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ λόγου αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ προειρήται τόπος γενέσεως αὐτοῦ ἐν τῷ Μιχαήλ· Καὶ σὺ γάρ, φησί, Βηθλεέμ την Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστην εἶ ἐν τοῖς ἥγεμοσιν Ἰούδᾳ· ἐκ σοῦ τὸν ἔξελενσεται ἡγούμενος, δοτις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ. Καὶ ἐβορήκοντα ἐβορώμαδες ἐπληρώθησαν ἡώς Χριστοῦ ἥγουμένου κατὰ τὸν Δανιήλ. Ἡλθέ τε κατὰ τὸν Ἰών ὁ τὸ μέγα κῆτος χειρωτάμενος, καὶ δεδωκὼς ἐξουσιαν τοῖς γητοῖς ἕτοῦ μαθηταῖς πατεῖν ἐπάνω ὕψεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, οὐδὲν ὑπ' αὐτῶν ἀδικουμένοις.

*dux qui regat populum meum Israel*<sup>60</sup>. Sed et septimanæ annorum imp'etæ sunt usque ad Christum ducem, quas prædixerat Daniel propheta<sup>61</sup>. Adest nihilominus et Is qui per Job prædictus est bellum ingentem consumpturus<sup>62</sup>, qui et dedit potestatem familiaribus suis discipulis calcare super serpentes, et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici, (59) nihil ab eo nocendis<sup>63</sup>.

## INTERPRETATIO NOVA.

*sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; et ignobilia et contemptibilia elegit Deus et ea quæ non sunt, ut ea quæ erant prius, destrueret; et ne gloriaret coram Deo qui secundum carnem est Israel, ab Apostolo caro appellatus. Quid autem opus est de iis dicere quae de Christo precinuntur in Psalmis, ubi Canticum inscribitur pro dilecto, cuius lingua esse dicitur *calamus scriba velociter scribentis*: ipse speciosus forma præ filiis hominum, quoniam diffusa est gratia in labiis ejus. Indicium enim diffusæ gratiae in labiis ejus hoc est, quod licet paucō tempore docuerit (annum enim et menses aliquot docuit), universus tamen orbis doctrina ejus et vero per ipsum Dei cultu impletus est. Orta est enim in diebus ejus justitia et abundantia pacis permanens usque ad consummationem, qua ablatio lunæ vocata est; et dominatur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum. Datum est præterea signum domini David. Virgo enim peperit, et concepit, et peperit filium, et nomen ejus Emmanuel, quod est Nobiscum Deus. Id impletum est quod ait idem propheta: *Nobiscum Deus: cognoscite, gentes, et vincimini, potentes, cedite*. Superati enim et vici sumus quos ex gentibus gratia doctrina ejus cepit. Sed et locus natalium ejus prædictus est apud Michæam: *Et tu enim, inquit, Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim exibit dux qui regat populum meum Israel*. Et septuaginta hebdomades impletæ sunt usque ad Christum ducem, juxta Danielem; venitque is qui in libro Job dicitur ingentem cetum subegisse, et qui veris suis discipulis proculeandi serpentes et scorpions potestatem dedit, et omnem inimici vim ita proterendi, ut nihil ab illis laedantur.*

PAMPHILUS. Hæc est de summis rebus, id est, de sancta Trinitate, Origenis fides, quam ex paucissimis testimoniorib[us] (60) de quinpluribus ejus voluminibus assump[ti]is edocuimus. Et quid tam rectum, quid tam verum, quid tam catholicum, quid certe ad instructionem omnium magis utile, vel apud istos certe ipsos qui inimica adversus eum mente desavint, quid tam irreprehensibile?

Et quidem in summa hæc posuisse de fidei ejus documento ac probatione sufficeret, nisi etiam (61) ad reliqua his qui eum criminantur, respondere

<sup>60</sup> Psal. LXXI, 7. <sup>61</sup> ibid. 8. <sup>62</sup> Isaï, VII, 14.  
<sup>63</sup> Dan. IX, 24. <sup>64</sup> Job III, 8. <sup>65</sup> Luc. X, 19.

(56) Anno enim, etc. Anonymous auctor librorum in Job qui ad calceum nostræ editionis, tom. II, reperiuntur, libro II, pag. 886, 887, ait tres annos et dimidium prædicasse Christum. Tribus namque annis, inquit, et dimidio prædicavit Dominus a baptismo usque ad passionem. Ceterum vide quæ observavimus in notis libri IV Depl ὄρχων, num. 5, not. 4, pag. 460.

(57) Sic mss. nostri et editi. Libri vero De principiis habent doctrina pro prædicatione.

(58) Pacis prætermittitur in editis et in pleris-

A in labiis ejus hoc est, quod brevi tempore transacto doctrinæ ejus ([56] anno enim et aliquot mensibus docuit), universus tamen orbis (57) prædicatione ac fide pietatis ejus impletus est. Orta est ergo in diebus ejus justitia, et multitudo (58) pacis<sup>66</sup> permanens usque in finem, qui finis ablato lunæ appellata est, et dominatur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad fines orbis terræ<sup>67</sup>. Datum est autem et signum domini David<sup>68</sup>. Virgo enim in ventre concepit, et peperit Emmanuel, quod interpretatur Nobiscum Deus<sup>69</sup>, et impletum est quod ait ipse propheta: *Nobiscum Deus: scitote, gentes, et vincimini*<sup>70</sup>. Vici enim nos sumus, et superati ex gentibus, et velut exuviae ejus existimus, qui ejus gratia nostra colla subjecimus. Sed et locus nativitatis ejus prædictus est in Michæa propheta dicente: *Et tu Bethlehem, terra Juda, nequaquam exigua es in ducibus Juda: ex te enim exierit dux qui regat populum meum Israel*. Et septuaginta hebdomades impletæ sunt usque ad Christum ducem, juxta Danielem; venitque is qui in libro Job dicitur ingentem cetum subegisse, et qui veris suis discipulis proculeandi serpentes et scorpions potestatem dedit, et omnem inimici vim ita proterendi, ut nihil ab illis laedantur.

C necessarium videretur. Intueamur tamen quæ sint istæ ipsæ criminaciones quæ a malevolis intenduntur.

Prima illa est, quod (62) aiunt eum innatum dicere Filium Del.

Secunda, quod dicunt per prolationem, secundum Valentini fabulas, in substantiam venisse Filium Dei dicere.

Tertia, quæ his omnibus valde contraria est, quod dicunt eum, secundum Arteman vel Pau-

<sup>66</sup> Matth. I, 23. <sup>67</sup> Isa. VIII, 9. <sup>68</sup> Mich. V, 2.

D que mss. Deinde mss. quidam, et dominabitur.... usque ad terminos orbis terræ.

(59) Mss. duo, nihil ab eo nocendi, male.

(60) Sic omnes mss. Editi vero, de compluribus... assumptam.

(61) Editi, ad reliqua quorum (mss. Sorbonicus et S. Michaelis, ad reliqua quæ) eum criminantur. Rectius ceteri mss. ut in textu.

(62) Sic omnes mss. Editi vero, quod dicunt....

S dicunt eum per.... in substantiam

lum Samosatenum, purum hominem, id est, non etiam Deum dicere Christum Filium Dei.

4. (63) Post, ista est, quae istis omnibus adversatur (ex ea enim est malitia), quod dicunt eum dicere δοξήση, id est, putative tantum, et per allegoriam, non etiam secundum ea quae per historiam referuntur, gesta esse omnia quae a Salvatore gesta sunt.

5. (64) Alia quoque criminatio est, qua asserunt eum duos Christos praedicare.

6. Addunt illud quoque, quod historias corporales, quae per omnem sanctam Scripturam referuntur de gestis sanctorum, penitus deneget.

7. Sed et de resurrectione mortuorum, et de impiorum pœnis non levi impugnant eum calumnia, velut negantem peccatoribus inferenda esse supplicia.

8. Quidam vero disputationes ejus, vel opiniones, quas de animæ statu vel dispensatione disseveruit, culpant.

9. (65) Ultima vero omnium est criminatio illa, quae cum omni infamacione dispergitur, μετενσωματώσως, id est, quod humanas animas in muta animalia, vel serpentes, vel pecudes asserat transmutari post mortem, et quod etiam ipsæ mutorum animalium animæ rationabiles sint. Quam criminacionem idecirco novissimam posuimus, ut plura de libris ejus coacervantes exempla, evidentius ejus falsitas nosceretur.

Si ergo bene meminimus (66) ordinis criminacionum quem supra conscripsimus, incipiamus a prima.

(67) RESPONSO AD PRIMAM CRIMINATIONEM.

*Quod ex Deo Patre natus est Filius, et unus est cum Patre substantia; alienus vero a substantiis creaturarum.*

(Ex primo libro Epistolæ ad Romanos.)

(68) ORIGENES. « Querat fortassis aliquis si Filius charitas est, præcipue propter hoc quod Joannes

<sup>70</sup> I Joan. iv, 8, 16. <sup>71</sup> ibid. 7. <sup>72</sup> I Tim. vi, 16.  
LXXXI, 6. <sup>73</sup> ibid.

(65) Editi, quarta post istas est. Et paulo post: *qui juxta historiam referuntur. Sed omnes mss. ut in nostro texu.*

(64) Editi, quinta illa quoque; et deinceps in subsequentibus articulis habent, sexta... septima... octava... nona. Sed haec mss. nostri omittunt; quorum duo tantum, Corbeiensis scilicet et Sorbonicus, habent solummodo in margine, iv, v, vi, vii, viii, ix, quod nos in texu numeris Arabicis referendum judicavimus.

(65) Mss. duo, Ultima vero initium est criminatio [al. criminacionis] illa, etc. Editi, *Nona et ultima vero in eum est criminatio illa*, etc. Sed cæteri mss. ut in texu.

(66) Mss. nostri, alii, ordines criminacionum quos supra, etc.; alii ut in texu. Editi, ordines criminacionum quas supra, etc.

(67) Haec verba, *Responsio ad primam criminacionem*, neconon ad secundam, tertiam, et sic deinceps usque ad nonam, non comparent in mss., sed e nostro addidimus ad clariorem libelli divisionem.

(68) Vide notas lib. i in *Epist. ad Rom.*, num. 5, pag. 466.

A ad Deum Patrem retulit hanc vocem, dicens: *Quia Deus charitas est*<sup>70</sup>. Sed rursum ex ipsa ejus Epistola proferemus et illud quod ait: *Charissimi, diligamus invicem, quoniam charitas ex Deo est*<sup>71</sup>. (69) Qui ergo dixit: *Quia Deus charitas est*, ipse iterum charitatem docet esse ex Deo: quam charitatem credo non esse alium, nisi unigenitum Filium ejus, sicut Deum ex Deo, ita charitatem ex charitate progenitum. »

PAMPHILUS. De eisdem in quinto libro de Evangelio secundum Joannem.

ORIGENES. (70) « Unigenitus Filius Salvator noster, qui solus ex Patre natus est, solus natura et non adoptione Filius est. »

(71) PAMPHILUS. Item in ipso libro.

ORIGENES. « Unus ergo est verus Deus qui *solutus* habet immortalitatem, lucem habitat *inaaccessibilem*<sup>72</sup>. Unus et verus Deus, ne scilicet multis veri Dei nomen convenire credamus. Ita ergo et hi qui accipiunt spiritum adoptionis filiorum, in quo (72) clamamus, *Abba, Pater*<sup>73</sup>, filii quidem Dei sunt, sed non sicut unigenitus Filius. Unigenitus enim natura Filius, et semper, et inseparabiliter Filius est: cæteri vero pro eo quod suscepérunt in se Filium Dei, potestatem (73) acceperunt *Filiī Dei fieri*. Qui licet non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sint<sup>74</sup>, non tamen ea nativitate sunt nati, qua natus est unigenitus Filius. Propter quod quantam differentiam verus Deus habet ad eos quibus dicitur: *Ego dixi: Dii estis*<sup>75</sup>, tantam differentiam habet verus Filius ad eos qui audiunt: *Filiī Excelsi omnes*<sup>76</sup>. »

PAMPHILUS. De libris Epistolæ ad Hebræos, quomodo (74) ὁμούσιος est cum Patre Filius, id est, unus cum Patre substantia, alienus autem a substantiis creature.

ORIGENES. (75) « Interrogamus igitur eos quos piget consideri Deum esse Filium Dei, quomodo

<sup>71</sup> Rom. viii, 15. <sup>72</sup> Joan. i, 12, 13. <sup>73</sup> Psal.

(69) Editi, *Quia*, et in fine, *ex charitate progenitam, male.*

(70) Ex lib. v in *Evang. Joan.*

(71) Ita omnes mss. nostri. Editi vero omittunt. PAMPHILUS. Item in ipso libro, ORIGENES. Et deinde habent, unus ergo verus Deus solus habet, etc. Paulo post mss. alii, *Unus et verus Deus*; alii, *Unus, ait, verus Deus*; alius, *Unus ut verus Deus*.

(72) Omnes mss., *clamamus*. Editi, *clamant*, male.

(73) Editi, *habent*. Sed omnes mss., acceperunt. Deinde editi et ms. unus, qui licet non ex sanguinis. Paulo post mss. plerique, et editi, *sed ex Deo nati sunt*.

(74) Ita editi, et sic legendum videtur. Mss. itamen habent, *usius*, id est, οὐσίος. Ms. Regius, *unus*. Deinde editi omittunt autem post *alienus*.

(75) Ex Comment. in Epist. ad Hebræos. Ms. unus, Interrogamus igitur, etc. Paulo post alter mss., in hereditatem capere omnem principatum, etc. Codex Regius, hereditatem capere omnium principatum, et omnium votestatum, et virtutum. Sed cæteri mss. et editi ut in nostro texu.

poterat sola humana natura nihil in se habens A eximium, neque aliquid divinæ substantiæ, hæreditatem capere omnem principatum, et omnem potestatem, et virtutem, et his omnibus præferri ac præponi a Patre. Unde rectum videtur quod præstantior esse debeat is qui hæreditatem capit, et genere utique, et specie, et substantia, et subsistentia vel natura, atque omnibus quibusque modis debet esse præstantior. »

PAMPHILUS. Et post pauca in eodem libro :

ORIGENES. « Cum autem discutitur hoc quod dictum est de Filio Dei, quod sit *splendor gloriae*<sup>74</sup>, necessario videtur simul disscreendum et illud quod dictum est, non solum quia *splendor est lucis aeternæ*<sup>75</sup>, sed et quod huic simile in Sapientia Salomonis refertur, in qua seipsam Sapientia describit dicens : *Vapor est enim virtus Dei, et aporrhœa gloriae Omnipotentis purissima*<sup>76</sup>. »

PAMPHILUS. Et post aliquanta :

ORIGENES. « Oportet autem scire nos quia per ineffabilia quedam et secreta ac recondita (76) quemdam modum sibi faciens Scriptura sancta conatur hominibus indicare et intellectum suggerere subtilem. Vaporis enim nomen inducens, hoc ideo de rebus corporalibus assumpsit, ut vel ex parte aliqua intelligere possimus quomodo Christus, qui est Sapientia, secundum similitudinem ejus vaporis qui de substantia aliqua corporea procedit, sic etiam ipse ut quidam vapor (77) exoritur de virtute ipsius Dei : sic et Sapientia ex eo procedens, ex ipsa substantia Dei generatur : sic C nihilominus et secundum similitudinem corporalis aporrhœa, esse dicitur aporrhœa gloriae Omnipotentis pura quedam et sincera. Quæ utraque similitudines manifestissime ostendunt communione substancialiter esse Filio cum Patre. Aporrhœa enim ὄμοούσιος videtur, id est, unius substancialiter cum illo corpore ex quo est vel aporrhœa, vel vapor.

PAMPHILUS. Satis manifeste, ut opinor, et valde evidenter ostensum est, quod Filium Dei de ipsa Dei substantia natum dixerit, id est, ὄμοούσιον, quod est, ejusdem cum Patre substancialiter; et non esse creaturam, neque per adoptionem, sed natura Filium verum, ex ipso Patre generatum.

<sup>74</sup> Hebr. 1, 3. <sup>75</sup> Sap. vii, 26. <sup>76</sup> Ibid. 25. <sup>77</sup> II Cor. xiii, 4. <sup>78</sup> Joan. 1, 9.

(76) Editi, quodammodo vim sibi faciens... et intellectum gerere subtilem vaporis nomen inducens. Quod ideo de rebus corporalibus assumpsit, etc. Omnes mss. nostri, quemdam modum sibi faciens... et intellectum gerere subtilem. Vaporis enim nomen inducens [al. ducens] quod ideo de rebus assumpsit, etc. Sed quod videtur positum pro hoc, et ita hunc locum restituendum consuinus ad planiorem intelligentiam.

(77) Ita recte editi. Mss. vero nostri, alii, exscribitur; alii, exprimitur. Paulo post mss. plerique, secundum similitudinem corporalis aporrhœa esse dicitur aporrhœa, etc. Sed rectius ms. unus et editi at in textu.

(78) Ex libr. 1 *De princip.*, cap. 2, num. 6.

(79) Sic editi, et mss. plerique. Mss. vero Regius

Superest ut et secundæ criminationi illatæ sibi ab accusatoribus, per nos quidem prolatis sed suis verbis ipse respondeat, duobus vel tribus testimoniis adhibitis, quibus æquum est secundum legem nostram omne verbum stare<sup>78</sup>.

#### RESPONSO AD SECUNDAM CRIMINATIONEM.

*Quod non per prolationem natum dicat esse Filium Dei secundum Valentini impietatem.*

ORIGENES. (78) « Ego arbitror quod sufficere debat voluntas Patris ad subsistendum hoc quod vult Pater. Volens enim non alia via utitur, (79) nisi quæ consilio voluntatis profertur. Ita ergo et ab eo Filii subsistentia generatur : quod necesse est in primis suscipi ab his qui nihil ingenitum, id est innatum, præter solum Deum B Patrem latentur. Observandum namque est ne quis incurrit in illas absurdas fabulas eorum qui prolationes quasdam sibi ipsis depingunt, ut divinam naturam in partes vocent, et Deum Patrem, quantum in se est, dividant, cum hoc de incorporeâ natura vel leviter suspicari non solum extremæ impietatis sit, verum etiam ultimæ insipientiæ, nec omnino vel ad intelligentiam consequens, ut incorporeæ naturæ substancialis divisio possit intelligi. Magis ergo sicut voluntas procedit e mente, et neque partem aliquam mentis secat, neque ab ea separatur aut dividitur, tali quadam specie putandus est Pater Filium genuisse, imaginem scilicet suam : ut sicut ipse est invisibilis per naturam, ita imaginem quoque invisibilem genuerit. C Verbum enim est Filius, et ideo nihil in eo sensibile intelligendum est. Sapientia est, et in Sapientia nihil corporeum suspicandum est. Lumen est verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum<sup>79</sup>, sed nihil habet commune ad solis hujus lumen. »

PAMPHILUS. De his ipsis ex quarto libro *Hæpl. ἀρχῶν*.

ORIG. « Tempus est (80) Ὁρα ἐπαναλα-de cursis his quæ de Pa-bόντα περὶ Πατρὸς, καὶ  
tre et Filio et Spiritu Υἱοῦ, καὶ ἀγίου Ηγε-  
sanco disseruimus, de υπατος, δλῆγα τῶν τότε  
illis quoque quæ a nobis παραλειμμένων διεξελ-  
relieta fuerant, pauca θετν περὶ Πατρὸς ὡς  
repeterem. Deus Pater cum ἀδιαιρετος ὁν καὶ ἀμ-

et Corbeiensis, nisi quia [al. qua] consilio voluntas profertur.

(80) Ex lib. iv *De princip.*, num. 28.—« Ὁρα ἐπαναλαγότα, etc. Graeca bæc desumpta sunt e libro primo Eusebii *contra Marcellum Ancyranum*, et quedam de suo addidisse videtur in sua interpretatione Rufinus *contra Arianos*. Vide observationes nostras in hunc locum libro iv *De princip.*, num. 27, et *Origenianor.* lib. ii, quæst. 2, num. 23. Libri *De principiis* habent : Tempus autem est jam decursis his, prout potuimus, quæ supra dicta sunt, nunc commonitionis gratia eorum quæ sparsim diximus, recapitulare singula, et primo omnium de et Spiritu sancto repeterem. Deus Pa-  
triu.

et invisibilis sit, et inseparabilis a Filio, non per prolationem ab eo, ut quidam putant, generatus est (81) Filius. Si enim prolatio est Filius Patris, prolatio vero dicitur quæ significat generationem, qualis animalium vel hominum solet esse progenies, necessario corpus est et is qui protulit, et is qui prolatus est. \*

## INTERPR. NOVA.

*Tempus est ut nonnulla de Patre et Filio et Spiritu sancto, repeatamus, et pauca quæ tunc prætermissimus, persequamus de Patre, qui cum in nullas partes dividi queat, Filii tamen fit Pater, non emitens illum, ut quidam putant. Nam si Filius est prolatio Patris qui illum de seipso generet ad eum modum quo de se animalia gignunt, necessario corpus est tum qui emittit, tum qui emittitur.*

PAMPHILUS. Tum deinde in consequentibus vehementius adversum Valentini hæresim talia describentem invectus, longe his contrariam suam sententiam secundum catholicæ fidei protulit veritatem. (82) Ex secundo libro secundum Joannem de his ipsis.

ORIGENES. (83) « Unigenitus ergo Deus Salvator noster solus a Patre generatus, natura et non adoptione Filius est. (84) Natus est autem ex ipsa Patris mente, sicut voluntas ex mente. Non enim divisibilis est divina natura, id est, ingeniti Patris, ut putemus vel divisione vel immunitio substantiae ejus Filium esse progenitum. (85) Sed sive mens, sive cor, aut sensus de Deo dicendus est, indiscutibiliter permanens, germen proferens voluntatis, factus est Verbi Pater; quod Verbum in sinu Patris requiescens, annuntiat Deum quem nemo vidit unquam<sup>76</sup>, et revelat Patrem quem nemo co-

<sup>76</sup> Joan. i, 18. <sup>77</sup> Matth. xi, 27. <sup>78</sup> Joan. vi, 44. <sup>79</sup> Galat. i, 4. <sup>80</sup> ibid. ii, 12.

(81) *Filius* omittitur in editis et in omnibus mss., sed restituatur ex libris *De principiis*, et restituendus videtur.

(82) Ita omnes mss. et editi. Attamen sequens Origenis contextus nullibi in secundo tomo in *Joannem* reperitur, quamvis Graece etiamnum extet. Sed extrema sui parte detruncatos videatur hic tonus. Forsitan etiam fragmentum hoc etomo quinto in *Joannem* erui possit, quemadmodum et illud quod ex eodem tomo supra attulit Pamphilus. Profecto idem fere est utriusque fragmenti initium, eadem pene verba: sed cum prius Pamphilio probandum incumberet ex Deo Pater (juxta Origenem) Filius esse natum, et unius esse cum Patre substantię, alienum vero a substantiis creaturarum, postquam dixit, *Unigenitus Filius Salvator noster, qui solus ex Patre natus est, solus natura et non adoptione Filius est*, sequentia reliquise videtur, ut ad posteriora, quæ ad rem pertinent, progedre tur his verbis: *Item in eodem libro. Unus ergo est, etc.* Hic vero ut probet ex Origeni Filium Dei per prolationem natum non esse, idem hocce initium resumere videtur, cuius sequentia, ubi ea de-

Agnovit nisi ipse solus<sup>77</sup>, his quos ad eum Pater celestis attraxerit<sup>78</sup>. »

PAMPHILUS. Sufficiat per hæc respondisse secundæ criminationi. Nunc consequenter respondimus etiam his qui purum hominem, id est, sic Deo, ab eo dici asserunt Christum.

## RESPONSO AD TERTIAM CRIMINATIONEM.

*Quod non pr̄hus homo, sed divinae naturæ sit Christus.*  
(86) [De primo libro Epistolæ ad Galatas.]

ORIGENES. (87) « Ex eo quod dixit Apostolus: *Paulus* (88) apostolus non ob hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum<sup>79</sup>, manifeste intelligi datur, quia non erat homo Jesus Christus, sed erat divina natura. Non enim, si homo esset, dixisset Paulus hoc quod ait: *Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem.* Si enim homo fuit Jesus, et per ipsum assumptus est in apostolatum Paulus, utique per hominem erat apostolus factus. Si autem per hominem erat apostolus, nunquam dixisset, quia neque per hominem: sed manifeste separat ab humana natura Jesus Paulus per hæc verba. Non enim sufficit ei dixisse: *Neque per hominem; sed adjecit dicens: Sed per Jesum Christum.* Quem utique quia sciebat excellentioris esse naturæ, propterea dixit se non assumptum esse per hominem. »

PAMPHILUS. Hæc in initio Epistolæ dicens, (89) in sequentibus libri ipsius similia adjecit, exponens illud capitulum in quo scriptum est: *Notum autem vobis facio, fratres. Evangelium quod prædicamus vobis, quoniam non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, sed per revelationem Jesu Christi<sup>80</sup>.*

ORIGENES. « Adverte ergo quid scribit, quia convenienter quis et hæc adjungens prioribus, intelligere poterit et ostendere his qui negant deitatem Jesu Christi, sed hominem eum solum pronuntiant, quod non est homo, sed Deus, Dei Filius Jesus Christus.

re agitur, ad finem usque transcritbit. Hæc per conjecturam dicta sint: nam nulla auctoritas, nullæ variantes lectiones vel leviter innuant librum II pro libro V positum esse. Sed Rufinus ipse hujus *Apologiae* interpres facile potuit decipi. Ex littera enim II, unde quintus numerus apud Graecos exprimitur, facile sit numerus II, si linea superius transversa aut non advertatur, aut deleatur.

(83) Ex lib. II in *Evang. Joan.*

(84) Sic ms. Sorbonicus. Cæteri vero mss. et editi omittunt est.

(85) Ha ms. unus. Cæteri vero mss., *Sed mens.* Deinde Sorbonicus habet *ad sensus pro aut sensus.*

(86) Ita omnes mss. Editi vero perperam, *De libro primo Hegi dpxw̄r.* Nullibi enim in eo libro reperiatur sequens Origenis fragmentum.

(87) Ex libro I in *Epist. ad Galatas.*

(88) Editi et ms. Regius omittunt secundo loco *Apostolus. Deinde alias, sed per Christum Jesus;* et alias infra, *Christus Jesus.*

(89) Editi, in sequentibus libris similia . . . quod prædicto vobis. Verum omnes mss. ut in textu.

stus. Sic enim dicit Apostolus, quia *Evangelium quod evangelizavi vobis, non est secundum hominem, sed secundum Jesum Christum*. Evidenter (90-91) ergo ostendit quia Christus Jesus non est homo: si autem non est homo, sine dubio Deus est; immo non aliud erit, nisi Deus et homo. Et iterum si verum est quod dicit Paulus, quia non ab homine accepit *Evangelium, sed per revelationem Jesu Christi*, certum est quia Jesus Christus qui revelavit, (92) plus quam homo est. Alienum enim est ab homine revealare quae in occulto sunt, et velata sunt: quod etiam si aliquando per hominem fit, non tamen ab homine fit, sed ab eo qui in homine loquitur Christus.

PAMPHILUS. Tempus est his ita evidenter ostensis, nos etiam ad insequentis criminationis tendere defensionem, brevitatis studio paucorum testimoniiorum probatione (93) contentos.

#### RESPONSO AD QUARTAM CRIMINATIONEM.

*Adversum eos qui dicunt eum per allegorias adimere omnia quae a Salvatore scripta sunt corporaliter facta.*

ORIGENES. (94) « Adjungendum est etiam illud his quae supra diximus, quoniam corpus Christi non erat alienum a terrena substantia secundum hoc quod filius est David, et filius Abraham, sicut scribit Matthæus: *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham*<sup>79</sup>: et sicut Paulus dicit, Christum esse ex semine Abrahæ<sup>80</sup> et ex semine David<sup>81</sup> secundum carnem. Quod ergo dictum est, quia, (95) *consummatis quadraginta diebus jejunii, et quadraginta noctibus, postea esurit*<sup>82</sup>, sine dubio hoc indicat, quod evacuari et repleri, similiter ut nostra corpora solent, etiam illius poterat corpus. Si vero quis objiciat nobis hujus miraculationem de quadraginta dierum jejunio; facile solvi potest, cum adhibetur etiam illud exemplum de Moyse<sup>83</sup>, et Elia<sup>84</sup>, qui similiter pertulisse jejunium referuntur. Sed et illud, (96) quod itineris et aestus labore fatigatus sedens super puteum requiescit, et sitit<sup>85</sup>, quid aliud indicat, nisi nervorum

<sup>79</sup> Matth. 1, 1. <sup>80</sup> Galat. 3, 16. <sup>81</sup> Rom. 1, 3. <sup>82</sup> Matth. iv, 2. <sup>83</sup> Exod. xxxiv, 28. <sup>84</sup> Ill Reg. xix, 3. <sup>85</sup> Joan. iv, 6, 7. <sup>86</sup> Matth. xi, 18, 19.

(90-91) Ergo. Deest in mss. sed exstat in editis. Deinde editi, *homo et Deus*. Et infra, quia non ab homine accepi illud *Evangelium*; sed omnes mss. ut in nostro texto.

(92) Ita ms. Regius. Editi vero, non est homo. *Alienum est . . . quae ei occulta sunt et velata sunt* (Merlinus, et *revelata sunt*): quod et si aliquando, etc. Ceteri mss. omitunt, plus quam homo est, vel, non est homo, et vocem enim, post alienum: *heliqna vero habent ut in texto.*

(95) Alias, *contentus*.

(94) Ex lib. 1 in *Epist. ad Galatas*.

(95) Alias, *consumptus*.

(96) Alias, *quod itineris labore et aestu fatigatus*.

(97) Mss. phares omitunt, vel fallens. Ms. unus, non fallens. Deinde editi, quasi pro sumptione nimia . . . velut cibum ac potum avidius ac propensiis appetens . . . velut affirmare ideo haec ita esse . . . et illi quomodo id fieret, etc. Sed omnes mss. ut in nostro texto.

(98) Omnes mss. nostri, in carne ejus; sed me-

A fatigione, et solis ardore nimio elementum corporei humoris absumptum? Quod vero in melioribus occupatis, hoc quod bibere voluerat distulit, nec habit, non propterea dicendum est quia neque passus est sitim. Sed et illud quod frequenter per coenæ vocatur, et in conspectu omnium manducat, et bibit, non decipiens (97) vel fallens oculos videntium facit, neque putative, ut quidam arbitrantur, haec gerit, maxime cum ita sunneret cibum ac potum, ut a quibusdam etiam quasi pro presumptione nimia culparetur, velut cibum ac potum propensiis appetens. Si autem quis violentius velit asserere ideo haec dicta esse, quia per phantasiam manducabat, et illi quomodo haec fierent nesciebant, respondendum est ad ea ex his quae ipse Dominus dixit: *Venit Joannes Baptista neque manducans, neque bibens, et dicunt: Daemonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt: Ecce homo devorator et vinum bibens*<sup>86</sup>. Ipsò enim Salvatore dicente quia venit Filius hominis manducans et bibens, quomodo ausus est aliquis dicere, neque manducasse eum, neque bibisse? Quæ utique manifesta incredulitas est doctrinæ ejus. Si autem manducabat, et bibebat, et substantia vini atque escæ (98) in carnem ejus efficiebatur, sine dubio per omnes corporis ejus compages ac membrorum perplexiones diffundebatur. Spiritalem enim naturam (sicut quidam de ejus corpore sentiunt, quod imperite satis et absurdè faciunt) impossibile est vini atque escæ recipere substantiam. (99) Si vero quis indignas obscenasque ad hæc proferat inquisitiones, requirens si etiam digestiones in corpore fiebant, nihil absurdum videtur fateri secundum consequentiam naturæ corporeæ. Si vero etiam exemplis a nobis hæc exigant affirmari, ostendendum est illos satis hæc insipienter inquirere. Ubi enim ista vel de apostolis, vel de ceteris sanctis facta esse referuntur, vel etiam de impiis et peccatoribus, ex abundanti de eo requiruntur. Sed et circumisionis ejus ratio nobis quidem (1) non generabit angustiam, dicentibus eum con-

D lus editi, in carnem ejus. Mox editi, et mss. [plures, compages membrorum diffundebatur. Mss. vero Sorbonicus et Montis S. Michaelis in Periculo maris ut in texto.

(99) Editi, *Si vero quis indignas obscenas ad hæc. Sed omnes mss. ut in texto. Deinde mss. quidam, digestiones corporeæ fiebant. Paulo post editi, a nobis hoc exigunt . . . Ubi enim ista de apostolis, vel ceteris sanctis. Mox mss. Sorbonicus et S. Michaelis in Periculo maris, vel etiam de impiis et peccatoribus, ex abundanti de eo requiritur [al. requiruntur]. Sed et circumisionis, etc. Verum haec verba, ex abundantia de eo requiruntur, vel requiruntur, nec in ceteris mss. nec in editis comparent; quæ tamen restituenda videntur. Ceterum non reperitur ubi de his Origenes tractaverit.*

(1) Editi, non generabit maiorem angustiam. Sed in omnibus mss. nostris. Infra, in alia disputatione requirere li, requiretur.

sequenter humano corpore et circumcisum esse, et præputium ejus terræ mandatum, fortassis usque ad tempus : aut si aliter est, in alia disputatione requiretur. Hæc tamen ejus circumcisio satis coangustabit eos qui ex diverso sunt. Spiritale enim corpus quomodo poterat circumcidi ferro terreno ? Propter quod non erubuerunt quidam ex ipsis de præputio circumcisionis ejus etiam libros edere, quibus ostendere conarentur quod in substantiam cesserit spiritalem. Non minus autem angustabuntur etiam illi qui animale corpus dicunt esse corpus Christi. Sed et de sanguine ejus et aqua quæ processit de latere ejus hasta compuncto a milite<sup>83</sup>, eadem sentienda sunt. Sed his qui sciunt quid audiunt per hoc quod dicitur, (2) quia fixuræ clavorum erant in ejus corpore<sup>84</sup>, manifeste declaratur B quia caro erat terrena, id est humanæ naturæ : quæ utique non erat talis, ut recipiendorum vulnerum subterfugeret qualitatem. Quod si non etiam multa humanæ infirmitatis in ipsa morte sensisset, cur anima ipsius perturbatur<sup>85</sup>, et tristis est pro ea usque ad mortem<sup>86</sup> ? Quæ omnia evidenter ostendunt quod non falso, sed quasi homo dixerit : *Spiritus quidem promptus est, caro eudem infirma*<sup>87</sup>. Eadem nihilominus ostendit etiam somni ratio, cum dicitur, quia *erat in puppi super cervical dormiens*, sicut Marcus refert<sup>88</sup>, et ab homine suscitatur e somno. Hæc enim licet habeant spiritalem intellectum, tamen manente prius historiæ veritate, etiam spiritualis recipiendus est sensus. (3) Licet enim cœcos semper curet secundum spiritalem intelligentiam, cum ignorantia excætas illuminat mentes, tamen et corporaliter tunc excœcum sanavit<sup>89</sup>. Et mortuos semper suscitat; fecit tamen et tunc hujuscemodi mirabilia, sicut et filiam principis Synagogæ<sup>90</sup>, et filium viduae<sup>91</sup>, et Lazærum<sup>92</sup> (4) suscitando. Et quamvis semper cum excitator a discipulis compescat Ecclesiæ turbines, vel procellas<sup>93</sup>, tamen certum est etiam tunc gesta esse quæ per historiam referuntur. Sic ergo sannum est sensum Scriptura recipere; nec oportet

<sup>83</sup> Joan. xix, 34. <sup>84</sup> Joan. xx, 25 et seq. <sup>85</sup> Joan. xii, 27. <sup>86</sup> Marc. xiv, 34. <sup>87</sup> ibid. 38. <sup>88</sup> Marc. iv, 38. <sup>89</sup> Marc. viii, 25; x, 52. <sup>90</sup> Luc. viii, 55. <sup>91</sup> Luc. vii, 15. <sup>92</sup> Joan. xi, 44. <sup>93</sup> Marc. iv, 59. <sup>94</sup> Galat. iv, 4, 5. <sup>95</sup> I Cor. xiv, 12. <sup>96</sup> Psal. civ, 15. <sup>97</sup> I Cor. viii, 6.

(2) MSS. nostri, quia figuræ clavorum, etc., sed rectius habere videntur editi, fixuræ. Deinde editi, quasi non etiam multa humanæ infirmitatis in ipsa morte sensisset, anima perturbatur, etc. MSS. plures, Quid, si non etiam multa humanæ infirmitatis in ipsa morte sensisset, anima perturbatur, etc. quod non male : sed mss. Sorbonicus et Montis S. Michaelis, ut in textu.

(3) MSS. plerique perperam habent, *Sicut enim cœcos semper curat*, etc.

(4) Suscitantio additur in editione Genebrardi, sed omittitur in omnibus mss. nostris et in editione Merlini.

(5) Alias, *eum natum*, omissio esse : paulo post, plenitudo temporis.

(6) MSS. et editi semel tantummodo habent verbum confirmatur : sed repetendum videtur.

A inclinare auram his qui dicunt per Mariam, et non ex Maria (5) eum esse natum : quod Apostolus præsciens ita prædixit : *Cum autem venit plenitudo temporum, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret*<sup>94</sup>. Vides quia non dixit, factum per mulierem, sed, *factum ex muliere*. »

PAMPHILUS. Quid tam evidenter aut integre, quam ex his omnibus quæ serpsit, (6) confirmatur? Confirmatur ab eo et Dominicorum gestorum veritas, et historicæ Scripturarum tides. Sed persequamur (7) consequenter etiam alia, in quibus accusatur quasi duos Christos dicens, unum Deum Verbum, et alium Jesum Christum qui ex Maria natus est.

#### RESPONSO AD QUINTAM CRIMINATIONEM.

(8) *Quod unus est Christus Filius Dei.*

(Ex primo libro de Isaia.)

ORIGENES. (9) « Sicut dicit Apostolus, *Quoniam æmulatores estis spirituum*<sup>95</sup>. Sicut enim cum unus sit Spiritus sanctus, tanti per singulos dicuntur spiritus sancti, quanti sunt hi qui habent in se Spiritum sanctum : ita et de Christo dicendum est. Ab uno enim Christo multi fiunt christi, de quibus Scriptura dicit : *Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari*<sup>96</sup>. Sic et ab uno Deo dii multi dicuntur, omnes scilicet hi in quibus habitat Deus : sed *nobis unus est Deus Pater, ex quo omnia*<sup>97</sup>. Unus ergo est verus Deus, qui, ut ita dixerim, præstator est deitatis, et unus Christus (10) factor christorum, et unus Spiritus sanctus qui per singulas animas sanctorum facit Spiritum sanctum. Christus vero sicut per hoc quod Christus est christos facit, ita et per hoc quod Filius Dei est, et Filius proprius et unigenitus, omnes eos qui percipiunt ab eo spiritum adoptionis, filios Dei facit. »

PAMPHILUS. Unum hoc testimonium est quod Christus verus unus sit, qui participatione sui mul-

(7) Editi, consequenter etiam reliqua, in quibus accusatur quasi duos Christos dixerit, unum Deum Verbum, etc. MSS. Sorbonicus et S. Michaelis, consequenter etiam aliqua, in quibus accusatur affirmare quasi duos Christos dicens : unum Deum Verbum, etc. Cæteri vero mss. ut in textu.

(8) Sic omnes mss. Editi vero, *Quod unus sit Christus. Ex libro primò super Isaian.*

(9) Ex lib. i in Isaian. — Omnes mss. nostri omittunt, *Sicut dicit Apostolus, Quoniam æmulatores estis spirituum* : sed hæc existant in editis, qui mox omittunt enim, quod restituant omnes mss. Solus codex Sorbonicus habet, *Sicut enim, licet unus sit Spiritus sanctus, tanti tamen per singulos, etc.*

(10) Ms. Regius, factor Christianorum. Cæteri mss. et editi ut in textu.

tos (11) facit christos. Adhibeamus tamen et aliud ex primo libro de Evangelio secundum Matthæum, in quo hoc modo dicit :

ORIGENES. (12) « Si Christus Jesus, cum in forma esset Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, et in similitudinem hominum factus, habitu repertus ut homo est, humilians se ipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis<sup>28</sup>, dubium non est quod nativitas ejus non est talis, ut quasi qui ante non fuerit, esse cœperit, sicut de nativitate hominum putatur : sed qui prius erat, et erat in forma Dei, (13) venit etiam formam servi suscipere. Denique quod natum est ex carne, caro est<sup>29</sup>, inquit. Quod natum est, id est, ex ea quæ dixit : Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum<sup>1</sup> : hæc est forma servi, quæ utique caro est. »

PAMPHILUS. Et in tertio libro Epistolæ ad Colosenses de eisdem ita scribit.

ORIGENES. (14) « Data est autem lex Moysi per angelos in manu et virtute Mediatoris Christi<sup>2</sup>, qui cum esset in principio Verbum Dei, et apud Deum esset, et Deus esset Verbum Patri in omnibus ministravit. Omnia enim per ipsum facta sunt<sup>3</sup>, id est non solum creature, sed et lex et prophetæ : et ipse est mediator Dei et hominum<sup>4</sup>. Quod Verbum

A in fine quidem sæculorum homo factus est Jesus Christus : sed ante hunc manifestum in carne adventum mediator quidem erat (15) hominum, sed nondum erat homo. Erat tamen et tunc mediator Dei et hominum : unde et data lex per angelos, sine ipsius mediatoris manibus data esse non dicitur, ut esset lex sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum<sup>5</sup>, et omnia hæc sanctificarentur a Christo. »

PAMPHILUS. Sufficere opinor etiam (16) de hoc tribus testimoniis confutatam esse calumniam. Si quis sane offenditur quod dixit Salvatorem etiam animam suscepisse : nihil de hoc amplius respondendum puto, nisi quod hujus sententiæ non Origenes auctor est, sed ipsa sancta Scriptura testatur, B ipso Domino et Salvatore dicente : Nemo tollit animam meam a me<sup>6</sup>; et : Tristis est anima mea usque ad mortem<sup>7</sup>; et : Nunc anima mea turbata est<sup>8</sup>. Et multa his similia in sanctis Scripturis invenies.

Superest respondere ad illam accusationem quæ calumniatur eum omnem Scripturam in allegoriam vertere. Ex ipsis libris quos vel maxime obreptatores ejus incusat, id est de quarto Περὶ ἀρχῶν libro proferemus quia non negat ea quæ in Scripturis referuntur, etiam secundum litteram gesta.

#### CAPUT VI.

##### RESPONSIO AD SEXTAM CRIMINATIONEM.

(17) Quod ea quæ in Scripturis referuntur, etiam secundum litteram gesta sint.

(17) ORIGENES. (18) « Ne quis autem suspicetur nos hoc dicere, quia nullam historiam Scripturæ factam esse sentiamus, quoniam aliqua ex his non esse facta suspicamur : vel nulla præcepta legis secundum litteram dicimus observari non posse, in quibus vel ratio, vel rei possibilitas non admittit ; vel ea (19) quæ de Salvatore scripta sunt, non [putare

C "Ινα δὲ μή ὑπολάβῃ τις ἡμᾶς ἐπὶ πάντων τοῦτο λέγειν, ὅτι οὐδεμίᾳ ἱστορίᾳ γέγονεν, ἐπεὶ τις οὐ γέγονε· καὶ οὐδεμίᾳ νομοθεσίᾳ κατὰ τὸ βητὸν τηρητέα ἔστιν, ἐπεὶ τις κατὰ τὴν λέξιν ἀλογος τυγχάνει, ἢ ἀδύνατος· ἢ ὅτι τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος γεγραμμένα κατὰ τὸ αἰσθητὸν οὐκ ἀληθεύεται· ἢ ὅτι μηδεμίᾳ νομοθεσίᾳ αὐτοῦ καὶ ἐντολὴν φυλακτέον· λεκτέον

#### INTERPRETATIO NOVA.

Ne quis vero nos suspicetur in omnibus id dicere, nullam historiam contigisse, quoniam aliqua non contigit ; et nullam legem ad litteram esse servandam, quoniam aliqua secundum litteram aut absurdum, aut impossibilia præcipit ; vel quæ de Salvatore scripta sunt, secundum litteralem sensum non esse vera ; aut nullam ipsius legem et præceptum servari oportere, dicimus manifeste in quibusdam historiæ veritatem nobis apparere, verbi gratia, Abraham, Isaac et Jacob cum una sua unumquemque uxore in duplice spelunca sepultos esse in Hebron ; Sichem Josepho in portionem esse attributam ; Jerusalem metropolim

<sup>28</sup> Philip. ii, 6-8. <sup>29</sup> Joan. iii, 6. <sup>1</sup> Luc. i, 58. <sup>2</sup> Galat. iii, 19. <sup>3</sup> Joan. i, 3. <sup>4</sup> I Tim. ii, 5. <sup>5</sup> Rom. viii, 12. <sup>6</sup> Joan. x, 18. <sup>7</sup> Matth. xxvi, 58. <sup>8</sup> Joan. xii, 27.

(11) Sic mss. Editi vero, faciat.

(12) Ex lib. 1 in Matthæum.

(13) Alias venit etiam ut formam servi suscipiet.

(14) Ex lib. iii in Epist. ad Colossenses.

(15) Mss. nostri, omnium : sed legendum videtur cum editis, hominum. Deinde editi et ms. Sorbonicus, in ipsis mediatoris manibus data esse dicitur. Ceteri vero mss. ut in textu.

(16) Editi, de his rebus ; sed omnes mss., de hoc tribus.

(17) Quod ea quæ in Scripturis referuntur, etiam secundum litteram gesta sint. Hic titulus nec in mss. nec in editis reperitur, sed addidimus e nostro ad meliorem formam.

D (17) Rofini interpretatio.

(18) Ne quis autem suspicetur nos, etc. Graeca hujus loci verba desumpta sunt e capite primo *Philocalia*. Vide Praefationem nostræ editionis tomo II præfixam, articulo 4, sect. 7, et *Origenianor.* lib. ii, quest. 15, num. 4.

(19) Omnes mss. nostri, quæ a Salvatore scripta sunt. Plures codices Græci similiter habent παρά· sed rectius unus, περὶ, et editi ac libri *De principiis, de Salvatore*. Paulo post mss. plerique et editi, Respondendum est ergo, etc. Sed vox ergo redundare videtur, et recte omittitur in ms. Regio. Mox libri *De principiis, servari et posse et oportere* ; sed omnes hujus *Apologiae* mss. et editi ut in nostro textu.

enam sensibiliter impleta, vel præcepta ejus secundum litteram non debere servari: respondendum est quoniam a nobis evideat decernitur in quamplurimis servari oportere historię veritatem. Quis enī negare possit quod Abraham in duplo speculante sepultus est in Ebron, sed et Isaac, et Jacob, et singulis eorum uxores? Vel quis dubitet quod Sichima in portionem data est Joseph? Vel quod Jerusalem metropolis est Iudeæ, (20) in qua constructum est templum Dei a Salomone? et alia innumerabilia. Multo enim plura sunt quae secundum historiam vera sunt, quam ea quae nūlūm sensum continent spiritalem. (21) Tum deinde quis non affirmet mandatum hoc quo præcipitur: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi*<sup>9</sup>, sine ulla spiritali interpretatione sufficere, et esse obseruantibus necessarium? maxime cum et Paulus eisdem verbis repetens<sup>10</sup> confirmaverit ipsum mandatum. Quid vero oportet dicere de eo quod dictum est: *Non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falsum testimonium dices*<sup>11</sup>, et cetera hujusmodi? Jam vero de his que in Evangelio mandata sunt, ne dubitari quidem potest quin secundum litteram observentur, sicut cum dicit: *Ego autem dico vobis non jurare omnino*<sup>12</sup>; et cum ait: *Qui autem inspicerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mactatus est eam in corde suo*<sup>13</sup>; et apud Paulum apostolum que præcipiuntur: *Commonete (22) inquietos, consolamini pusillanimos, sustinetis infirmos, patientes estote ad omnes*<sup>14</sup>; et alia quamplurima.

## INTERPRETATIO NOVA.

esse Iudeæ, in qua a Salomone ædificatum fuit templum Dei, et alia sexcenta. Multo enim plura sunt secundum historiam vera, quam quae mere spiritualia illis attexta sunt. Rursum quis iniicias ierit mandatum hoc: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi*, etiam sine altiore intelligentia utile esse, ac servandum, maxime cum Paulus iisdem verbis illud commendarit? Quid attinet dicere de ceteris, *Non machaberis, non occides, non furtum facies, non falsum testimonium*? Rursus in Evangelio mandata quedam scripta sunt; de quibus non queritur sint ne ad litteram observanda necne. Cujusmodi illud est: *Ego autem dico vobis, quicunque iratus fuerit fratri suo*<sup>15</sup>, et quae sequuntur. Et: *Ego dico vobis non jurare omnino*. Et custodiendum est illud Apostoli: *Corripite inquietos, consolamini pusillanimos, suscipe infirmos, patientes estote ad omnes*.

(23) PAMPHILUS. De Epistola Pauli ad Philemonem.  
ORIGENES. (24) Sed et de singulis sanctorum qui in Scriptura sancta conscripti sunt, quosque justos, et electos Dei esse Scriptura testatur, debet esse fides ab his qui salvari cupiunt. Non enim potest esse perfecta in Deum fides, nisi quis habeat et hanc fidem, qua de sanctis quod sancti sunt creditur. Quod autem dicimus tale est. Qui creditur in Deum, et dogmata ejus vera esse suscepit,

C credit et hoc, quod Adam quidem primus homo formatus est<sup>16</sup>; credit et de Eva, quod unam e costis Adam sumens Deus, ædificaverit eam ut esset ejus mulier<sup>17</sup>; credit (25) et quod Enos vere speravit invocare nomen Domini Dei<sup>18</sup>; et quod Enoch, quia in annis ducentis placuerit Deo, posteaquam Mathusalem genuit translatus est<sup>19</sup>; et de Noe, quia responda accepit ut fabricaretur arca, et solus salvatus est ex diluvio, cum his tantummodo

<sup>9</sup> Exod. xx. 12. <sup>10</sup> Ephes. vi. 2. <sup>11</sup> Exod. xx. 13 et seq. <sup>12</sup> Matth. v. 28. <sup>13</sup> ibid. 28. <sup>14</sup> I Thess. v. 14. <sup>15</sup> Matth. v. 22. <sup>16</sup> Genes. ii. 7. <sup>17</sup> ibid. 22-24. <sup>18</sup> Genes. iv. 26. <sup>19</sup> Genes. v. 21 et seq.

(20) Merlinus, in qua constitutum est templum Domini, etc. Sed mss. ut in textu; nisi quod ms. Montis S. Michaelis similiter habet Domini, et Gerardus Deo.

(21) Omnes mss. nostri, *Tunc deinde: mox plerique, quo præcipit: editi quod præcepit: libri De principiis, quod præcipit*. Sed mss. Sorbonicus, et Montis S. Michaelis in Pericolo maris, quo præcipit.

(22) Sic recte libri *De principiis*. Omnes vero hujus *Apologia* mss. et editi perperam, inquit, eos.

(23) PAMPHILUS. De Epistola Pauli apostoli ad

Philemonem. Hæc in libris antea editis omissa, quasi reliqua forent etiam e libro quarto *Hepl ἀριτῶν*, restituuntur ex omnibus mss. Deinde editi, debet esse quadam fides, etc., sed omnes mss. nostri omittunt quadam.

(24) Ex Comment. in Epist. ad Philemonem.

(25) Et quod Enos vere speravit invocare nomen Domini Dei. Hæc pretermissa sunt in editis, et restituuntur ex mss. qui omnes habent Enoch pro Enos. Deinde editi habent trecentis; omnes mss. ducentis. Paulo post idem editi et ms. Regius, ut fabricaret arcam: sed cæteri mss. ut in textu.

(26) qui secum arcum fuerant ingressi<sup>20</sup>. Similiter et de Abraham, quod meruerit testimonium Dei, et quod suscepserit hospitio, cum esset sub ilice Mambræ, tres viros, ex quibus unus Dominus erat<sup>21</sup>. Credit et de Isaac vel quomodo natus est, vel quomodo oblatus est a patre, vel quomodo responsa Dei audire meruerit<sup>22</sup>: sed et de Jacob, quod mutato nomine Israel a Deo cognominatus est<sup>23</sup>: et de Moyse, quod per signa et virtutes ministraverit Deo<sup>24</sup>. Credit et quod Jesus Nave exauditus a Deo stare fecerit solem super Gabao, et lunam super vallem Helon<sup>25</sup>. Quid autem dicendum est de fidelibus judicibus, et de his quæ per eos gesta referuntur: vel in Regnorum libris de Samuele, quod messis tempore pluvias a Deo poposcerit, et acceperit<sup>26</sup>? et de David quem assumpsit Dominus (27) ab ovibus<sup>27</sup>, ut regeret Jacob puerum suum, et Israel hæreditatem suam<sup>28</sup>? et de Nathan quod prophetauerit<sup>29</sup>: neconon et Gad<sup>30</sup>: sed et de Salomone, quod apparuerit ei in visu Dominus<sup>31</sup>: et de Elia, quod assumptus est per ascensionem in cœlum<sup>32</sup>, effectis illis omnibus, quæ scripta sunt, signis et prodigiis: sed et de Elisæo, quoniam non solum resuscitavit filium Sunamitis, sed et mortuum super ossa sua projectum<sup>33</sup>. Oportet ergo unumquemque fidelium credere et omnibus quæ scripta sunt de Ezechia, quod in diebus ejus retrorsum repedaverit umbra solis<sup>34</sup>. Est ergo fides nostra primo quidem omnium in Dominum nostrum Jesum Christum, consequenter vero etiam in omnes sanctos patriarchas, vel prophetas, vel apostolos Christi, eo ordine quo superius diximus.

PAMPHILUS. Sufficienter ista ad probationem catholicæ ejus fidei, et qualiter etiam de ipsa Scripturarum historia senserit, dicta sint.

Et quoniam inter cæteras criminationes (28) quas ei inferunt, etiam quam maximam ponunt, quod resurrectionem futuram deneget mortuorum, quod utique futurum manifeste in Ecclesiis prædicatur, consequens est etiam de hoc ipsis nos verbis calumniosos ostendere, et mendaces evidenter arguere eos qui etiam scripta de hoc edere adversus eum non pepercerunt. Tam ex ipsis igitur libris quos

<sup>20</sup> Genes. vi-viii. <sup>21</sup> Genes. xviii, 2, seq. <sup>22</sup> Genes. xxii, xxii et xxvi. <sup>23</sup> Gen. xxxii, 28. <sup>24</sup> Exod. viii-x. <sup>25</sup> Josue x, 12, 13. <sup>26</sup> I Reg. xii, 17, 18. <sup>27</sup> I Reg. xvi, 11. <sup>28</sup> Psal. lxxi, 71. <sup>29</sup> II Reg. xii. <sup>30</sup> II Reg. xxiv. <sup>31</sup> III Reg. iii, 5. <sup>32</sup> IV Reg. ii, Reg. iv, 34, 35; xiii, 21. <sup>33</sup> IV Reg. xx, 9-11.

(26) Sic omnes mss. Editi vero, qui cum eo fuerant arcum ingressi: similiter et Abraham. Deinde mss. nostri omittunt, vel quomodo oblatus est a Patre: sed hec extant in editis. Ms. Sorbonicus habet donatus est pro natus est.

(27) Mss. nostri, alii ab omnibus, alii ab hominibus: sed rectius habere videntur editi, ab ovibus.

(28) Ita omnes mss. nostri. Editi vero perperam, quas ei inferunt, est etiam, quam maximam ponunt, quod resurrectionem scilicet mortuorum deneget: que utique futura manifeste in Ecclesiis prædicatur, consequens etiam est has ex ipsis nos verbis calumnias ostendere, etc.

(29) Ex primo libro *De resurrectione*.

(30) Editi, persecutionem, male.

A de resurrectione scripsit, quam ex cæteris ejus diversis voluminibus, approbabimus etiam in hac parte quam catholice senserit.

#### PRIMA RESPONSO AD SEPTIMAM CRIMINATIONEM.

#### CAPUT VII.

*Quomodo sentiebat de resurrectione.*

ORIGENES. (29) « Quomodo enim non videtur absurdum, ut hoc corpus, quod pro Christo pertulit cicatrices, et pariter cum anima (30) persecutionum toleravit sæva tormenta, carcerum quoque ac vinculorum et verberum supplicia pertulit, igne etiam cruciatum, ferro cæsum est, insuper et bestiarum cruentos morsus, crucis patibula, ac diversa pœnarum genera perpessum est, tantorum certaminum præmis defraudetur? Quippe si sola anima, quæ non sola (31) certaverit, coronetur, et corporis sui vasculum quod ei cum magno labore servivit, nulla agonis ac victoriae præmia consequatur, quomodo non contra omnem rationem videtur ut naturalibus vitiis atque ingenitæ libidini propter Christum caro resists, et virginitatem obtinens cum ingenti labore, qui continentia labor utique aut major corporis (32) quam animæ est, aut certe utriusque æqualis est, præriorum tempore altera velut indigna rejicitur, altera veniat ad coronam? Quæ res sine dubio aut injustitia alicujus Deum, aut impossibilitatis accusat. »

PAMPHILUS. His assertionibus incipiens ut de resurrectione mortuorum, per totam voluminis sui seriem evidentissimis approbationibus usus est. In secundo vero libro ejusdem materiæ, cum prædixisset (33) quia quasi ad gentiles loqueretur, hujuscemodi suam sententiam declaravit.

ORIGENES. (34) « Nos vero post corruptionem mundi eosdem ipsos futuros esse homines dicimus, licet non in eodem statu, neque in iisdem passionibus. Non enim iterum ex conventione viri et mulieris erunt, sed, verbi gratia, ea ratio quæ continet Pauli substantiam (Pauli autem nunc dico corporalis) salva permanet, et cum voluerit Deus secundum ea quæ dicta sunt, per sacramentum tubarum in novissima tuba facere ut mortui resurgent, per illam ipsam (35) substantiale rationem

(31) Editi, certaverat: deinde Genebrardus, contra omnem rationem esse videatur: sed mss. ut in textu.

(32) Mss. nostri omittunt, quæ animæ, quod restituant editi. Paulo post editi omittunt, quæ res sine dubio aut injustitia alicujus Deum, aut impossibilitatis accusat, quod restituant omnes mss.

(33) Quiaq, desideratur in editis, et restituatur ex mss.

(34) Ex libro ii *De resurrectione*.

(35) Editi, substantia rationem quæ salva permanet, ut de terræ pulvere resuscitentur a mortuis ex omnibus locis in quibus. Deinde Genebrardus, et iterum resuscitantur. Ex hoc arbitror, etc. Sed mss. ut in textu, nisi quod plerumque ante quibus.

quæ salva permanet, de terræ pulvere suscitantur a mortuis ex omnibus locis ii quibus ratio illa substantia corporalis in ipsis corporibus permanebat, quæ in terram prolapsa Dei voluntate iterum suscitantur. Et hoc arbitror asserrere volentem Apostolum dixisse in prima Epistola ad Corinthios, (36) post assertionem resurrectionis mortuorum. Nam cum proposisset sibi ea quæ possent ab aliis objici de resurrectione mortuorum, sic ait : *Sed dicit aliquis : Quomodo resurgent mortui ? Quo autem corpore veniunt ? Stulte, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur : et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, utputa, tritici, aut alicujus cæterorum. Deus autem dat illi corpus 34 prout voluit* (37). Cum enim manifeste ostendisset quia mortui resurgent, et certum esset quod Salvator noster cum ipso corpore resurrexit quod suscepserat ex Maria, non autem satis clarum esset quomodo resurrectioni essent cæteri, vel quale corpus habituri : comparat resurrectionem seminibus quæ seminantur in terram, utputa, grano frumenti, quod cum ecceperit in terram, corrumpitur : sed rationis illius virtus (38) quæ est insita in interioribus ejus medullis, ipsa rationis virtus assumpta adjacentem sibi terram, vel aquæ humorem, sed et aeris circumstantem temperiem, caloris quoque sufficientem recipiens somitem, (39) per divinam potentiam in corpus culmi vel spicæ consurgit ; et hoc est quod dicit : *Tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur : et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas.* Ergo hoc (40) quod cadit ut semen in terram corpus nostrum, comparatum est grano frumenti. »

PAMPHILUS. Et assertis his per hujuscemodi consequentiā, post pauca addit etiam hæc.

ORIGENES. « Quod autem omnis illa repromissio resurrectionis mortuorum de hoc corpore sit quod mortuum relinquitor, sanctæ Scriptura multis mo-

<sup>34</sup> I Cor. xv, 35-58. <sup>35</sup> Coloss. i, 18; Apocal. i, 5. <sup>36</sup> II, 49. <sup>37</sup> Rom. vii, 24. <sup>38</sup> I Cor. xv, 39.

(36) Editi, *Post assertionem enim resurrectionis mortuorum, cum proposisset, etc.* Omnes mss. nostri omittunt enim, post assertionem : sed mox ms. Sorbonicus habet, *Nam cum proposisset.* Codex Vallis-Clarae, *Qui cum proposisset :* cæteri mss. omittunt *Nam*, vel *Qui*. Deinde miss. Sorbonicus et Montis S Michaelis, *Sed dicet quis.* Cæteri vero, et editi ut in textu.

(37) Ita mss. plerique : et ita legendum videtur iuxta Graecos Scripturæ saecula codices, quorum plerique habent ἡθέλησε. Cæteri mss. et editi ; prout vult, al. Graece θέλει. Mox editi, *Cum enim manifestissime... et certum esset quia... cum ipso corpore resurrexisset, etc.* Sed omnes mss. ut in textu.

(38) Quæ, omittitur in editis, et restituuntur ex omnibus mss.

(39) Editi, *per divinam potentiam cooperantem culmi vel spicæ consurgunt.* Ms. Regius, *per divinam potentiam corpusculum vel spicæ consurgit.* Cæteri mss. recte ut in nostro textu.

(40) Sic ms. unus. Cæteri vero mss., *quod cadit in semen corpus nostrum.* Editi, *quod cadit in terram corpus nostrum.* Deinde editi, *Et assertis his*

A *dis hoc ostendunt. Sed et hoc ipsa Domini nostri Jesu Christi resurrectio declarat, qui primogenitus ex mortuis* <sup>39</sup> *dicitur.* »

PAMPHILUS. Post hæc, quibusdam per medium latius disputatis, adjecit etiam ista.

ORIGENES. « Sicut enim plus habet omnis rationabilis anima his quæ vel crescendi, vel nutriendi, vel motus solius officium exhibere dicuntur : sic ea ratio quæ in humano corpore est, multo amplius habet, quam quæ in reliquis est corporibus, ex eo quod (41) etiam cum corruptum fuerit corpus humanum, subsistere rursum potest Dei virtute servatum et custoditum usque ad resurrectionis suæ tempus. Quid autem ubicunque fuerit restituatur, id est (42) ab omni in quo jacuerit loco, ita ait B Joannes in Revelatione sua : *Et reddidit mare mortuos quos habebat in se, et mors et infernus reddiderunt mortuos suos qui erant in eis* <sup>40</sup>. Forte enim, ut ego puto, mare hic pro humido omni appellatum est elemento ; (43) inferi autem pro aere ; mors vero pro terra. Quasi quamdam namque cognationem his inter se invicem habentibus, corpus nostrum pulverem mortis <sup>41</sup> vocat Scriptura, vel terram <sup>42</sup>, vel corpus mortis <sup>43</sup>. Sane qualis fuerit uniuscujusque preparatio in hac vita, talis erit ei resurrectio ejus. Qui (44) beatius hic vixerit, corpus ejus in resurrectione divinore splendore fulgebit, et apta ei mansio beatorum tribuetur locorum. Huic vero qui in malitia consumpsit tempus sibi vitæ presentis indulatum, tale dabitur corpus

C quæ sufficere et perdurare (45) tantummodo possit in poenis. Et arbitror quod hanc differentiam volens ostendere Paulus apostolus, dicit : *Alia caro animalium, alia volucrum, alia piscium* <sup>44</sup>, et cetera quæ enumeravit Apostolus. Sed sicut non est putandum quod animalium corpus accepturus sit peccator, (46) aut volueris, aut piscium ; sic neque solis, aut lunæ, aut stellarum sperandum est accipere eos qui resurgent in gloriam : sed exempli

<sup>39</sup> Apocal. xx, 13. <sup>40</sup> Psal. xi, 16. <sup>41</sup> Gen.

per hujusmodi consequentiā, post pauca addidit etiam hæc. Sed omnes mss. ut in textu.

(41) Ita mss. nostri. Editi vero perperam, etiam si corruptum fuerit genus humanum ... conservatum et custoditum, etc.

(42) Editi, ab omni loco in quocunque fuerit. MSS. ut in textu.

(43) Perperam editi, *infernus autem pro aere ; mors vero pro terra : quasi quamdam cognitionem [al. cogitationem] his inter se invicem habentibus.* Corpus enim pulverem mortis, etc. Sed omnes mss. nostri ut in textu.

(44) Editi, *beatus.* Melius mss. nostri omnes, beatus.

(45) Tantummodo omittitur in editis, et restituuntur ex mss.

(46) Editi, aut volucrum, aut piscium : sic neque solis, aut lunæ, aut stellarum formam sperandum est accipere eos qui resurgent in gloria : sed exempli causa dicta hæc ab Apostolo, etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu, nisi quod ms. Regius habeat, aut stellarum sperandum est accipere eos qui resurrectionis gloriam attendunt.

gratia dicta esse hæc ab Apostolo sentiendum est, ut designetur per hæc quod alii pro meritis suis honorabiliores et clariores erunt, beatiora quoque habitacula sortituri : aliorum vero indignissimus et abjectissimus pro gestorum scelere erit status, qui etiam multis animalibus dignus sit comparari. »

PAMPHILUS. Paucæ hæc ad testimonium traximus ex multis et innumeris quæ per hujuscemodi sensum in ipsis libris quos *De resurrectione* scribit, exposuit. Non autem videtur absurdum ad majorem satisfactionem etiam de reliquis ejus libris consonas his vel paucas adhibere sententias. In vicesimo igitur et octavo libro de Isaia propheta, de illo capitulo scribens, in quo dicitur : *Resuscitabuntur mortui, et resurgent hi qui in sepulcris sunt*<sup>41</sup>; ita ait.

ORIGENES. (47) « Melius est ergo dicere quod omnes quidem resurgemus<sup>42</sup>, ut et impii veniant in illum locum ubi fletus est et stridor dentium<sup>43</sup>, (48) et ubi justi recipient unusquisque in suo ordine secundum meritum bonorum gestorum suorum, cum transformabitur corpus humilitatis eorum, ut sit conforme corporis gloriæ Christi<sup>44</sup>: (49) quod seminatum quidem est in corruptione, surget vero in incorruptione: quod seminatum est in ignominia, surget in gloria: quod seminatum est in infirmitate, surget in virtute<sup>45</sup>, resurrectionis scilicet tempore: et quod seminatum est corpus animale, surget autem corpus spirituale. Licet ergo omnes resurgent, et unusquisque in suo ordine<sup>46</sup> resurgat, considerandum est tamen propter illum sermonem Joannis, quem in Revelatione sua dicit: *Beatus qui habet partem in resurrectione prima, in hoc secunda mors non habet potestatem*<sup>47</sup>: ne forte dividi possit omnis resurrectionis ratio in duas partes: id est in eos qui salvandi sunt justos, et etiam in eos qui cruciandi sunt peccatores: ut sit una quidem bonorum, quæ dicitur prima; illa vero quæ est miserorum, secunda dicatur: et illam quidem in omnibus esse puram, hilarem, totius plenam lætitiae; illam vero alteram totam tristem, totam mœroris plenam, et actibus ac vitæ eorum dignam qui in præsenti vita Dei mandata contempserint, et judicii ejus timore neglecto, semetipsos tradiderint in operationem totius immunditiae et avaritiae, nec se præparare conati sint, ut resistere

A adversario possent adversum contrarias atque inimicas humano generi potestates. Sepulcræ autem mortuorum in hoc loco, (50) sicut et in multis aliis, secundum certiorem Scripturæ sensum accipienda sunt, non ea solum quæ ad depositionem humanorum corporum videntur esse constructa, vel in saxis excisa, aut in terram defossa, sed omnis locus in quoconque vel integrum humanum corpus, vel ex parte aliqua jacet; etiamsi accidat ut unum corpus per loca multa dispersum sit, absurdum non erit omnia ea loca in quibus pars aliqua corporis jacet, sepulcræ corporis ejus dici. Si enim non ita accipiamus resurgere de sepulcris suis mortuo divina virtute, qui nequaquam sunt sepulturæ mandati, (51) neque in sepulcris depositi, sed sive naufragiis, sive in desertis aliquibus defuncti sunt locis, ita ut sepulturæ mandari non potuerint, non videbuntur annumerari inter eos qui de sepulcris resuscitandi dicuntur. Quod utique valde absurdum est. »

PAMPHILUS. Nihilominus in eo ipso libro, interjectis quibusdam, dicit :

ORIGENES. « Cum ergo Paulus scribit, quod *sicut stella ab stella differt in gloria, ita erit et resurreccio mortuorum*<sup>48</sup>: et quod dicit: *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione*<sup>49</sup>, et cætera hujusmodi: manifeste hæc de solo corpore scribit. Non enim anima seminata est in corruptione, aut in infirmitate, aut in ignominia. Denique evidenter adjungit his omnibus, et dicit: *Seminatur corpus animale*<sup>50</sup>; ut ne quis putaret animam esse quæ seminatur in corruptione, vel in ignominia, vel in infirmitate. »

PAMPHILUS. Hæc quidem ex his libris (52) quos in *Esaiam* scripsit. Non præteribimus vero neque illum locum quem de primo psalmo disseruit, in quo etiam de resurrectione ita scripsit :

ORIGENES. « Sicut enim (53) οὐσιερ δὲ τὸ εἰδός eadem in nobis species ἔστι μέχρι τοῦ πέρατος, permanet ab infanthia usque ad senectutem, licet πάλλην ἔχειν παραλλαγὴν. characteres multam videatur immutationem recipere, ita intelligendum εὗτας νοητέον καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος, εἰδος ταυτὸν εἶναι τῷ μέλλοντι, πλεστῆς σῆσης ἐσομένης τῆς est hanc speciem quæ nunc est in nobis, ipsam περιέπολης.

<sup>41</sup> Isa. xxvi, 19. <sup>42</sup> I Cor. xv, 51. <sup>43</sup> Luc. xiii, 28.  
<sup>44</sup> Apoc. xx, 6. <sup>45</sup> I Cor. xv, 41. <sup>46</sup> ibid. 42 seq.

<sup>47</sup> Philipp. iii, 21. <sup>48</sup> I Cor. xv, 42 seq. <sup>49</sup> ibid. 25.  
<sup>50</sup> ibid. 44.

(47) Ex lib. xxviii in *Isaiam*.

(48) Editi, et justi ubi recipient, etc.

(49) Ita editi. At mss. nostri, quod *seminatur quidem in corruptione, surgit in incorruptione...* et quod seminatum est animale, surget autem [al. deest jaunem] corpus spirituale.

(50) Editi, similiter et in multis. Sed mss. ut in textu. Sorbonicus tamen omittit et similiter, et sicut.

(51) Ms. Sorbonicus omittit, neque in sepulcris depositi. Ms. Corbeiensis, hodie S. Germani a Prætus habet, qui nequaquam sunt sepulturæ ma-

nec in sepulcris mandati. Ms. Regius, qui nequaquam sunt sepulturæ nec in sepulcris mandati. Sed editi et mss. aliquot rectius ut in textu.

(52) Editi, quos in *Isaiam* scribit... de resurrectione ita scribit. Sed mss. utroque, scripsit.

(53) Ex *Comment. in psalm. i, 5.* οὐσιερ δὲ τὸ εἰδός ἔστι, etc. Graeca hujus loci verba exstant apud Epiphanium, hæres. 64, cap. 14. Vide in psalmonum primum, nostræ hujus editionis tom. XIII, pag. 500. Vide etiam *Origenianor.* lib. II, quest. 9, num. 7, ubi hæc etiam referuntur.

mansuram etiam in futura, plurima tamen immutazione in melius et gloriostus facta. Necesse est enim animam in locis corporis habitantem uti corporibus talibus quae aptas in his locis in quibus degit. Et sicut, verbi causa, si in aquis maris nos habitate, vel degere posceret, sine dubio pro habitaculi qualitate necessarium videretur habere talem corporis statum, et compositionem, qualem habent illa animalia quae in aquis vivunt: ita nunc cum cœlorum habitaculum promittatur, secundum locorum gloriam consequens metamorphoset, παρ' ὅ τι. est aptandas esse etiam corporum qualitates. Nec ideo tamen prior haec species exterminabitur, licet gloriostior ejus effecta sit permutatio. Sicut enī ipsius Domini Jesu, vel Moysi, vel Eliæ species (54) non erat alia in transformatione, quam fuerat ante transformationem, ita non erit alia sanctorum species, etiam si multo gloriostior fiat.

## INTERPR. NOVA.

Ac quemadmodum species ipsa ad ultimum usque eadem est, etsi ingens propriarum formarum, notarumque videatur essa diversitas: ita et in eo de quo agimus, intelligendum est præsentem corporis speciem eamdem esse cum futura: cum eo tamen, ut incredibilis in melius sit futura mutatio. Necesse est enim animam corporeis in locis hærentem consentaneis sibi uti corporibus. Atque ut si in aquatilium naturam conversos vitam in mari nos degere oportet, necessarium foret nos alia corporum constitutione, pisciumque simili esse præditos; ita qui cælorum regni hæreditatem adiutri sunt, ac diversis in sedibus habitaturi, spiritalia quoque corpora habeant necesse est: non quod prior extinguitur species, tametsi in illustrius quiddam gloriostiusque mutetur. Quemadmodum Jesu, ac Moysis, et Eliæ species in transformatione non alia quam quæ initio erat, exstitit.

PAMPHILUS. Sed et in quinto decimo psalmo expōnos illum versiculum: *Insuper et caro mea requiescat in spe*<sup>51</sup>: de carne Domini haec ait:

<sup>51</sup> Psal. xv, 9. <sup>52</sup> IV Reg. ii, 11. <sup>53</sup> Genes. v, 24. <sup>54</sup> Iea. LXIII, 4. <sup>55</sup> Psal. xv, 9. <sup>56</sup> Psal. XVIII, 6.

(54) MSS. Corbeiensis et Regius perperam habent, non erat talis in transformatione, qualis fuerat, etc. Sed cœteri mss. et editi recte ut in textu.

(55) Ex Comment. in psalm. xv, 9.

(56) Editi, cuius primo caro requiebat in spe. Crucifixus enim primogenitus, etc. Sed omnes mss. ut in nostro textu. Paulo post mss. Sorbonicus et S. Michaelis in Pericolo maris, et post resurrectionem assumptus in cœlos cælorum, secum terrenum, etc. Cœteri vero mss. habent simpliciter, in cœlum, non in cœlos cælorum.

(57) Omnes mss. ascendentem. Editi, ascendisse.

A Origenes. (55) « Dominus Jesus Christus haec dicit, (56) cuius primum caro requiebat in spe. Crucifixus enim est, primogenitus ex mortuis factus; et post resurrectionem assumptus in cœlum, secum terrenum corpus evexit, ita ut terrenetur et obstupescerent virtutes cœlestes videntes carnem (57) ascendentem in cœlum. De Elia enim scriptum est, quia quasi in cœlum assumptus est<sup>52</sup>: et de Enoch, quia translatus est<sup>53</sup>: non tamen dictum est quia ascendit in cœlum. Offendatur qui vult ex nostro sermone: ego autem cum omni fiducia assevero, quia sicut primogenitus ex mortuis est Christus, ita primus carnem evexit ad cœlum. Denique mortalitate ipsa perterrentur cœlestes virtutes, (58) quis quod nunquam ante viderant, nunc videbant carnem ascendisse in cœlum: et propterea dicunt: *Quis est iste qui venit ex Edom, id est a terrigenis? Rubor vestimentorum ejus ex Bosor*<sup>54</sup>. Videbant enim in corpore ejus vestigia vulnerum ex Bosor, id est, in carne suscepta. »

B PAMPHILUS. Et post pauca:

ORIGENES. « Haec propter illud quod dictum est, quoniam caro mea requiescat in spe<sup>55</sup>. In qua spe? Non solum quia ex mortuis resurget (parvum enim hoc est), sed in ea spe requiescit, quod assumpta est in cœlum. »

C PAMPHILUS. Quid hoc evidentius et clarius ab aliquo dici potest de resurrectione carnis, quam assignavit non solum resurrectorum a mortuis, verum etiam in cœlos, si qua tamen id meruerit, assumendam, securam scilicet eum qui primogenitus ex mortuis factus, primus in cœlum naturam carnis invexit? Quid tamen in octavo decimo psalmo exponens illum versiculum: *In sole posuit tabernaculum suum*<sup>56</sup>, senserit, audiamus.

ORIGENES. (59) « Quid est quod dixit: *In sole posuit tabernaculum suum?* Quidam quidem dicebant quod Salvator noster ascensio in terris in cœlum, et corpus suum assumens, pervenit usque ad eum circulum qui solis zona nominatur, et ibi, aiunt, posuit tabernaculum corporis sui: non enim ultra erat possibile id progredi. Sed haec illi ita sentiunt, pro eo quod allegoriam nolunt in Scriptura divina recipere: et ideo puræ historiæ deservientes, hujusmodi fabulas et figmenta componunt. Nos vero deprecamur omnipotentiam Dei, ut nos dignetur

Infra mss. plures perperam, Ostendat [ai. Ostenditur] qui vult, etc.

(58) Merlinus, quia quondam aliquid tale nunquam viderant, sicut nunc quando videbant carnem ascendere in cœlum... Quis est iste qui venit de Edom? Genebrardus, quia quod nunquam viderant ante, nunc tandem videbant carnem ascendisse in cœlum... Quis est iste qui venit de Edom? Sed omnes mss. ut in textu; nisi quod unus habeat, nunc videun pro nunc videbant.

(59) Ex Comment. in psal. XVIII, 6.

audire, et *secreta nobis spiritalis intelligentiae dignatur aperire*. Quod ergo a nobis sentitur in hoc loco, hoc est, *In sole posuit tabernaculum suum*, quæ sit tabernaculum Christi, et quæ sit habitatio in qua tabernaculum Christi collocatur. Habitatio tabernaculi Christi sol esse dicitur. Tabernaculum vero Christi Ecclesiam esse intelligo. Solem autem quem alium sentire debo, nisi illud lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum<sup>67</sup>? Ipsius video solem, de quo dictum est : *Quia timentibus (60) nomen Domini orietur Sol iustitiae, et sauitas in aliis ejus*<sup>68</sup>. In sole ergo posuit tabernaculum suum, id est in Sole iustitiae Ecclesiam suam collocavit. In illo enim sole Ecclesia collocata est, qui diem aeternum facit, sicut dictum est : *Erit tibi Dominus lux aeterna, et Deus gloria tua*<sup>69</sup>.

PAMPHILUS. Erubescant etiam illi qui et hoc de ipso non dubitaverunt concinare figmentum (61), quo dicent quia corpus vel carnem Christi usque ad solem dicit evectam, et ibi esse derelictam. Hoc enim ille ab aliis dictum, non reete dictum esse confutat. Sed ostendunt se ne haec quidem intelligere potuisse obtrectatores ejus quæ ille ab aliis non recte dicta coarguit, et quæ sunt quæ ipsa confirmat. Tum deinde etiam illi impudentiam suam retundant, qui dicunt eum corpus quidem resurgere confiteri, carnem vero negare. Desinant aliquando a maledictis, videntes eum carnem Verbi Dei cum ipso Verbo Deo in cœlo, quo Verbum ascendit, imponere.

Hic conjungit de suppliciis peccatorum, quæ nos quoque consequenter ad ea quæ supra dicta sunt, conjungimus, quoniam in ordine criminationum iste fuerat ordo digestus.

#### CAPUT VIII.

##### ALTERA RESPONSO AD SEPTIMAM CRIMINATIONEM.

*De paenit. peccatorum.*

(Ex libro secundo *Hepl. ἀρχῶν*.)

ORIGENES. (62) « Ego arbitror quod sicut in corpore escæ abundantia, et qualitas, et quantitas cibi contraria, febres generat, et febres diversi vel modi, vel temporis, secundum eam mensuram qua intemperies collecta materiam suggestit ac fomitem febrium : quæ materiæ qualitas ex diversa intemperie congregata, causa vel acerbioris morbi, vel prolixioris existit : ita anima, cum multititudinem malorum operum et abundantiam in se congregaverit peccatorum. Competenti tempore omnis illa malorum congregatio concitat ad supplicium, atque inflammatur ad paenas : cum mens ipsa vel conscientia per divinam virtutem omnia in

<sup>67</sup> Joan. 1, 9. <sup>68</sup> Malach. iv, 2. <sup>69</sup> Isa. lx, 19.  
<sup>70</sup> Isa. x, 47. <sup>71</sup> Malach. iii, 3.

(60) Ita omnes mss. Editi vero, *nomen meum* ; et infra, *In illo enim Sole iustitiae Ecclesia*, etc.

(61) Editi, quod dixerit corpus vel carnem Christi usque ad solem vectam [al. vectari], etc. Omnes vero mss. ut in nostro textu.

(62) Ex lib. ii *De princip.*, cap. 10, num. 4.

(63) Lege caute.

A memoriam recipiens, quorum in se signa quedam ac formas, cum peccaret, expresserat, et singulorum gestorum suorum quæ vel scœde vel turpiter gesserat, vel etiam impie commiserat, historiam quamdam scelerum suorum ante oculos suos videbit expositionem. Tunc et ipsa conscientia, propriis stimulis agitatur atque compungitur, et suis ipsa efficitur accusatrix, et testis. Quod ita sensisse etiam apostolum Paulum puto, eum dicit : *Inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus, in die, cum judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum, per Jesum Christum*<sup>70</sup>. »

PAMPHILUS. Sed et in sequentibus rursum de peccatorum paenit. hoc modo scribit :

B ORIGENES. « Multa sunt autem quæ nos latent, quæ illi soli cognita sunt qui est medicus animarum nostrarum. Si enim ad corporis sanitatem pro his vitis quæ per escam potumque collegimus, necessarium habemus interdum anterioris ac mordacioris medicamenti curam : nonnunquam vero, si id vitii qualitas depoposcerit, rigore ferri et sectionis asperitate indigemus : quod si et haec supergressus fuerit morbi modus, ad ultimum conceptum vitium ignis exurit : quanto magis intelligendum est, medicum nostrum Deum volentem diluere vitia animarum nostrarum (63), quæ ex peccatorum et scelerum diversitate collegant, uti hujusmodi paenitibus curis, insuper etiam ignis inferre supplicium his qui sanitatem animæ perdiderunt ? »

C PAMPHILUS. (64) Item post pauca addidit etiam haec :

D ORIGENES. « Quoniam autem pernecessaria pena est ea quæ per ignem referri dicitur, Isaías docens, de Israel quidem sic dicit : *Abluet Dominus sordes filiorum ac filiarum Sion, et sanguinem expurgabit e medio ipsorum spiritu judicii et spiritu adiunctionis*<sup>71</sup>. De Chaldaeis autem sic dicit : *Habes carbones ignis, sedebitis super eos : hi erunt tibi adjutorio*<sup>72</sup>. Et in aliis dicit : *Sanctificabit eos Dominus in igne ardenti*<sup>73</sup>. Et in Malachia propheta dicit : *Sedens Dominus conflabit sicut aurum et argentum populum suum, conflabit et purgabit eos, et fundet purgatos filios Iuda*<sup>74</sup>. »

PAMPHILUS. Hæc quidem ex libris *Hepl. ἀρχῶν*. D Innumerabilia vero dispersa sunt per omnes libros ejus assertionis hujus testimonia, quæ nos studio brevitatis omittimus, commemorantes de his solummodo, quæ in sexto psalmo de hoc ipso paenarum genere disputavimus.

ORIGENES. (65) « Possibile est considerare ex his maxime doloribus quos in hoc corpore positi sentimus, qui quamvis magni sint, brevis certe sunt

<sup>66</sup> Rom. ii, 15, 16. <sup>71</sup> Isa. iv, 4. <sup>72</sup> Isa. xlvi, 14.

(64) Sic omnes mss. nostri. Verum editi, *Et post pauca addidit etiam hoc [al. omittitur etiam hoc]*. ORIGENES. Quomodo autem pernecessaria pena est ea quam per ignem infert Deus, Isaías docens de Israel cit.

ment. in psal. vi.

temporis, pro eo quod si paulo vehementiores extiterint, continuo etiam vitæ celerem inferunt finem. Denique multi, si res poposcerit, pro pietatis confessione in ipsis tormentis animam (66) reddunt: alii vero in ipso jam coronæ aditu positi denegant fidem, quam usque ad mortem proposuerant confiteri. Et hoc non utique diminutione propositi patiuntur, sed vi doloris nimia et (67) intolerabili superati. Si ergo in hac præsentि vita tam intolerabiles sunt pœnarum dolores, quid potandum est tunc cum non jam crassiore anima utitur indumento; sed cum id spiritale effectum ex resurrectione recipiet, et eo vehementius utique, quo subtilius est, sentiet vim doloris? Puto enim quod quanta differentia est in præsenti saeculo nudum verberari quam vestitum, ad persentiendum scilicet cruciatum, eo quod vehementius nudum corpus erucient verbera quam vestitum: tantam puto futuram differentiam doloris, cum corpus humanum, crassitudinis hujus indumento deposito, velut nudum cœperit sustinere tormenta.

PAMPHILUS. Sufficere arbitror etiam ad hujus criminationis calumniam propulsandam, pauca hæc de ejus libris testimonia protulisse, quæ innumera sparsim per libros ejus manifestum est contineri.

Nunc ad ea etiam per nos ipsos respondebimus, quæ ei de anima objiciunt, id est quod ante corpus eam factam dicat existere. Sciens namque etiam istud dogma de anima non aperte neque manifeste haberi in ecclesiastica prædicatione, sicubi occasionem aliquam vel suspicionem potius disputandi ei Scripturæ sermo suggestit, discutiens et pertractans ea quæ sensu ejus occurrerant, discernenda hæc legentibus exposuit et probanda, non manifesto dogmate, (68) vel Scripturarum sententiam suam auctoritate definiens, frequenter et illud addens: « Si tamen habere videtur aut probatur aliquid consequentiæ sermo is quem de anima tractavimus. » Denique in tam multis et tam diversis ejus libris nusquam omnino invenitur ab eo liber proprio *De anima conscriptus*, sicut habet vel *De martyrio*, vel *De oratione*, vel *De resurrectione*. Nusquam prorsus librum proprie de anima scriptum edidit; sed in diversis locis, sicut superius diximus, incurrentes sibi opiniones ex Scripturae (69) occasionibus disserebat: quod potius

<sup>a</sup> Tit. iii, 41.

(66) Editi, reddunt; omnes mss. nostri, reddiderunt. Mox mss. plures perperam, in ipso jam coronæ aditu propositi denegant fidem: sed recte cæteri et editi habent positi, pro propositi.

(67) Editi, insuperabiles superati. Mox Merlinus, *Si ergo.... intolerabiles sunt pœnarum dolores, quid putandum est cum jam crassiori anima utitur indumento, sed tum id spirituale.... quo subtilius sentiet vim doloris.* Genebrardus, *Si ergo.... intolerabiles sunt pœnarum dolores, cum jam crassiori anima utitur indumento, quid putandum est cum id spiritale.... quo subtilius sentiet vim doloris.* Sed mss. ut in textu, nisi quod plerique itidem habeant utitur pro auctoritate.

Mss. plerique, et Genebrardi editio, vel ab intentiæ auctoritate definiens. Merlinus vero,

A maximi signi reverentiae ejus ac timoris in divinis dogmatibus esse deberet, quod tanti sensus vir, et tantæ prudentiae, cum utique magister esset Ecclesie, et tanta ab eo dicta scriherentur, (70) non est ausus id sibi auctoritatis assumere, ut propriæ *De anima* librum ederet scriptum. Procul dubio hæc observatio ejus illud indicat, quod nihil audebat de hac re manifesto dogmate confirmare.

Denique in eo libro quem in Epistolam Apostoli ad Titum scribit, hæreticum describens, et animæ faciens mentionem, hæc dicit:

#### CAPUT IX.

##### RESPONSIO AD OCTAVAM CRIMINATIONEM.

*De anima.*

B ORIGENES. (71) « Sunt vero et alia quædam dogmata, quæ in apostolicis traditionibus non habentur, de quibus requires si oportet eos qui (72) quodlibet de his sentiunt vel pertractant, hæreticos putando, utputa, verbi causa dixerim, si quis rationem humanæ animæ inquirat, cum de ea neque quod ex seminis traduce ducatur, neque quod honorabilior et antiquior corporum compag sit, tradiderit Ecclesiastica regula. Propter quod multi nec comprehendere potuerunt qualiter sentiri oporteret de animæ ratione: sed et qui aliquid sentire vel disserere (73) visi sunt, a nonnullis in suspicione habentur velut novi aliquid introducentes, »

PAMPHILUS. Deinde post pauca ait:

ORIGENES. « Sed et tu ipse apud temelipsum discutiens considera si oportet eum qui quolibet modo de his opinatur vel hæreticum, vel ecclesiasticum temere definiri, aut si non est periculosus de eo pronuntiare, quoniam et ipse perversus sit et peccet, et sit a semetipso damnatus »: (74) quod de hæreticis dicitur, si quis forte ex his quæ supra diximus, quilibet opinionem licet novam et quamplurimis peregrinam, videatur inducere. »

PAMPHILUS. Hæc quidem ipse in eo libro quem supra diximus scribit. Nos vero his adjungimus etiam ista quæ nobis ipsa æquitas videtur exposcere. Si manifeste Ecclesia traderet vel prædicaret contraria his quæ ille sensit, sine dubio velut contrarius et resistens statutis ecclesiasticis merito culparetur. Nunc vero cum diversitas sit apud omnes ecclesiasticos, et alii alia de anima sentiant,

<sup>b</sup> et abrupta auctoritate definiens. MSS. Sorbonicus et S. Michaelis in Pericolo maris, vel [al. sed] Scripturarum sententiam suam auctoritate definiens: et ita legendum videtur.

(69) Omnes mss. nostri, occasionibus. Editi, occasione.

(70) Editi, non ausus sit. MSS. ut in textu. Paulo post editi omitunt Apostoli post Epistolam.

(71) Ex Comment. in Epist. ad Titum.

(72) Sic mss. Editi vero, quomodolibet.... ex se mine traducis.

(73) Editi, nisi sunt; mss. nostri, visi sunt.

(74) Ita mss. Editi autem perperam, quod hæreticus dicitur .... licet nonnunquam plurimis peregrinam, etc.

et omnes diversa, quomodo hic magis quam cæteri incusandus est, maxime cum ea quæ a reliquis affirmantur, (75) multo magis et absurdia videantur, et sibi ipsa contraria? Quidam enim opinantur præparatis jam in ventre mulierum deformatisque corporibus, tunc ad præsens creari animas, et inseri deformato jam corpori. Hæc vero sentientes, præter hoc quod manifestas probationes ex sanctis Scripturis adhibere non possunt, insuper etiam injustitiam quodammodo Conditoris accusant, quod non æqualiter (76) omnes utantur, id est, æquas vitæ conversations tribuat omnibus. Statim enim ut creata fuerit anima, cum nihil unquam adhuc in se culpæ commiserit, inseritur interdum, si ita acciderit cæco corpori, vel alias debili: aliae vero sanis corporibus et firmioribus: et aliis quidem multum vitæ tempus tribuitur, aliis vero brevissimum: ita ut interdum simul ut natæ fuerint, exturbentur e corpore: et aliae quidem ad conversationem agrestem quamdam et barbarem, (77) et ubi ex nulla nihil humani aut honesti est, et super omnia ubi paternæ superstitionis impie-  
tas obtinet, diriguntur: aliae vero ad viros honestos, sobrios, humanos, ubi et humanarum legum observatio viget: interdum etiam ad parentes religiosos, ubi educatio nobilis et honesta, ubi etiam eruditio rationabilis, transmittuntur. Quomodo (78) igitur assertores corum in talibus divinam Providentiam recte omnia dispensantem, et æqua lance moderantem, tanquam boni et justi Dei poterunt assignare? Jam vero illi qui ex traduce animas venire affirman, et simul cum corporali eas semine seminari: siquidem (ut quidam ipsorum affirmare solent) (79) non aliud dicunt animam esse quam insufflationem Spiritus Dei, illam scilicet quam initio facturæ mundi Deus dicitur insufflasse in Adam <sup>66</sup>, (80) de ipsa Dei esse eam substantia profientes: quomodo non et isti videbuntur quodammodo hæc præter Scripturæ regulam, et rationem pietatis asserere, quod substantia Dei est quæ peccat, si anima quæ de substantia Dei est,

<sup>66</sup> Gen. ii, 7.

(75) Editi, multo magis sint et absurdia, et sibi ipxis contraria. Sed mss. ut in textu; nisi quod Sorbonicus et Regius habent, / et sibi ipsi contraria.

(76) Omnes utantur. Hæc duo verba omissuntur in editis, et restituuntur in mss., qui ea collocant post tribuat omnibus; sed collocanda videntur ante id est. Infra mss. quidam mendose ferunt, vel alias debiti. Mox pessime editi, alias ver sanis corporibus, et alias infirmioribus.

(77) Sic omnes mss. Editi vero, et ubi in illo humani aut honesti est, et super omnia ubi paternæ institutionis, etc.

(78) Igitur. Omititur in omnibus mss. nostris, sed exstat in editis, qui paulo post perperam habent, tanquam bonam et justi Dei, etc.

(79) Non aliud dicunt, etc. Ex his verbis Hieronymus lib. ii adversus Rufinum videtur accusasse Originem quasi dixerit Spiritum sanctum non de eadem Patris Filiique esse substantia. Sed vide

A peccat; insuper etiam quod et pœnis subdenda sit pro peccato? (81) Sed et illud se (quod perabsurdum est) incurrire non vident, quia necesse est eam simul cum corpore mori, et esse mortalem, si simul cum corpore vel seminata, vel formata, vel nata est. Tum deinde illi qui unam quidem ex nullis substantiis a Deo factam esse dicunt animam, id est, illam quæ prima facta est in Adam, et ex ea jam omnium hominum animas existere, et secundum corporalem sine dubio successionem (82) traducem quoque fieri animarum, etiam ipsi quid aliud ostendunt, nisi animas esse mortales? Si enim sicut animalia cætera ex solo semine oriuntur, ita etiam de hominibus sentiamus, ut cum corpore simul in eodem semine etiam anima diffundatur, quid dicimus de his qui imperfecti adhuc et de ventre aborsi sunt, et qui nonnunquam etiam antequam vasculorum naturalium receptaculis semina sint suscepta, depereunt? In quibus sine dubio inveniuntur, quod simul etiam illæ quæ naturali ratione seminibus insertæ inerant animæ, extinctæ sint pariter et corruptæ. Sive ergo ex insufflatione Dei sint, sive ab una illa quæ prima facta est, necessario simul cum corporibus corruptentur, si eamdem cum corporibus etiam originem sumunt secundum ipsorum rationem. Aut enim nihil omnino ex rationabili atque immortali anima (83) participavit illud quod adhuc in ventre corruptum est; et repulsa illa ratio est quæ affirmat eam in seminis traduce simul cum corporibus seminatum: aut si participat, necessitas imminet confiteri mortalem esse animam: quod fides utique nostra non recipit. Verumtamen quid est quod ex his omnibus ostendi volumus? Illud profecto, quod sicut eos qui unam quamlibet de his quas supra exposuimus, opinionem veram putant, non recta ratione hæreticos quis appellat, pro eo quod neque ex divinis Scripturis certi aliquid de his vel manifeste dictum esse videatur, neque in Prædicatione ecclesiastica contineri: ita neque hunc virum culpari justum est, disserentem quod sibi visum est,

D Admonitionem nostram in hanc Pamphili Apologiam, num. 7.

(80) MSS. plerique, de ipsa Dei esse eam substantiam profientes, male.

(81) Ita omnes mss. nostri. At vero editi, Sed et illud quod sequitur (quod perabsurdum est) incurrire non prævident .... ex nullis subsistentibus a Deo factam esse, etc.

(82) MSS. nostri omnes habent, in traducem. Infra editi, quid dicemus: mox mss. Sorbonicus et S. Michaelis, de his qui interfici adhuc: postea omnes mss., et quod nonnunquam etiam (editi omitunt etiam) antequam vasculorum, etc. Sed legendum videtur ut in nostro textu.

(83) Editi, participabit id quod adhuc in ventre receptum est, et repulsa est illa ratio quæ, etc. MSS. Sorbonicus et S. Michaelis in Pericolo mari, participavit id quod adhuc in ventre corruptio est, et illa ratio quæ, etc. Cæteri vero mss. xtu.

maxime cum illud præcipue servaverit quod in Ecclesia de animæ confessione servari omnimodis debet, id est ne diversas naturas esse diceret animalium : quinimo et dicentes redarguit, et vehementi assertione convincit. Ipse autem fatetur unius substantiarum omnes esse animas, et immortales actionabiles, liberi arbitrii ac voluntatis : judicandas quoque e se pro his quæ in hac vita gesserunt : esse tamen eas factas a Deo, qui universa creavit et condidit. Quando autem factæ sint, olim simul, aut nunc per singulos nascentium, quid periculi est alterum e duobus opinari ? (84) Sed aliter respondere possibile est, ut omnis penitus culpandi aditus excludatur. Sicut enim de luminaribus cœli diversa singuli, etiam ipsi qui sunt in Ecclesiis, sentiunt ; aliis quidem opinantibus esse animantia, et rationabilium animantia ; aliis vero putantibus quod irrationalia sint, imo vero quod non solum anima, sed et omni sensu penitus careant, et sola sine spiritu ac sensu sint corpora : nemo tamen merito alterum eorum qui hæc ita diverse sentiunt, hereticum dixerit, propterea quod non aperte de his traditum est (85) in apostolica prædicatione : ita etiam eos qui de humana anima dubitant, et de initio ejus vel origine diversa opinantur, non est rectum hereticos pronuntiare, maxime cum in reliquis ecclesiastice doctrine regulis quod rectum est et catholicum teneant.

Novissima criminatio est (86) μετενσωματώσεως, hoc est transmutationis animalium. Ad quod, sicut in cæteris fecimus, ipsius qui accusatur respondemus verbis : illud primo per necessario commones, quia accusatores ejus non intelligentes qualiter ab eo de ista questione tractatum sit, vel quod ratio disputationis ita se habeat, (87) ut non semper sola velut ex persona pronuntiari videantur quæ dicuntur, sed interdum etiam ea quæ e

A contrario dici poterunt, disputentur : et hanc esse artem disputandi non advertentes, objiciunt ei de hoc dogmate, quod quasi ipse senserit ea quæ ex adversantis persona disseruit. Denique quod discutiendi hæc et non confirmandi dixerit causa, ipse per ea quæ post tractatum rei ipsius adjecit, ostendit hoc modo dicens :

ORIGENES. (88) « Sed hæc, quantum ad nos pertinet, non sint dogmata ; sed discussionis gratia dicta sint, et abjiciantur. Pro eo autem solo dicta sunt, ne videatur quæstio mota, non esse discussa. »

PAMPHILUS. Sed hæc in eo loco dixit, in quo de animalibus animalium requirebat, (89) non de transmutatione animalium. Da animalium vero transmutatione in septimo libro in *Evangelium secundum Matthæum* ita scribit :

#### CAPUT X.

##### RESPONSIOS AD NONAM CRIMINATIONEM.

##### *De transmutatione animalium.*

ORIGENES. « (90) Quidam quidem (91) opinati sunt ex eo quod dictum est : *Ipse est Elias qui venturus est*<sup>97</sup> : animam Eliae eamdem fuisse quam Joannis. Quod enim dixit : *Ipse est Elias*, non ad aliud, sed ad animam referendum putarunt, et ex hoc pene solo sermone dogma introduxerunt μετενσωματώσεως, id est, transmutationis animalium, quasi etiam ipso hoc Jesu confirmante. Sed oportuerat intueri, quia si hoc verum esset, in multis utique prophetarum vel Evangeliorum scriptis simile aliquid inveniri deberet. Tum deinde etiam ille sermo qui huic adjungitur, ostendit secretiorem quemdam et arcanaum sensum in his quæ dicta sunt requirendum, magis (92) quam ea quæ illi secundum litteræ solius intelligentiam suscepserunt, cum dicit : *Qui habet aures audiendi, audiat*<sup>98</sup>. Addendum autem et illud, id est, quia si pro peccatis, secundum quod ipsi sentiunt, transmutatio fiat animalium, propter

<sup>97</sup> Matth. xi, 14. <sup>98</sup> ibid. 15.

(84) MSS. quidam, *Sed aliter respondere impossibile est*. Cæteri vero mss. et editi ut in textu, nisi quod editi omittant aliter.

(85) MSS. duo, Regius scilicet et Corbeiensis, in apostolica traditione : cæteri mss. et editi ut in nostro textu.

(86) Ita omnes mss. et Genebrardi editio. Merlinus vero, μετενσωματώσεως, hoc est transformationis animalium.

(87) Editi, *ut non semper velut ex una persona vronuntiari..... sed interdum etiam ea quæ contraria dici potuerunt, disputentur*. MSS. nostri, *ut non semper sola* (mss. Sorbonicus, *omnia*) *velut pronuntiari..... sed interdum etiam ea quæ e contrario dici poterunt, disputentur*. Sed legendum, videtur ut in textu.

(88) Vide notas lib. i *De principiis*, cap. 8, not. 1. Hæc Origenis verba addenda sunt in fine capituli 8, libri i, *De principiis*, ubi omittuntur et ubi pro his transtulit Rutilius: *Quas nos non solum non suscipimus, sed et omnes has assertiones eorum contra fidem nostram venientes refutamus atque respuimus*. Vide *Observationes nostras* in hunc locum, et *Origenianor.* lib. ii, quæst. 6, num. 17, 18 et 19. Hæc cælum Origenis verba sic refert Hieronymus in

epistola ad Avitum : *Ad extreum ne teneretur* (Origenes) *Pythagorici dogmatis reus qui asserit μετενσωματώσεως post tam nefandam disputationem qua lectoris animum vulneravit*. *Hæc, inquit, juxta nostram sententiam, non sint dogmata, sed quæsita tantum atque projecta, ne penitus intacta viderentur.*

(89) Editi post hæc verba, non de transmutatione animalium, quasi in titulo mox habent, *In septimo libro in Evangelium secundum Matthæum ita scribit de transmutatione animalium*. Sed mss. ut in nostro textu, nisi quod quidam omittant vero, et omnes habeant, *in Evangelio*; sed scribendum duximus eum editis, *in Evangelium*. Deinde titulum hunc, *Responsio ad nonam criminacionem. Caput X, De transmutatione animalium*, de nostro addidimus ad clariorem libelli divisionem : nec enim in editis nec in mss. comparet.

(90) Ex hb. vii *Comment. in Matthæum*.

(91) Ita omnes mss. nostri. Editi autem, *opinatur...* animam Eliae eamdem esse quam Joannis, etc.

(92) Editi, quam quod illi; et paulo post, *Addendum autem et illud est, quia, etc.* MSS. plures, quam quæ illi (ms. S. Remigii, quam quem illi)... *Addendum autem et illud est, quia, etc.* Sed melius ms. Sorbonicus ut in textu.

quæ peccata Eliæ animæ transmutata est in Joannem, qui ab ipso angelo nasciturus prænuntiatur, a quo et Jesus Salvator noster? Quomodo ergo non evidenterissimum hoc mendacium est, ut ille qui tam perfectus fuit, ut ne communem quidem istam mortem gustaret, veniret ad transmutationem animæ, quæ secundum illorum assertionem non potest accidere nisi ex peccatis? (92\*) Deinde quomodo hoc exponent quod dictum est ad Joannem: *Tu Elias*

"Ἄλλοι μὲν οὖν ὑπολαμβανέτωσαν ξένοις τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου μεταβαίνειν τὰς· ψυχάς ἀπὸ σωμάτων ἀνθρώπων ἐπὶ σῶματα κύνεια, κατὰ τὴν διάφορον κακίαν. Ἡμεῖς δὲ μηδαμῶς τοῦτο εὑρίσκοντες ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, φαμὲν οὐτὶς κατάστασις λογικωτέρα μεταβάλλει εἰς ἀλογωτέραν, ἐκ πολλῆς ῥάβυμίας καὶ ἀμελείας τὸ τοιοῦτον πάσχουσα. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀλογωτέρα προαιρετις παρὰ τὸ τοῦ λόγου μή ἡμελητέαν, ἐπιστρέψει ποτὲ εἰς τὸ λογικὴν εἶναι, ὡς τὸ ποτε κυνίδιον τὸ ἀγαπῶν ἐσθίειν ἀπὸ τῶν ψυχίων τῶν πιπόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν, ἕκεινοι εἰς κατάστασιν τέκνου. Μέγα γάρ συμβάλλεται ἀρετὴ μὲν πρὸς τὸ ποιῆσαι τέκνον Θεοῦ, κακία δὲ καὶ τὸ λυσσώδες ἐν λόγοις ὑδριστικοῖς, καὶ τὸ ἀναστέξει, πρὸς τὸ ποιῆσαι τινὰ χρηματίσαι, κατὰ τὸν τῆς Γραφῆς λόγον, κύνα. Τὸ δὲ δομοιον νοήσεις καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν δνομάτων, τῶν κατὰ τὰ ἄλογα ζῶσ. Πλὴν δὲ ἐλεγχθεὶς ὡς κύων, καὶ μή ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ ἀνάξιοις εἶναι λέγεσθαι ἀρτου τέκνων, καὶ μετὰ πάσης ἀνεξικακίας εἰπὼν τὸν τῆς Χαναναῖας ἔκεινης λόγον, τὸν φέραντα· *Nai, Κύριε, καὶ γάρ τὰ κυρύρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψυχῶν τῶν πιπόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν, τεύξεται τῆς προσηγεστάτης ἀποκρίσεως Ιησοῦ λέγοντος αὐτῷ· Μετάλη σου η πίστις, ἐπὰν τηλικαύτην ἀναλάβῃ πίστιν, καὶ λέγοντος· Γερέσω σοι ὡς θέλεις, ἵνα καὶ αὐτὸς λαθῇ, καὶ εἰ τινὰ καρπὸν ἐγέννησε δεόμενον λάσεως, καὶ οὗτος θεραπευθῇ.*

#### INTERPRETATIO HUETII.

Existimant igitur alii in ecclesiasticis sermonibus peregrini, transire animas ab humanis corporibus in corpora canina, pro varia iniuritate: nos vero in divina Scriptura id minime reperientes, pronuntiamus ratione magis pollentem constitutionem in carentem ratione mutari, ex magna nempe ignavia et incuria id patientem: similiter et rationis inopem voluntatem propter neglectam rationem converti ita nonnquam, et ratione prædicta evadat, adeo ut qui olim catellus fuerat de micis e mensa dominorum suorum cadentibus edere amans, filii statum assequatur. Plurimum siquidem confert virtus, ut quis filius Dei sit; nequitia autem, et in contumeliosis sermonibus rabies et impudentia, ut quis, juxta Scripturæ sermonem, canis appelletur. Simile etiam intelliges de reliquis nominibus, quæ ratione carentibus animalibus tribuuntur. Verumtamen qui reprehendit ut canis, nec agre fert indignum se dici pane filiorum, et cum omni patientia sermonem Chananaeum illius usurpat, dicentem: *Eiam, Domine, nam et catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, mitissimam consequetur responsionem Jesu dicens ipsi: Magna est fides tua, postquam tantum assumperit fidem, et dicentis: Fiat tibi sicut vis<sup>70</sup>, ut et ipse sanetur, et si quem protulit fructum sanatione indigentem, sanetur et ille.*

<sup>69</sup> Joan. i, 21. <sup>70</sup> Matth. xi, 14. <sup>71</sup> Luc. i, 47. <sup>72</sup> Matth. xv, 27. <sup>73</sup> ibid. 28. <sup>74</sup> ibid.

(92\*) Editi, *Denique*. Mss. *Deinde*. Paulus post ms. D *nusquam vel scriptum cautum invenimus, etc.* Regius, *Si vultis scire*. Et infra Genebrardus habet, *Joannes enim processit, etc.* Sed omnes mss. et Merlinus, *Joannes enim processit, etc.*

(93) Rusini interpretatio.

(94) Ex lib. ii *Comment. in Matthæum*, num. 47. Ita omnes mss. Editi vero, *Quidam qui alieni sunt, etc.* Hæc tam Graece quam Latine reperies in *Matthæum*, t. xi, num. 47, pag. 500. *Vide* hunc locum.

(95) Ms. Sorbonicus perpera;

A es? E! dicit: *Non sum*<sup>72</sup>. Sed ut ostendatur convenire hoc etiam illi verbo quod dixit Dominus: *Si vultis suacipere, ipse est Elias qui venturus est*<sup>73</sup>: hoc quod dixit, *Elias ipse est*, referendum est ad spiritum et virtutem ipsius Elias. Joannes enim processit in spiritu et virtute Elias convertere corda patrum ad filios<sup>74</sup>.

PAMPHILUS. De eo ipso, et undecimo libro *de Evangelio secundum Matthæum*.

(93) ORIGENES. (94) Hi quidem qui alieni sunt a catholica fide, transferri animas ex humanis corporibus in corpora animalium potant, secundum differentiam peccatorum. (95) Nos vero qui hoc nusquam cautum invenimus in divina Scriptura, dicimus quia per multam vitæ negligentiam humana prudentia, cum fuerit incauta atque neglecta, efficitur velut irrationalib[us] pecus per imperiis vel negligentiam, non per naturam. Similiter autem et hi qui tales fuerint effecti ex propositi sui negligentia qua erudiri neglexerint, (96) si eruditio se atque exercitio rationabili dediderint, rationabiles efficiuntur atque prudentes: sicut scriptum est de illis evangelicis canibus qui manducabant de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum<sup>75</sup>: ex quibus conversa Chananaea facta est Dei filia, secundum quod dicit ad eam Salvator: *O filia, magna est fides tua*<sup>76</sup>. Sicut enim virtus animi confert unicuique ut sit filius Dei, ita malitia mentis et verborum insania atque impudentia facit unumquemque, secundum auctoritatem Scripturæ, appellari canein. Similiter autem intelligendum est etiam de ceterorum animalium mutorum appellationibus.

<sup>72</sup> *Sicut enim virtus animi confert unicuique ut sit filius Dei, ita malitia mentis et verborum insania atque impudentia facit unumquemque, secundum auctoritatem Scripturæ, appellari canein.*

<sup>73</sup> *Ita miss. Sorbonicus et S. Michaelis in Pe-*

*riculo maris, quorum aliis habet dederint, alias dediderint. Sic etiam editi, nisi quod habeant tradant pro dediderint, quas voces ms. Corbiensis omittit, sicut et Regius ubi legitur, si eruditio se atque exercitio rationabiles efficiuntur, etc. Mox idem posteriores mss.; aliis, quæ cadunt super mensa; aliis, quæ cadebant super mensam. Sed priores mss. i ut in textu.*

PAMPHILUS. De eodem, ex tertio decimo libro ex *Evangelio secundum Matthaeum.*

(96<sup>a</sup>) ORIGENES. (97) \* In his Elias, non anima Eliæ dici mihi videtur, uti ne incurramus in dogma alienum ab Ecclesia Dei de transmutatione animarum, quod nec ab apostolis traditum est, nec usquam in Scripturis cautum est. Contrarium namque est his quæ dicta sunt ab Apostolo : *Quoniam quæ videntur temporalia sunt*<sup>78</sup>, (98) et ubi est hoc quod omnes Scripturæ confirmant, quod præsens sæculum finendum est<sup>79</sup>. Sed nec illud poterit stare quod dictum est : *Cælum et terra transibunt*<sup>80</sup>; neque illud quod dicit Apostolus : *Transibit enim habitus hujus mundi*<sup>81</sup>; et illud : *Cæli peribunt*<sup>82</sup>, et ea quæ sequuntur. Si enim (ut aiunt auctores hujus dogmati) nemo potest in id initium restituи, quod primo fuit ab initio mundi usque ad finem, qua ex causa immutari animam vel transferri secundo vel tertio opus est, vel frequenter? Hoc enim modo reddi delicia uniuscujusque perhibent, et pœnas lui, si in diversa corpora frequentius (29) transmittantur. Quod utique superfluo fiet, si finis nullus emendationis occurrat, nec erit unquam quando non anima transferatur. Et si semper pro delictis animabus ad corpora diversa redeundum est, quis unquam mundo dabitur finis, ut impleatur illud quod dictum est : *Cælum et terra transibunt*<sup>83</sup>? Quod etsi concedatur, verbi gratia, ut sit aliquis sine peccato, quem jam non sit necesse revolvi in corpus, (1) per quot tempora putabimus inveniri unam fortasse vix animam quæ penitus pura sit, nec permutatione corporis indigeat? Quod et ipsum si concedatur, rursus contrarium suum dogma efficitur. Si enim demus paucas quasque animas per singulos ad perfectionem posse restitui, ita ut ultra in corpora venire non indigeant, necesse est (licet per infinita sæcula et immensa tempora) singulis quibusque animabus ad perfectionem restitutis, cessare jam

INTERPRETATIO HUETII.

In his per Eliam non mihi videtur anima significari, ne forte in alienam ab Ecclesia Dei de migratione e corpore in corpus sententiam, neque ab apostolis traditam, neque uspiam in Scripturis prolatam incidam : huic enim adversatur quod scriptum est, caduca ea esse quæ videntur, et consummatum iri sæculum hocce; quin et eorum peractioni : *Cælum et terra transibunt*; et : *Præterit enim figura hujus mundi*; et : *Cæli peribunt*, cum iis quæ sequuntur. Nam si, ut id ponamus, in eo rerum statu qui ab initio ad consummationem usque mundi obtinebit, eadem anima bis corpus subire potest, ecquiamnam ob causam subiit illud? Si propter peccatum bis corpus subit, cur non ter, et saepius subiit, cum per migrationem solummodo e corpore in corpus, nec alia quavis ratione vita huc, in eaque admissa flagitia puniantur? Quod si ex consequentibus fuerit concessum, nunquam non fortasse anima e corpore in corpus transiugabit. Semper enim propter priora crimina in corpore versabitur, atque ita locum non habebit motio illa mundi, qua *cælum et terra transibunt*. Ut autem concedatur, juxta hanc positionem, eum qui nullius peccati reus erit, non amplius per ortum in corpus redditum; an toto temporum decursu reperi posse existimas animam omnis puram labis: nec ullius in aliud corpus migrationis eagentem? Verumtamen et sic aliqua semper ex prædicto animarum numero excedente, nec amplius redenente in corpus, ortus aliquando, post immensum plus tempus, desinet, redacto scilicet ad unum, vel alterum, vel paulo plures mundo, quibus jam perfectionem adeptis, mundus interibit, deficientibus qui in corpus eant; quod Scripturæ minime consentaneum est; multitudinem siquidem peccatorum futuram novit, quo tempore interibit mundus: quod ex his attente consideratis perspicuum est: *Verumtamen Filius hominis veniens, putas*

<sup>78</sup> II Cor. iv, 18. <sup>79</sup> Matth. xiii, 59. <sup>80</sup> Matth. xxiv, 35. <sup>81</sup> I Cor. vii, 31. <sup>82</sup> Psal. ci, 27. <sup>83</sup> Matth. xxiv, 55.

(96<sup>a</sup>) Rufini interpretatio.

(97) Ex lib. XIII Comment. in *Matthæum*, num. 1. Sic ms. unus. Ita etiam mss. plerique et editi, nisi quod omittant dici. MSS. vero Corbeiensis et Regius, Joannes Elias, non anima Eliæ mihi videtur.

(98) Editi. Et ubi sunt quæ omnes Scripturæ, etc., in prædicto interrogacionis in fine. Sed omnes mss.

A Ἐν τούτοις Ἡλίας, οὐχ ἡ ψυχὴ δοκεῖ μοι λέγεσθαι, ἵνα μὴ ἐμπίπτω εἰς τὸ ἀλλότριον τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ περὶ τῆς μετενσωματώσεως δόγμα, οὔτε παραδιδόμενον ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, οὔτε ἐμφανόμενόν που τῶν Γραφῶν· καὶ γάρ ἐναντίον ἔστι τῷ, *Τὰ βιεπόμενα πρόσκαιρα εἶναι*, καὶ συντέλειαν πεισθεῖται τὸν αἰώνα τούτον· ἀλλὰ καὶ τῷ πληρωθῆναι τῷ, *Οὐ οὐρανὸς καὶ η γῆ παρελεύσονται*· καὶ τὸ, *Παράγει γάρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου*· καὶ τὸ, *Οἱ οὐρανοὶ ἀπολοῦνται*, μετὰ τῶν ἔξης αὐτῷ. Εἰ γάρ, καθ' ὑπόθεσιν, δις δύναται ἐν τῇ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι συντέλειας τοῦ κόσμου καταστάσεις ἡ αὐτὴ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι, δι' αἰτίαν τοῦ ἀν γένοιτο ἐν αὐτῷ; "Η δι' ἀμαρτίαν γενομένη δις ἐν σώματι, διὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τρὶς, καὶ πλεονάκις ἔσται ἐν αὐτῷ, τῶν διὰ τὸν βίον τούτον καὶ τὰ ἡμαρτημένα ἐν αὐτῷ καλάσσων τούτῳ ἀποδοθησομένων μόνῳ τῷ τρόπῳ κατὰ τὴν μετενσωμάτωσιν;" Οπερ ἐάν ἐξ ἀκολουθίας δοῦλοι, οὐκ ἔσται τάχα ὅτε ψυχὴ οὐ μετενσωματωθήσεται. 'Αεὶ γάρ διὰ τὰ πρότερα ἀμαρτήματα ἐπιδημήσει τῷ σώματι, καὶ οὕτως οὐχ ἔξει χώραν ἡ τοῦ κόσμου φορὰ, καθ' ἣν ὁ οὐρανὸς καὶ η γῆ παρελεύσονται. "Ινα δὲ, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταῦτην, δίδωται τὸν πάντη ἀναμάρτητον μηκέτι ἤξειν εἰς τὸ διά γενέσεως σώμα, διὰ πόσων χρόνων οἵτινες μίαν εὐρήσεσθαι πάντη καθαρεύσασν ψυχὴν, καὶ μὴ δεομένην μετενσωμάτωσεως;" Όμως δὲ καὶ οὕτως μιᾶς τινος ἀεὶ ἐκ τοῦ ὥρισμένου τῶν ψυχῶν ἀριθμοῦ μεθισταμένης, καὶ μηκέτι εἰς σῶμα ἐρχομένης, ἐπιλείψει ποτὲ ὡς διὰ τινῶν ὀσπερελ ἀπειρων χρόνων ἡ γένεσις, κατατηγούντος τοῦ κόσμου ἐπὶ τινα ἔνα, η δεύτερον, η ὀλίγην πλείους, μεθ' οὓς καὶ αὐτοὺς τελειωθέντας, δικόσμος φθαρήσεται, ἐπιλειπόντων τῶν εἰς σῶμα ἐρχομένων διπερ οὐκ ἀρέσκει τῇ Γραφῇ· πλήθος γάρ οἴδεν ἀμαρτωλῶν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς τοῦ κόσμου φθορᾶς· διπερ ἔστι δῆλον συνεξεταζομένου τοῦ, *Πλὴν ἐλθὼν σὺν Υἱῷ*

D ut in textu.

(99) Ita mss. Editi vero, *transmutentur*.

(1) Alias perperam, *per quod per tempora*. [Paulo post editi, rursus suo dogmati contrarium efficitur. Si enim demus... per singulas ad perfectionem posse restitui, ut ultra in corpora, etc. MSS. autem ut in textu.]

τοῦ ἀνθρώπου, εὐρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; Α usum corporum, et per hoc finem mundum recipere ὡς εὑρομένη παρὰ τῷ Ματθαῖῳ οὕτως εἰρημένον· "Οσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶς, οὕτως ἔσται ἡ παρονοίᾳ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.. . indicatur quod in Evangelio scriptum est : *Verumtamen putas veniens Filius hominis inveniet fidem super terram* <sup>61</sup>? *Sicut enim in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis* <sup>62</sup>? ,

## INTERPRETATIO HUETII.

*inveniet fidem in terra?* et quemadmodum apud Matthæum ita expressum invenimus : *Sicut autem in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis.*

PAMPHILUS. (2) Et posteaquam de Scripturis multa disseruit, ipse jam suam sententiam hoc modo declarat.

"Ἐσται δὲ τοῖς τότε ἡ τῶν ἀμαρτημάτων εἰσπραξίς, οὐκ ἐν μετενσωματώσει· εἰ γάρ ἔτι ἀμαρτάνοντες παραλαμβάνονται, ἢ τοις ἄλλῳ τρόπῳ κολάσεως μετὰ τούτου κολασθήσονται, καὶ κατὰ τούτο ἡτοι δύο τόποι κολάσεων ἔσονται γενικοί· ὁ μὲν ἐν μετενσωματώσει· ὁ δὲ ἔξω τοῦ τοιούτου σώματος· καὶ λεγέτωσαν τὰς τούτων αἰτίας, καὶ διαφοράς· ἡ οὐ κολασθήσονται, ὡς ἀθρώς ἀποβαλόντες τὸ ἀμαρτήματα οἱ ἐπὶ συντελείᾳ καταλειφθέντες· ἡ, ὅπερ βέλτιον, εἰς ἔστι τρόπος κολάσεως τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἐν σώματι, τὸ ἔξω αὐτοῦ τῆς καταστάσεως τοῦ βίου τούτου τὸ καταξίαν τῶν ἡμαρτημένων παθεῖν· ἔκαστον δὲ τούτων τῷ ἐνορᾶν δυναμένῳ τοῖς πράγμασιν ἀνατρεπτικόν ἔστι τῆς μετενσωματώσεως. Εἰ δὲ ἀναγκαῖος οἱ τὴν μετενσωμάτωσιν εἰσάγοντες "Ἐλληνες, ὡς ἀκόλουθοι αὐτοῖς τιθέντες, οὐδὲ φθείρεσθαι βούλονται· τὸν κόσμον, ὥρα καὶ τούτους ἀντιθέψαντας ταῖς ἐκφαινούσαις Γραφαῖς φθαρήσεσθαι τὸν κόσμον, ἡ ἀπιστήσαι αὐταῖς, ἡ εὐρεσιλογεῖν περὶ διηγήσεως τῶν κατὰ τὴν συντέλειαν, ὅπερ καν βούλωνται ποιῆσαι, οὐ δυνήσονται.

(2) ORIGENES. (3) « Erit autem his qui tunc erunt vindicta, (4) non ex transmutatione animarum: non enim jam ad peccandum locus erit: sed alia genera B erunt ψυχές. Transmutatio namque corporum prænam non faciet peccatorum, ita ut nulla extrinsecus potentur inferri supplicia, quin potius est peccatoribus poenarum modus, id est ut pro his (5) quæ in hoc mundo gesserunt, poenam recipient delictorum. Manifestum tamen est quod istæ singulæ rationes his qui possunt rei consequentiam diligenter advertere, contrariae sunt huic dogmati quo perhibentur animæ transmutari. Quod si gentilium auctores sequi volunt qui opinionem istam ex principiorum suorum consequentia persecuti sunt, dicentes cum hæc siant, sine dubio nunquam mundum istum posse finiri, consequens est eos (6) qui hæc sentiunt, Scripturæ nostræ non credere, quæ manifestissime pronuntiat finem mundi futurum, et non exquirere in ipsis Scripturis expositiones, sive assertiones ineptas et inconsequentes, ex quibus nullo genere ostendi potest quod secundum Scripturas nostras nunquam sæculi finis futurus sit. »

## INTERPRETATIO HUETII.

Punientur autem eorum peccata qui tunc erunt, non per migrationem ē corpore in corpus: nam si ad huc peccantes deprehenduntur, vel alio ψυχές genere postea punientur: ac duæ profinde generales puniendi rationes erunt; illa quidem per transitum ē corpore in corpus; illa vero extra hocce corpus; ac illarum causas et differentias exponant: vel non punientur, quasi peccata sua confessum abjecerint qui in consummatione fuerint deprehensi; vel, quod melius est, una tantum ratione plectuntur, qui in corpore peccaverunt, ψυχas videlicet extra illud, et extra vitæ hujus statum ex peccatorum suorum merito dantes. Unumquodque autem illorum, ut facile intelligit quisquis res introspicere poset, sententiam de migratione animarum ē corpore in corpus funditus labefactat. Quod si qui transitum animarum in varia corpora invehbunt ethnici, utpote consentanea doctrinae astrenues, mundi interitum necessario non admittunt, superest ut postquam Scripturis mundi occasum asserentiibus palam refragati fuerint, vel fidem iis non habeant, vel verba reperiant quibus ea quæ ad consummationem pertinent, explicare possint, quod facere neutiquam poterunt, etiam si velint.

PAMPHILUS. De eadem re, ex libro *De Proverbiis* pluræ sanctæ occasionibus, non intelligentes quomodo intelligi debeant quæ scripta sunt. Non enim advertunt quomodo homo efficiatur (8) aut pullus, aut equus, aut mulus; et putaverunt transmutari humanam animam in pecudum corpora, ut aestimarent quod aliquando serpentis suscipit corpus, vel

cum habeatur in Graeco, εἰ γάρ ἔτι ἀμαρτάνοντες παραλαμβάνονται, nam si adhuc peccantes deprehendantur.

(3) Editi, quæ in hoc corpus gesserunt. MSS. ut in textu.

(6) Ita mss. nostri, Editi vero, qui hæc volunt.

(7) Ex Comment. in *Proverbia Salomonis*.

(8) Omnes mss. nostri habent, aut pulvis; sed tam videtur cum editis, aut pullus.

<sup>61</sup> Luc. xviii, 8. <sup>62</sup> Matth. xxiv, 37.

(2) Et posteaquam de Scripturis multa dissennit, etc. Certe sequens Origenis contextus immediate priorem sequitur in Graeco: adeoque inter utrumque nihil de Scripturis disseruit Origenes.

(2) Rusini interpretatio.

(3) Ex lib. xiii Comment. in *Matthæum*, num. 1.

(4) Sic omnes mss. At vero editi, non transmutatio animarum: non enim jam ad peccandum locus erit, etc. Notanda Rusini interpretis perlitia quæ hic reddidit, non enim jam ad peccandum locus erit

viperæ, aliquando equi, vel reliquorum animalium. Jam ergo consequens est et hoc illos dicere debere, quod diabolus, qui leo in Scripturis dicitur<sup>82</sup>, corpore, leonis utatur, aut draconis carnibus, cum draco nominatur<sup>83</sup>. Ita erit ut secundum illos transmutatio ista animarum perveniat et in dæmonum naturam, ut sit aliquando vel leo vel draco animam habens<sup>(9)</sup> diabolum. \*

PAMPHILUS. Et paulo post:

ORIGENES. Sed superfluæ sunt istæ omnes adinventiones. Manifestum est enim quod una pœna

A tam dæmonum naturæ, quam humano generi, peccatorum a Domino præfinita sit, illa quam Dominus ipse sua sententia designavit dicens: *Ite in ignem æternum, (10) quem preparavit Deus diabolo et angelis ejus<sup>85-86</sup>*: ostendens quia eadem species pœnaru[m] peccatoribus hominibus, et diabolo, et angelis ejus preparata sit, licet in eadem pœna diversa sit quantitas pœnæ. Alius enim gravius ac vehementius cruciatur pro magnitudine peccatorum, alius autem remissius, (11) cuius leviora et faciliora peccata sunt. \*

## RUFINI EPILOGUS

IN APOLOGETICUM S. PAMPHILI MARTYRIS AD MACARIUM,

SEU

LIBER DE ADULTERATIONE LIBRORUM ORIGENIS.

In his quæ in superiori libro secundum Apologeticum sancti martyris Pamphili, quem pro Origene Græco sermone edidit, prout potuimus, vel res poscit, Latino sermone digessimus, (12) illud est quod te, desideriorum vir, Macari, admonitum esse volo, ut scias hanc quidem fidei regulam, quam de libris ejus supra exposuimus, esse quæ et amplectenda sit et tenenda. In omnibus enim his catholicum inesse sensum evidenter probatur. Inveniri tamen in ejus libris quedam ab his non solum diversa, sed nonnunquam etiam contraria, et ea quæ veritatis regula non admittit (13) agnosce, quæ nos quoque nec recipimus, nec probamus. Sed hoc unde acciderit, opinionem quæ ad nos usque peruenit, ne a te quidem, vel ab his qui quod verum est scire cupiunt, celari volo, si qui tamen sunt qui

B audientes id quod verum est, et quod ipsa ratio indicat, acquiescant, et obtrectandi studio (14) non quodvis malint verum esse quam id quod eis obtrectandi materiam perimat. Dubitari non puto quod hoc nullo genere fieri potuit, ut vir tam eruditus, tam prudens, et certe (quod indulgere etiam accusatores ejus possunt) vir qui neque stultus, neque insanus fuerit, ipse sibi contraria et repugnantia suis sententiis scriberet. Aut etiam si ullo genere concedamus hoc accidere potuisse (15) fortassis enim dicit aliquis, quia ea quæ in prima ætate conscripsit, potest fieri ut obliteraretur in ætate vergenti, et aliter quam aliquando senserat, post proferret) quid faciemus quod interdum in eisdem locis, atque, ut ita dixerim, in consequenti pene capite, sententia contrarii sensu invenitur inserta? (16) Nunquid

<sup>82</sup> Psal. xc, 13; I Petr. v, 8. <sup>83</sup> Psal. ciii, 16; Apoc. xii, 3 et seq. <sup>85-86</sup> Matth. xxv, 41.

(9) Ms. Corbeiensis, et editi, *diabolum*; et ita legendum videtur; attamen cæteri mss. habent, *diabolus*.

(10) Editi, qui paratus est diabolo. Mss. vero ut in texu.

(11) Mss. quorum, male.

(12) Illud est quod te, desideriorum vir, Macari, etc. Hieronymus lib. ii *adversus Rufinum* in hæc verba sic invehitur: « Quamvis de Eusebii libro multa subtraxerit, et in donam partem de Filio et Spiritu sancto nisus sit commutare, tamen multa in illo scandalia reperiuntur, et apertissimæ blasphemiae, quæ iste sua negare non poterit, catholica esse pronuntians. Dicit Eusebius, imo, ut tu vis, Pamphilus in isto volumine, Filium Patris ministrum; Spiritum sanctum non de eadem Patris Filiique substantia; animas hominum lapsas esse de coelo, et in hoc quod sumos de angelis commutati, in restitutione omnium æquales et angelos, et dæmones, et homines fore; et multa alia tam impia et nefaria, quæ etiam replicare sit criminis. Quid faciet assessor Origenis et interpres Pamphilii? Si in his quæ emendavit tanta blasphemia est, in illis quæ ab hereticis falsata contingit, quanta sacrilegia continentur! Cujus

opinionis causam hanc suspicatur, quod vir neque stultus, neque insanus dicere sibi repugnantia non poterit. Et ne forsitan putaremus diversis evan varia scripsisse temporibus, et pro æstatibus edidisse contraria, addidit: *Quid facimus quod interdum in eisdem locis, atque, ut ita dixerim, in consequenti pene capite, sententia contrarii sensu invenitur inserta?* »

(13) Agnosce. Deest in editis, et restituitur ex mss.

(14) Ita editi, et sic legendum videtur. Mss. tamen nostri omittunt *non*, et alii habent *quodvis*, alii *quidvis*. Paulo post mss. plerique, et editi omnes omitunt *et ante certe*, sed recte restituitur ex uno ms.

D (15) Mss. nostri, *fortassis etiam*: sed legendum videtur cum editis, *fortassis enim*. Paulo post Hieronymus lib. ii *adversus Rufinum*; *quid facimus*; et infra editi, *sententia contrarii sensu inveniuntur inserta*: sed omnes mss. ut in texu.

(16) Nunquid in codem opere, etc., usque ad ista verba, quem paulo ante de ipsa natura Dei Patris pronuntiaverat natum? Hieronymus lib. ii *adversus Rufinum*: « Hæc ipsius (Rufini) verba sunt; negare non potest. Nolo dicas, verbi causa, ut qui su-

in eodem opere ejusdem libri; interdum, ut diximus, A tuī? verbi causa, ut qui superius dixerat, nusquam statim in consequenti capitulo, oblitus sui esse posse inveniri in omni Scriptura, ubi Spiritus sanctus sa-

perius dixerat: sed ipsum librum nomina, ubi prius bene dixerit, et postea male: ubi Spiritum sanctum et Filium de Dei Patris scribens esse substantia, statim in consequentibus asseruerit creaturas. Nesciis me Origenis habere omnia? legisse quamplurima?

*Ad populum phaleras, ego te intus, et in cœlo novi.*

PERS., SAL. 3 vers. 50.

Vir doctissimus Eusebius (doctissimum dixi, non catholicum; ne more solito mihi et in hoc calumniam scribas) per sex volumina nihil aliud agit, nisi ut Origenem suæ ostendat fidei, id est Arianæ perfidie. Et multa ponit exempla, et hoc constanter probat. Tibi ergo in quo somnio Alexandrini carceris revealatum est ut quæ ille vera profiteretur, falsata confingas? Sed forsitan hic, ut Arianus, ab hereticis addita, in occasionem sui traxit erroris, ne solus male sensisse contra Ecclesiam putaretur. Quid respondebis pro Didymo, qui certe in Trinitate catholicus est? Cujus etiam nos de Spiritu sancto librum in Latinam linguan vertimus. Certe hic in his, quæ ab hereticis in Origenis operibus addita sunt, consentire non potuit, et in ipsis *Hēgō dōzōw*, quos tu interpretatus es, libris, breves dictavit Commentariolos, quibus non negaret ab Origenè scripta quæ scripta sunt; sed nos simplices homines non posse intelligere quæ dicuntur, et quo sensu in bonam partem accipi delinant, persuadere conatur. Hoc duntaxat de Filio et Spiritu sancto. Ceterum in aliis dogmatibus et Eusebius et Didymus apertissime in Origenis scita concedunt: et quod omnes Ecclesiæ reprobat, catholicæ et pie dictum esse defendunt. > Superius dixerat Hieronymus, eodem libro II, arguens Rofini Præfationem in libros *Hēgō dōzōw*: Quod sequitur, respondeat unde illi sit orta suspicio, hæc ab hereticis addita. Quia, inquit, de eisdem rebus in aliis locis ejusdem auctoris catholice dictum legeram.... Probo ego inter multa Origenis mala, haec maxime heretica: Dei Filium creaturam; Spiritum sanctum ministrum; mundos innumerabiles æternis sibi sæculis succedentes; angelos versos in animas hominum; animam Salvatorem fuisse antequam nasceretur ex Maria, et hauc esse quæ cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitrata æqualem se esse Deo, sed se exinanivit, formam servi accipiens (*Philip.* II, 6, 7); resurrectionem nostrorum corporum sic futuram, ut eadem membra non habeant, quia cessantibus membrorum officiis, superfluo membra reddantur; ipsaque corpora tenuia et spiritualia paulatim evanescere, et in auram tenuem atque in nihilum dissipari: in restitutione omnium, quando indulgentia principialis venerit, cherubim et seraphim, thronos, principatus, dominaciones, virtutes, potestates, archangelos, angelos, diabolos, dæmones, animas omnium hominum tam Christianorum quam Judæorum et gentilium, unius conditionis et mensuræ fore; cumque ad formam et libram equitatis pervenerint, et rationabiles creaturas nisi corporum face deposita novus de mundi exilio populi revertentis monstraverit exercitus, tunc rursus ex alio principio fieri mundum aliud, et alia corpora, quibus labentes de cœlo anime restiantur; ut verendum nobis sit ne qui nunc viri sumus, postea nascamur in feminas, et quæ Iudea virgo, nunc forte prostibulum sit. Hæc in Origenis libris ego heretica doceo: tu ostende in quo ejus opere his contraria legeris. Nolo dicas: Quæ de eisdem rebus in aliis locis ejusdem auctoris catholice dicta legeram. Ne me mittas ad sex millia librorum ejus, quos legisse beatum papam Epiphanium

minaris; sed ipsa loca nomina: nec hoc mihi sufficiet, nisi eadem dicta ad verbum protuleris. Non est satuns Origenes, et ego novi: contraria sibi loqui non potest. Igitur ex hac supputatione illa summa nascitur, non hereticorum esse quæ amputasti, sed Origenis; cuius ideo mala interpretatus es, quia putasti bona; et tibi tam bona quam mala illius impunita, cuius scripta in Prologo (librorum *Hēgō dōzōw*) comprobasti. > His adde quod idem sanctus doctor epist. 41, alias 65, ad Pamphach. et Ocean., ait: Illud vero quod asserunt a quibusdam hereticis et malevolis hominibus libros ejus esse violatos, quam ineptum sit, hinc probari potest. Quis prudentior, doctior, eloquentior Eusebio et Didymo assertoribus Origenis inveniri potest?

B Quorū alter sex voluminibus τῆς Ἀπολογίας ita eum ut se sensisse confirmat: alter sic ejus errores nititur excusare, ut tamen illius esse fateatur; non scriptum negans, sed sensum scribentis edisserens. Aliud est si quæ ab hereticis addita sunt, Didymus quasi bene dicta defendat. Solus scilicet inventus est Origenes, cuius scripta in toto orbe falsarentur, et quasi ad Mithridatis litteras, omnis veritas uno die de voluminibus illius raderetur (Cicero *Pro lege Manilia*; Florus, lib. III, cap. 5). Si unus violatus est liber, num universa ejus opera, quæ diversis et locis et temporibus edidit, simul corrumpit, potuerunt? Ipse Origenes in epistola, quam scribit ad Fabianum Romanæ urbis episcopum, pœnitentem agit cur talia scripserit, et causas temeritatis in Ambrosium refert, quod secreta edita in publicum protulerit. Et quid adhuc εὔρεστογοῦσι aliena esse quæ displicant? > Observatu præsterea dignum est quod vetus auctor anonymous *Apologia pro Origene* apud Photium codicē 117, ait: Μηδὲν αὐτὸν κατὰ δέξαν ἐσφάλθαι περὶ τῆς Τριάδος· ἀντιφερόμενον δὲ τῇ αἱρέσει Σαντελλίου, εἰς μέγα κακὸν ἡμένη τότε, καὶ τὴν τῶν προσώπων Τριάδα ἐναργεστάτην καὶ πολλοῖς τρόποις διαφέρουσαν ἀγωνιζόμενον παραστῆσαι πάρα τοῦ προστήκοντος, καὶ εἰς τούναντίον ἀπενεγκῆναι· ἐξ οὐ δέξαι: καὶ τῷ Ἀρειανῷ ἀρχωτήματι ἐσλωχέναι. Nihil eum, quod quidem ad dogma de Trinitate attinet, errasse: pugnasse tantum cum Sabellii heresi, cuius tum improbitas magnopere sese efferebat, et cum personarum Friadiem manifestam maxime multisque modis differenteum demonstrare vellet, præter æquum in contrarium partem abreptum fuisse: unde et Ariano morbo laborare visus fuerit. Tum de hoc anonymous subiungit Photius: Υπὲρ μέντοι γε τῶν ἄλλων αὐτοῦ δογμάτων, σπουδαῖς μήτε συγκαθέσθαι, τοι θαρρεῖν πρόφασιν ἔχει, μήτε τὴν προειρημένην αἵτιαν πορίσθαι δυνατὸν οἶδε, πολλὴν εἰσάγει σπουδὴν ἀπαγῆναι ή γυμνασίας αὐτῷ χάριν εἰρήσθαι, η ὑπὸ τούναντίον ἐπεροδέων τοῖς αὐτοῖς συγγράμμασι παρεμβεβλῆσθαι: καὶ πρόστις καὶ αὐτὸν ἔκεινον τούτο βοῶντα καὶ διατεινόμενον φωράσαι γὰρ αὐτὸν φησι καὶ ἐτι ζῶντα ταῦτην κατ' αὐτοῦ τὴν ὁρδιουργίαν.

D Pro aliis vero ejus dogmatibus, quibus neque satis speciose assentiri audet, neque prius posse predictam causam aptari, multam adhibet operam, ut demonstret vel exercitationis duntaxat causa huc ab eo esse dicta, vel certe ab hereticis suis ejus scriptis inserita. Testem hujus rei appellat eum ipsum hoc clamantem aique contendente, eumque, dum viveret, ejusmodi adulterationem deprehenduisse refert. Ex his liquet a Rofino diversum abire auctorem hujusce *Apologiae*. Quæ enim Origenes de Patre et Filiō et Spiritu sancto invicem dicere videbatur, et quæ Romanæ aures ferre inquit Hieronymus lib. I, tanquam ab hereticis inseriti fuerunt ab interprete (Rofino)

etus vel creatus esse diceretur, (17) continuo subjiceret inter ceteras creaturas factum esse Spiritum sanctum? aut iterum qui Patrem et Filium unius substantiae, quod Graece ὄμούσιον dicitur, designavit, in consequentibus statim capitulis alterius esse substantiae, et creatum poterat dicere eum quem paulo ante de ipsa natura Dei Patris pronuntiaverat natum? Vel iterum de resurrectione carnis, qui tam evidenter pronuntiavit naturam carnis in coelum ascendisse cum Verbo Dei, atque inibi coelestibus apparuisse virtutibus novum et admirandum eis sui visum præbentem, (18) possibile erat ut hanc iterum diceret non esse salvandam? Quia ergo haec incidere ne in eum quidem poterant qui vel mente motus, vel cerebro esset insanus, quid sit in causa, quam possum breviter edocebo. Quanta sit haereticorum temeritas, quam nihil his saneti, nihil pensi sit, facile intelligi datur ex his que frequenter et ausi sunt et convicti. Nam sicut patri ipsorum diabolo ab initio falsare verba Dei, atque inflectere a suo ordine, et sui veneni intersecre virus studium fuit; ita et istis successoribus suis hanc suæ artis haereditatem reliquit. Denique eum dixisset Deus ad Adam: *Ex omni ligno paradisi manducabis*<sup>87</sup>: ille cum vellet Eman decipere, liberalitatem Dei omnia edere permittentem, tantummodo interjecta syllaba, in quantas coarcta-

<sup>87</sup> Genes. ii, 16. <sup>88</sup> Genes. iii, 1.

de angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo, vel intermundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, et multo his deteriora, quo longum esset retegere, vel ita verit ut in Graeco invenerat, vel de Commentarioli Didymi, qui Origenis apertissimum propugnator est, exaggerata et firmiora posuit. E contrario anonymus auctor *Apologiae pro Origene* quo de Trinitate in Origenis scriptis legebat, ea non ab haereticis inserta esse, sed catholicum recipere posse sensum contendebat; cetera autem ejus dogmata ubi excusari non poterant, aut exercitationis causa ab eo prolata esse, vel certe ab haereticis suis inserta propugnabat. Rufinus ergo ab isto anonymo auctore, uteque vero a Pamphilo, Eusebio, Didymo et Hieronymo refellitur, quibus haecce librorum Origenis adulteratio ne in mente quidem venit. Quod ait anonymous auctor *Apologiae pro Origene*, eum, dum viveret, ejusmodi adulterationem librorum suorum reprehendisse, id respicere videtur Origenis ad amicos Alexandrinos epistolam quam paulo infra profert Rufinus. Vide quid ei respondeat Hieronymus not. in hunc locum.

(17) Ita editi, et Hieronymus lib. ii *adversus Rufinum*. MSS. vero nostri, rursus diceret, alias proxime diceret.

(18) MSS. plerique, impossibile erat, etc. Sed editi, et mss. quidam rectius ut in textu.

(19) *Dogmatum suorum*. Hæc verba desunt in editis, et restituantur ex mss.

(20) Clemens apostolorum discipulus, etc., usque ad ista: ne simili cause similis sufficiat excusatio. Hieronymus lib. ii *adversus Rufinum*: « Videamus tamen quibus argumentis probare nitatur (Rufinus) Origenis ab haereticis scripta vitiata: Clemens, inquit, apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post apostolos episcopus et martyr fuit, libros edidit, qui appellantur *'Αραγρωποιῶν*, id est, Recognitio: in quibus cum ex persona Petri apostoli doctrina quasi vere apostolica in quam-

A vit angustias! Ait enim: *Quid est quod dixit Deus, ut ex omni ligno paradisi non manducetis?*<sup>88</sup> Quo scilicet per hoc grave esse præceptum Dei apud hominem conquerens, prævaricationem præcepti facilis persuaderet. Hæc exempla patris sui, atque hanc artem magistri sui secuti haeretici, quos eunque veterum nobilium tractatorum invenerunt de his, quæ ad gloriam Dei pertinent, plene et fideliter disputasse, ita ut ex lectione ipsorum unusquisque fidelium proficere possit et instrui, non percerunt scriptis eorum (19) dogmatum suorum venenatum virus infundere, sive interpolando quæ dixerant, sive quæ non dixerant inserendo, quo facilius videlicet sub nomine doctissimi cuiusque et nobilis inter scriptores ecclesiasticos viri haeresis suæ astrueretur assertio, ex eo quod ita sensisse etiam aliqui de claris viris et catholicis viderentur. Et horum manifestissimas inter Graecos scriptores ecclesiasticos probationes tenuimus. Et quamvis quamplurimi sint ex veteribus in quorum libris hujuscemodi reprehenditur adulterium, paucoruia tamen sufficit adhibere testimonia, ex quibus facilis quid etiam Origenis libris acciderit, agnoscatur.

(20) Clemens apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post apostolos et episcopus et martyr fuit, libros edidit, quia Graece appellantur *'Αρα-*

*C* plurimis exponatur: in aliquibus ita Eunomii dogma inseritur, ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur, Filium Dei creatum de nullis existantibus asseverans. Et post alia, quæ prolixum est scribere: *Quid, quæso, ait, de his sentiendum est?* Quod apostolicus vir haeretica scripserit? An id potius credendum, quod perversi homines ad assertionem dogmatum suorum sub ritorum sanctorum nomine, tanquam facilius credenda, interseruerint ea quæ illi nec sensisse nec scripsisse credendi sunt? Clementem quoque Alexandrinæ Ecclesiæ presbyterum virum catholicum scribit in libris suis interdum Dei Filium dicere creatum: et Dionysium Alexandrinæ urbis episcopum, virum eruditissimum, contra Sabellium quatuor voluminibus disputantem, in Arianum dogma delabi. Et sub his exemplis illud agit, ut non ecclesiasticos et catholicos viros male sensisse, sed ab haereticis eorum scripta corrupta esse testetur; et concludat ad extrellum dicens: *De Origene quoque, in quo similiter, ut in his quos supra diximus, quadam diversitas inventur, istud non sufficiat sentire, quod de præjudicatis jam catholicis sentitur vel intelligitur viris, nec similis causæ similis sufficiat excusatio.* Si conceditur, ut quidquid in libris omnium reperitur, ab aliis corruptum sit, nihil eorum erit quorum fertur hominibus; sed his deputabitur, a quibus dicitur esse vitiatum. Quanquam et illorum non erit, quorum incerta sunt nomina: atque ita sicut, ut, dum omnium omnia sunt, nihil alicuius sit. Hac defensionis perturbatione nec Marcion, nec Manichæus, nec Arius, nec Eunomius accusari poterunt; quia quidquid nos ab his impie dictum objecerimus, discipuli respondebunt, non a magistris suis ita editum, sed ab inimicis esse violatum. Hoc genere et iste ipse tuus liber, tuus non erit, sed forsitan meus; et meus liber, quo tibi accusatus respondeo, si in illo aliquid reprehenderis, non erit meus, sed tuus a quo reprehenditur. Et dum omnia ad haereticos refers, quid ecclesiasticis tri-

*γνωρισμός*, id est, *Recognitio*: in quibus cum ex persona Petri apostoli doctrina quasi vere apostolica in quamplurimis exponatur, in aliquibus ita Eunomii dogma inseritur, ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur, Filium Dei creatum de nullis existantibus asseverans. Tum deinde etiam illud adulterii inseritur genus, ut naturam diaboli cæterorumque dæmonum non propositi voluntatisque malitia, sed excepta ac separata creaturæ produxerit qualitas, qui utique in cæteris omnem rationabilem creaturam docuerit liberi arbitrii facultate donatam. Sunt etiam alia nonnulla libris ejus inserta, quæ ecclesiastica regula omnino non recipit. Quid, quæso, de his sentiendum est? Quod apostolicus vir, imo pene Apostolus, (nam ea scribit quæ apostoli dicunt) cui Paulus apostolus testimonium dedit, dicens: *Cum Clemente, et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vita* <sup>\*\*</sup>: scribebat hoc quod libris vita contrarium est? An id potius credendum est quod supra diximus, quod perversi homines ad assertiōnem dogmatum suorum sub virorum sanctorum nomine, tanquam facilius credenda, interseruerunt ea quæ illi nec sensisse nec scriptisse credendi sunt?

Clemens quoque alias, Alexandrinus presbyter, et magister illius Ecclesiæ, in omnibus pene libris suis Trinitatis gloria in tunc eternitatem unam eamdemque designat, et interdum invenimus aliqua in libris ejus capitula, in quibus Filium Dei crea-

<sup>\*\*</sup> Philip. iv, 3.

hues, quibus proprium nihil relinquis? Et quomodo, inquies, in libris eorum vitiosa nonnulla sunt? Si me causas vitiorum nescire respondero, non statim illos hereticos judicabo. Fieri enim potest, ut vel simpliciter erraverint, vel alio sensu scriperint, vel a librariis imperitis eorum paulatim scripta corrupta sint; vel certe antequam in Alexandria quasi dæmonium meridianum Arins nasceretur, innocenter quædam et minus caute loculi sint, et quæ non possint perversorum hominum calumniam declinare. Objiciuntur Origeni crimina, et tu non illum defendis; sed alios accusas: nec crimen renuis, sed criminosorum turbam requiris. Si tibi dicereatur: Quos habet Origenes in heresi socios? recte ista proferres. Nunc a te queritur, hæc quæ in Origenis libris scripta reperiuntur, bona sint an mala? Taces, et pro his alia loqueris: Clemens loc ait; Dionysius in isto errore reprehenditur: Athanasius episcopus sic Dionysii defendit errorē; apostolorum scripta similiter depravata sunt: quomodo et nunc ab aliis tibi heresos crimen impingitur, et tu pro te taces, et pro me confiteris, etc. Cæterum observari velim libros *De recognitionibus* sub nomine Clementis etiamnum extare a Rufino Latine interpretatos; sed Clementi Romano abjudicari.

(21) *Mss. nostri, in his tamen libris ipsius quos... scripti.* Editi ut in textu, præter scribit pro scriptis.

(22) *Sed quod inserta hæc a malevolis nosset.* Id falsissimum est. Superest etiamnum epistola apologetica Athanasii de sententia Dionysii, in qua ne γρῷ quidem de ejusmodi adulteratione seu interpolatione librorum Dionysii ab hereticis facta; inno fatetur Athanasius quacunque ex Dionysii scriptis obtrudebant Ariani, ea illum scriptisse, at non eo sensu quem ipsi allingebant. Paſt τοινῦ ἐπι-

A turam dicit. Nunquid credibile est de tanto viro, tam in omnibus catholico, tam eruditio, ut vel sibi contraria senserit, vel ea quæ de Deo, non dicam credere, sed vel audire quidem impium est, scripta reliquerit?

Dionysius quoque Alexandrinus episcopus, eruditissimus assessor ecclesiastice fidei, cum in quamplurimis in tantum unitatem atque æqualitatem Trinitatis defendat, ut imperitoribus quibusque etiam secundum Sabellium sensisse videatur: (21) in his tamen libris suis quos adversum Sabellii hæresim scriptis, talia inveniuntur inserta, ut frequenter Ariani auctoritate ipsius se defendere conentur. Propter quod et sanctus episcopus Athanasius compulsus est *Apologeticum* pro libris ejus scribere, pro eo quod certus erat non illum diverse potuisse sentire, sibique ipsi contraria scribere, (22) sed quod inserta hæc a malevolis nosset.

Et hæc quidem nos ducti rei ipsius consequentia, de sanctissimis viris et Ecclesiæ doctoribus sensimus, quo scilicet non putemus eos sanctos qui rectam et ecclesiasticam fidem in quamplurimis astruxerunt, in aliquibus sibimetipsis aduersa sensisse. De Origene vero, in quo similiter, ut in his quos supra diximus, aliqua diversitas invenitur, istud non sufficiat sentire quod de prejudicatis jam catholicis sentitur vel intelligitur viris; nec similis causæ similis sufficiat excusatio, (23) nisi et ipsius hoc conquerentis et deplorantis scriptis atque voci-

C στολῇ τὸν μακαρίτην Διονύσιον εἰρηκέναι, ποιημα καὶ γενητὸν εἶναι τὸν Ήλίου τοῦ Θεού, μήτε δὲ φύσει λίσιον, ἀλλὰ ξένον κατ' οὐσίαν αὐτὸν εἶναι τοῦ Πατρὸς, ωσπερ ἐστὶν ὁ γεωργὸς πρὸς τὴν ἄμπελον, καὶ ὁ ναυτηγὸς πρὸς τὸ σκάφος καὶ γὰρ ὡς ποιημα ὧν, οὐκ ἡνὶ πρὶν γένηται. *Aiunt beatæ memorie Dionysium* in epistola sua dixisse opus et rem factam esse Filium Dei, sed alienum a Patre secundum substantiam, qualis est agricola a vite, et faber a scapha.. Etenim cum sit res facta, non erat antequam fieret. Quid respondet Athanasius? Ναὶ ἔγραψεν· διολογούμεν καὶ ἡμεῖς εἶναι τοιαύτην ἐπιστολὴν αὐτοῦ ἀλλὰ ωσπερ ταῦτην ἔγραψεν, οὕτως καὶ ἑτέρας πλείστας ἐπιστολὰς ἔγραψε, καὶ οὗτοι καὶ ταῦται: ἐντυχεῖν αὐτοὺς. ἵνα ἐπι πασῶν, καὶ μὴ μόνης ἐπ τῆς μιᾶς ἡ πίστις δειχθῇ τοῦ ἀνδρός. *Etiā scriptis ejusmodi illius epistolam esse, et nos ultra fatemur.* Sed ut hanc scriptis, ita et alias plurimas conscripsit epistolas, quas etiam ab illis lectas oportuit, ut ex omnibus, non ex una duntazat explorata viri fides esset. Mox in consequentibus probat tun ex argumento epistole Dionysii, tum ex occasione qua ad illam scribendam impulsus est, tum ex aliarum epistolarum collatione, catholica esse verba quæ prima fronte Ariano dogmati faire videbantur.

(23) *Nisi et ipsius hæc conquerentis, etc.* Hieronymus libro II adversus Rufinum: *i Præmissa falsatione ab hereticis apostolorum, et utriusque Clementis atque Dionysii, venit ad Origenem, et his verbis loquitur: Ipsiū hoc conquerentis et deplorantis scriptis ac vocibus probavimus. Quid enim ipse cum adhuc in carne vivens, sentiens, vidensque perpessus sit de librorum suorum vel sermonum corruptionibus, vel adulterinis editionibus, ex ipsius epistola, quam scribit ad quosdam charos suos Alexandriam, evidenter docetur: statimque exemplum subiungit.*

bus (94) probemus. Quid enim ipse dom adhuc esset in carne vivens, sentiens vidensque perpessus sit de librorum suorum, vel sermonum corruptionibus, vel adulterinis editionibus, ex ipsius epistola, quam scribit ad quosdam charos suos Alexandriam, evidenter docetur: et per hoc quæ sit causa quod in ipsius scriptis quædam sibi contraria inveniantur, agnosces.

*De adulteratione vel corruptione librorum suorum  
ex libro epistolarum Origenis quarto.*

<sup>20</sup> *Cor. vi, 10.*

epistolæ. Et qui falsitatem scriptorum Origenis haereticis imputat, ipse incipit a falsitate: non ita interpretans ut habetur in Graeco; nec id Latinis insinuans, quod ipse in suis litteris proficitur. Cumque illa epistola tota Demetriano Alexandrinae urbis pontificem laeteret, et in totius orbis episcopos et clericos invehator; et frustra ab Ecclesiis excommunicatum esse se dicat, nec velle in maledictis referre vicem, ne scilicet maledicus videatur esse homo, qui in tantum cautos sit ad maledicendum, ut ne diabolo quidem audeat maledicere: unde et Candido Valentianii dogmatis sectatori, calumniandi se occasionem dederit, quod diabolum salvandæ dixerit esse naturæ, hic dissimulato argumento epistolæ, singit pro Origeni quod ille non loquitur. Unde epistola ipsius partem paululum ex superioribus translata; et his junxi, quæ ab ipso commaticæ doloseque translatæ sunt; ut quo consilio superiora tacerent, ipse lector agnoscat. Contra sacerdotes ergo Ecclesiæ generaliter disputans, a quibus indignus communione ejus fuerat iudicatus, hanc intulit: *Quid necesse est de prophetarum sermonibus dicere, quibus sapissime pastoribus et majoribus natu, et sacerdotibus, ac principibus populi comminantur, et arguant eos? Quæ absque nobis de sanctis Scripturis elicere potestis, et quid per videre quod forsitan hoc tempus sit, de quo dicitur: « Nolite credere amicis, nec sperretis in principibus (Mich. vii, 5): » et nunc impieatur vaticinium: « Duces populi mei me nescierunt, filii stulti sunt, et non sunt sapientes. Sapientes sunt ut facient mala, bene autem facere nesciunt (Jer. iv, 22); » quorum magis misereri, quam eos odisse debemus; et orare pro illis, quam eis maledicere. Ad benedicendum enim et non ad maledicendum creati sumus. Unde et Michael cum diabolum disputaret de Moysi corpore, ne tanto quidem malo ausus est iudicium inferre blasphemiam, sed dixit: *Increpet ibi Dominus (Jud. 9).* Cui quid simile etiam in Zacharia legimus: *Increpet ibi Dominus, diabole: et increpet Dominus in te, qui elegit Jerusalem (Zachar. iii, 2).* Itaque et nos cupimus increpari a Domino eos, qui nolunt cum humilitate a proximis increpari. Dicente autem Michael: *Increpet tibi Dominus, diabole;* et Zacharia similiter: *utrum increpet, an non increpet Deus diabolum, ipse agnoscat.* Et post multa, qua prolixum est scribere, addit: *Nos hoc sentimus, quod ejiciuntur de regno celorum, non solum qui granaria peccaverunt, verbi gratia fornicatores, et adulteri, et muscularum concubitores, et fures, sed et qui minorata deliquerunt, ex eo quod scriptum est: « Neque ebriosi, neque maledici regnum Dei possidebunt (I Cor. vi, 10): » et tam in bonitate quam in severitate Dei esse mensuram. Unde cuncta mitimur agere consilio, in rini quoque potu, et in moderatione sermonis, ut nulli audeamus maledicere. Ergo cum propter Dei timorem caveamus in quæpiam maledictia conferre, recordantes illius dicti: *Non sicut***

A (*Epistolæ scriptæ ad quosdam charos suos (95) Alexandriam.*)

ORIGENES. « Quidam eorum qui libenter habent criminari proximos suos, ascribunt nobis et doctrinæ nostræ crimen blasphemiae, quod a nobis nunquam audierunt: de quo ipsi viderint, nolentes observare mandatum illud quod dicit, quia maledici regnum Dei non possidebunt<sup>20</sup>, dicentes me, patrem malitiae ac perditionis, et eorum qui de regno Dei ejiciuntur, id est diabolum, dicere esse salvandum: quod ne

B ausus judicium inferre blasphemiam, » quod dicitur de Michaele contra diabolum; et in alio loco: « Dominationes quidem reprobant, glorias autem blasphemant (Jud. 8). » Quidam eorum qui libenter contenterent, ascribunt nobis et nostræ doctrinæ blasphemiam, super qua ipsi viderint, quomodo illud audiant: « Neque ebriosi, neque maledici regnum Dei possidebunt: » licet patrem malitiae et perditionis eorum qui de regno Dei ejiciuntur, dicant posse salvari: quod nementequidem quis captus dicere potest. Cætera quidem ex eadem epistola transtulit pro hoc, quod in fine verborum Origenis interpretati sumus: *Ergo cum propter timorem Dei caveamus in quæpiam maledicta conferre, et reliqua. Iste fraudulenter amputatis superioribus, ex quibus inferiora dependent, sic cœpit transferre epistolam, quasi hoc sensu superiorius esset exordium, et ait: Quidam eorum qui libenter habent criminari proximos suos, ascribunt nobis, et doctrinæ nostræ crimen blasphemiam, quod a nobis nunquam audierunt: de quo ipsi viderint, nolentes observare mandatum illud quod dicit: quia maledici regnum Dei non possidebunt, dicentes asserere me patrem malitiae et perditionis eorum qui de regno Dei ejiciuntur, id est, diabolum esse salvandum: quod ne aliquis quidem mente motus, et manifeste insanians dicere potest.* Conferre Origenis verba, quæ supra ad verbum transtulii, hisquæ ab isto non versa sunt, sed eversa; et quantam inter se non solum verborum, sed et sensuum habeant dissonantiam, perspicietis. Obsecro, ne molesta sit vobis prolixior interpretatione. Idecirco enim omnia vertimus, ut quo consilio superiora tacerent, probaremus. Habeatur dialogus apud Graecos Origenis et Candidi Valentianæ haereseos defensoris, in quo duos andahatas digladiantes inter se spectasse me fateor. Dicit Candidus Filium de Patris esse substantia, errans in eo quod προβολὴ, id est prolationem, asserit. E regione Origenes juxta Arium et Eunonium repugnat, cum vel prolatum esse, vel natum, ne Deus Pater dividatur in partes: sed dicit sublimem et excellentissimam creaturam voluntate exsistisse Patris, sicut et cæteras creaturas. Rursus ad secundam veniunt quæstiōnem. Asserit Candidus diabolum pessimam esse naturam, et quæ salvari nunquam possit. Contra hoc recte Origenes respondit, non eum perituram esse substantiam, sed voluntate propria corruisse, et posse salvari. Hoc Candidus verit in calumniam, quasi Origenes dixerit, diaboli naturam esse salvandam. Quod ille falso objicerat, hic refutat. Et intelligimus in hoc tantum dialogo ab Origene argui haereticam falsitatem, et non in ceteris libris, de quibus nunquam quæstiō fuit. Alioqui si omnia quæ haeretica sunt, non erunt Origenis, sed haereticorum: omnes autem propemodum illius tomī his erroribus pleni sunt, nihil Origenis erit, sed eorum quorum ignoramus vocabula. »

(20) MSS., probaremus. Rectius editi, probemus.

(25) Editi, Alexandriae. MSS. nostri, Alexandriae.

aliquis quidem mente motus, et manifeste insaniens dicere potest. Sed nihil mirum mihi videtur, si adulteretur doctrina mea ab inimicis meis, et tali adulterio corrumpatur, quali adulterio corrupta est Epistola Pauli apostoli. Quidam enim sub nomine Pauli falsam epistolam conscripserunt, ut conturbarent Thessalonenses, quasi instaret dies Domini, et seducerent eos. Propter hanc (26) ergo Epistolam in secunda Epistola quam ad Thessalonenses scribit, hec dixit : *Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Iesu Christi, et nostræ congregationis in ipsum, ut non moveamini cito a sensu vestro, neque terreamini, neque per spiritum, neque per verbum, neque per epistolam tanquam per nos missum, quasi instet dies Domini. Nemo vos seducat ullo modo*<sup>21</sup>. Talia ergo quædam video etiam nobis accidere. (27) Nam quidam auctor hæreseos, cum sub præsentia multorum habita inter nos fuisset disputationis, et descripta, accipiens ab his qui descripserant codicem, quæ voluit addidit, et quæ voluit abstulit, et quod ei visum est permutavit, circumferens tanquam ex nomine nostro, insultans et ostendens ea quæ ipse conscripsit. Pro quibus indignantes fratres qui in Palæstina sunt, miserunt ad me Athenas hominem qui acciperet a me (28) ipsum authenticum exemplar, quod ne relectum quidem vel recensitum a me antea fuerat, sed ita neglectum jacebat, ut vix inveniri potuerit. Misi tamen, et sub Deo teste loquor, quoniam, cum convenissem illum ipsum qui adulteraverat librum, (29) arguens quare hoc fecisset, velut satisfaciens mihi respondit : Quoniam magis ornare volui disputationem illam, atque purgare. Vide te quali purgatione disputationem nostram purgavit. Tali nempe, quali purgatione (30) Marcion Evangelia purgavit, vel Apostolum; vel quali successor eius post ipsum Appelles. Nam sicut illi subvertierunt Scripturarum veritatem : sic et iste, sublati quæ vere dicta sunt, ob nostri criminationem inseruit quæ falsa sunt. Sed licet homines hæretici et impii sint qui hæc facere ausi sunt, tamen habebunt et illi judicem Deum, qui talibus adversum nos criminationibus accommodant fidem. Fecerunt hoc et alii

<sup>21</sup> II Thessal. ii, 1-3.

(26) Ergo. Omititur in editis, et restituitur ex D mss. Paulo post editi, et per vestram congregationem. Sed omnes mss. ut in textu.

(27) Nam quidam auctor hæreseos, etc. Vide annotationem primam ad Africani epistolam. Infra editi, et descriptum accipiens. Mox mss. nostri, et quæ ei visum est permutavit, et circumferit, etc.

(28) Ita recte editi. Mss. vero nostri, a me ipso [al. a me ipso] authentica exemplaria, quod, etc.

(29) Arguens. Omititur in editis et in plerisque mss., sed restituitur ex ms. Regio, qui habet, arguens quare hoc fecerit, satisfaciens, etc. Ms. Corbeiensis, quare hoc fecisse vellet, satisfaciens, etc. Ceteri mss. et editi, quare hoc fecisset, velut satisfaciens, etc., absque arguens.

(30) Marcion, etc. Vide notas ad *Dialogum contra Marcionistas de recta in Deum fide*, sect. i. p. 806, 807, 808, et alibi passim; et ad librum ii contra Celsum, num. 27.

(31) Mss. Sorbonicus et S. Michaelis in Periculo

A nonnulli conturbare volentes Ecclesias. Denique in Epheso cum vidisset me quidam hæreticus, (31) et congregredi noluisset, neque omnino os suum aperuisset apud me, sed nescio qua ex causa id facere vitasse, postea ex nomine meo et suo conscripsit qualem voluit disputationem, et misit ad discipulos suos, ut ego quidem cognovi ad eos qui Romæ erant pervenisse : sed non dubito quin et ad alios qui per diversa loca sunt. Insultabat autem et apud Antiochiam, priusquam ego illuc venirem : ita ut et ad quamplurimos nostrorum perveniret ipsa disputationem (32) portabat. Sed ubi adfui, multis eum præsentibus argui. Cumque jam sine ullo pudore pertenderet impudenter asserere falsitatem, poposci ut liber deserretur in medium, et stylus meus agnosceretur a fratribus, qui utique cognoscunt que soleo disputare, vel quali soleo uti doctrina. Qui cum ausus non esset proferre librum, convictus ab omnibus et confutatus est falsitatis : et ita persuasum est fratribus ne aurem criminationibus præberent. Si quis ergo vult credere mihi in conspectu Dei loquenti, etiam de his que in epistola mea conficta sunt et inserta credat. Sin autem quis non credit, sed vult de me male loqui, mihi quidem nihil damni confert : erit autem ipse falsus testis apud Deum, aduersus proximum snum testimonium falsum vel dicens, vel dicentibus credens. \*

RUFINUS. Hæc ipse adhuc superstes conqueritur, quæ scilicet per semetipsum deprehendere potuit adulterata esse in libris suis atque falsata. Menimus sane etiam in alia ejus epistola similem nos de librorum snorum falsitate legisse querimoniam : cuius epistole exemplar in præsenti (33) non habuit, ut etiam ipsius testimonium his pro fide veritatis adjungerem. Sed sufficere arbitror ad satisfaciendum his qui non contentionis atque obrectationis studio, sed amore veri audiunt quæ dicuntur. Nam quod in veteribus sanctis ac præjudicatis catholicis viris, quorum superius fecimus mentionem, solo argumento ex rerum consequentia, (34) ac recte tenore præsumpto ostenditur ac probatur, quod si quid in libris eorum contra ecclesiasticam fidem invenitur, id in-

maris habent, et congregandi voluisse, reliqua vero ut in nostro textu. At ceteri mss. et editi, et congregandi noluissent... ut ego quidem cognovi ad eos qui Romæ erant : sed non dubito quin (mss. omnes, quod) et ad alios qui per diversa sunt ; omissis vocibus pervenisse, et loca.

(32) Sic omnes mss. Editii vero, paraverat. Mox mss. sed ubi aafui, et multis... ut liber deserretur in medium, stylus meus [al. ut, al. et stylus meus; editi, ut scelus meum] agnosceretur a fratribus, qui utique cognoscunt [al. agnoscerent; editi, cognoscere] que soleo... quique cum ausus non esset, etc. Sed legendum videtur ut in nostro textu.

(33) Mss. Sorbonicus et S. Michaelis, non habeo. Ceteri mss. et editi, non habui. Paulo post mss. nostri omitunt, atque obrectationis, que verba existant in editis.

(34) Alias, ac recte tenore præsumpto. Paulo post editi perperam, non arguento solo simili uti [al. ut] illis, sed, etc.

sertum ab hæreticis potius quam ab his scriptum putetur : hoc in Origene non argumento solum simili ut in illis, sed testimonio querimoniarum suarum ex suis scriptis prolati, absurdum non puto si credatur, ne velut stultus aliquis aut insanus contraria sibi scripsisse videatur.

De hæreticorum vero emeritate (35), quia credi istud scelus facile possit, illa res maximum credulitatis præstat exemplum, quod abstinere impias manus ne a sacrosanctis quidem Evangelii vocibus potuerunt. Apostolorum vero vel Actus, vel Epistolas qualiter polluerint, qualiter corroserint, qualiter in omnibus maculaverint, vel addendo impia, vel auferendo quæ pia sunt, si quis vult plenius scire, ex his libris Tertulliani, quos adversum Marcionem scripsit, plenissime recognoscet. Quid ergo jam erit magnum, si Origenis scripta temerarunt hi, qui Salvatoris Dei nostri dicta ausi sunt temerare? Nec sane diversitas dogmatum alicui assertionis nostræ denegat fidem, quod alterius hæresis fuerint illi qui Evangelia depravarunt; ad alteram vero hæresim respiciant istu quæ dicimus Origenis libris inserta. Cognoscat qui de his dubitat, quod sicut in omnibus sanctis est Spiritus Dei, sicut et Apostolus dicit, quia *spiritus prophetarum prophetis subjectus est*<sup>35</sup>: qui et iterum ait, quod *omnes unum spiritum* (36) *portavimus*: ita et in hæreticis unus est diaboli spiritus, qui eos eamdem ac similem semper malitiam docet.

Verum ne cui forte minus ad credendum videantur idonea ea quæ ex libris Græcorum scriptorum exempla protulimus, quamvis Græcus scriptor sit pro quo satisfacere videmur, (37) tamen quoniam quodammodo in Latinam linguam sermo devolutus est, et satisficeri etiam Latinis hominibus pro his ex quibus calumniosis interpretationibus vulnerantur

<sup>35</sup> I Cor. xiv, 32. <sup>36</sup> I Cor. xii, 23.

(35) Ediu, ut credi, etc. MSS. vero, quia credi, etc.

(36) Editi, portabimus; alias, portavimus. MSS. ut in textu.

(37) MSS. alii, tamen quoniam quod in Latinam, etc.; alii, tamen quoniam in Latinum, etc. Sed retinus editi ut in textu; qui editi paulopost perperam habent, pro his qui ex calumniosis; et infra: *Et ne quid perfecte credulitati, etc.*

(38) Hilarius Pictaviensis episcopus, etc. Hieronymus lib. II, *contra Rufinum*: « Non ei sufficit Græcos et antiquos calumniari, de quibus pro vetustate temporum et longinquitate regionum habet licentiam quidquid voluerit mentiendi: venit ad Latinos, et primum ponit Hilarium confessorem, quod post Ariminensem synodum liber illius falsatus ab hæreticis sit: et ob hanc causam cum in concilio episcoporum ei quæstio moveretur, proferri librum de domo sua jusserit; qui, nesciente se, in scriniis suis hæreticus tenebatur: cumque prolatus fuisse, et ab omnibus hæreticus judicatus, auctor libri excommunicatus, de concilii conventione discesserit. Et tanta auctoritatis se putat, ut, cum hoc familiari bus suis narrat somnum, nemo ei contra confessorem ista simulanti audeat contradicere. Responde, queso: Synodus, a qua excommunicatus est, in qua urbe fuit? Die episcoporum vocabula; profer sententias subscriptionum, vel diversitatem, vel

A magnopere poposcisti, non pigebit etiam Latinis scriptoribus talia quedam accidisse monstrare, et calumnias immensas ex adulteratione librorum suorum sanctis et probatissimis viris esse commatas. Et ne quid aperte credulitati desit, res quæ sunt adhuc memoriae nostræ retexam, quo testimoniū veritas neminem lateat.

(38) Hilarius Pictaviensis episcopus confessor fidei catholicae fuit. Hic cum ad emendationem eorum qui Ariminensi perfidia subscripserant, libellum instructionis plenissime conscripsisset, cumque libellus ipse in manus inimicorum et malevolorum, ut quidam dicebant, corrupto notario, alii vero alia occasione narrabant (quid interest), tamen cum in manus inimicorum ipso ignorante venisset, ita ab eis corruptus est, illo saucto viro nihil penitus (39) sentiente, ut postea, cum ad concilium episcoporum, secundum ea quæ se in libello ipsius noverant corrupisse, hæreticum eum inimici arguere cœpissent, et ipse libelli sui fidem pro sui defensione flagitaret, de domo sua prolatus libellus talis inventus sit, quem ipse non agnosceret, (40) faceret tamen eum excommunicatum de concilii conventione discedere. Verum quia viventi, et adhuc in corpore posito, res quamvis scelerata et inaudita contigerat, doli cogniti factio deprehensa, detecta scelerum machina potuit emendari. Adhibita enim curatio est assertionibus, satisfactionibus, et omnibus his quæ viventes pro se facere possunt. Nam mortui pati nihil refutant.

(41) Sancti Cypriani martyris solet omne epistolæ corpus in uno codice scribi. Illic corpori hæretici quidam qui in Spiritum sanctum blasphemant, Tertulliani libellum *De Trinitate* reprehensibiliter (quantum ad veritatem fidei nostræ pertinet) scriptum inserentes, et quamplurimos co-

consonantiam. Doce qui eo anno consules fuerint: quis imperator hanc synodum jusserit congregari: Gallicene tantum episcopi fuerint, an et Italæ et Hispaniæ: certe quam ob causam synodus congregata sit. Nihil horum nominas, sed virum eloquentissimum, et contra Arianos Latini sermonis tubam, ut Origenem defendas, excommunicatum a synodo criminalis. »

D (39) Ms. unus, sciente: sed cæteri mss. et editi, sentiente.

(40) Ita omnes mss. nostri. Editi veram perperam, facere. Paulo post mss. plerique et editi, *dolo cognito factio deprehensa*. Sed rectius habere videntur mss. Sorbonicus et S. Michaelis in Periculo maris, *doli cogniti*. Mox omnes mss. omissum enim post Adhibita. Solus Regius habet, et adhibita curatio est, etc.

(41) Sancti Cypriani, etc. Hieronymus lib. II, *adversus Rufinum*: « Sed confessoris (Hilarii) calumnia utique toleranda. Transit ad inclytum martyrem Cyprianum, et dicit Tertulliani librum, cui titulus est, *De Trinitate*, sub nomine ejus Constantiopolis a Macedoniana partis hæreticis lectitari. In quo crimen mentitur duo. Nam nec Tertulliani liber est, nec Cypriani dicitur, sed Novatiani, cujus et inscribitur titulo, et auctoris eloquium styli proprietas demonstrat. »

dices de talibus (42) exemplariis conscribentes, per totam Constantinopolim urbem maximam distrahi prelio viliori fecerunt, ut exiguitate pretii homines illecti ignotos et latentes dolos facilius compararent, (43) quo per hoc invenirent hæretici perfidie suæ fidem tanti viri auctoritate conquirere. Accidit tamen ut recenti adhuc facto quidam ex nostris fratribus catholicis inventi admissi sceleris (44) commenta retegerent, et ex parte aliqua, si quos possent, ab erroris hujus laqueis revocarent. Quamplurimis tamen in illis partibus sanctum martyrem Cyprianum hujus fidei, quæ a Tertulliano non recte scripta est, fuisse, persuasum est.

Adjiciam adhuc unius facti talis exemplum, quod memoriae quidem recentioris est (commissæ autem nequitiae antiquum satis), et quod omnes veterum fabulas vincat.

(45) Damasus episcopus, cum de recipiendis Apollinarianis deliberatio haberetur, editionem ecclesiasticæ fidei, (46) cui iudicium, si Ecclesiæ jungi velint, subscribere deberent, conscribendam mandavit amico suo cuidam presbytero viro discretissimo, qui hoc illi ex more negotium procurabat. Necessarium visum est dictanti in ipsa editione *De Incarnatione Domini*, hominem Dominicum dici. Offensi sunt in hoc sermone Apollinaristæ: novitatem sermonis incusare cœperunt. Adesse sibi cœpit qui dictaverat, et ex auctoritate (47) veterum scriptorum catholicorum virorum confutare eos qui impugnabant. Decidit ut uni ex

(42) *Exemplariis*. Deest in editis, et restituitur ex C mss.

(45) Editi, quo per hoc commentum hæretici perfidie suæ fidem tanti viri auctoritate conquirerent. Sed omnes mss. ut in nostro textu.

(44) *Commenta*. Editi, commissa, male.

(45) Damasus episcopus, cum de recipiendis Apollinarianis deliberatio haberetur, etc. Hieronymus lib. ii contra Rufinum: « Et superfluum puto apertas ineptias confutare, cum mihi mea ingeratur fabella, a synodo videlicet, et sub nomine ejusdem amici Damasi Romanæ urbis episcopi ego petar; cui illæ ecclesiasticæ epistolæ dictandas tradidit; et Apollinariorum versutæ describantur; quod Athanasii librum ubi *Dominicus homo* scriptus est, ad legendum acceptum, ita corruperint, ut in litura id quod raserint, rursus scriberent, ut scilicet non ab illis falsatum, sed a me additum putaretur. Quæso te, amice charissime, ut in ecclesiasticis tractatibus, ubi de veritate dogmatum queritur, et de salute animarum nostrarum majorum flagitatur auctoritas, hujuscemodi deliramenta dimittas, et prandiorum cœnarumque fabulas pro argumento non teneas veritatis. Fieri enim potest ut, etiamsi a me verum audisti, alias qui hujus rei ignarus es, dicat a te esse compositum; et quasi minimum Philistionis, vel Lentuli ac Marulli stropham elegantis sermone conficiat. »

(46) Ita recte editi. Mss. vero nostri, id est, editioni, si Ecclesiæ [al. cui si Ecclesiæ] jungi, etc.

(47) Veterum Editi perperam, vera. Mox mss. Sorbonicus et S. Michaelis in Periculo maris habent, nisus est confutare eos, etc. Sed ceteri mss. et editi omittunt nisus est. Deinde editi, Accidit ut et r., etc. Sed omnes mss. nostri ut in textu.

A ipsis qui novitatem sermonis causabantur, ostenderet (48) in libello Athanasii episcopi scriptum esse sermonem de quo quæstio habebatur. Quasi suus Jam ille cui hoc probatum fuerat, rogavit dari sibi codicem, quo et aliis ignorantibus et contradicentibus satisfaceret. Accepto codice, inauditum excoigitavit adulterationis genus. Locum ipsum in quo sermo iste scriptus erat, rasit, (49) et ipsum sermonem rursum rescripts quem raserat. Codex redditus simpliciter receptus est. Movetur iterum pro eodem sermone quæstio: ad probationem codex profertur; invenitur sermo de quo erat quæstio, ex litura in codice positus; fides proferenti talem codicem derogatur, eo quod litura illa corruptionis ac falsitatis videretur indicium. Sed quoniam (ut iterum eadem dicam) viventi haec facta sunt (50) a vivente, continuo egit omnia ut fraus commissæ sceleris nudaretur, et nequitiae macula non innocentia viro, qui nihil tale gesserat, adhaereret, sed in auctorem facti atque in ubiorem ejus infamiam redundaret.

Si ergo et Origenes talia ab hæreticis et malevolis se esse perpessum in epistola sua propria voce conqueritur, et multis aliis viris catholicis tam vivis quam mortuis eadem acciderunt, similesque fraudes scriptis (51) quorundam probantur illatae, quæ tandem animi obstinatio est, in æquali causa non æquali uti venia; sed ex iisdem accidentibus aliis excusationis reverentiam, aliis criminacionis infamiam intendere? (52) Quin potius aperienda est

(48) In libello Athanasii, etc. An libellus iste sit ejusdem Patris *Expositio fidei*, quæ exsistat tom. I, part. I, ejus operum, ubi pag. 400 et 401, humana Christi natura *Dominicus homo* sæpius appellatur; an vero alia major, ex qua aliquot fragmenta assert Theodoretus *Dialog. 3*, ubi Christus et homo, Κυριακὸς ἄνθρωπος similiter dicitur, certo affirmari non potest.

(49) Alias, et istum sermonem, etc.

(50) MSS. ac vigenti. Sed melius habere videntur editi, a vivente.

(51) Alias, eorum... quæ tandem animorum [al. animi] obstrictio est in æquali casu, etc.

(52) Quin potius aperienda est hoc in loco veritas latens, etc. Hieronymus lib. ii contra Rufinum: « Quo non perveniat semel effrenata temeritas? Post excommunicationem Hilarii, post Cypriani ψευδεπίγραφον hæreses librum, post Athanasii me dormiente lituram, simul et inscriptionem, erupit aliquando contra papam Epiphanium, et dolorem pectoris sui, quod eum in epistola quam ad Joannem episcopum scripsisset, hæreticum arguit, in *Apologia pro Origeni* digerit, et his se sermonibus consolatur: *Quin potius aperienda est hoc in loco veritas latens.* » Tum prolatis his quæ sequuntur usque ad ista verba: *Quomodo ergo iste merito audiendus est, cum eos culpat qui instructionis suæ causa per pauca erit, salua fidei regula atque integra pietate, legerunt?* pergit Hieronymus: « Qui sunt isti, qui in Ecclesia disputare latius solent? Qui libros scribere? Qui dum de Origeno loquuntur et scribunt? Qui dum sua nolunt farta cognosci, et ingratii sunt in magistrorum, idcirco simplices ab illius lectione deterrant? Nominatim debes dicere, et ipsos homines denotare. Ergo beati episcopi Anastasius, et Theophilus, et Venerius, et Chrysostomus, et omnis Iacob Orientis quam Occidens,

hoc in loco veritas latens. Non enim possibile est tam iniquo judicio uti quemquam hominum, ut de causa aequali non aequaliter sentiat. Sed quod auctores obtrectatorum ejus si sunt qui vel in Ecclesia disputare latius solent, vel etiam libros scribere, qui totum de Origene vel loquuntur vel scribunt, (53) ne ergo plures ipsorum farta cognoscant, quæ utique, si ingratii in magistrum non essent, nequaquam criminosa viderentur, simpliciores quosque ab ejus lectione deterrent.

(54) Denique quidam ex ipsis, qui se velut evangelizandi, necessitatem per omnes gentes et per omnes linguas habere putat de Origene male (55) loquendi, sex millia librorum ejus se legisse, quamplurima fratrum multitudine audiente, confessus est. Qui si utique, ut ipse dicere solet, pro cognoscendis malis ejus legebat, sufficere poterant ei decem libri ad cognoscendum, aut viginti certe, vel ut plurimum triginta. Sex millia autem libros legere, jam non velle cognoscere est, sed totam pene vitam suam disciplinis ejus et studiis dedere. Quomodo ergo merito iste audiendus est, cum eos culpat qui instructionis suæ causa perpaucia

A ejus salva fidei regula, atque integra pietate legerunt?

(56) Sufficiant hæc ad ostendendum qualiter de Origenis libris sentiendum sit. Et puto quod omnis qui non contentionis, sed veritatis studium gerit, facile his tam evidenter assertionibus acquiescat. Quod si quis in contentione sua permanet, nos talam consuetudinem non habemus. Definitum enim est apud nos, si quando eum legimus, secundum sancti Apostoli commonitionem tenere quæ bona sunt<sup>54</sup>. Si quid autem inventum fuerit in his quod cum fide catholica non consonat, hoc et ab hereticis suspicamur insertum, et tam ab illius sensu, quam a nostra fide ducimus alienum. In quo etiam si fallimur, nihil, ut opinor, periculi (57) hujuscemodi errore incurrimus. Nam et ipsi, Deo juvante, permanemus illæsi, vitando ea quæ suspecta habemus, et improbamus, et accusatores fratrum non inveniemur apud Deum, quia diaboli proprium hoc opus esse dicitur accusandi fratres: unde et (58) diabolus a criminando nomen accepit<sup>55</sup>: simul et maledicorum sententiam quæ a regno Dei separat eos qui tales sunt<sup>56</sup>, declinamus.

<sup>54</sup> I Thess. v, 21. <sup>55</sup> Apoc. xii, 10. <sup>56</sup> I Cor. vi, 10.

quia pari sententia, quia pari et spiritu, illum hereticum denuntiant populis, fures librorum illius judicandi sunt: et quando in ecclesiis prædicant, non Scripturarum mysteria, sed Origenis farta commemorant? Non tibi sufficit passim contra omnes detracatio, nisi specialiter contra beatum et insignem Ecclesiæ sacerdotem styli tui lanceam dirigas? Quis est ille, qui velut necessitatem evangelizandi per omnes gentes et per omnes linguas habere se putat, de Origene male loquendi? qui sex millia librorum ejus se legisse, quamplurima fratrum multitudine audiente, confessus est? In qua multitudine et caterva fratrum tu quoque medius eras, quando ille in sua Epistola queritur, pro Origeni hæresi nefaria a te dogmata esse prolata? Crimini ei dandum est quare Græcam, Syram, et Hebreæm, et Ægyptiacam linguam, ex parte et Latinam noverit? Ergo et apostoli, et apostolici viri, qui linguis loquebantur, in crimen sunt: et neutri lingue, bilinguis ipse ridebis? De sex millibus autem librorum, quos ab eo lectos esse consingis, quis credet aut te verum dicere, aut illum potuisse mentiri? Si enim Origenes sex millia scripsisset librorum, potuerat fieri ut vir eruditissimus, et ab infantia sacræ litteræ institutus, pro curiositate et scientia legisset aliena. Quod vero ille non scripsit, quomodo iste legere potuit? Numera indices librorum ejus, qui in tertio volumine Eusebii in quo scripsit vitam Pamphili, continentur: et non dico sex millia, sed tertiam partem non repries. Habemus epistolam supradicti pontificis, in qua huic calumniæ tuæ, dum adhuc essem in Oriente, respondet, et apertissimum mendacium libera veritatis fronte confutat.

(55) Editi, ne ergo plura eorum farta cognoscantur quæ [al. qui] utique.... nequaquam criminosa [al.

criminosi] viderentur, neque simpliciores quosque ab ejus lectione deterrent. Sed omnes mss. et Hieronymus lib. ii adversus Rufinum, ut in nostro textu.

C (54) Denique quidam ex ipsis, qui se velut evangelizandi, etc. Genebrardus crediderat hic Hieronymum notari: quæ tamen verba ad beatum Epiphanium spectant, sicut in superiori nota ostenditur ex ipso Hieronymo lib. ii adversus Rufinum. Idem Hieronymus eodem lib. ii, paulo supra dixerat: « Ne me mittas ad sex millia librorum ejus, quos legisse beatum Epiphanium criminari: sed ipsa loca nomina, » etc. Et lib. iii: « Simulque risum tenere non possum, quod a quodam prudente commonitus, in laudes Epiphanius personas. Hic est ille delirus senex; hic est anthropomorphites, hic qui sex millia Origenis libros te præsente cantavit; qui omnium gentium linguis prædicationem sibi contra Origenem injunctam putat; qui ideo eum legi prohibet, ne alii ejus farta cognoscantur, » etc.

D (55) Editi, male loquens. Paulo post, pro cognoscendis malis ejus ipsos legebat.... sex millia autem librorum legere. Omnes vero mss. nostri, et Hieronymus lib. ii adversus Rufinum, ut in textu, nisi quod Hieronymus habeat etiam, sex millia autem librorum legere. At lib. iii, in contextu quem supra attulimus, habet, sex millia libros.

(56) Ita ms. Regius. Cæteri vero mss. alias, Sufficeret hæc ad ostendendum... Et puto quod, etc. Alii, Sufficeret hæc credimus ad ostendendum..... Et puto quod, etc. Editi, Sufficeret hæc ad ostendendum..... puto: quod, etc.

(57) Mss. nostri, hujuscemodi erroris incurrimus; sed legendum videtur cum editis ut in textu.

(58) Διάβολος, a Διαβόλῳ, criminor, calumnior.

## SANCTI GREGORII

### THAUMATURGI

IN ORIGENEM PROSPHONETICA AC PANEKYRICA ORATIO.

Vide hujusce *Patrologiae Graeco-Latinæ*, tom. X, in Gregorio Thaumaturgo.

## PETRI DANIELIS HUETII

EPISCOPI ABRINCENSIS

## ORIGENIANA.

### OPERIS TOTIUS PROLOGUS ET PARTITIO.

*Colligenti mihi superstites primigeniorum Origenis Operum reliquias, et in publicam lucem dare paranti, optimum factu visum est, et vulgo utile, nec a scriptorum ætatis hujus, qui veterum edendis monumentis operam suam consecrarunt, consuetudine alienum res Origenis reserue. Quod parce a nonnullis, indiligerenter ab aliis, plene, et animo vel amore vel odiis vacuo a nemine omnino factum adhuc, sedulam et affectibus liberam tractationem exposcebat. Res Origenis dico, non gestas modo, sed cogitatas etiam ab eo, et litteris proditas: nec enim agendo solum, sed meditando quoque, commentando et scribendo vitæ suæ otia Origenes partitus est. Quamobrem trifariam dividetur istud quod aggredimur opus. Ac primum ipsius prescribemus vitam, facta, mores et obitum. Hinc de ejus eruditione disseremus et dogmatis, quæ magnas in Ecclesia, dum viveret, maiores post ejus excessum turbas conciverunt. Scripta demum ejus, quæ multorum critica vexavit, attingentur et discernentur.*

## LIBER PRIMUS.

### ORIGENIS VITA.

**LIBRI PRIMI PARTITIO.** — Quatuor capitibus liber iste absolvitur. Primum continet quidquid natales inter Origenis et Severi imperatoris mortem intercessit. Secundum pertinet ab obitu Severi ad initia imperii Maximini. Tertium res Origenis a Maximini primordiis ad Philippi necem gestas complectitur. Quartum a Philippi morte exorsum in Origenis occasu desinit.

### CAPUT PRIMUM.

I. *Origenis patria, ætas, parentes. II. Nomen. III. Cognomenta. IV. Institutio puerilis, indoles. V. Praeceptores et studia. VI. Utrum Ammonium audiverit. VII. An plures fuerint Origenes, et plures Adamantii. VIII. Leonidæ martyrium. IX. Origenes grammaticam publice profitetur, catechumenos instituit, martyribus praesto est. X. Utrum hoc tempore Cœsaream Cappadociæ iverit. XI. Grammaticæ docendæ munus abdicat. XII. Piæ ejus exercitationes. Plurimi ex ejus discipulis martyrium obeunt. XIII. Se ipse evirat.*

I. Origenes (1) genere *Ægyptius*, Alexandriae natus est anno Christi, ut videtur, centesimo octo-

gesimo quinto, annum jam sextum imperante Commodo, nonum vero Christianam rempublicam.

(1) *Genere Ægyptius, Alexandriae natus est. Genere quidem Ægyptium fuisse Origenem tradunt Eusebius, Epiphanius et alii: at veterum nullus disertis verbis docet cum Alexandriae natum esse.*

administrante Eleutherio papa<sup>1</sup>, Triario Materno, M. Atilio Bradua coss. Cum enim decimum septimum aetatum annum egisse eum scribat Eusebius *Hist. eccl.* lib. vi, cap. 2, quo tempore martyrium expetivit pater ejus Leonides, (2) anno nempe Severi decimo, plane ab eo, quem dixi, cardine, vitæ initium videtur duxisse. Biennio juniores faciunt Fasti Siculi, aliique, et in annum qui fuit Cludio Crispino, et Papirio Ælianico coss. ortum ejus conferunt. Eadem videtur Mariani Scotti ratio, nam in annum Christi 204, Leonidae martyrium conjicit. Toto vero triennio recentiore credit Origenem Hermannus Contractus: nonnulli etiam quadriennio. Nos Eusebii sequimur ἐπιλογισμούς. Pater illi fuit is, quem dixi, Leonides, omni virtutum genere insignis, et sacris disciplinis apprime institutus, (3) episcopatu etiam, ut scribit Suidas, prædictus. Matris nomine silentio auctores presserunt.

II. Origenes appellatus est: cojus nominis etymon a multis disquisitum est. Theophanes Cerameus hom. 22, Ωριγένην τῆς ὀργῆς ἐπώνυμον appellat: sed non tam, ut videtur, ad indicandam nominis originem, quam ad suggillandum Origenem quæsita ex vocis sono occasione. Erasmus, Caninius, Höschelius et Schottus, viri Græcis litteris luculenter exercuti, nonnullique præterea, Ωριγένη dictum putant, quasi ὄρετον τὸ γένος, Ωρεγένην, ἐν ἡρει γεννηθέντα. Joannes Tarinus, et alii, ita eum existimant appellatum, quasi ὥριον, seu ὥριμον γεννηθέντα, mature genitum. Inhepte Badius, qui dictum singit ab ὄρον, quod idem est ac ὄρον. Ego ab Oro, qui Ἀgyptiorum deus est, nomen illud profluxisse existimo, quemadmodum a Jove, Diogenem; a Mercurio, Hermogenem. Neque vero miratur quisquam Christianos parentes ab ethnico-

A rum deo derivatam appellationem filio indidisse, id enim tum erat usu pervagatum, (4) nec ejusmodi nomina abiciebant catechumeni cum Christi fidem amplectebantur; atque hinc Dionysius ille Areopagita<sup>1</sup>, Apollos Alexandrinus<sup>2</sup>, Phœbe, Hermas, Hermes<sup>3</sup>, Nereus<sup>4</sup> et Diotrephe, Lucæ, Paulo et Joanni inter Christianos commemorati; hinc Ammonii, Serapiones, Athenagoræ, Apollinarii, Demetrii, Isidori: (5) quis enim, sit Tertullianus (6), nominum reatus? Quod autem objici potest ab Oro Orogenem fuisse dicendum, non Origenem, de nihilo est; nam primum responderi potest sic pro ἀργοφόντης, Mercurium ἀργειφόντην fuisse dictum; sic Cephisidoro nomen fuisse cuidam Aristotelis adversario, qui Cephisodorus fuerat appellandus; B usu quoque receptissimum esse apud Latinos ita nomina conflare; sic Dionysipolitas appellasse Ciceronem, quos alii Dionysopolitas; sic Demiphonem et Clitiphonem a comicis dictos, qui ab aliis Demophoon et Clitophon; sic Phæbigenam<sup>5</sup> a Virgilio, qui Phæbogena dici debuisset. Et ut similem nominum coagmentationem proferre nullam possemus, quis accuratam hellenismi munditiem in Alexandrina requirat Dialecto, (7) quæ a Macedonica profecta est, barbara ipsa primum et impura, et extra Græcarum censum numerata, tot deinde gentium commercio inquinata, et ab Ἀgyptiis dum, inter quos consedit, distorta et corrupta? Inde fit ut Alexandrinorum loquela tam saepe carpant critici antiqui, Phrynicus, Thomas magister et Helladius Besantinus. Verum his omissis genuina responsio ex sequentibus facile exstabat. Orus Ἀgyptiorum dous is est Osiris et Isidis filius, quem Apollinem esse et Solem veteres magno consensu tradiderunt. Orum seu Horum dictum existimavit Horus Apollo, quod horis præsit; horas

Act. xvii, 34. \* Act. xviii, 24. \* Rom. xvi, 1, 14, 15. \* III Joan. 9.

(2) Anno nempe Severi decimo. Eusebius nullibi in *Historia sua ecclesiastica* dicit anno Severi decimo passum esse Leonidem Origenis patrem. Id unum narrat lib. vi, cap. 2, Severum anno imperii sui decimo, Laio Alexandria et totius Ægypti præside, Ecclesiam Catholicorum in ea urbe gubernante Demetrio episcopo, acerbissimam excitasse persecutionem in qua martyrium subierit Leonides. An autem primo persecutionis anno, an secundo passus sit, id silentio præterit. Non ergo in *Historia ecclesiastica*, sed in *Chronico* diserte Leonidae martyrium anno Severi decimo ascribit Eusebius; quem sequitur Hieronymus in *Catalog. script. eccles.*, cap. 54, ubi ait: *Origenes qui et Adamantius, decimo Severi Peritinacis anno adversum Christianos persecutione commota, a Leonide patre, Christi martyrio coronato, cum sex fratribus et matre vidua pauper relinquitur annos natus circuer decem et septem.*

(3) Episcopatu etiam, ut scribit Suidas, prædictus. Duo item codices Vaticanani mss. in Hieronymo *Catalogo scriptor. eccles.*, cap. 54, legunt: *Origenes... a Leonide episcopo patre, martyrio coronato, etc.*

(4) Nec ejusmodi nomina abiciebant catechumeni cum Christi fidem amplectabantur. Verumtamen Eusebius *De martyribus Palæstinæ*, cap. 11, pag. 537, refert Ægyptios fratres ad tyrannum perductos, nomina idolorum sibi ab ortu imposita ab-

jecisse, et prophetarum nomina Elise, Jeremiæ atque Isaiae, et Samuelis ac Danielis sibi ascivisse.

(5) Quis enim, ait Tertullianus, nominum reatus? Sic Athenagoras *Legation. pro Christianis*, nou longe ab initio: Οὐδὲν δὲ δνομα ἐφ' ἔσωτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ οὐ πονηρὸν, οὐδὲ χρηστὸν νομίζεται· διὰ δὲ τὰς ὑποκειμένας, η ἀγαθάς πράξεις, η φλαυρὰ η ἄγαθὰ δοκεῖ. Nomen ipsum per se et quatenus nomen est, bonum malumve existimatur nullum: sed tale profectio judicandum unumquodque, qualis res ipsa aut actio de qua prædicator, fuerit.

(6) Tertul. *Apol.*, p. 28.

(7) Quæ a Macedonica profecta est. Plutarchus in Antonio narrat Cleopatram multarum gentium linguas didicisse, τῶν πρὸ αὐτῆς βασιλέων οὐδὲ τὴν Αἰγυπτίων ἀνασχομένων περιλαβεῖν διάλεκτον, ἐνιών δὲ καὶ τὸ Μακεδονίειν ἐκλιπόντων. Cum antecessores ejus reges ne Ἀgyptiam quidem dialeictum percipere sustinuerint, nonnulli etiam desisiissent Macedoricam. Barbaram autem fuisse hanc e Macedonica natam Alexandrinum dialectum innuit Sextus Empiricus *Adversus Mathemat.*, pag. 42. Vide insuper Alex. Morum in *Causa Dei*, part. II, quæst. 6, pag. 138. At Vossius *Adversus crit. Simonii*, pag. 16, linguam Alexandrinorum pertendit fuisse Atticam.

contra nomen ab eo traxisse, et quatuor anni tempestates ὥρας īdīdem dictas, et annum, et Græcorum annales, et eorum scriptores ὠρογράφους, tradunt Macrobius lib. i *Saturn.*, cap. 21; et Censorinus cap. 19. Inepte Horus Apollo: Ἐροὶ μὲν οὖν Ἀιγύπτιον φαίνεται, καὶ οὐδαμῶς Ἑλληνικὸν δυομά τόρος εἶναι, inquit Pausanias in Corinth. vere. Salmasius, epist. 78, Orum nomen habere censem a veteris linguae Aegyptiæ vocabulo πτωρό, vel absque articulo οὐρό, quod regem sonat. Ita certe quidem sæpe exponit Iomo Cabar in *Scala magna*, quam edidit Kircherus. Sunt qui derivent a Ήλίῳ, id est Sol, ad quos minime quidem possum accedere: τόρος enim factum est ex Aegyptio Or, cui a Græcis addita terminatio est. Or nomen fuit pastori cuidam Aegyptio Telegoni patri, qui septimus ab Inacho Aegypti regnum tenuit. Hujus meminit Hieronymus in *Chronici Eusebiani* libro posteriori, et alterius Or in epistola ad Ctesiphontem adversus Pelagium, cap. 2, Aegyptiorum abbatum duorum vitam scripsit Palladius in *Lausiacis*, quorum alteri Or nomen fuit, alteri Pior, praefixo nimirum Aegyptio articulo masculino. Idem alio loco meminit virginis Taor nomini Or præfixo itidem articulo feminino Aegyptio. Or genuinum est dei hujus Aegyptiaci nomen, unde τόρος Græcum, adjecta terminatione. Quemadmodum autem in honorem dei illius non unus appellatione Græcanica τόρος dictus fuit; ita et Aegyptiacum τόρος multi in nomen asciverunt. Quod si quis ergo ita dictus reperiatur, non per metaplasnum pro τόρος ita putetur nuncupatus, ut conjectat Scaliger; sed τόρος e contrario a primigenio τόρος inducta Græcanica forma detortum existimetur. τόρος autem purum putum Hebraicum est תְּנֵן, quod lucem significat, et pro ipso etiam sole usurpatur Jobi xxxi, 26, neconon est Jobi xxxvi, 30; et Isaiae v, 50, juxta quorundam interpretum expositionem. Jam vero unde manarit Origenis nomen in promptu est; ab τόρος nimirum fieri debuit Ὀριγένης, non Ὀρογένης, quemadmodum ab ἡρῷ, ἡριγένειᾳ ἡρῷ, non ἡρογένειᾳ a πῦρ, πυριγένης, Bacchi epitheton apud Nonnum. Origenes igitur idem fuerit quod *Phæbigena*, non quod *Montigena*. Erasmus, Caninium, cæterosque in fraudem illexerunt hæc *Etymologi* verba: (8) Εἰ μὲν φωνῆν ἐπιφέρηται, ἢ ἐν ἀπλούν σύμφωνον, φυλάττεται ἢ εἰ διφθογγος. Οἶον, δρει, δρείαυλος, δρειγένης, δὲν τὸ δρει γεννηθεῖται. Hæc rectius intelligi possent, si ad sequentia attendissent: Τὸ γάρ κύριον δυομά καὶ βαρύνεται, καὶ διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφεται, καὶ διὰ τοῦ ει nec enim apertius significare poterat

(8) *Etymol. magn.* in Ὀριγένην.

(9) Idem in Ἀτρεδης.

(10) *Hinc resellitur Erasmus.* Evidem in hoc errore versabatur, cum Origenis vitam scribebat; sed aliud docet in *Adagii*, dictum nempe fuisse Adamantium ob incredibilem numerum librorum quos scripsisse dicitur.(11) *Sive συντακτήριος, sive συντακτικός ruit.*

*Etymologiarum* auctor aliud esse, Ὀριγένης, aliud, Ὀριγένης. (9) Ac alio itidem loco nomina illa, Ὀριγένης, et Ὀρίων, patronymica esse docet, nec proinde ἀπὸ τοῦ ὄρους, sed ἀπὸ τοῦ ὄρους τὸ Ὀριγένης derivari. Ὀρίων autem usitatum inter Aegyptios multorum nomen fuit. Duorum ejus nominis grammaticorum meminit Suidas, Thebæi alterius, alterius Alexandrini. Ab Oro scilicet, quo etiam nomine complures, ut dixi, gavisi sunt. Ipse venator Orion, qui inter astra relatus est, non quasi Οὐρίων, quod etymon Græcia mendax confinxit, sed ab Hebreo potius תְּנֵן, quasi dicas, *Lucidus*, nomen habuit; hic est enim unus asterismus omnium lucidissimus. Hebraicum autem nomen habuisse ipsum eo credibilius est, quod in Βεσσαρίᾳ vixit, itidem ut Cadmus Orionis aestate non multo superior, qui Phoenicuni linguam in Græciam intulit. Addit Höschelius in *Origen. contra Cels.*, lib. i, pro Ὀριγένης factum Ὀριγένης, quemadmodum pro Ὀρεστρόφος poeta Ὀρεστρός dixerunt. Id nolle eruditio viro excidisse; quod enim metri necessitate adducti ausi sunt poetæ aliquando, id in legem aut exemplum trahere non debuit. Nec felicior aliorum conjectura, qui Origeni nomen factum volunt, quod tempestive genitus sit; nam sic scriberetur, *Horigenes*, non *Origenes*. Inane est autem quod ejus sententiae confirmandæ gratia adjectit vir eruditus, se in vetustis codicibus Origenis nomen cum aspiratione scriptum sæpiissime repe-risse: certum quippe est longe etiam frequentius aspiratione carere: ab Horo nimirum appellatio est, qui aspirationem sibi vindicat aliquando, sæpius etiam respuit.

(11) Id ergo nominis a puero habuit Origenes; at annis subinde prodeuntibus Adamantius cognominatus est, ὅτι Ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς ἐψεσαν οὓς ἀν δῆσε λόγους, inquit Photius cod. 118, vel propter mentis adamantinum robur, que nullis in illustranda Scriptura, et in scribendo laboribus defatigaretur, quemadmodum in epistola ad Marcellum prodit Hieronymus; vel quod tanquam invictus adamas fortiter vere fidei opem ferret, omniaque in se missa hereticorum tela veritate ipsa retundebat. Atque id cognomentum sibi hunc ipsum asci-visse tradit Epiphanius hær. 64, c. 73. (10) Hinc resellitur Erasmus in *Vita Origenis*, illud ipsi jam a vita exortu, non ex moribus inditum existimans. Ab ingenti etiam librorum, quos assidue scribebat, copia συντάκτης, (11) sive συντακτήριος, sive συντακτικός dici meruit. Chalcenteri etiam attributum est ei ab Hieronymo cognomentum, ad Didymi illius Alexandrini grammatici exemplum, qui ob inde-

Συντάκτης, Græcis est valedicere. Hesychius συντάκτας, δασπάσαςθαι. Hinc Oraiu Gregorii Nazianzeni, habita in consensu centum et quinquaginta episcoporum, συντακτήριος λόγο, inscribitur, quod idem est ac συντακτικός. Quamobrem cum ait Suidas Origenem dictum esse συντακτήριον, δictus est, teste Epiphanius, non τ συντακτικός.

fessum scribendi studium, et assiduum circa libros moram, eamdem appellationem consecutus est; supra tria siquidem librorum millia et quingentos conscripsit, cum multo plures Origenem scripsisse proditum sit, minime autem dum viveret Adamantius noster Chalcenteri nomen gessit. Paribus de causis Apion grammaticus, ac itidem Ægyptius, propter inusitatam in litterariis laboribus constantiam, πόχθος cognomine dictus est. Sed redeamus ad propositum.

IV. (12) Sex præter Origenem filios suscepit Leonides: at cum in illo admodum etiam tum puer magna ad virtutem eluceret indoles, omnem fere patris amorem ac studium ad se convertit. Hunc itaque sibi domestica institutione, assiduisque preceptis formandum suscepit Leonides, animunque rudem primis imbuīt Christianæ pietatis, divinarumque simul et exoticarum doctrinarum elementis: sed ita tamen ut in quotidianis exercitationibus, humanarum litterarum studiis sacræ disciplinæ præarent. Erat omnino in puerō ingeuium peracere et fervidum, singularis memoria, flagrans et incredibile studium, ut quidquid sibi impositum esset ad discendum non tam exciperet, quam arriperet, docentemque patrem discendo et querendo defatigaret. Cum enim selecti e Scriptura sancta loci singulis quibusque diebus memorie commendandi ipsi proponerentur, proclivi verborum sensu non contentus, satagebat subire ad interiora, et reconditas sententias evolvere, patremque assidua percontatione lacescebat. Ac puerum quidem immoderata quadam ingenii ubertate superfluentem coercetabat, palamque castigabat; sed felicem nihilominus animi calorem tacitus admirans futurum augrabatur ut ad majora aspiraret aliquando, filioque nondum puberi summa omnia judicio suo tribuebat. Sed quas interdiu blanditias prudentia et gravitas continuerant, eas noctu patrius amor exprimebat; ferunt siquidem dormientis cubiculum pueri saepe ingressum Patrem, nudatum filii pectus, sic tanquam aliquid Spiritus sancti domicilium fuisse exosculatum, Deoque grates egisse, qui se tam felici prole auxisset.

V. (13) Postquam domesticis præceptionibus roboratus animus publicam lucem querere coepit, (14) Clementi Alexandrino, qui Pantæni scholam regendam suscepit, in disciplinam traditus est, quo magistro tantum valuit ingeniosi adolescentis exercitatio, ut præter artium sacrarum disciplinam, ad quam meditationes fere referebat omnes,

A maximam etiam colligeret memoriam antiquitatis, et mathematicas ad hæc artes facultatemque orationem adjungeret. Applicavit deinde sese ad Ammonium, cognomento Saccam, et in ejus exhedris insignem philosophiæ peritiam comparavit, sed Platonice præsertim, quæ tam altas in ejus animo radices egit, ut succrescentes Christianæ doctrinæ fruges interficeret; nam Ecclesiæ scita fere exigebat ad normam Platonis, et sincera Christi dogmata Platonis, ut ita dicam, coloribus oblinebat. Est apud Wernerum in *Fasciculo temporum*, Alexandri in Jerosolymitanæ episcopatu decessorem Narcissum Origenis fuisse magistrum. Tale quidem nihil habet Eusebius; neque certe unde id sumpserit Wernerus, comminisci possum. Halloxius Origenem scribit B Pantænum quoque præceptorem audivisse; cui uti assentiamur nulla nos adducunt veterum testimonia; imo vero refragari etiam videntur: memorie quippe prodit Eusebius Origenem etiam tum puerum Clementis auditorem fuisse; post Pantænum autem Alexandrinæ scholæ Clementem præfuisse. Docendi igitur curam tunc abjecerit Pantænus, cum primum magistris usus est Origenes. Narrant quoque Magdeburgenses *Cent.* iii, c. 10, inter præceptores Origenis Huillum recenserit ab Hieronymo in *Apologia in Rufinum*. Ab Huillo quidem nonnulla monitum fuisse Origenem, quæ ad veriorem Scripturæ interpretationem pertinerent, narrat Hieronymus lib. i, cap. 3. Quod si præceptor dicendus est, qui erantem meliora pro tempore amice submonet, profecto quicunque litteris dames operam nostri invicem præceptores sumus, quippe qui nos invicem monitis juvamus et consiliis, et

*Hanc veniam petimusque, damusque vicissim* (15).

VI. Duo porro hic videnda sunt, utrum Ammonium audiverit Origenes; tum pluresne hujus monitionis ex Ammonii schola prodierint: hæc enim a viris eruditis in utramque partem disputata sunt. Priorem quæstionem agitat Baronius ad annum Christi 254, mirarique se dicit qui audire Ammonium potuerit Origenes Ammonio fere ætate suppar, et aliorum ipse institutioni ante annum ætatis tricessimum præfectus. Quasi non bis saepe temporibus, ut pluribus probabimus infra, jam grandes natu viri scholas frequentarint; et hujus ipsius Ammonii discipulus Plotinus, ad eum audiendum annos viginti octo natus non accesserit, annosque eum undecim audiverit: quasi catechumenis fideli Christianæ rudimenta tradere, et grammaticam publice prosteri non potuerit Origenes; ipse succi-

(12) Euseb., *Hist. eccles.*, lib. vi, cap. 1 et 2.

(13) Idem, lib. vi, cap. 6.

(14) Clementi Alexandrino, etc. Videtur in hac Clementis schola condiscipulum habuisse Alexandrum, Jerosolymitanum postea episcopum, virum sanctissimum, quem acerrimum deinde sui defensorem expertus est. Ambo enim apud Eusebium *Hist. ecclesiast.* lib. vi, cap. 14. Clementem ut parentem, et conciliatæ inter se amicitiae auctorem agnoscent. Eodem honore ut magistrum vro-

sequuntur Pannum. Ad id autem quod objicit clarissimus Hucius ex Eusebio Origenem etiam tum puerum Clementis auditorem fuisse; post Pantænum autem Alexandrinæ scholæ Clementem præfuisse, respondet Tillemontius Pantænum quidem in Indianum profectum esse circa annum Christi 189, cum quadriuus adhuc erat Origenes, sed ipsum postea Alexandriam rediisse, ut docet Hieronymus in *Catalog. script. ecclesiast.*, cap. 36.

(15) Horat. *De art. poet.*, vers. 41.

sivis horis depositum ad audiendum Ammonium tempus habere. Neque vero post Porphyrii, Eusebii, Nicephori et Suidae testimonium, quin Ammonio magistro usus sit, potest dubitari.

VII. Spissior est et reconditor altera quæstio, cuius accurate pertractandi commodum nacti locum, non disputabimus tantum pluresne Origenes ex Ammonii schola orti sint, sed ab unone etiam et eodem Origene duplex Origenistarum hæreticorum secta profecta sit; tum etiam multiplexne fuerit Adamantius. Per mihi sane placet Henrici Valesii sententia, viri ecclesiastice juxta et profanæ antiquitatis litterate periti. Is in luculentis ad Eusebii *Historiam adnotationibus geminum* Origenem Ammonio operam ad audiendum dedisse scribit, alterum Adamantium nostrum; alterum illum qui cum Herennio et Plotino a condiscipulatu conjuncte vixit, et cuius frequens occurrit mentio in *Vita Plotini* a Porphyrio conscripta, et in libri *De sine a Longino* lucubrati fragmento, quod huic ipsi *Vita Porphyrii* intexit. Rationes quibus id astruit vir doctus brevi complectar. Adamantium Origenem Ammonii auditorem multam ex scriptis apud posteros gloriam fuisse consecutum a Porphyrio apud Euseb. *Hist.* lib. vi, cap. 19, traditum est; at Origenem alterum Plotini sodalem nihil præter libellum *De daemonibus* scriptum reliquise docent idem Porphyrius et Longinus. Imperantibus praeterea Gallo et Volusiano Origenem eum, qui Adamantius usurpatur, extremum clausisse diem prodit Eusebius; Origenem vero alterum sub Gallieno librum quendam elaborasse in eadem *Plotini Vita* scriptum Porphyrius reliquit. Quibus tertium illud argumentum addo. Origenem Adamantium sibi walde adolescenti cognitum aliquando fuisse Porphyrius tradidit; quod non dixisset profecto, si diurna sibi cum illo et constans intercessisset necessitudo: Origenis autem alterius Romæ condiscipulum et æqualem fuisse Porphyrium memoriae prodidit Eunapius. Sane imperium tenente Philippo iter Romam neutiquam suscepisse Origenem Adamantium, et Roma omnino per id tempus absuisse certissimum est; nec enim tam longam peregrinationem credibile est silentio fuisse prætermissores Eusebium et Hieronymum: at Origenem alterum ad Plotinum Romæ tuum in scholis publice disserentem accessisse auctor est idem Porphyrius. Id si animadvertisset Baronius (16), neque contra Eusebii fidem Origenem Adamantium, quem ab alio non distinxit, secundo Romam abiisse ad Fabianum papam purgandi sui causa excogitasset, neque Possevino et Halloxi idem ut crederent causam præbuisset: hoc enim unus ille Porphyrii locus viro magno persuasit. Quemadmodum autem duos Origenes in unum confuderunt nonnulli, ita ex uno et eodem Origene Leonidae filio duos Origenes alii effinxerunt, verum alterum, a quo orti sunt Origenistæ

A simpliciter dicti; alterum Origenistarum, qui sœdi cognominati sunt, principem et antesignanum. Id miror temere nonnullos affirmare, quod ignorare se testatur Epiphanius scriptor locupletissimus, et proximus temporum illorum. Epiphanius verba parum sincere reddidit Augustinus: cum enim conceptis verbis nescire se professus fuisse Epiphanius hær. 65, cap. 1, et hær. 64, cap. 3, an ab Adamantio Origene, an ab alio impuri Origenistæ propagati sint, haec ita reddidit Augustinus, lib. *De hær.*, cap. 42, *Origeniani a quodam Origene dicti sunt, non ab illo qui fere omnibus notus est, sed ab alio nescio quo, de quo vel sectatoribus ejus Epiphanius loquens, etc.* Vitiata ab Augustino sententiam nova accessione foedavit Augustini B simius *Prædestinati* auctor, quem edidit Sirmondus; sic enim scripsit, hær. 42: *Quadragesimam et secundam hæresim Origeniani inchoaverunt, a quodam Origene, non illo qui fere omnibus notus est, sed alio Syro quodam sceleratissimo.* Verba haec Augustini, *Sed ab alio nescio quo, videtur falsa hac lectione depravasse: Sed alio Syro quodam.* Idem capite sequenti alium nobis obtrudit Origenem ab Adamantio nostro diversum, dogmatum eorum auctorem quorum Adamantium Epiphanius accusavit. Sophronius Jerosolymitanus ab Epiphanio inductus, geminum quoque Origenem, alterum antiquiore, Adamantium alterum commemorat in epistola ad Sergium: quod observatione sua dignum Photius existinavit cod. 231. In eademi causa est Joannes Damascenus in libr. *De hæresib.* geminum singens Origenem, unde duplices orti sint Origenistæ sœdi, et Adamantii sectatores. Atque item Guido carmelita, Elensis episcopus, qui singulum idem arripuit in *Summa de hæres.* Atque ita duone extiterint Origenes Origenistarum principes addubitavit Epiphanius; asseverarunt Augustinus, Sophronius et Joannes Damascenus; tres autem finxit auctor *Prædestinati*, scriptor nequam, ut vel ex eo conicias quod eodem capite Pamphilum martyrem, episcopum aliquando fuisse tradit. Quod autem asseveravit Augustinus, negavit id diserte Baronius ad an. 256, et causas cur duplex fingeretur Origenes acute pervestigavit. Memoratus porro ab Eunapio in *Vita Porphyrii* Origenes ille quem diximus, Porphyrii et Amelii condiscipulus, idemne sit ac sœdalis ille Plotini, an aliis, non satis exstat; nam qui cum Plotino Ammonium audivit Origenes, Plotini æqualis fuit et amicus, nec doctrina inferior, ut ei ad se audiendum forte venienti erubescens assureret Plotinus, nec coram eo verba facere sustineret: at laudatus ab Eunapio Origenes alter Plotini scholam videtur frequentasse, quippe qui Porphyrii et Amelii Romæ condiscipulus fuerit, quorum utrumque Plotini doctrinam Romæ capessisse constat. Id si sit, Origenes duos iisdem temporibus cum Plotino Romæ conjunctissime vixisse

16) Baron. ad an. 248.

dicendum est, alterum ejus condiscipulum, discipulum alterum. Quartum ad hanc Origenem, *Ægyptium* et ipsum, atque itidem presbyterum, et Ammonii alterius sodalem, verum Adamantio Origeni recentiorem, et Athanasio Alexandrino episcopo coœvum, a Palladio in Lausiacis et Nicephoro Callisti commemoratum addam : reliquos hujus nominis literatorum diligentiae investigandos relinquam. Cautionem præterea a studiosis adhiberi velim, ne quotiescumque Adamantii mentio in scriptoribus ecclesiasticis incidet, eumdem statim hunc arbitrentur esse ac Origenem : id enim nominis, præter alias, auctori cuidam Christiano fuit, quem ab Origene cante distinguens Theodoretus, utrinque scriptis ad contextendam hæreticarum fabularum epitomen usum se non semel proflitetur.

VIII (17) Decimum fere et septimum aetatis annum exeggerat Origenes, cum Christi Ecclesiam modis omnibus vexare aggressus est Severus imperator. Cum enim per totum orbem sese Christiana fides effunderet, veritus quippe est vir cautus ac diligens ne hinc aliqua exsisteret rerum conversio. Toti itaque Ecclesia bellum atrocum indixit. *Ægypto* tunc præerat cum imperio Lætus, qui ut imperatori fidem suam præstaret ac diligentiam, in *Ægyptios* Christianos, sed in Alexandrinos præcipue ferino ritu desævii. Tum vero Origenem ingens martyrii cupido incessit, qui se, cum hoc fecisset, egregium scilicet vitæ fructum cepisse arbitrabatur. Præsentis id mater, et precibus ac rationibus excogitatis C vix filii propositum repressit. Quod omnibus porro votis concupiverat filius, id repente patri objectum est : qui in vincula Christi nomine conjectus, morti destinatur. Sopitum martyrii desiderium in Origenis animo excitavit Leonidae constantia, ut quævis sibi potius subennda tormenta, quam a sperata martyrii gloria discedendum putaret. At mater, adhibitis frustra flentibus, filii impetum tardavit arte, et occultis ipsius vestimentis invitum domi reiunxit. Itaque quod ipse facere non potuit, Patri ut faceret litterarum abortionibus auctor fuit : quibus confirmationis effectus Leonides capituli supplicium tulit, anno, ut dixi, Severi decimo, ad x Kalend. Maias, ad quem diem mors ejus resertur in Romano Martyrologio. Bona ejus, quibus familiam dum viveret D honeste toleraverat, fisco sunt addicta : atque ita Origenis, cum matre ac sex parvulis fratribus in summa egestate et luctu relictæ, opes omnes con-

A tosse sunt. Christianis farebat Alexandriae nobilis et opulenta mulier, et facultatibus suis sublevabat inopes, sed orthodoxos ab hæreticis parum eaute discernebat : nam Paulum quendam Antiochenum, inter Alexandrinos hæreticos primas tenetem, non opibus solum sovit, sed domi etiam exceptum in filium adoptavit. Origenis illa quoque casum miscerata, pueri languescere non sivit industriam, et animum incultu torpore, sed victu, cæterisque rebus commode et liberaliter habuit. Inde Origeni aliqua cum Paulo intercessit consuetudo : sed quamvis ad hunc propter eloquentiam homines non hæretici modo, sed orthodoxi etiam concurrerent, nunquam adduci potuit Origenes ut precationum cum eo consociaret usum, quod Ecclesiæ legibus B vetitum esse meminera. Non leviter hic ab Eusebio, quem tamen assectatur palam, sed hoc loco, ut videtur, intellexit parum, dissentit Nicephorus : Paulum quippe divitis hujus feminæ maritum fuisse scribit lib. v, cap. 5; Origenem adoptione filium : quod ex male acceptis Eusebii verbis sensisse illum statim intelliget, qui verba ejus contendenter cum Eusebianis, vel Rofini interpretationem cum utroque contulerit.

IX. Acceptum incommodum diligentia sarcire cupiens Origenes, et fortunam industria sublevare, traditam sibi a Patre humaniorum doctrinarum cognitionem acerrimis studiis excoluit, tantosque fecit in grammaticis disciplinis progressus, ut eas publice docendas susciperet. Hinc largus illi ad usus vitæ necessarios proventus. Ethnico autem adeo illexerat Christi religio, ut metu fugatis Ecclesiæ doctoribus confluenter ad Origenem adhuc adolescentem, sed doctrina in adolescentia et virtute conspicuum, ab eoque sacra sibi dogmata exponi vellent. Cujus sermonibus affecti plerique, Christi suscepta lide, in intimam ejus familiaritatem sese adjunxerunt. Itaque Alexandria Ecclesiæ episcopus Demetrius, non felicius Christianorum res in *Ægypto* reparare se posse creditit, (18) quam si catechumenorum curam uni Origeni octodecim annos nato demandaret. Utrasque hic igitur sustinebat partes, litteratoris et catechistæ.

Nova interim Aquilæ Alexandriæ præfecti in Ecclesiam detonuit persecutio, in eaque Origenes singularibus fidei, pietatis ac constantiae speciminibus editis magnam sibi inter Christianos famam et gra-

(17) Euseb., *Hist. eccles.* lib. vi, cap. 2, 3.

(18) Quam si catechumenorum curam, etc. Huettius sequitur Eusebium, qui *Hist. lib. vi*, cap. 3, ait: "Ἐτος δὲ ἡγετὸν ὀκτωκαιδέκατον, καθὼν δὲ τοῦ τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλεῖον. Annū porro aetatis octavum decimum agebat, iunc cum catechumenis instituendis præfector est. Sed Hieronymus Catalog. scriptor. eccl., cap. 54, aperte inquit, omnibus ob persecutionis metum pulsis ac fugatis, cum nemo superesset Alexandriae qui tradendis fidei catholice rudimentis operam daret, Origenem quidem octodecim annos natum κατηχήσεως opus

aggressum fuisse ; sed sponte et needum a Demetrio præfectum, quippe quem Demetrius non nisi postea in eo munere confirmavit. Hic, inquit, Alexandria dispersa Ecclesia, decimo octavo aetatis suæ anno, κατηχήσεως opus aggressus, postea a Demetrio ejus urbis episcopo in locum Clementis confirmatus, per multos annos floruit. Quæ narratio verisimilior videatur, magisque Eusebii ipsius ordini consentanea. Nec enim verisimile est Demetrium uni Origeni tam paucos annos nato catechumenorum curam statim demandasse.

tiam peperit. Cum enim trahorentur ad necem martyres Christi, obvios amplectebatur, affectabatur eunes, morientibus aderat, et tormentorum saevitiam allocutionibus et solatis levabat. Unde circumstantis populi conversa in se iracundia, lapidibus appetitus, cum nefariorum hominum vix effugisset manus, statim domus ejus, quam frequenter catechumenis adverterant, armatis hominibus circumcessa est. Mihi imprimis eorum probatur opinio, qui tempestati huic egregium Origenis facinus, ab Epiphanio hær. 61, cap. 1, commemoratum adjungunt, quando eum adraso vertice, quales Aegyptiorum deorum ministri esse solent, profani Serapidis gradibus statuentes Ethnici, palmarum ramos præbere jussérunt sacerdotibus, qui ad obēunda sacra ascendebant, quo more eorum gravissimæ cæremoniæ continentur. Acceptis ille palmarom surculis, præsenti animo et erecto, astantes alta voce sic allocutus est: *Adeste, accipite ramum, non templi idolis consecrati, sed Christi.* Quibus gentilium in se concitatis animis, fugere, latitare, et latebras crebro commutare coactus est.

X. Alexandria sub idem tempus excessisse ipsum, et Cæsaream Cappadociae confugisse censem Baronius ad an. 205, n. 6, Palladii auctoritate permotus, qui cap. 147, Origenem scribit, cum gentilium vexationem fugeret, Cæsarea apud Julianam virginem delitusse biennio, et in litteris animum habuisse. Deinde haec subnectit: Εύροι δὲ ταῦτα ἦγώ γεγραμένα ἐν παλαιοτάτῳ βιβλίῳ στιχηρῷ, ὅπερ ἐγέγραπτο χειρὶ Ὄριγένους τοῦτο τὸ βιβλίον εὑροῦ ἦγὼ παρὰ Ἰουλιανῆς παρθένῳ ἐν Καισαρεῖᾳ, κρυπτόμενος κάχῳ παρ' αὐτῇ, ητις ἔλεγε παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τοῦ ἐρμηνέως τῶν Πονδαλῶν αὐτὴ εἰληφέναι. Manifesto haec sibi repugnat: nam si librum illum manu sua exaravit Origenes, quomodo illum a Symmacho habere potuit Julianus? quomodo eum apud Julianam Origenes reperire? Lege, ἀπερ ἐγέγραπτο, proclivia sicut omnia. Sese in antiquissimo libro verba haec manu Origenis scripta reperisse ait Palladius: *Hunc librum inveni apud Julianam virginem, in Cæsarea civitate, dum apud ipsam laterem, quæ illum ab ipso Symmacho interprete Judæorum se accepisse referebat.* (19) Quoniam autem alibi docet Eusebius Symmachii Commentarios in Evangelium Matthæi, et ab eo concinnatam Scripturæ In-

(19) Euseb., *Hist. eccles.* lib. vi, c. 17.

(20) An vero ducentorum annorum codex, antiquissimus dici possit. Quidni? Certe Aulus Gellius qui necdum ducentis annis ab obitu Virgilii elapsis sub Adriano floruit, ait lib. ii *Noct. Attic.*, cap. 3, ostensum sibi fuisse Librum Æneidos secundum mirandæ vetustatis, emptum in sigillariis xx aureis, quem grammaticus qui ostendebat, ipsius Virgilii esse credebat.

(21) Neque Scripturæ Interpretationem στιχηρῶς fuisse scripta cuiusvis bene sano persuadebatur. D. Bernardus de Montfaucon in *Præliminaribus in Hexapla* Origenis, monet in fine catene in Job in Anglia editæ, haberi totum librum Job στιχη-

A terputationem, a Julianâ Origenem accepisse, quæ ea porro jure successionis ab ipso Symmacho habebat, inde collegit Baronius ex iis Symmachii libris memoratis ab Eusebio unum eum fuisse, quem manu Origenis notatum vidit Palladius; vel Commentarios nempe in Matthæum, vel Interpretationem ipsam Scripturæ. Præterea non alia Origenem de causa latuisse apud Julianam censuit, quam ut aliquam ethnorum adversus Christianos persecutionem devitaret, vel Severi scilicet, vel Maximini, vel Decii: cum Maximini autem vel Decii ætate hi jam Symmachii libri exiissent in lucem, et ad Origenis proinde notitiam venissent, tum certe ab eo fuisse inventos, dum Severi bellum in Ecclesiam serveret. Halloxiū traxit in assensum ea Baronii ratio, quam accuratius tamen excutiamus. Quem librum Origenis manu notatum vidisse se ait Palladius, is erat antiquissimus: atque Palladium ducantis circiter annis Symmachus antecessit. (20) An vero ducentorum annorum codex, antiquissimus dici possit, existiment eruditæ, qui sciunt quot sæcula ejusmodi codices durando vincere soliti sint. Symmachum ergo liber iste auctorem non habuit. Quos autem a Julianâ Symmachii libros accepisse Origenem prodit Eusebius, ab ipso fuerunt Symmacho elaborati. Ad hæc fuit στιχηρὸς ille codex quem vidit Palladius: at neque Symmachii Commentarios, (21) neque Scripturæ Interpretationem, στιχηρῶς fuisse scripta cuiquam bene sano persuadetur. Alius ergo fuit ille Palladio commemoratus liber, alii Eusebio. Nec mirum sane utrosque a Julianâ accepisse Origenem, cum verisimile sit universam Symmachii bibliothecam ad Julianam hæreditario jure pervenisse, cujus ipsa deinde Origeni copiam fecerit. Hinc ergo frustra concludit Baronius Symmachii Interpretationem et Commentarios tunc ab Origene fuisse inventos, cum imperium teneret Severus, et Ecclesiam male haberet, propter ea quod jam tum in Origenis, omniumque adeo manus venerant, cum Maximius, aut Decius Christianam rempublicam oppugnarunt. (22) Ac si fieri non potuerit, ut, quamvis jam innotuissent multis hæ lucubrationes Symmachii, ipsum tamen Origenem aliis districtum rebus effugerint. Eamdem ejus D latitationem narrat Eusebius libro vi, cap. 3, ipsumque ait ex ædibus in ædes fugientem migrasse, non ex urbibus in urbes; et tota urbe nentiquam

ρῶς scriptum ad fidem veteris cuiusdam codicis.

(22) Ac si fieri non potuerit, ut, quamvis jam innotuissent multis hæ lucubrationes Symmachii, ipsum tamen Origenem, etc. & Verisimile non videtur, inquit Tillemontius in *Orig. not. ix.* Origenem Symmachii versionem LX, ante annos elaboratam tam sero, id est anno 255, sub Maximini imperio, natum esse: potestque commode Eusebius intelligi aut de ipso Symmachii autographo, nam ex ipso Symmacho illud Julianus acceperebat; aut de Commentario quodam Symmachii in Scripturam, non de ejus versione. » Vide quæ dicimus infra lib. iii, cap. 4, num. 2.

potuisse occultari, non vero Alexandrinis finibus excessisse. Tum continuo subjicit tot ejus exemplo ad Christi partes fuisse adductos, ut crescente in dies catechumenorum numero, quos ipsi soli instituendos commiserat. Demetrius Alexandrinus episcopus, grammaticæ artis professione se abdicaverit. Quibus ita ab Eusebio conjunctis, quis tam longinquum, tamque diurnum iter putet intercessisse? Cum illud ergo tempori huic minime possit aptari, commodius aliud infra reperire conabitur.

XI. (23) Confluente in dies ad Origenem, ut dixi, auditorum numero, quos partim grammaticæ studium, partim Christianæ doctrinæ percipienda cupiditas alliciebat, parum sibi convenire credidit tradere elementa litterarum, qui verbo Dei hominum mentes posset imbuere. Quamobrem abrogavit sibi tradendæ grammaticæ munus, et ad celebrandas meliores doctrinas se convertit. Atque

A hinc imminutos rei familiaris fructus ut sarciref, professorio muneri utiles libros, quorum pretiosa ipsi supellex erat, distraxit omnes, ac diurnæ quartuor obolorum pensionis pretio vendidit, (24) ne operi suo destinatum domesticæ rei sollicitudo retraheret.

XII. (25) Ad rerum divinarum studium accessit etiam virtutum omnium, quæ essent Christiano dignæ, usus assiduns. Dies docendo, noctes legendo conterebat. Jejunia longa, somni breves, quos humi tantum, vel in storea abjectus capiebat. Frigoris ad hæc patientissimus; vini, olei, aliarumque rerum, quibus irritatur gula, et ad laborem ferendum remollescant homines, abstinentissimus, usque adeo ut tentaretur valetudine, et stomacho laboraret. Christianum philosophum vere dixisses. Cujus tanta fuit inter gentiles philosophos et Christianos admirabilitas, ut ad ejus imitationem totos se conponerent, ipsiusque adhortationibus incensi

(23) Euseb., Hist. eccl. lib. vi, cap. 3.

(24) *Ne operi suo destinatum domesticæ rei sollicitudo retroheret.* Eusebius ait sic egisse Origenem prudenter consilio usum, ne alieno subsidio opus haberet.

(25) *Ad rerum divinarum studium, accessit etiam virtutum omnium, quæ essent Christiano dignæ, etc.* Christianas Origenis virtutes leviter admodum hic attingit Huettius, quas tamen Eusebius et alii longe fusius describunt. *Hujusmodi disciplina,* inquit Eusebius lib. vi, cap. 3, et plane philosophica ratione vivendi, pluribus deinceps annis uti perseveravit, omnes juvenilium cupiditatum illecebras undique submovens. Ac diurno quidem tempore gravissimos cuiusquemodi exercitationum labores tolerabat: noctis vero maximam partem divinarum Scripturarum studiis impendebat, severissimæ quoad poterat philosophiæ legibus institutisque semetipsum coercens. Quippe interdiu quidem jejuniiorum exercitationibus insudabat: noctu vero sonni spatium dimetiebatur, eumque nou in strato, sed super nudo solo capere satagebat. Maxime vero evangelica illa Servatoris nostri præceptu observanda esse ducebat, quibus monemur, tum ne duas tunicas habeamus, neve calceamentis utamur; tunc ne de crastino nimium solliciti nosmetipos excruciemus. Sed et maiore, quam atus ferebat, animi ardore, in frigore ac nuditate perstans, et ad summum evangelicæ paupertatis culmen erectus, familiares suos ingenti admiratione perculit. Ac multis quidem ex ipsis incredibili dolore afficit, qui bona sua cum ipso partiri optabant, cum illum divinae prædictioñis gratia tantos labores sustinemem viderent. Verumtamen de vigore tolerantiæ nihil unquam remisit. Triginta postea annis sese ipse adhuc in pauperum numerum referabat, quemadmodum liquet ex *Exhortatione sua ad martyrium*, ubi pag. 284, ait: "Ἄξιον οὖν ὥσπερ τοῖς μὴ ἔχετασθετιν ἐν βασάνοις καὶ πόνοις παραχωρεῖν πρωτείων πρὸς τοὺς εἰν ἀρθρεμένοις καὶ ποικίλοις στρεβλωτηροῖς καὶ πυρὶ ἐπιδειξαμένους τὴν ὑπομονὴν οὐτω καὶ ἡμῖν τοῖς πένησι, κανὸν μαρτυρήσωμεν, δὲ λόγος ὑποβάλλει ἔξιστασθαι πρωτείων ὑμῖν, τοῖς, διὰ τὴν ἐν Χριστῷ πρὸς θεὸν ἀγάπην, πατούσι: τὴν ἀπατηλῆν δόξαν καὶ των πολλῶν καθικνουμένην, καὶ τὴν τοσαύτην κτῆσιν, καὶ τὴν πρὸς τέκνα φιλοστοργίαν. Ut igitur aequum est eos qui tormentis et laboribus probati non sunt, primas eis cedere qui equuleis et variis tormentorum generibus, et igne patientiam exhibuerunt: sic et nos pauperes, eisi martyres erimus, ratio suadet

primas robis relinquere qui propter Dei in Christo charitatem, salaciam et quæsitam a plerisque gioriam, et possessiones tantas et naturalem in liberos amorem conculcauit. Sed quamvis ad summum evangelicæ paupertatis, in qua mortuus est, culmen erectus, necedum tamè se satis pauperem reperiebat: Christus Dominus noster, inquit homil. 16 in Genes., pag. 404, 405, sacerdotibus suis quid præcepit audiuimus. « Qui non abrenuntiaverit, inquit, omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus ». (Luc. xiv, 33.) Contremisco hæc dicens. Meus enim primo omnium; meus, inquam, ipse accusator exsisto, meas condemnationes loquor. Negat Christus suum esse discipulum, quem riderit aliquid possidentem, et eum qui non renuntiat omnibus quæ possidet. Et quid agimus? Quomodo hæc aut ipsi legimus, aut populis expouimus, qui non solum non renuntiantur his quæ possident, sed et acquirere volumus ea quæ nunquam habuimus antequam veniremus ad Christum? Nunquidnam, quia nos redarquit conscientia, tegere et non proferre quæ scripta sunt possumus? Nolo duplaciati criminis fieri reus. Confiteor, et palam populo audiiente confiteor hæc scripta esse, etiam si nondum implesse me novi. Sed ex hoc saltem commoniti festinemus implere, festinemus transire a sacerdotibus Pharaonis, quibus terrena possessio est, ad sacerdotes Domini, quibus in terra pars non est, quibus portio Dominus est. Eusebius, Hist., lib. vi, cap. 5: Multos item per annos, nudis vestigiis ambulasse dicitur, nullo penitus calceamento usus. Vino quoque, omnibus animatis, et alijs rebus quæ ad rictum minus necessariae sunt, diutissime abstinuit: usque adeo ut pectus ipsius in gravissimam subversionis labique discrimen incidet (Greg. Thaum., Orat. panegyr., part. III.) Discipulos ad virtutem operibus magis, quam verbis incitabat, talemque se ipsum præbere conabatur, qualem verbis eum qui recte victurus sit, describerat, exemplum propoenens sapientis. Eximia ejus erat sanctitas, teste ipso Epiphanio, lñeres. 64, p. 525. Eusebius præterea ait: Quotidiani ejus actus, verissimæ cujusdam philosophia et admirabilis disciplinæ absolutissima opera videbantur. Atque, ut vulgo dicitur a. alis oratio, talis ejus vita: qualis vita, talis oratio ejus fuit. Et paulo post idem Eusebius, Hist., lib. vi, cap. 5-6: Hujusmodi ergo philosophicæ vitæ exempla præbens, cum divina virtus eum adjuvaret, plures ex discipulis ad imitationem sui merito provocavit: ita ut multi

palmam martyrii consequerentur. (26) Hinc illi A Plutarchi, Heraclides, Sereni, Heraides et Heroines, quorum morte Christiana res valde illustrata est.

XIII. Interea dum haec geruntur corpus suum evirare Origenes ausus est, sive ferro exectis genitalibus, ut crediderunt Hieronymus (27) et Nicephorus (28), sive medicamento exsiccatis, ut aliis persuasum est: rem enim Epiphanius in incerto reliquit haec. 64, cap. 3. (29) Quanquam verisimilis est medicamine imposito extinxisse genitalem vim, quam gladio verenda amputasse: non quod existimem, id si fecisset, levitatem oris pedituram fuisse factum, quod summa cura occultum habere voluit; certum est enim barbam ei non defluere, si quis jam vesticeps aut barbatus exsectionem patiatur: sed propter horrorem facti; nam quis ita in se saevisse putet hominem non insanum, cum mollioribus uti posset remedii, unde idem commodum capiebat? Certe si quid amplius conjecturæ tribuendum est, cicutam genitalibus illevisse crediderim, quam Athenienses hierophantas ad compescendam libidinem adhibere solitos ipse prodidit libr. vii contr. Cels., num. 48: Καὶ εἰς μέν που, inquit, πάρ' Ἀθηναῖοι τεροφάντης, οὐδὲ πεπιστευμένος ἐαυτῷ τὰς ἀρσενικὰς ὁρέξεις, ὡς κύριος αὐτῶν εἶναι δυνάμενος, καὶ χρατεῖν αὐτῶν ἐξ σὸν βούλεται, κωνιτασθεὶς τὰ ἀρσενικὰ μέρη, καθαρὸς εἶναι τούτος πρὸς τὴν νεομοιηνήν πάρ' Ἀθηναῖοι ἀγιστεῖαν: id est, oblitis cicuta masculis partibus, cohibendæ quippe veneris gratia cicutam locis illis admoveri tradunt Dioscorides, lib. iv, cap. 79 et Plinius, lib. xxv, cap. 15, non sorberi, ut factum ab hierophantis memorat Hieronymus, libr. i adv. Jovinianum.

\* Matth. xix, 12.

*ex gentilibus tum in omni genere doctrinæ, tum in philosophia præstissimi, ejus se magisterio submittenter. Qui cum fidem Christi sincere atque intimo mentis affectu ab ipso accepissent, per executionis illius tempore inclinaruerunt: usque adeo ut quidam ex ipsis comprehensi, martyrio perfuncti sint. Horum primus fuit Plutarchus. Hunc ad mortem eunus, Origenes ad extremum usque vitæ terminum individuus adhærens, parum absuit quin ab illius occideretur cibis, ut ipse qui necis illius auctor fuisset. Verum divina Providentia tunc quoque illum conservavit. Post Plutarchum secundus ex Origenis discipulis martyr fuit Serenus, qui fidem, quam acceperat, igne examinationem ac probatam exhibuit. Tertius ex eadem schola martyr exstitit Heraclides, ac deinde quartus Heron, ambo securi percussi: prior dum adhuc esset catechumenus, alter vero Neophytus. Præter hos quintus ex eodem auditorio Christianus pietatis athleta, victor renuntiatus est Serenus priori illi cognominis: qui cum plurimos cruciatus fortissime pertulisset, tandem capite truncatus fuisse dicitur. Sed ex mulierum numero Heraus quadam adhuc catechumenæ, per ignem, ut ipse alicubi dicit, baptismum adeptæ, ex hac luce migravit. Septimus inter hos recensetur Basilides, is qui celeberrimam illam Potiamenam ad supplicium abduxit.*

(26) Euseb., Hist. eccl., lib. vi, cap. 4, 8.

(27) Hieron., ep. 65.

(28) Niceph., lib. v, cap. 8.

(29) Quanquam verisimilis est, etc. Mi

Causæ cur id ficeret, complures Origeni fuere. Ventitabant ad eum puellæ, fidei Christianæ et studiorum gratia: quam hominum autem ingeum a labore proclive esset ad libidinem optime intelligebat, verebaturque ne ex frequenti virginum consortio corpus in ipso juventutis flexu male sui compos ad voluptatem impelleretur. Commovebatur ad haec effato Christi, quo se ipsos propter cœlestè regnum evirasse nonnullos pronuntiaverat\*. Id cum præter germanam sententiam accepisset, pravis, ut opinor, deceptis Valesiorum hæreticorum expositionibus, qui ætatem ejus præcesserant, sibiique soliti fuerant virilia exsecare, nova isthæc in eo religio incessit. Et jam aliis inductus Christi verbis, a legitimo sensu detortis, unicam sibi tantum habebat B tunicam, abjectis calceamentis, nudis incedebat pedestibus, nec ullo modo vel in crastinum, vel in longitudinem consulebat. Aliam præferea de hac re Origeni fuisse causam scribit Eusebius, lib. vi, cap. 8, ne scilicet ex crebris puellarum ad se ifionibus et alloquiis obtrectandi occasionem haberet malevolentia. At repugnat quod mox subjungit, operam dedisse Origenem, ut factum illud occultaretur: nam si occultavit, quomodo rumores hominum ignorabile factum sopire potuit, quod evalgandum erat ad maledicentiam et obscenos rumores compescendos? Ad annum Severi decimum quartum pertinere haec suspicatur Baronius: quorum tempus neuliquam Eusebius designavit. Id si sit, annum tunc egerit Origenes vicesimum pri-

C mum.

Magna vero hic doctorum hominum concertatio est, laudene ejusmodi facinus, (30) an vituperatione dignum sit. Aperte damnat Baronius, ad an. 230, multisque sententiam suam argumentis tueretur, sed

D videtur ob Eusebii silentium, qui certe medicaminis usum, si revera adhibitus ab Origene fuisse, commemorasset, quo factum magis excusaret.

(30) An vituperatione dignum sit. Legibus civilibus ad prohibitum erat, teste Suetonio in Domitiano, Dion Cassio, lib. lxvii, et Justino Martyre, qui Apologia 1, num. 29, hanc refert hisoriam: Καὶ ἡδη τις τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ τοῦ πεῖσας ὅμας, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀνέδην μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φήλικι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψας λατρῷ τούτῳ διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν· ἀνεύ γάρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τούτῳ πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἔχει λατρῷ Ἑλεγον. Καὶ μγδόλως βουληθέντος Φήλικος ὑπογράψας, ἐφ' ἐαυτῷ μείνας ὁ νεανῖστος, τρόχεσθη τῇ ἐαυτῷ καὶ τῶν ὀμογνωμόνων συνειδῆσι. Jamque nostrorum quidam, ut nobis persuaderet non esse mysterium apud nos promiscuum concubitum, obtulit libellum Felici Alexandriæ præfecto, rogans ut medico licentiam daret testes ipsi resecandi. Id enim sine præfecti licentia facere interdictum sibi illius urbis medici dicebant. Sed cum Felix omnino scribere noluisse, adolescens in continentia et virginitate permanens, sua et eorum qui idem ac ipse sentiebant, conscientia contentus fuit. Cum ita se res habuerit, nec ullus dubitandi locus sit, quin is peccet qui legem civilem justam sponte violat, vituperatione dignum fuisse facinus Origenis libere fatendum est, licet forte ejusmodi lex Ecclesiæ quoque canonibus nondum ea ætate fuerit confirmata, ut colligi posse videatur ex histo-

que ad eam fere, quae ferro fit, evirationem pertinet. Contra ea Halloxius, non excusat modo, sed dilaudat, lib. iv *Orig. def.*, quæst. 3. Ego singula ab utraque parte collecta non referam; quod ipse sentio, paucis exponam. Certum est voluntariam sui ipsius exsectionem, eam dico quæ sit gladio, vetitam esse a peccatis canonibus 22 et 24. At eorum dubia est auctoritas, et penitus ab Halloxi respicitur. Eamdem damnavit extincio jamdiu Origenem Nicaenum concilium, can. 4, damnavit et Arelatense, can. 7. Ipsi quoque Eusebio, perpetuo licet Originis laudatori, recordia hujus vituperationem vis veritatis expressit. Sed quid aliena conquerimus, cum domestica suppedimenta testimonia? Utramque castrationem, et quæ exsectione, et quæ exsiccatione perficitur, damnavit demum Origenes, alios-

A que, ne simile quid in se aliquando conciperent, vehementer absterrant, cum aliis locis, tum præser-tim suis in *Matthæum Commentariis*. Locus habetur tom. xv, num. 1, 2, 3, 4 et 5, quem omnino consuli velim.

Discipulos suos et familiares facinus suum celaverat Origenes, dubius animi laudine sibi, an probro duendum foret. Rem tamen compertit Demetrius, quam vehementer admiratus primus, tum laudibus etiam prosecutus, confirmavit Origenem, strenueque susceptum munus jussit traducere. Tum hic denique remotis impedimentis, universos ad se erudiendi causa venientes nullo sexus discriminé admisit. In eorum autem institutione summa se tractavit diligentia, omneque suum otium ad eorum negotium contulit.

## CAPUT II.

I. Severi imperatoris obitus. Origenes Romam proficiscitur. II. Alexandriam redit. III. Hebraicam linguam condiscit. IV. Ambrosium ad Christi fidem convertit. V. Accersitur in Arabiam, redit Alexandriam. VI. Palæstinam petiit, Alexandriam redit. VII. A Mammæa accersitur Antiochiam; Alexandriam revertitur. VIII. Scripturam sacram commentarii illustrare aggreditur. IX. Commentarios in Joannem, et in alios Scriptura libros inchoat. X. In Achiam per Palæstinam proficiscitur. XI. Athenis discedens Epheso iter labet. XII. Cœsareæ presbyter jam ante fuerat ordinatus; Alexandria pellitur. XIII. Cum, ne vitiaretur at Æthiopæ, idolis sacrificasset, XIV. Cœsareæ Palæstinæ concedit. XV. Constanti nonnulli, qui Origenem ab Heraclia Alexandria depulsum fuisse scripserunt. XVI. Ecclesiastica munia obit; a multis sovetur Ecclesiæ. XVII. Palæstinam perlustrat. XVIII. Utrum viginti et octo annos Tyri transegerit. XIX. Gregorium Thaumaturgum et Athenodorum fratres, aliosque in litteris sacræ et profanis instituit. Isaiam et Ezechielem commentarii exponit.

I. (31) Severum interim, cum jam aliquoties interficere adortus esset Caracalla filius, mors ex ægritudine consecuta est, expleto imperii decimo octavo anno, atalis vicesimum sextum agente Origenem. Hic post aliquot deinde annos Romam ire contendit, Romanæ Ecclesiæ visendæ studio, cui tunc prærat Zephyrinus papa. Tempus itineris ab Eusebio prætermisso conjectura assequi studet Baronius, et in primum Elagabali rejicit annum, qui Zephyrini decimus octavus, et postremus fuit; causamque profectioni Mammæam Alexandri matrem dedisse suspicatur, cum post accersitum ad se Antiochiam Origenem, Elagabalum imperium ineuntem Romanum esset comitata. (32) Verum hæc aliter Eusebio temporibus divisa sunt: tunc enim a Mammæa Antiochiam accitum fuisse Origenem satis aperte significat, et disertis quoque verbis post illum Suidas (33), cum rerum potiretur filius ejus Alexander. Qui postquam imperium adeptus est, non alias An-

tonia mox a Justino Martyre commémorata. Neque enim verisimile mihi est juvenem istum id ab Alexandriæ præside postulaturum fuisse, quod canone ecclesiastico vetitum novisset. Cæterum Hieronymus, etiam quando omnium acerrime Origenem insectatur, epist. 65 ad Pamphach, et Oceanum, de ipso tamen hac ait: *Vult aliquis laudare Origenem, laudet ut laudo. Magnus vir ab infantia et vere martyris filius, Alexandriæ ecclesiasticae scholam tenuit, succedens eruditissimo viro Clementi presbytero. Voluptates in tantum fugit, ut zelo Dei,*

Diochiam ivit Mammæa, quam cum Persas Romanis finibus imminentes bello refutare aggressus est. Hæc multis post Zephyrini obitum annis inciderunt. Cum autem imperator renuntiatus est Elagabalus, Emessæ commorabatur Mammæa, neque in tanta rerum conversione curiosis auditionibus operam dare potuisse verisimile est. Ecquænam porro causa fuerit Baronio, cur incertam Origenianæ in Italiam profectionis occasionem communiseretur, Mammæa nempe assectandæ studium, cum veram expesserit Eusebius, *Hist. lib. vi, cap. 14*, Romanæ nimirum Ecclesiæ, omnium, ut ipse scribit, antiquissimæ, penitus cognoscendæ desiderium, non video. Hoc ergo iter Severi inter obitum, qui anno Zephyrini undecimo contigit, ipsiusque Zephyrini mortem, quæ ad alterum Elagabali annum pertinet, conserre satis habeamus: a tempore autem præcise designando, cum ne conjecturæ quidem locum nobis veterum monumenta præbeant, abstineamus. Id in

sed tamen non secundum scientiam, ferro truncare genitalia. Ubi, ut vides, facinus non laudat, sed eum, quo ad id impulsus fuerat, eximie puritatis atonem.

(31) Euseb., lib. vi, cap. 8, 14, 21.

(32) Verum hæc aliter Eusebio temporibus divisa sunt, etc. Vide paulo infra notam ad num. VII, ubi refellitur Huettii opinio de tempore quo Mammæam adiit Origenes.

(33) Suid., Lexic. Ω.

decimo tertio Zephyrini anno historici quidam constituunt, quod ab Eusebii rationibus non discrepat, et mihi satis probatur.

II. (34) Propere perlustrata Roma, statim Alexandriam Origenes repetuit, traditaque ei rursum est a Demetrio catechumenorum Christianis dogmatis imbuendorum cura. Quo cum in opere, omissis cæteris studiis, dies ac noctes urgeretur, nec sibi ad Scripturæ divinarumque rerum pervestigationem reliqui quidquam facere posset, docendi munus cum Heracla, qui tum cæteris ejus præstatabat discipulis, ita partitus est, ut rudioribus prima doctrinæ Christianæ elementa hic traderet, maturiores ille et jam usu peritos reconditis dogmatis instrueret.

III. Hinc aliquantum lucratus otii, eo ad endandæ Scripturæ obscuriores intelligentias usus est, seseque in eo studio quotidianis commentationibus diligenter subget. Verum cum operam suam absque Hebraicæ linguæ notitia frustra consumi intellexisset, id quoque ornamentum ad reliquas doctrinæ suæ laudes adjunxit. Joannes Trithemius in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* res Origenis litteris prosequens, ipsum ait *jam senem contra suam ætatem linguam Hebraicam didicisse*. Perperam nempe accepit ista Hieronymi (35) : *Tantum in Scripturis divinis habuit studii, ut etiam Hebraeam linguam contra ætatis gentisque suæ naturam edisceret*. Quæ sic intelligo, jam virilem ætatem adeptum Adamantium, quæ ætas grammaticas tricas ac quisquilias aspernari solet, et gravioribus studiis delectari, eo tamen demisisse animum, ut in hac arte se exerceret. Nulla illic senectutis significatio. Magdeburgenses vero, cent. 3, cap. 10, idem narrant his verbis : *Ita igitur otii aliquantulum nactus, ad descendam linguam Hebraæm, suæ alioqui naturæ adversam, ut Suidas ait, animum adjicit*. Quæ illic habet Suidas, e Graeca transtulit interpretatione Hieronymiani operis *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi proxime adducta Hieronymi verba sic redditæ sunt : *Ωστε χαῖ τὴν Ἐβραικὴν διάλεξιν ἐναντιουμένην τῇ τε ἡλικίᾳ, καὶ τῇ σιχείᾳ φύσει ἔχομενην*. Quod de Alexandrinæ gentis natura dixit Hieronymus, quæ juxta Graecorum omnium consuetudinem linguarum exoticarum notitiam contemnebat, id ad D

(34) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 14-16.

(35) Hieron., lib. *De script. eccl.*

(36) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 18, 19.

(37) Barou. ad an. 220, num. 6 et 12.

(38) Cum enim ex Arabia excesserit Hippolytus, et in Italia demum martyrum obierit, etc. Sequitur Huetius Baronius qui ad annum Christi 229 putat magnum Hippolytum de quo hic agitur, ex Arabia excessisse, Romanam venisse, et a Calixto papa ad episcopatum Portuensem evectum fuisse, ibique martyrium obiisse. Verum enijs loci Hippolytus fuerit episcopus nec Hieronymus scivit, ut ipse agnoscat in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum*, cap. 61. Gelasius lib. i contra Eutychen, Hippolytum vocali Arabum metropolitanum. At Eusebius, lib. vi *Hist. eccl.*, cap. 20, simul de Hippolyto et de Berylo Bostrorum episcopo loquitur. Bostrena urbs Arabiae tunc erat metropolis. Ergo cum epi-

A Origenis ipsius naturam interpres pessime retulit, Unde fraus Soidæ ac Magdeburgensibus facta.

IV. (36) Erat per id tempus Alexandriae vir opibus ac dignitate florens, ingenio etiam spectatus et doctrina. Hunc Valentini errore, qui tunc in *Ægypto* vigebat, Marcianis alii, implicitum fuisse scribunt. Commode utrique : maxima siquidem utriusque hæreseos affinitas fuit, dogmatumque consensus. Sabellianum fuisse quidam etiam prodiderunt, hoc est Noetianum : Sabellius, quippe statim post Origenis obitum Noeti præceptoris sui deliramenta renovavit. Crebro ad Origenem ventitabat Ambrosius cum aliis partim hæreticis, partim ethnicis philosophis, qui viri nomine ac doctrina pertrahebantur. Nam rerum divinarum documentis philosophiae quoque, mathematicarum et humanarum disciplinarum præcepta aspergunt, auditores eruditus pro uniuscujusque captu : nec parum iis doctrinis inesse censebat ad sacra percipienda adjumenti. Adversus hunc ita affectus est Ambrosius, ut ejuratis erroribus saniori doctrina instituendum ei se traderet, ad ejusque societatem sese penitus applicaret. Tunc imperasse Caracallam agnoscit Baronius (37), cum ad Christi fidem conversus est Ambrosius. Idem tamen Origenem Roma Alexandriam rediisse docet postremis Zephyrini temporibus, recens adepto imperium Elagabalo : cum Ambrosii conversionem præcesserit hæc Origenis redditio. Plane suo sibi gladio jugulatur.

V. Iisdem fere temporibus militarenu hominem Alexandriam mittit Arabiæ præses, cum litteris ad Demetrium episcopum, et ad *Ægypti* præfecturam, quibus vehementer orabat Origenem ad se confessim mitterent ; velle se de rebus divinis cum eo communicare, ejusque doctrinæ fieri participem. *Æquissimæ* postulationi annuit uteque. Ablegatus ad eum continuo Origenes, et re feliciter explicata, Alexandriam sine mora reversus est. Quid autem asserit Halloxius, minime dubium esse quin ad audiendum Hippolytum in ecclesia quadam verba facientem per id tempus accedens Origenes, designatus ab eo, et honoris gratia astantibus fuerit monstratus, ut factum resert Hieronymus libr. *De script. eccl.* in Hippolyto, indiget id quidem probatione : (38) cum enim ex Arabia excesserit Hippo-

scopum babuerit Beryllum, alia querenda est Hippolyto metropolis quam nec Hieronymus novit, nec Eusebius, neque Theodoretus. Quæ cum ita sint, æquus rerum æstimator judicet quemam habendas fides recentioribus scriptoribus. Georgio puta Syncello in *Chronico*, Nicephoro Callisto, Zonaro et Anastasio Bibliothecario in *Collectaneis*, qui Hippolytum Portuensem episcopum fuisse scribunt. Quid item fieri de S. Germano Constantinopolitano mentionem faciente Hippolyti de Roma ? Quid de Leontio Byzantio qui tom. XI *Biblioth. Patr.*, pag. 503, sanctum Clementem et Hippolytum episcopos τῆς Πόλης vocat ? Certe horum omnium error inde natu videatur, quod magnum Hippolytum episcopum et martyrem, de quo Eusebius, Hieronymus et Theodoretus, confundunt cum altero Hippolyto Portuensi martyre de quo Prudentius *De martyrib.*, hymn. II.

polytus, et in Italia demum martyrium obierit, huic alibi passim occurrere potuit Origenes, et concionanti adesse.

VI. Non multo post Alexandria clam exiit, arma impia Caracallae fugiens, quibus funestissimam Alexandrinis cladem intulit. Annus trahebatur Christi 215, Caracallae quintus, etatis circiter tricesimum agente Origene. Secessit ille in Palæstnam, et Cæsareæ sedem posuit: ubi tantus ei ab episcopis honos habitus est, ut nondum licet presbytero, sed laico etiam tum deferretur negotium Scripturæ publice in ecclesia explanandæ, presentibus episcopis. Ægre tulit Demetrius, et tanquam præter fas ab episcopis et Origene attentatum scriptis ad eos epistolis damnavit. Factum rationibus, aliorumque episcoporum auctoritate et exemplo excusarunt Theoctistus (Theotechnum Photius appellat, cod. 118 et 132) Cæsareæ episcopus, Jerusalimæ Alexander. Nec ita tamen placarunt Demetrium, ut non Origenem per litteras, missosque diaconos revocaret. Paruit ille mandatis, et reversus in patriam consueto sese muneri restituit. Castiganda hie Halloxi, aliorumque indiligentia, qui prius hoc Origenis in Palæstinam iter confuderrunt cum altero paulo post a nobis narrando quod ad Achææ episcopos proficisciens per ea loca habuit: utramque enim profactionem caute distinxit Eusebius, prioreunque ante Caracallæ interitum ab Origene susceptam narrat lib. vi *Hist.*, cap. 49, posteriore temporibus iis deputat, quibus Phileto Antiocheno episcopo successit Zebinus; locus existat lib. vi *Hist.*, cap. 23; episcopatum autem Zebinus init sub Alexandro Severo, ut est in Eusebiano *Chronico*. Id quod alio ipse loco Halloxius animadvertis.

VII. (39) Coorto interea Romanos inter et Per-

(39) Ann. 223.  
 (40) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 21.  
 (41) At nobis favent Eusebii ἐπιλογίσμοι, etc. Non Eusebius, sed divus Hieronymus bellum Persicum anno secundo Alexandri copulavit. Verba enim, que in *Chronico* Eusebiano de hoc bello recitantur, in ultimo libro Eutropii, qui post Eusebii mortem suam *Historiam* scripsit, leguntur. Ex quo liquet, non tantum ea verba Eusebii non esse; sed etiam quaecumque ex Eutropio in illo *Chronico* habentur, a divo Hieronymo addita fuisse. Neque bellum Persicum anno Alexандri secundo geri potuit, cum quarto imperii ejus anno Artaxerxes, cum quo dimicavit Alexander, regnare cooperit. Præterea Herodianus lib. vi, cap. 4, de Alexandro in Orientem proficidente loquens ait, nullum fuisse qui siccis oculis abeunte Alexandrum asperxit, imperio tam multis annos modestissime administrato. Quare neque Alexander imperii sui initio cum Persis pugnavit, neque cum ad Persicam expeditionem prolierisceretur Alexander, Origenes est a Mammæa in Orientem vocatus. Ac prouide haec Origenes ad Mammæam profectio assignanda est, ut recte conjectur Baronius, ad annum Christi 218, quo tempore Elagabalus primum imperii sui agens annum, post Macrini cladem Antiochiam venit Mammæa comitatus. Quod objicit Huelius Eusebium in *Historia* lib. vi, cap. 21, postquam Alexandrum imperatoriam

A sas bello, Antiochiam venit Alexander Severus Mammæa matre comitatus, quæ ut erat natione Syra, et rerum Judaicarum ac Christianarum aliquem percepérat usum, Origenem (40), cuius tunc passim celebrabatur nomen, misso militari satellitio ad sese accersivit explorande hominis doctrinæ, majorisque Christi notitiae adipiscendæ causa. Multis apud illam de Deo sermonibus habitis, exacto illic non modico tempore, ad intermissa studia Alexandram properavit. Hanc Origenis peregrinationem temporibus illis conjungens, scio me chronologorum aliquot rationibus repugnare, qui ad extemos Alexandri Severi annos Persicam expeditionem referunt, cum multo ante exitum Alexandri visere ad Mammæam Origenem ivisse certum sit. (41) At nobis favent Eusebii ἐπιλογίσμοι, quibus in hac historia perpetuo adhæremus: nam Persicum bellum secundo Alexandri anno assignat in *Chronico*; in *Historia* autem lib. vi, cap. 21, postquam Alexandrum imperatoriam dignitatem assecutum significavit (42), Origenis itionem ad Mammæam continuo subjunxit: Cesariensem vero Origenis secessum, quem decimo Alexandri anno contigisse docet, longe inferius recensuit. Qui vero bellum hoc rejecerunt in postremos Alexandri annos, nullo auctore fecerunt; nam qui etatis illius res gestas complexi sunt Herodianus, Zosimus. Xiphilinus et Lampridius, (43) Persicæ expeditionis neutiquam expresserunt tempus: solus illud adnotatum reliquit Eusebius, quem sequimur. Sin hæc ante contigisse pertenderis quam Romanam ivisset Mammæa, ut vult Baronius ad an. 220, num. 6, alterutrum enim dicendum est, nec eam quippe alias Antiochæ fuisse appetat, sententiam hanc supra a nobis obtritam reperties.

VIII. (44) Cæterum hinc Scripturam sacram com-

dignitatem assecutum significavit, Origenis itionem ad Mammæam continuo subjungere, facile solvit, si Eusebius id fecisse dicatur, non quod primo aut secundo Alexandri imperii anno Origenis iter ad Mammæam contigisse putaret, sed quod ex initio illius imperii occasio nasceretur loquendi de Mammæa matre ejus. Certe nostram hanc opinionem confirmat quod ibidem ait Eusebius, quo tempore Alexander imperium capesset, mortuo apud Antiochiam Asclepiade, ejus episcopatum sortitum fuisse Philetiū: qui tamen, anno 217, Macrino imperium inueniente, Asclepiadi successit, quemadmodum in *Chronico* scribit ipse Eusebius: quod Baronius sequitur.

(42) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 26.

(43) Persicæ expeditionis neutiquam expresserunt tempus. Expressis verbis Persicum bellum anno Alexandri decimo quarto contigisse docet Herodianus lib. vi. Cujus testimonium item penitus dirimeret, ni constaret Alexandrum post inchoatum dicitum quartum sui imperii annum paucos vixisse dies. Sed anno tantum vel biennio erravit Herodianus. Neque enim verisimile est duodecim aut tredecim annis in celebriori hujus imperii factio, quo tempore ipse florebat, eum errasse, atque in diecum Alexandri rejecisse quod hujus imperii initio contigisset.

(44) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 25.

mentariis illustrare Origenes orsus est, impulsore Ambrosio, qui non verbis incendebat solum, sed sumptibus etiam suppeditabat. Legitur apud Gundrenum, quod et ab eo sumpserunt Suidas et Glycas, Origenem per annorum octodecim spatium Literas sacras fuisse interpretatum. Minime id quidem consentit Eusebii rationibus, qui Origenem sexagenario majorem *Commentariis in Matthaeum* illustrasse scribit, triginta scilicet annis, eoque amplius, postquam Scripturam primum cœpit expōnere. Sin ita hæc accipienda censeat aliquis, quasi quidquid in sacrorum Voluminum interpretationem diversis temporibus otii contulit Origenes, octodecim annorum spatium exæquaverit, longius etiam dissentio; ejusmodi quippe rationem neutiquam duci posse existimo. Multo credibilius est ex male lecto vel descripto Epiphani (45) loco commentum id prodiisse. Postquam enim ab Origene postulasse Ambrosium dixit, ut sacras Scripturas interpretaretur, id ait ipsum in Tyrio secessu per octo et viginti annos fecisse. (46) Alio item loco divina Volumina Origenem Tyri scribit explanasse ἐπὶ ἔτη κη'. Similiter Suidas, alias secutus, narrat Ambrosii rogatu Scripturas Origenem explanasse ἐπὶ ἔτη τη'. Vides germana hæc eorum esse quæ scripsit Epiphanius; præterquam quod numerus κη' in τη' degeneravit. De secessu autem Tyri spatio, quod assignavit Epiphanius, quæstionem paulo post habebimus.

Scribit Hieronymus *De script. eccles.* in Hippolyt. C Ambrosium ad Librorum sacrorum interpretationem Origenem incitasse, in æmulationem Hippolyti, editis jam in Scripturam plurimis commentariis optime de Ecclesia meriti. Hieronymum felicitate intellectus Eusebius, qui post enumeratas Hippolyti scriptiones hæc subjungit lib. vi *Hist.*, c. 23: 'Ἐξ ἑκείνου δὲ καὶ Ὡριγένει τῶν εἰς τὰς θείας Γραφὰς ὑπομνημάτων ἔγινετο ἀρχὴ, Ἀμβροσίου ἐξ τὰ μάλιστα παρορμῶντος αὐτὸν. Id est: Ab eo quoque tempore Origeni in divinas Scripturas commentandi initium factum est, valde eum incitante Ambrosio. Hieronymus autem vocem hanc, ἑκείνου, quæ pertinebat ad tempus, perperam ad Hippolytum retulit: de quo simile nihil habet Nicephorus. Jam ante Henrico Valesio id observatum est. Falsam Hieronymi explicationem nova depravatione pervertit auctor Græcæ interpretationis libri *De scriptoribus ecclesiasticis*. Hæc habet Hieronymus: *Scriptis (Hippolytus) nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos reperi: in Ἐξαιμερον . . . . De Pascha, Adversum omnes hæreses, et Πρὸς ὅμιλον, De laude Domini Salvatoris; in qua præsente Origene se loqui in Ecclesia significat. In hujus æmulationem Ambrosius, quem de Marcionis hæresi ad verum fidem correctum diximus, cohortatus est Origenem in Scripturas commentarios scribere, præbens ei septen-*

A et amplius notarios, eorumque expensas, et aurarium parem numerum: quodque his majus est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. Unde in quadam epistola ἐργοδιώκτην eum Origenes vocat. Sic ea accepit interpres, quasi una serie scribenda sint ista: *In qua præsente Origene se loqui in ecclesia significat in hujus æmulationem, tum deinde apponenda sit τελεία στιγμή.* Sic enim vertit: 'Ἐν οἷς παρόντος Ὡριγένους ἑαυτὸν ὀμιλητέκναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δῆλοι· Ἀμβρόσιος, ὃντινα ἀπὸ τῆς πλάνης Μαρκίωνος εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέψας προείρηται, προύτρέψατο Ὡριγένει τὰς θείας ὑπομνηματίσαις Γραφὰς, παρεσχηκὼς αὐτῷ ἐπτὰ δὲ καὶ πλεονες νοταρίους. Neque hac sine stetit malum; ad pristinos siquidem errores novorum accessionem fecit Photius, vir alioquin litterariis laudibus abundans: hunc quippe Hieronymiani interpres quem secutus est, locum tali interductu distinxit: 'Ἐν οἷς παρόντος Ὡριγένους ἑαυτὸν ὀμιλητέκναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δῆλοι Ἀμβρόσιος, ὃντινα ἀπὸ τῆς πλάνης Μαρκίωνος εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέψας προείρηται προύτρέψατο (supple, Ἰππόλυτος) Ὡριγένει τὰς θείας ὑπομνηματίσαις Γραφὰς, παρεσχηκὼς αὐτῷ ἐπτὰ, δὲ καὶ πλεονες νοταρίους. Ita legisse Photium (46) declarant hæc illius: Λέγεται δὲ καὶ οὗτος (Ιππόλυτος) προσομιλεῖν τῷ λαῷ κατὰ μίμησιν Ὡριγένους, οὐ καὶ συνήθης μάλιστα καὶ ἐραστῆς τῶν λόγων ὑπῆρχεν, ὡς καὶ προτρέψασθαι αὐτὸν, τὴν θείαν ὑπομνηματίσαις Γραφήν ἐγκαταστήσας αὐτῷ καὶ ὑπογράφεις ἐπτὰ ταχυγράφους, καὶ ἐτέρους τοιούτους γράφοντας εἰς κάλος, ὃν δὲ καὶ τῆς δαπάνης αὐτὸς χορηγός καὶ ταῦτα ὑπηρετούμενος αὐτῷ, ἀπαιτεῖν αὐτὸν ἀπαραιτήτως τὸ ἔργον. Εἴ δὲ καὶ ἐργαδιώκτην ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν παρὰ Ὡριγένους κληθῆναι. Quæ cum ex Hieronymi Græco interprete derivata sint, manifestus est quorundam error, virorum male suspicacium, qui nuperum opus esse interpretationem hanc conjectant. Cæterum hinc aliquibus persuasum fuit Hippolytum Origeni, non Ambrosium ad explicandos rei litterarie sumptus præsto fuisse: quod quam verum sit, lector existimet, et quemadmodum falsæ opiniones quasi ex traduce propagantur. Fraudis quippe fuit Hieronymo Eusebius, Græco interpreti Hieronymus, Photio Græcus interpres, innumeris aliis ipse Photius, et quem ab alio unusquisque accepit errorem, novis deinde cumulavit. Sed hæc hactenus. Omnibus igitur rebus Origeni commodabat Ambrosius, et quæcumque ad corporis cultum pertinebant, ac studia, large huic, quasi virgula divina, ab eo præbebantur. Notarios itaque habebat ad manum plus septem, qui dictata ex ore loquentis exciperent, totidem librarios cum puellis, quæ properanter scripta nitidius exararent.

D IX. (47) Neque sibi sane hæc oblata facultate defuit; beneficentissimi quippe hominis liberalitate

(45) Epiph. hær. 64, cap. 3.

(46) Epiph., *De mens. et pond.*, c. 18.

(46\*) Phot., cod. 421.

(47) Euseb., *Histor. lib.* 24.

usus, quinque priores *Commentariorum in Joannem* A tomos, et loitium sexti Alessandrīz hoc tempore, et ex Achāico, quod mox exponemus, itinere redux elaboravit. Ocio item priores in *Genesim* tomos e dodecim confecit; psalmos ad hæc exposuit vi gisti quinque priores, quamvis plures etiam subinde enarraverit, ut dicemus infra; et *Jeremie* quoque *Lamentationes* totis volumini bus interpretatus est. Adde libro *De principiis* et *Στρωματεῖς* decem, quos eadē tempestate Alessandrīz composuit.

X. (48) His intentum studiis Origenem interpellarunt negotia ecclesiastica, quorum gratia in Achāiam profectus est. Negotia illa que fuerint, non expressit Eusebius; Baronius, ad an. 230, num. 7, conjecturis reperire voluit; eaque de causa pro fectum in Græciam Origenem divinat, (49) ut Nicopolitanæ editionis circa hæc tempora repertæ compo fieret. Sed quorsum ad excogitatas descendemus conjecturas, cum veritas ipsa palam existet? Scribunt siquidem Hieronymus *De script. eccles.*, cap. 65, et Rufinus in *Exposit.* cap. 23, lib. vi, Eusebii, Achāiae Ecclesiæ plurimis tunc hæresibus fuisse vexatae; quibus expugnandis idoneum præ ceteris vi sum Origenem; eam illi causam in Græciam proficisci fuisse. Illuc vero accessit ab Ambrosio non absurde quispiam suspicabitur; nam Alexandria cerebro absuisse Ambrosium constat et, postquam inter eos necessitudo intercessit, Athenis fuisse, atque inde litteras ad Origenem dedit ex Hieronymo discere licet epist. 18 ad Marcellam. Hæc quidem proponimus, non asserimus. Hinc etiam habite sibi cum hæresiarcha quodam concertationis exemplar ad amicos in Palæstinam misit Adamantius, qui falsis de se, deque ea disputatione rumoribus occurseret. Athenis moram fecisse Origenem certum est, moræ tempus incertum: rediisse tamen sequenti anno, vel biennio post, inter chronologos constare video. Evidem non multo minus biennio itineris Achāici tempus fuisse existimo; nam et per Palæstinam iter habuit, ibique moratus est aliquandiu, et spatium aliquod itione ac redditione consumptum est, et in Achāia, cum hereticis velitando, et Athenis perlustrandis, scholisque philosophorum frequentandis (quod ab eo factum testantur Epiphanius hær. 64. cap. 1, et Nicetas *Thesaur. orthodoxye fidei* lib. iv, hæres. 34, et hoc commode refiri potest), sat longum tempus contritum fuisse necesse est. Nec causæ est cur ex hac scholarum

(48) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 23.

(49) Ut Nicopolitanæ editionis circa hæc tempora reperiæ. Refert Eusebius *Hist.* lib. vi, cap. 16, unam ex tribus anonymis Scriptoræ interpretationibus quibus in *Hexaplis* usus est Origenes, Nicopoli juxta Actium fuisse inventam, sed quænam illa sit, an quinta, an sexta, et quo tempore inventa, non adnotat. Auctor *Synopseos* inter opera Athanasiæ cusæ, et Epiphanius lib. *De pond. et mens.* cap. 18, sextam hanc esse pertendunt; Hieronymus vero quintam, et ita narrare ipsum Origenem scribit *Prolog.* in *Cant. cantic.* Sed Epiphanius magis adhæremus. Cum enim tum ex ipso, tum ex Eusebio

A frequentatione aliud Atheniense iter ab Origene olim adolescenti institutum configunt Baronius, ad an. 232, num. 4, et Petavios ad Epiph. hær. 64, cap. 1; nam ad philosophos et rhetores ibant ejus cunctæ ætatis homines, neque verisimile est Origenem philosophiæ, reliquarumque disciplinarum amore flagrantem, in ea degentem urbe quæ artium omnium inventrix haberetur, et in qua cum civium, tum advenarum præcipuum esset studium novi aliquid vel dicere, vel audire, ætate fuisse absterritum quominus civitatis consuetudine ad explendam cupiditatem uteretur. Supra quidem observavimus testificari Porphyrium, ad Plotinum Rome publice docentem aliquando accessisse Origenem quemdam, alium ab Adamantio, Plotini æqualem, eoque conspecto victimum pudore Plotinum dicendi finem fecisse. Prius idem factum legimus a Tullio, qui octo Jam et viginti annos natus, cum Romæ esset biennium versatus in causis, et jam inter primos Urbis oratores poneretur, Athenas tamen ad Antiochum philosophum et Demetrium rhetorem se contulit. Inde ad Asiaticos oratores, ipsumque demum Molonem se applicavit. Quin et Antonii Gnipponis scholam frequentasse, etiam cum prætura fungeretur, a Suetonio Tranquillo proditum est lib. *De illustr. grammat.*, cap. 7. Sane in hac Achāica remansione (50) Nicopolitanam editionem nactum fuisse Origenem credibile est; causam hanc itineris habuisse, non item.

XI. Digressum inde, Epheso transiisse non præter verisimilitudinem credi potest. Scribit siquidem Origenes in epistola ad amicos Alessandrinos, se aliquando Ephesi in hæreticum quemdam incidisse; qui cum ne verbum quidem secum conserre sustinuerit, se tamen inde profecto confictam falsæ disputationis historiam misisse ad discipulos, aliosque: at eum demum Antiochiae vanos falsæ victoriae rumores spargeantem, postquam illic accessit, publice coarguisse, hominisque vanitatem confutasse. Id si quis tum contigisse velit, cum vix in aliud tempus rejici possit, favebo conjecturæ: sed et hic quoque judicium suum sibi unusquisque integrum habeat, nec omnes enim Origenis peregrinationes litteris fuisse traditas existimo, cum ipse præsertim alicubi se multa terra loca peragrasse doceat. Quæ hoc ergo loco, et alibi passim dubitanter proponuntur a nobis, sic lector accipiat tanquam meras conjecturas, aliqua, si forte, verisimilitudine

constet aliam ex his editionibus Hierichontæ fuisse repartam temporibus Caracallæ, aliam Nicopoli imperante Alexandro, certe Hierichontina editio quinta esse debet, Nicopolitanæ vero sexta; siquidem habita temporum, quibus inventæ sunt, ratione, siam quintam, aliam sextam ab Origene vocatam fuisse scribit idem Epiphanius.

(50) Nicopolitanam editionem nactum fuisse Origenem credibile est. Caracallæ, inquit Epiphanius lib. *De pond. et mens.*, cap. 18, succedit Antoninus alius, qui imperavit annos iv. Secutus est Alexander filius Mammæ annis xiii. In medio temporum illorum, ἐν μέσῳ τῶν χρόνων τούτων, editio sexta, quæ et ipsa

coniunctas, solida nulla et constanti ratione subinxas. A XII. (51) Prius autem quam Athenas veniret, arripuerat iter per Palæstinam, et Cæsareæ ab episcopis supra jam commemoratis Theoctisto et Aæxandro ad sacrum presbyterii ordinem fuerat proiectus. Prioresne jam ante suscepit ordines, necne, non liquet; facile equidem adducor ut credam per saltum, ut vocant, presbyterum fuisse ordinatum, prout primævis Ecclesiæ temporibus in more positum fuit. Id tum contigit cum Antiochenæ Ecclesiæ regimen capessivit Zebinus, Christi nimirum 228 anno, Alexandri Severi VII, Origenis XLIII. Factum hoc a sanctissimis episcopis in homine ditionis non suæ, sub testimonio epistolæ ecclesiasticæ, qua descendente Demetrius fuerat prosecutus; ut ad eum sui purgandi causa rescripsit Alexander, mansueto vir ingenio atque leni: cuius testem damus Hieronymum lib. *De script. eccles.* in Orig. et Alexandro. Quamobrem episcopi Ægypti et Alexandriae in synodica epistola (52) adversus Origenis doctrinam, χειροτονηθέντα αὐτὸν πρεσβύτερον ὑπὸ τῆς κανονικῆς τε καὶ μᾶς χειρὸς ἀληθινῆς agnoscunt. Quo magis miror scripsisse Photium cod. 118, Alexandria Origenem profectum, absque proprii episcopi consensu presbyterii dignitatem suscepisse. Idem addit facti auctorem fuisse Theoctistum, probatorem Alexandrum. (53) U. o. est, hoc dolore graviter exarsit Demetrius, et ex insigni Origenis gloria jamdiu in sinu collectum invidiae virus tumultus evomuit, unde ingentes subinde concitati tumultus totam Ecclesiam in factiones dissiparunt. Nam primum Origenis castrationem, mirifice a se antea laudatam et probatam, publice differre ac traducere cœpit, Ecclesiam omnem adversus eum contare, hunc honore sacerdotii privare, et ab Eccle-

*in dolis latebat, Nicopoli ad Actium est inventa. Porro his verbis, ἐν μέσῳ τῶν χρόνων τούτων, Epiphanius vel annum qui mediis intercedebat ab initio Elogiabali ad Alexandri finem, id est, annum ipsius Alexandri v. Christi 226, vel medium unius Alexandri tempus, id est, annum ejus imperii VII, Christi 228 indicat. Sed recte conjicunt Baronius, Huetius, Tillemontius et Montefalconius hanc Nicopolitanam editionem inventam potius fuisse anno 228, quod ipsa historie series videtur indicare.*

(51) Euseb., *Histor.* lib. VI, cap. 23.

(52) *Concil.* tom. V, pag. 660.

(53) Euseb., *Histor. eccles.* lib. VI, cap. 8, et 23.

(54) Aliam exsilii hujus causam assert Epiphanius, etc. Adeo omni prorsus verisimilitudine carere haec historia Baronio visa est, ut dubitet an hic locus Epiphanius textui non sit insertus et interpolatus. Verum ad id non necesse est ut recurramus. Vel ea sola quo de Meletio et Ario refert Epiphanius, manifesto arguento sunt ipsum interdum incertis et falsis nimium se credulum prebuisse rumoribus. Ejus itaque auctoritas non obstat quominus Valerius mera fabula loco haberet eam quam assert exsilii Origenis causam. 1<sup>o</sup> Certe auctoritat Epiphanius in ea re multum nocet silentium hominum longe ipso doctiorum, quorum alii Origenem sexculo quarto et quinto convitiis incesserunt, alii apologetis deferuerunt. Non is profecto erat Hieronymus qui hanc ei culpam condonaret, quantacunque ilam penitentia eluisset. Multo minus condonasset Theo-

A siæ postremo communione segregare. Narrat quippe Photius cod. 118, geminam adversus eum coactam fuisse synodus; quarum prior episcopis aliquot et presbyteris conflata, eum docendi munere abdicandum et Alexandria pellendum sanxit, presbyterii dignitatem non abstulit; altera a Demetrio ex aliquot Ægypti episcopis coacta sacerdotii quoque honore exundum decrevit. Huic Demetrii decreto consensisse universum orbem, excepta Palestina, Arabia, Phœnicia et Achæa testificatur Hieronymus lib. II in *Rufin.*, cap. 5, nec propter dogmatum novitatem, erroresve, sed invidia laudem virtutis ejus fuisse obtritam. Auctor quoque idem ipse est, non presbyterio solum Origenem a Demetrio esse submotum, sed Ecclesiæ etiam societate prohibitum, B consentientibus in id sacerdotibus; ut mihi verisimile fiat in synodo a Demetrio collecta sanctum quoque illud fuisse. Sed jam antea patria excesserat cum eo in Demetriana illa synodus, quemadmodum dicimus paulo post. Ita Achæa reversus Alexandria Adamantius jam presbyter, pristinisque intentus studiis, a proprio episcopo sibi primum favente, deinde clam invidente, tuum maximis ad invidiam odii factis accessionibus palam infenso agitatus, tandem defessus malis injuriæ concessit, patriisque sedibus exceedere coactus est. Exsilio quippe ipsi decernente synodo, quod sibi praesentiebat esse faciendum vel ingratias, sponte admittere maluit: cum præsertim ingravescerent invidiam ferre non posset. Sic enim conciliandi sunt, qui jaquant sponte abiisse ipsum, cum iis qui patriz expulsum et exterminatum fuisse volunt.

XIII. (55) Aliam exsilii hujus causam assert Epiphanius hær. 64, cap. 2, atque eximia florentem eruditioñis ac sanctitatis laude Origenem, magi-

philus. Hujus historiæ mentionem utique fecisset Vincentius Liricensis; neque si vera fuisset, Porphyrius, qui reluctante licet veritate Ammonium Christianum eripuit, Origenem eis reliquisset. 2<sup>o</sup> Quis facile sibi persuadeat magistratus et præfectos Alexandrinos (id enim eis, non seditione plebi tribuit Epiphanius) Alexandro imperante Christianisque rebus favente, ausos esse tam horrendam vim Origeni inferre, viro tunc temporis celeberrimo, quem et noverat, et plurimi faciebat Mammæ imperatoris mater potentissima? Videtur existimasse Epiphanius id contigisse, furente aliqua persecutione, siquidem Origenem ait confessorum martyrumque, qui illis temporibus erant, judicio ab Ecclesia dejectum esse. Verum vix ullus reperitur martyr eo ipso tempore quo Alexandria recessit Origenes. Jam enim a viginti fere annis nemo persecutionis scintillam viderat. Unum saltem Huetius proferre debuerat martyrem quem Alexandro imperante Alexandriae passum esse certa et indubitate tradant monumenta. Nicetas, Nicephorus, aliique recentiores Græci hunc Origenis lapsum ad Decii persecutionem rejiciunt. R. P. Pagius pag. 251, § 8, non aliam utique sibi ineundam viam duxit, eamque ab Epiphanius disertis verbis indicari ait; sed incidit in *Seylam cupiens vitare Charybdim*, ut invictè probat Huetius infra cap. 4, num. 4. 3<sup>o</sup> Quod si ut expolitum ludibris sese substraberet, sponte Alexandria reliquit et in Palestinam secessit Origenes, ut narrat Epiphanius, ergo falsum est ipsam a

usus, quinque priores *Commentariorum in Joannem* tomos, et initium sexti Alexandriae hoc tempore, et ex Achaico, quod mox exponemus, itinere redux elaboravit. Octo item priores in *Genesim* tomos e duodecim confecit; psalmos ad hæc exposuit vinti quinque priores, quamvis plures etiam subinde enarraverit, ut dicemus infra; et *Jeremiæ quoque Lamentationes totis voluminibus interpretatus est.* Additibz *De principiis* et *Στρωματεῖς* decem, quos eadem tempestate Alexandriæ composuit.

X. (48) His intentum studiis Origenem interpellarunt negotia ecclesiastica, quorum gratia in Achaiam profectus est. Negotia illa quæ fuerint, non expressit Eusebius; Baronius, ad an. 230, num. 7, conjecturis reperi voluit; eaque de causa profectum in Græciam Origenem divinal, (49) ut Nicopolitanæ editionis circa hæc tempora repertæ compo fieret. Sed quorsum ad excogitas descendemus conjecturas, cum veritas ipsa palam existet? Scribunt siquidem Hieronymus *De script. eccles.*, cap. 65, et Rufinus in *Exposit.* cap. 23, lib. vi, Eusebii, Achæa Ecclesiæ plurimis tunc hæresibus fuisse vexatas; quibus expugnandis idoneum præ ceteris vi sum Origenem; eam illi causam in Græciam proficisciendi fuisse. Illuc vero accessit ab Ambrosio non absurde quispiam suspicabitur; nam Alexandria cœbro absuisse Ambrosium constat et, postquam inter eos necessitudo intercessit, Athenis fuisse, atque inde litteras ad Origenem deditis ex Hieronymo discere licet epist. 18 ad Marcellam. Hæc quidem proponimus, non asserimus. Hinc etiam habite sibi cum hæresiarcha quodam concertationis exemplar ad amicos in Palæstinam misit Adamantius, qui falsis de se, deque ea disputatione rumoribus occurseret. Athenis moram fecisse Origenem certum est, moræ tempus incertum: rediisse tamen sequenti anno, vel biennio post, inter chronologos constare video. Evidem non multo minus biennio itineris Achæaici tempus fuisse existimo; nam et per Palæstinam iter habuit, ibique moratus est aliquandiu, et spatium aliquod itione ac reditione consumptum est, et in Achæa, cum hæreticis velitando, et Athenis perlostrandis, scholisque philosophorum frequentandis (quod ab eo factum testantur Epiphanius hær. 64. cap. 1, et Nicetas *Thesaur. orthodoxyæ fidei* lib. iv, hæres. 34, et huc commode referri potest), sat longum tempus contritum fuisse necesse est. Nec causæ est cur ex hac scholarum

(48) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 25.

(49) Ut Nicopolitanæ editionis circa hæc tempora repertæ. Refert Eusebius *Hist.* lib. vi, cap. 16, unam ex tribus anonymis Scriptura interpretationibus quibus in *Hexaplis* usus est Origenes, Nicopolis iuxta Actium fuisse inventum, sed quænam illa sit, an quinta, an sexta, et quo tempore inventa, non adnotat. Auctor *Synopseos* inter opera Athanasiæ cusæ, et Epiphanius lib. *De pond. et mens.* cap. 18, sextam hanc esse pertendunt; Hieronymus vero quintam, et ita narrare ipsum Origenem scribit *Prolog. in Cant. cantic.* Sed Epiphanius magis adhaeremus. Cum enim tum ex ipso, tum ex Eusebio

A frequentatione aliud Atheniense iter ab Origene olim adolescenti institutum configant Baronius, ad an. 232, num. 4, et Petavius ad Epiph. hær. 64, cap. 1; nam ad philosophos et rhetores ibant ejusdem quæstatis homines, neque verisimile est Origenem philosophiæ, reliquarumque disciplinarum amore flagrantem, in ea degentem urbe quæ artium omnium inventrix haberetur, et in qua cum civium, tum advenarum præcipuum esset studium novi aliquid vel dicere, vel audire, ætate fuisse absterrium quominus civitatis consuetudine ad explendam cupiditatem uteretur. Supra quidem observavimus testificari Porphyrium, ad Plotinum Romæ publice docentem aliquando accessisse Origenem quemdam, alium ab Adamantio, Plotini æqualem, eoque conspecto victimum pudore Plotinum dicendi finem fecisse. Prius idem factum legimus a Tullio, qui octo Jam et viginti annos natus, cum Romæ esset biennium versatus in causis, et jam inter primos Urbis oratores poneretur, Athenas tamen ad Antiochum philosophum et Demetrium rhetorem se contulit. Inde ad Asiaticos oratores, ipsumque demum Molonem se applicavit. Quin et Antonii Gippophonis scholam frequentasse, etiam cum prætura fungeretur, a Suetonio Tranquillo proditum est lib. *De illustr. grammat.*, cap. 7. Sane in hac Achæa remansione (50) Nicopolitanam editionem noctum fuisse Origenem credibile est; causam hanc itineris habuisse, non item.

XI. Digressum inde, Epheso transiisse non præter verisimilitudinem credi potest. Scribit siquidem Origenes in epistola ad amicos Alexandrinos, se aliquando Ephesi in hæreticum quemdam incidisse, qui cum ne verbum quidem secum conferre sustinueret, se tamen inde profecto conflictam falsæ disputationis historiam misisse ad discipulos, aliosque: at eum demum Antiochiæ vanos falsæ victoriæ rumores spargentem, postquam illuc accessit, publice coarguisse, hominisque vanitatem confutasse. Id si quis tum contigisse velit, cum vix in aliud tempus rejici possit, favebo conjecturæ: sed et hic quoque judicium suum sibi unusquisque integrum habeat, nec omnes enim Origenis peregrinationes litteris suis traditas existimo, cum ipse præsentim alicubi se multa terræ loca peragrasse uocat. Quæ hoc ergo loco, et alibi passim dubitanter proponuntur a nobis, sic lector accipiat tanquam meras conjecturas, aliqua, si forte, verisimilitudine

constet aliam ex his editionibus Hierichunte fuisse repartam temporibus Caracallæ, aliam Nicopoli imperante Alexandro, certe Hierichuntina editio quinta esse debet, Nicopolitanæ vero sexta; siquidem habita temporum, quibus inventæ sunt, ratione, iam quintam, aliam sextam ab Origenè vocatam fuisse scribit idem Epiphanius.

(50) Nicopolitanam editionem noctum fuisse Origenem credibile est. Caracallæ, inquit Epiphanius lib. *De pond. et mens.*, cap. 18, succedit Antoninus alias, qui imperavit annos iv. Secutus est Alexander filius Mammara annis xiii. In medio temporum illorum, ἐν τῷ τῶν χρόνων τούτων, editio sexta, quæ et ipsa

conjunctiones, solida nulla et constanti ratione subinxas.

XII. (51) Prius autem quam Athenas veniret, arripuerat iter per Palæstinam, et Cæsareæ ab episcopis supra jam commemoratis Theoctistò et ALEXANDRO ad sacrum presbyterii ordinem fuerat proiectus. Pioresne jam ante suscepserit ordines, necne, non liquet; facile equidem adducor ut credam per saltum, ut vocant, presbyterum fuisse ordinatum, prout primævis Ecclesiæ temporibus in more positum fuit. Id tum contigit cum Antiochenæ Ecclesiæ regimen capessivit Zebinus, Christi nimirum 228 anno, Alexandri Severi vii, Origenis XLIII. Factum hoc a sanctissimis episcopis in homine ditionis non suæ, sub testimonio epistolæ ecclesiasticæ, qua discedentem Demetrius fuerat prosecutus; ut ad eum sui purgandi causa rescripsit Alexander, mansuetu vir ingenio atque leni: cuius testem damus Hieronymum lib. *De script. eccles.* in Orig. et Alexander. Quamobrem episcopi Ægypti et Alexandriae in synodica epistola (52) adversus Origenis doctrinam, χειροτονθέντα αὐτὸν πρεσβύτερον ὑπὸ τῆς κανονικῆς τε καὶ μᾶς χειρὸς ἀληθινῆς agnoscunt. Quo magis miror scripsisse Photium cod. 118, Alexandria Origenem profectum, absque proprii episcopi consensu presbyterii dignitatem suscepisse. Idem addit facti auctorem fuisse Theoctistum, probatorem Alexandrum. (53) U. o. est, hoc dolore graviter exarsit Demetrius, et ex insigni Origenis gloria jamdiu in situ collectum invidiæ virus totum evomuit, unde ingentes subinde concitati tumultus totam Ecclesiam in factiones dissiparunt. Nam primum Origenis castrationem, mirifice a se antea laudatam et probatam, publice differre ac traducere cœpit, Ecclesiam omnem adversus eum concitare, hunc honore sacerdotii privare, et ab Eccle-

*in diiliis latebat, Nicopoli ad Actium est inventa. Porro his verbis, ἐν μέσῳ τῶν χρόνων τούτων, Epiphanius vel annum qui mediuss intercedebat ab initio Elogi bali ad Alexandri finem, id est, annum ipsius Alexandri v. Christi 226, vel medium unius Alexandri tempus, id est, annum ejus imperii vii, Christi 228 indicat. Sed recte conjicunt Baronius, Huetius, Tillemontius et Montefalconius hanc Nicopolitanam editionem inventam potius fuisse anno 228, quod ipsa historiae series videtur indicare.*

(51) Euseb., *Histor. lib. vi, cap. 23.*

(52) *Concil. tom. V, pag. 660.*

(53) Euseb., *Histor. eccles. lib. vi, cap. 8, et 23.*

(54) Aliam exsilii hujus causam assert Epiphanius, etc. Adeo omni prorsus verisimilitudine carere haec historia Baronio visa est, ut dubitet an hic locus Epiphanius textui non sit insertus et interpolatus. Verum ad id non necesse est ut recurramus. Vel ea sola quæ de Meletio et Ario refert Epiphanius, manifesto argumento sunt ipsum interdum incertis et falsis nimium se credulum prebuisse rumoribus. Ejus itaque auctoritas non obstitut quominus Valerius mera fabulæ loco haberet eam quam assert exsilii Origenis causam. 1<sup>o</sup> Cerite auctoritat Epiphanius in ea re multum nocet silentium hominum longe ipso doctiorum, quorum alii Origenem seculo quarto et quinto convitius incesserunt, alii apologetis defederunt. Non is profecto erat Hieronymus qui hanc ei culpam condonaret, quantacunque illam pœnitentia eluisset. Multo minus condonasset The-

A siæ postremo communione segregare. Narrat quippe Photius cod. 118, geminam adversus eum coactam fuisse synodus; quarum prior episcopis aliquot et presbyteris conflata, eum docendi munere abdicandum et Alexandria pellendum sanxit, presbyterii dignitatem non abstulit; altera a Demetrio ex aliquot Ægypti episcopis coacta sacerdotii quoque honore exuendum decrevit. Huic Demetrii decreto consensisse universum orbem, excepta Palestina, Arabia, Phœnicia et Achaia testificatur Hieronymus lib. 11 in *Rufin.*, cap. 5, nec propter dogmatum novitatem, erroresve, sed invidia laudem virtutis ejus fuisse obtritam. Auctor quoque idem ipse est, non presbyterio solum Origenem a Demetrio esse submotum, sed Ecclesiæ etiam societate prohibitum, consentientibus in id sacerdotibus; ut mihi verisimile fiat in synodo a Demetrio collecta sancitum quoque illud fuisse. Sed jam antea patria excesserat eum coit Demetriana illa synodus, quemadmodum dicimus paulo post. Ita Achaia reversus Alexandria Adamantius jam presbyter, pristinisque intentus studiis, a proprio episcopo sibi primum favente, deinde clam invidente, tum maximis ad invidiam odii factis accessionibus palam infenso agitatus, tandem defessus malis injuria concessit, patriisque sedibus excedere coactus est. Exsilio quippe ipsi decernente synodo, quod sibi præsentiebat esse faciendum vel ingratias, sponte admittere maluit: cum præsertim ingravescentem invidiam ferre non posset. Sic enim conciliandi sunt qui jactant sponte abiisse ipsum, cum lis qui patriz expulsum et exterminatum fuisse volunt.

XIII. (55) Aliam exsilii hujus causam assert Epiphanius hær. 64, cap. 2, atque eximia florentem eruditio[n]em ac sanctitatis laude Origenem, magi-

philus. Hujus historiæ mentionem utique fecisset Vincentius Liriensis; neque si vera fuisset, Porphyrius, qui reluctantे licet veritate Aimonium Christianis eripuit, Origenem eis reliquisset. 2<sup>o</sup> Quis facile sibi persuadeat magistratus et praefectos Alexandrinos (id enim eis, non seditiosæ plebi tribuit Epiphanius) Alexandro imperante Christianisque rebus favent, ausos esse tam horrendam vim Origeni inferre, viro tunc temporis celeberrimo, quem et noverat, et plurimi faciebat Mammæ imperatoris mater potentissima? Videtur existimasse Epiphanius id contigisse, forent aliquæ persecutione, siquidem Origenem ait confessorum martyrumque, qui illis temporibus erant, judicio ab Ecclesia dejectum esse. Verum vix ullus reperitur martyr eo ipso tempore quo Alexandria recessit Origenes. Jam enim a viginti fere annis nemo persecutionis scintillam viderat. Unum saltem Huetius proferre debuerat martyrem quem Alexandro imperante Alexandriae passum esse certa et indubitate tradant monumenta. Nicetas, Nicophorus, aliique recentiores Graci hunc Origenis lapsum ad Decii persecutionem rejiciunt. R. P. Pagius pag. 251, § 8, non aliam utique sibi ineundam viam duxit, eamque ab Epiphanius disertis verbis indicari ait; sed *incidit in Scyltam cupiens vitare Charybdis*, uti invictè probat Huetius infra cap. 4, min. 4. 3<sup>o</sup> Quod si ut expromptuum ludibris sese substraheret, sponte Alexandria reliquit et in Palæstinam secessit Origenes, ut narrat Epiphanius, ergo falsum est ipsum a

stratum in se Alexandrinorum, praefectorumque acuisse invidiam, et potentium inimicitias pro Christo appetivisse; et ab iis comprehensum aliquando in eam fuisse necessitatem adductum, ut vel idolis sacrificandum sibi esset, vel *Aethiopis libidini* corpus offerendum; qua rei indignitate commotus, virum omnia prie studio castitatis postputantem, tam leni se ac victo animo ostendisse, ut sacrificaturum se reciperet; nec id fecisse tamen, sed thus in manus ejus impositum ab astantibus in ignem fuisse excussum (addit Nicetas *Thes. orthod. fidei*

Demetrio expulsum fuisse, quod tamen melioris nocte auctores referunt. Quod si illud praeципue flagitium cause fuit cur damnatus et sacerdotii dignitate exutus fuerit a concilio, uti putat Huettius, qui fieri potuit ut Jerosolymis ignotum fuerit ejusmodi crimen, cum illic venit Origenes? 4<sup>o</sup> Narrat Photius cod. 118, geminam adversus eum coactam fuisse synodus, quarum prior episcopis aliquot et presbyteris conflata eum docendi munere abdicandum et Alexandria pellendum sanxit, presbyterii dignitatem non abstulit. Cur non abstulit, cum ea pena delicto hujusmodi, fatente ipsomet Huettio, apostolicis canonibus irrogaretur? Quomodo Palæstine, Arabia, Phoenicia et Achaia Ecclesie præsules <sup>c</sup>is causam suscepissent, prædicandi munus ei commisissent, aliaque sacerdotii sui munia obire permisissent? Fallitur Huettius cum ait ex Epiphanius constare dubitasse tantum Origenem idolatriam admitteret, ad facinus non omnino pervenisse. En ipsa Epiphiani verba: Τῶν ἀμφοτέρων προτεθέντων αὐτῷ πραγμάτων, θύσαι μᾶλλον ἐλέμπον, οὐ μὴ δὲ ἔκουσιά γνώμη μᾶλλον, τούτῳ ἐπελεσεν, ὡς πολὺς ἄδεται λόγος· ἀλλὰ ἐπειδὴ διλας καθαυμαλόγησε τούτῳ πρᾶξαι, βαλόντες ἐπὶ γείρα αὐτοῦ λίθανον, εἰς τὴν τοῦ βωμοῦ πυρὸν καθῆκαν. *Duobus illis propositis, sacrificare maluit. Quanquam non omnino sponte illud sua præstissime vulgo dicitur; sed ubi semel hoc se esse facitur assensus est, thus in manus illius impositum in subjectum aræ focum excusisse gentiles asserunt.* Id ergo unice dicit Epiphanius, dubitasse nonnullos an postquam Origenes sacrificaturum se esse assensus est, ipsem thus in ignem aræ impositum injecerit. De assensu constat; atqui assensisse satis erat ut pœnitentiae publicæ subjiceretur, ac proinde sacerdotii dignitate excideret, cum Origenes ipse libro tertio *contra Celsum*, num. 51, pag. 482, dicat pœnitentiae publicæ obnoxios ea tantum conditione recipi, ut quoniam lapsi sunt excludantur in posterum ab omnibus dignitatibus et magistratibus ecclesiasticis. Quod si Nicetas dicit Origenem immutata sententia revocasse promissum, eoque stare detrectasse, statim additum, cum urgeretur, id tamen præstissime. 5<sup>o</sup> Tanta in Origenis scriptis ubique eluet humilitas, ut si hujusmodi flagitiis reus fuisse, certo affirmari queat futurum fuisse ut nonquam ex illius memoria excidisset ille psalmi locus in quem Jerosolymis incidisse fertur, et sibi perpetuo interdixisset et predicatione et Scripturarum interpretatione. Certe in ea quam Ambrosio et Prototecto misit circa annum 235, *Exhortatione ad martyrum*, pristinam idolatriæ sue culpam deflere non omisisset. 6<sup>o</sup> Mirum sane ejusmodi facinus uni inter veteres notum fuisse Epiphanius, qui aliunde res que ad Origenis vitam pertinent, parum scisse videtur. Nusquam meminit Demetrianæ auersus eum persecutionis, nec genitrix synodi quarum altera exilio pulsus, altera sacerdotio et Ecclesia fuit abdicatus, quanquam ejusmodi facta sese sponte offerebant inserenda libro quo Origenem tanquam hereticum traducere

lib. iv, hær. 31, contigisse id, cum immutata sententia revocaret promissum, eoque stare detrectare): hinc ipsum tanta aspersum esse infamia, ut Ecclesia depellereatur; cumque ludibria, et oculorum conjectum, quibus ut idololatra destinabatur, ferre non posset, invidiae detestandæ gratia Cœsaream commigrasse. Constat certe ex eodem Epiphanius, dubitasse tantum Origenem idolatriam admittere, ad facinus non omnino pervenisse; quæ cum dubitatio crimen tamen ipsa sit, (55) admissum humanitus peccatum tempestiva et salubri pœnitentia

sibi proposuerat. 7<sup>o</sup> Ait Origenem post suum lapsum et Alexandria discessum in notitiam Ambrosii venisse; huic ipsi ut hæresim ejuraret auctorem existisse; Ambrosius ab Origene postulasse ut Scripturas sibi interpretatione patefaceret; Originem vero ut hortanti Ambrosio pro eo atque illi congruebat, satisfaceret, universam Scripturam interpretatione sua et expositione declarare instituiese. Quod cum omnino falsum esse constet, major erit error, si haec post Decianam persecutionem contingisse existimat. 8<sup>o</sup> Origenes forte viginti octo mensibus Tyri non commoratus est, et tamen si fides est Epiphanius lib. *De pond. et mens.*, pag. 175, ab ejus Alexandria discessit et postquam aliquantum temporis consumpsit Jerosolymis et Cœsareæ, viginti octo annis in successu Tyrio sacrae Scripturæ operam dedit. Præterea quis ferat Epiphanius dicentem Decio imperatore Alexandria floruisse Origenem, cum jam imperante Septimo Severo, tene annis ante Decium, magna fuerit Origenis celebritas, et viginti ante Decium annis Alexandria, nunquam illuc reversurus, excessisset? Quod si pro Severo dixeris imprudenti irrepsuisse Decium, cur adhuc Epiphanius lib. *De pond. et mens.*, pag. 174, scripsit Origenem ab imperatoris Decii tempore, ad Gallum et Volusianum, et ultra floruisse? Ubi duplex error, cum Decius pro Severo ponitur et Origenis mors ultra imperium Galli et Volusiani rejicitur. Ergo quo serius differetur Origenis lapsus ad Deciana tempora, eo majora suppetent argumenta, quibus evidens fiet plane rudem et peregrinum in Origenis vita fuisse Epiphanius. 9<sup>o</sup> Mirum non est si ejusmodi fabulam veteris scriptoris auctoritate nixam postea reliquorum Græcorum vulgus nullo examine arripuit. Certe illius mentio fit apud Nemesium, sed procul dubio eam in Epiphanius legerat. Hrc adde quod Nemesius exigui admodum est in Ecclesie ponderis, et de tempore quo vixit nihil certi hic usque compertum est. (a) Scriptus Justinianus idolis sacrificasse Origenem Christo abnegato, idque fateri proprios ejus sectatores: at auctoritas Justiniani, licet aliter sentiat Huettius, parum valet ad ejusmodi historiam confirmandam. Leontius Byzantius, Nicetas Choniates, alii recentiores Græci, omnes Origeni intensissimi, aperte sequuntur Epiphanius. Sed ejus errori pondus non adit sequacium numerus, qui longo post illum tempore vixerunt.

(55) *Admissum humanitus peccatum tempestiva et salubri pœnitentia emendasse.* His certe repugnat quod ait ipse Origenes in epistola ad amicos quosdam Alexandrinos paulo postquam Alexandria existisset scripta, qua, teste Hieronymo lib. II *advers. Rufin.*, Demetrium lacerat, et in episcopos et clericos sibi adversos invehit, et frustra ab Ecclesiis excommunicatum esse se dicit. Repugnat et quod ait in *Præfatione* ton. VI in Joannem, quem non multo post quam Alexandria Cœsaream migravit, denuo exorsus est, eo quod priorem scripturam Alexandria discedens secum non asportasset. Jam,

tia emendasse; nec Petri lapsus solunmodo, sed lacrymas etiam ac dolorem repräsentasse. Quemadmodum autem Origeni ad hujusmodi flagitium prævit Petrus, ita Marcellino papæ uterque: hunc enim templum Vestæ cum Diocletiano ingressum thus obtulisse ejus nomine inscripta Acta testantur. Quod fictum tamen et falsum esse contendit Augustinus *adversus Petilianum Donatistam* (56). Et ut verum sit, hunc martyrio paulo post summa constantia suscepit scelus reparasse certum est. Tam luculentis autem signis poenitentiam suam Origenes publice testatus est, ut ab otiosis subinde hominibus suppeditatus fuerit liber *De pœnitentia* Origenis, quem in apocryphorum censum Gelasius papa retulit (57). Is tamen liber ad quem pertineat Origenis lapsus,

dubitavit Baronius, ad an. 253, num. 118, enjus enim sese criminis reum hoc libro peragit Adamantius, vix ad eam quam tractamus Epiphanius historiam potest accommodari. Ac illud præcipue flagitium causæ fuisse existimo, quamobrem sacerdotio et Ecclesia abdicatus fuerit, ea siquidem pœna delicto hujusmodi apostolicis canonibus irrogatur. Nec mirum ab aliis ipsum ecclesiis benigne fuisse susceptum: (58) quanta enim indulgentia et charitate adhiberentur olim Christiani, qui post ejuratum infirmitate animi ac molliti Christum pœnitentia ducti ad meliorem mentem converterentur, discere licet (59) ex epistola Dionysii Alexandrini ad Fabium episcopum Antiochenum, contra Novatum. (60) Quod si suscepti tantum ab episcopo non suo presbyteri

inquit, ad quintum usque tomum, quamvis adversari nobis videretur Alexandriae procella, quæ concessa fuere, loculi sumus, Jesu increpante ventos et undas maris. Ex hoc casu progressi, ex Ægypto Deo nos liberante, qui eduxit populum suum ex ea: deinde inimico (Demetrio) adversus nos acerbissime pugnante per suas novas litteras, revera Evangelio inimicas, omnesque Ægypti ventos adversus nos concitante, stare me magis adhortabatur ratio ad certamen, et servare præstantissimam mei partem, quam importune conjungere restantem Scripturam, antequam rationis discursus tranquillitatem recuperet, ne forte cogitationes pravae invalescerent in animam etiam meam procellam inducere.... Nunc vero quando adversum nos ignita sagittæ multæ vanæ fuerunt factæ, Deo illas extingente, et assueta anima nostra his, quæ cœlestis sermonis causa contingunt, ferre cogitur facilius factas insidias, veluti aliquantum serenitatis nacti, non amplius differentes dictare volumus quæ restant. Denique magistrum in animæ nostræ adyto penetranti insonantem adesse precantes, ut fidem accipiat structura enarrationis Evangelii secundum Joannem. Si eniū idolatriæ reus fuissest Origenes: si ob eam causam fuissest Demetrii complurimumque episcoporum judicio ab Ecclesia sacerdotioque dejectus: si denique pœnitens, nunquid ita locutus fuissest? Ju-dicet aquos termini æstimator.

(56) Augustin., *De unic. baptism.*, cap. 16.

(57) Gelas., in *conc. Rom.* x, part. i, dist. 15.

(58) Quanta enim indulgentia et charitate adhiberentur olim Christiani, qui... discere licet ex epistola Dionysii, etc. Hæc sunt Dionysii verba: Αὐτὸν τοῦν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν, οἱ γῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κατενωνοι· καὶ μέτογοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ, καὶ συνδικάζοντες αὐτῷ· τῶν παραπεπικόθων ἀδελφῶν τινας, ὑπενύνοις τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγχλήμασι γενομένους, προσελάδοντες· καὶ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν αὐτῶν ἔθντες, δεκτήν τε γενέσαι διναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ καθόλῳ τῶν θάνατον τοῦ ἀμαρτιῶν ὡς τὴν μετάνοιαν, δοκιμάσαντες, εἰσεδέχαντο καὶ συνήγαγον καὶ συνέστησαν· καὶ προσευχῶν αὐτοῖς καὶ ἐστιάσων ἐκονώνησαν. Eadem Dionysii verba refert Nicephorus cap. 4, quæ Langus ita veruit: *Explorata patientia atque comprobata, in Ecclesiam eos admiserunt, et ad hunc modum receptis locum suum dederunt. Eodem modo Christophorus interpretatus est: Recipiunt in Ecclesiam, conventus cum illis celebrant, ineunt societatem, etc.* Eodem etiam sensu hæc Dionysii verba intelligere hic videtur Huetius. Sed alter Valesius. « Hanc interpretationem probare non possum, inquit Not. in lib. vi *Hist. eccles.* Eusebii, pag. 132. Quomodo enim martyres qui in carcere tenabantur astricii, lapsos in Ecclesiam admittere poterant? Adde quod non id juris competebat martyribus, sed soli episcopo, cuius officium erat pœni-

tentes reconciliare. Martyribus vero intercedere tantum pro lapsis, et commendatilias litteras scribere licet. Apparet igitur ita vertendum esse hunc Dionysii locum ut veritus: Ceterum hi divini martyres qui nunc assessores sunt Christi, et regni illius consortes, ac judicij participes una cum ipso iudicantur: dum hic apud nos essent, quosdam e fratribus lapsos, et hidi sacrificasse convictos, suscepserunt: et conversionem illorum ac pœnitentiam cernentes, cum judicassent eam placere posse illi qui peccatoris pœnitentiam manvult quam mortem, eos admiserunt et collegerunt; atque in cœtum suum receperunt; et in orationibus ac cibo cum iisdem communicarunt. Quanquam vox συνέστησαν aliter etiam explicari potest, passive scilicet pro simul consistere. Sic Dionysius apud Eusebium in lib. vii, cap. 9, μόλις παρακαλούμενος, συνεστᾶται ταῖς προσευχαῖς ἀνέστατ. Et Eusebius in lib. vi, cap. 2, de Origene: οὐδὲπώποτε προύτράπτῃ κατὰ τὴν εὐχὴν αὐτῷ συστῆναι. » Addit postea Valesius: « Duplex erat communio in Ecclesia: alia orationis, alia sacramentorum. Et orationum quidem communio pœnitentibus post certum temporis spatium indulgebatur. Communio vero corporis Christi non nisi reconciliationis post longas pœnitentias moras tandem impertiebatur. Vide canones 11, 12 et 43 concilii Nicæni. Ex quibus apparet, communionem orationis pœnitentibus fuisse ultimum et proximum gradum ad communionem sacrorum mysteriorum. Et hæc quidem de communione publica intelligenda sunt, qua concedebatur pœnitentibus, ut palam cum omni populo in ecclesia orarent. Sed in hoc Dionysii loco privata communione sermo est, quam video a nonnullis confundi cum publica. Privatam autem communionem voco, quæ a privatis, non autem ab episcopo, cuius id jus pontificiumque erat, certæ personæ concedebarunt. Exempli gratia, quando confessores et martyres lapsos intercessionem ac misericordiam ipsorum implorantes benigne excipiebant, et ut una secum Deum orarent, permittebant. Hæc communio licet a martyribus et presbyteris (plerique enim martyrum erant ex clero) lapsis fuisse indulta, nihil juris illis dabat: sed tantum instant prejudicium erat, ut ab episcopo postea admitterentur ad publicam in ecclesia orationis communionem. De ejusmodi privata communione intelligendus est Eusebii locus in lib. vi, cap. 2 de Origene, quem paulo ante citavi; et alter in lib. iv, cap. 14; item locus ejusdem Eusebii in lib. vi, cap. 45, ex epistola Corneli papæ, ubi de Moyse presbytero, qui Novatianum a communione sua repulit. Item locus Sulpicii Severi in lib. iii *De vita S. Martini*. Vide Fr. Florentem ad titulum 7, de translatione episcopi. »

(59) Apud Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 42.

(60) Quod si suscepti tantum ab episcopo non sive presbyterii fuissest reus, eum non tam severe tractatu-

fuisset reus, eum non tam severe tractaturum fuisse A Demetrium credibile est, cum præsertim ipsius commendatione fretus ad eum se promoveri dignitatis gradum passus fuisse. Minime vero facti hujus narrationem ab Eusebio consulto prætermissem puto, ut idolatriæ crimen liberaret Origenem, vel quod poenitentia elutum postmodo flagitium obli- vioni tradendum putaret; (61) sed quod res Origenis proprio et luculento *Apologiæ* opere jam antea fuisse complexus, in *Historia* autem duceret esse obiter attingendas. Inde tacuit eximium illud, ac omni laude dignum Origenis facinus (quod in idem incidisse tempus memoriae mandavit Nicetas in *Thes. orthod. fid. libr. iv.*, hær. 31), quando juxta Aegyptiorum sacerdotum morem a gentilibus adrasus, ad sanum Serapidis Christianos omnes ad pro- pugnandum Christi nomen clara voce concitavit. Falsam porro et confletam esse Origenianæ idolola- triæ historiam, ac Epiphanius ab aliena manu inser- tam pertendit Baronius, ad an. 253, num. 120, plurimaque congerit in eam sententiam, (62) quæ a Petavio erudite consulata habet in *Animadversionibus Epiphanius*. Rem alii tribunt Decii temporibus. Haec infra expendemus accuratius: sed in anteces- sum asserimus neque nos horum opinioni, vel Baroni- ni conjecturæ assentiri posse. (63) Fidei quoque integritatem in libris plerisque, ac eo præsertim qui est *De principiis*, ab Origene violatam id temporis conquestum fuisse Demetrium consentaneum est, quippe qui omnia adversus eum argumenta studiose colligeret. Alexandria itaque eliminatus Origenes Cæsaream Stratonis concessit, ibique sedem fixit, anno ætatis XLVI, Christi 231, Alexandri Severi x; vel ut est in nonnullis Eusebii codicibus, et in Nic- phoro, et in quibusdam Eusebiani *Chronici* exem-

*rum fuisse Demetrium credibile est*, etc. Esto: sed fidei quoque integritatem in libris plerisque ac, eo præsertim, qui est *De principiis*, ab Origene violatam id temporis conquestum fuisse Demetrium consentaneum est, ut ipse paulo post ait Huettius. Quod sane Demetrio satis erat, ut ex insigni Origenis gloria jamdiu in sinu collectum invidie virus totum evomeret, eumque tam severe tractandi ansam inde arriperet.

(61) *Sed quod res Origenis proprio et luculento Apologiæ opere jam antea fuisse complexus*, etc. Si D præcipue oh idolatriæ crimen, ut pertendit Huettius, sacerdotio et Ecclesie abdicatus fuisse Origenes, minime profecto facti hujus narrationem prætermisisset Eusebius. Attamen ne illum quidem hujuscem flagitiū verbum in *Apologia sua* fecisse vide- tur. Illud enim, si communorasset, certe Photius qui cod. 118, ex ipsa illa *Apologia* refert unde omnis in Origenem a Demetrio excitata fuerit tempestas, non omisisset.

(62) *Quæ a Petavio erudite consulata habes*, etc. Levibus admodum argumentis veritatem historiæ vindicat Petavius: quæ si cum nostris conferas, continuo ruunt.

(63) *Fidei quoque integritatem in libris plerisque, ac eo præsertim qui est De principiis, ab Origene* *consentaneum est*. Illud quidem eruere licet tum ex iis quæ adversus Origenem decrevit Demetria

A pluribus, anno Alexandri XII, vel XI, ut habet Sca- ligeriana *Chronici* hujus editio. Ex his hallucinatum liquet Epiphanius, qui Origenem imperante Decio Alexandriæ clariusse scripsit hær. 64, cap. 1, cum nunquam eum posthac illuc regressum fuisse con- stet. Quapropter concedo in Petavii sententiam, (64) Severi nomen Decii nomine perperam ab Epiphanio commutatum opinantis. Vehementius etiam halluci- natum constat Abrahamum Scultetum (65), qui Origenem narrat, postquam Alexandria exiit ut æmulis cederet, eo revocatum omnes sacrae Scri- pturæ libros illustrasse commentariis.

XIV. Consulit ergo Cæsaream ad Theoctistum, benigneque ab eo et liberaliter exceptus, et ab omnibus injuriis et contumeliis prohibitus est. Hinc B nova suffusus malevolentia Demetrius Aegypti epis- copos, ut dixi, in synodum cogit, Origenemque presbyterio abjudicat, et ab Ecclesiæ societate se- jungit, universo propemodum orbe decretum appro- bante et confirmante. Ardentes quoque in eum et aculeatas quoquoversus disseminavit litteras: sed hominis iracundiae simul et vita, eodem, ut videtur, quo discessit Origenes anno, finem matura mors posuit in ejusque episcopatum Heraclias suffectus est. Haec eo ordine narrat Eusebius in *Historia*, quo a nobis descripta sunt; aliter in *Chronico*, in quo Demetrii mors Origenis exitum toto biennio prævertit, quod neutiquam stare potest.

XV. Certe, ne quid dissimulem, Gennadius in libr. *De vir. illustr.*, cap. 33, scribit Theophilum C Alexandrinum episcopum tradidisse non a se Ori- genem primum, sed ab antiquis Patribus, et maxime Heraclia fuisse et a presbyterio ejectum, et de ecclesiæ pulsum, et de civitate fugatum. (66) Idem habet scriptor *Vita S. Pachomii* (67), et epistola synodica

synodus, tum ex ipsius Origenis epistola ad amicos quosdam Alexandrinos, ubi queritur quod adversarii sui, ac heretici quidam, aliquæ nonnulli Ecclesiæ conturbare volentes, libros suos adulterassent. Hanc etiam propter dogmatum novitatem et heresim damnatum fuisse dicebant ejus inimici ætate Hieronymi, quemadmodum ipse testatur Hieronymus in epistola quadam ad Paulam, cuius particulam affert Rufinus lib. II *Invectiv.* Idem docet epistola synodica episcoporum Aegypti atque Alexandriæ, cuius fragmentum adducit Justinianus in epistola ad Me- nam, quod paulo infra exhibet Huettius.

(64) *Severi nomen Decii nomine*, etc. Verumtamen Epiphanius lib. *De pond. et mens.*, pag. 174, Origenem ab imperatori Decii tempore, ad Gallum usque et Volusianum, et ultra floruisse scribit. Ubi duplex error, cum Decius pro Severo ponitur, et Origenis mors ultra imperium-Galli et Volusiani rejicitur. Quod argumento est non imprudenti Decium irre- pisso pro Severo, sed ita credidisse Epiphanius, adeoque rudem et peregrinum in Origenis vita fuisse: quod infra fietetur ipse Huettius.

(65) Abr. Scult. in *Medull. theol. Patrum*, lib. VI, cap. 1.

(66) Idem habet scriptor *Vita S. Pachomii*. Ob- servari velim in *Vita S. Pachomii* a Bollando Latine edita 14 Maii, Heracke mentionem non esse.

(67) *Vit. Pach.* lib. I, p. 125 Boll., XIV Mai., § 21; *Concil. tom. V*, pag. 660.

episcoporum *Egypti*, cuius fragmentum assert Justinianus in epistola ad Menam. Verba haec sunt: 'Αρχαμένου γάρ αὐτοῦ βλασφήμους διμίλας διμιλεῖν, δικαῖον μακαρίτης Ἡρακλᾶς ὁ ἐπίσκοπος, ὃς ἀροτῆρ καὶ ἀμπελουργὸς φιλαλήθης τοῦ τῆς Ἐκκλησίας χωρίου τυγχάνων, ἐκ μέσου τοῦ καλοῦ σίτου τούτον ἔτειλεν, ὃς τοῦ πονηροῦ ζιζανίου ὅντα ἀλλοθῶς. Cum enim impias orationes habere cœpisset, beatæ memoriae Heraclas episcopus, qui tunc florebat, tanquam arator et vinitor veritatis studiosus ecclesiastici agri, eum e medio pulchræ segetis, sic tanquam vere malam zizaniam evellit. Quibus alia causa eur expulsus fuerit Origenes præter superiores assertur. (68) Est simile quidpiam apud Petrum Alexandrinum episcopum in *Mystagogia*, cuius partieliam quoque recitat Justinianus in eadem epistola: Τί δὲ εἶπω, inquit, Ἡρακλᾶν καὶ Δημήτριον τοὺς μακαρίους ἐπισκόπους; οἵους πειρασμὸς ὑπέστησαν ὑπὸ τοῦ μανέτος Ηριγένους, καὶ αὐτοῦ σχίσματα βάλλοντος ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὰ ἔως σήμερον ταραχὰς αὐτῇ ἐγείραντα. Quid autem dicam Heraclam et Demetrium beatos episcopos? Quales tentationes ab insano Origenē passi sunt, cum et dissidia sererer in Ecclesia, quae ad hanc usque diem turbas in ea excitarunt? Denique Eusebius, ut jam a me notatum est, in *Chronico* Origenem exsulasse singit, bieuo postquam episcopus creatus est Heraclas. (69) Facile equidem existimo Demetrii adversus Origenem decreto astipulatum fuisse Heraclam adhuc presbyterum, et simul ut episcopatum adeptus est, decessoris sui confirmasse edictum, et quoniam restitueretur in integrum Origenes impedivisse: ait quippe Photius cod. 118, edicto Demetrii subscriptissime quotquot ipso Origeni antea suffragati fuerant. Verum persuaderi non possum jam tam obiisse Demetrium, cum Alexandria dejectus est Origenes, et cur expellentur auctorem fuisse Heraclam, contra Eusebianæ *Historiæ* testificationem, et Hieronymi libr. II *ad. Rufin.*, cap. 5, et ipsius etiam Origenis, qui in epistola ad amicos Alexandrinos post exilium ipsius scripta, Demetrium aliquaque adversum se consentientes ulciscitur.

XVI. (70) Postquam ex hoc tumultu Cesaream sese recepit Origenes, fama sive tot calumniis appetitatem consuluit, et submissas in nominis sui oppo-

(68) Combellis., Act. V. Petr. p. 293; Concil. tom. V, pag. 652.

(69) Facile equidem existimo Demetrii adversus Origenem decreto astipulatum fuisse Heraclum, etc. Id ut credentes Eusebium addicimus eum male intellecto hoc Photii libro emend. 118: Άλλη δῆλη δημοψήσης θραύσιος ἐπαρτίσματος Ἀλεξανδρείας, καὶ τὸν ἀραιότερον ἀπεκρίνεται, ποιητηραρχῶν καὶ τῆς ἀπορέατον συμβούλου τοῦτον γεγονόταν. Verum Demetrius non sicut *Egypti* episcopus aliquippe, sacerdotio quoque illam dignificauit, subscriptissime etiam adiecto habet, quoniam sicut suffragatus et presbiter. Si enī ad dicens presbiter est, quoniam sicut et presbiter ad Origenem deferat, enī ad Demetrium referentem sit. Non enim nomen sit Photini, quoniam genito Demetrius nomen sibi dicitur indebet:

in posterioris

Agnitionem a Demetrio litteras scripta ea quam dixi ad amicos quosdam suos Alexandriam epistola lumenenter confutavit. In qua etiamsi maledictis abstinere se velle declarat, aspero tamen et acerbe Demetrium, eique consentientes adversum se episcopos perstringit, et illatam sibi injuriam, inflictosque anathematismos refelit. Nec minus ob Demetrii decreta et Alexandrinas synodos ecclesiasticis muniis defunctus est; docebat publice, et in ecclesia de rebus sacris ad populum dissecerbat; atque haec non Cæsariensis episcopi modo, et Jerosolymitani permisso, sed jussu etiam; qui ad hunc unum Scripturæ sacræ interpretandæ munus detulerunt. Cum enim in ejus causa variae essent variorum sententiae, duasque velut in partes universa abiisset Ecclesia, infensis reliquis patrocinium ejus ac defensionem Palæstina, Phoenicia et Arabia suscepserunt: quarum anerioritate fretus sese sacerdotio ac Ecclesiæ communione excidisse minime ratus est, et inter eas gradum suum ac dignitatem obtinuit.

XVII. Jerosolymam quoque iisdem circiter temporibus adiit, Christi apostolorumque visurus vestigia. (71) Ibi vehementer ab eo petiit sacerdotum collegium (72), ut in ecclesia verba faceret; cumque vim ad impetrandum propemodum adhiberent qui præerant sacris, assurgens ille assumpto libro unde sibi argumentum deligeret, in hunc e psalmo XLIX, versum forte incidit: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?* Quo recitato, quasi sua sibi a Deo perfidia exprobaretur, in tantos luctus incidit, ut astantibus universis lacrymas executeret. Cum vero se aliquando Christi, apostolorumque per illustrasse vestigia significaverit, tom. VI in *Joan.*, num. 24, pag. 140, his temporibus id tribui posse censeamus. Iudeo vero non multo post digressus est.

XVIII. Scribit Epiphanius bar. 64, cap. 3, et *De pond. et mens.*, cap. 18, Tyrum concessuisse ipsius post Jerosolymitanum iter, atque ibi per annos octo et viginti decursum in interpretandis, justis Ambrosii postulata, Scriptoris otium suum consumpsisse. Dicerem corruptum a libraria numero, nisi dubius apud Epiphanium locis haberetur.

D Demetriani concilii actis subscriptissime. Certe nullus apud Hieronymum legitimus ab Heraclia quicquam contra Origenem actum fuisse. Equis enim illi credidit Heraclia, quem Origenem per triplam fere annos discipulus habuisset: cui Alexandria discedens ecclesiæ scholæ manu reliquit, enī qui si hincutipū subrogavit Dionysium Origenis etiam discipulum?

(70) Postquam ex hoc tumultu Cesaream, etc. Quod non in hunc ordinis sit Photini, minime certe dicitur enim Origenes Photini ex penitentia, ut jam dicitur.

(71) Sic adiutorior ad eum petiit associationem colligunt, etc. Nam ex aliis omnes fontibus ac Origenis monachis locutis sunt Photini.

(72) Epiph. bar. 64, cap. 3.

idem, aliorumque suffragio confirmaretur. Dicendum potius id ex vulgi sermonibus, ut alia pleraque, Epiphanius accepisse; utrobique enim addit, ὃς δὲ λόγος ἔχει; falsum autem penitus fuisse: cum enim anno Christi circiter 254, diem suum obierit Origenes, uti infra demonstrabimus, anno vero ætatis suæ 69; postquam Alexandria excessit, anni admodum 23 intercesserunt ad ejus obitum; quorum nonnullos etiam Cæsareæ Stratonis, Jerosolymæ, Cæsareæ Cappadocum, Athenis, et in aliis locis contrivit. Merito ergo hic Epiphanius arguit Petavius in *Animadv. ad hær. 64, cap. 3.* Annos quidem xxviii, Alexandriæ litteris docendis præfuit, ut observatum est Halloxi (73): nam amissopatre statim sibi docendo victum quæsivit, natus annos circiter octodecim. Hinc ad annum ætatis

A xlvi, quo Alexandria ejectus est, anni interiacam omnino xxviii. Atque hanc Epiphanio fuisse errandi causam credi potest.

XIX. Simul ut Cæsaream venit Origenes, Alexandria relictæ, ibi litterarum studiis præfectus est, statimque ad capessendas disciplinas, sed potissimum sanctiores, cum docendo, tum scribendo universos excitavit, sed duos præcipue magni nominis adolescentes, Neocæsarea oriundos, claris genitos parentibus, sed a Christo alienis, Theodorum qui et Gregorius appellatus est, et Thaumaturgi cognomen meruit, ejusque fratrem Athenodorum. Qui cum juris Romani studiis operam daturi (74) Athenis Berytum venissent, ubi tum vigebat legum doctrina, casu nescio quo Cæsaream delati, (75) in Origenem recens illuc appulsum una cum Firmi-

(73) Hallox. in *Not. ad Orig. defens. lib. 1, cap. 7.*

(74) Athenis Berytum venissent. Athenis scholas frequentasse Gregorium solus narrat Socrates lib. iv, cap. 27, cuius hac in re auctoritat multum nocet Gregorii ipsius Thaumaturgi de Athenis silentium, cum aliunde res ad se pertinentes ab infante ad suum usque Cæsaream adventum accuratissime referat in oratione ad laudem Origenis habita. Ad Berytum quod attinet, non solus Socrates ibidem quo supra, sed Hieronymus quoque Socrate antiquior in eam urbem de Cappadocia hosce fratres prius venisse, quam Cæsaream accederent, refert. Admodum adolescens, inquit Catalogo scriptor. ecclesiast., cap. 63, ob studia Græcarum et Latinarum litterarum, de Cappadocia Berytum, et inde Cæsaream Palæstinæ transiit, juncto sibi fratre Athenodoro. Verum utriusque testimonio plane adversari videtur ille Gregorii locus *Orat. panegyr. num. 5:* Τογαροῦν οὐχ ὁ στρατιώτης, θεῖος δὲ τις συνοδοπόρος καὶ πομπὸς ἀγαθὸς καὶ φύλακ, ὁ διὰ παντὸς τοῦ βίου, ὥστερ μακράς διδοτορίας διαισθῶν τῆμας, παραμεψάμενος τά τε ἄλλα, καὶ τὴν Βηρυτὸν, ἣς μάλιστα ὅρμην ἐνταῦθα ὡήθημεν, ἐνταῦθα φέρων κατεστήσατο. Quare non miles, sed divinus quidam vias comes, et deductor bonus atque cūsios, qui per totam hanc vitam, tanquam per longam peregrinationem nos custodit, tum alia præteriens, tum Berytum, quam optare maxime putabamur, huc (Cæsaream) recta perducos collocauit.

(75) In Origenem recens illuc appulsum una cum Firmiliano incidentur. His verbis indicat Huetus, et infra cap. 5, num. 7, aperte exprimit Firmilium nondum episcopum in Origenis disciplinam una cum Gregorio Thaumaturgo incidisse. Sequitur Gregorium Nyssenum qui in *Vita Thaumaturgi*, pag. 542, ita habet: Ἐπειδὴ πᾶσαν πατέεσσιν τῆς ἔξω σφράζει ἐπιδραμῶν, ἐνέτυχε Φιρμιλιανῷ τινι τῶν εὐπατριῶν Καππαδόχῃ, ὅμοιοτρόπῳ κατὰ τὸ θύος, ὃς ἔδεισεν ἐκεῖνος τῷ μετά ταῦτα βίῳ, κόσμος τῆς Ἐκκλησίας τῶν Καισαρέων γενέμενος· καὶ τὸν τε σκοπὸν τοῦ φρονήματος καὶ ἴδιου βίου φανερὸν τῷ φίλῳ ἐποίησεν, ὡς εἰη πρὸς τὸν Θεὸν βλέπων, καὶ τὴν ἐκείνου σπουδὴν ἔγνω περὶ τὴν αὐτὴν ἐπιθυμίαν συμβαίνουσαν, κατατίπον πάσαν τὴν περὶ τῆς ἔξω φιλοσοφίας σπουδὴν, προσφοιτῷ μετ' ἐκείνου τῷ κατὰ τὸν χρόνον ἐκείνον τῆς των Χριστιανῶν φιλοσοφίας καθηγούμενῷ· Ήριγένης δὲ οὗτος ἦν, οὐ πολὺς ἐπὶ τοῖς συγγράμμασι λόγος. Posteaquam omnibus disciplinis externa sapientia percursis incidisset in Firmilianum quendam patricium Cappadocem, similem moribus et ingenio (ut ille in sequenti vita ostendit, cum Cæsariensis Ecclesia ornamento fuit), et animi sui consilium ac vitae propositum amico patefecisset, quod ad Deum videlicet spectaret; et illius studium circa idem desiderium convenire intellexisset, relicto

B omni studio externæ philosophiæ, accedit una cum illo ad eum, qui in eo tempore Christianorum philosophiæ princeps erat (is autem erat Origenes, cuius, propter scripta, fama celebris est). Sed 1<sup>o</sup> multum Nysseno nocet Thaumaturgi ipsius, Eusebii, Hieronymi aliorumque scriptorum hac de re silentium. 2<sup>o</sup> Dicere videtur Nyssenus Thaumaturgum una cum Firmiliano Alexandria tum primum in manus Origenis incidisse post peractum in hac urbe philosophiæ studium. Οὖσης δὲ, inquit in *Vita Thaumaturgi*, pag. 540, αὐτῷ τῆς διαγωγῆς ἐν Αἴγυπτῳ κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Ἀλεξανδροῦ πόλιν, εἰς ἣν καὶ ἡ πανταχόθεν συνέφερε νεότης τῶν φιλοσοφίας τε καὶ λατρικὴν ἐσπουδαχότων, εtc. Cum autem degerer in Αἴγυπτῳ in magna Alexandri urbe, in quam ex omnibus partibus philosophiæ et medicinæ studiosæ juventus confluerebat, etc. Et paulo post, pag. 542: Posteaquam omnibus disciplinis externa sapientiæ percursis, etc. Quod omnino falsum est. Nam constat ex Eusebio, Hieronymo, et aliis scriptoribus iam tum Origenem Alexandria discessisse cum in manus ejus incidit Thaumaturgus, nec Thaumaturgum unquam philosophiæ operam dedisse nisi sub Origenis disciplina: quod ipse Thaumaturgus aperte testatur in *Orat. panegyr.*, num. 5: Sacrum vero hunc virum, inquit, ab Αἴγυπτῳ ab Alexandrinorum urbe, in qua domiciliū prīus habebat, in hunc locum (Cæsaream) veluti nobis occurserunt res aliae trahēbunt et transferrebant. Paulus post, num. 6: Dicere non possim, quam multas ejusmodi voces ederet, ad philosophandum nos exhortans: neque id uno die duntaxat, sed multis, quoties ad illum principio veniebamus, ejus quidem sermone tanquam jaculo quodam a prima ipsa ἀτατε confixi.... Ceterum fluctuantes adhuc, et anticipi animo, philosophari quidem ambientes, nondum tam omnino permoti utique persuasi, discedere porro nescio quomodo non valentes, ut qui semper tanquam majoris cuiuspiam necessitatis impulsu ad ipsum ejus sermonibus rapiebamur. Et infra, num. 11: Hic (Origenes) me primus ac solus a Græcorum philosophiæ operam darem hortatus est; suis ipsis moribus ut morum doctrinam et discerem et amplecterer persuadens.... Hic vero me primus etiam verbis philosophiæ hortatus est, cum facilius verborum cohortationem prævertisset, etc. Quo tempore Cæsaream Stratonis appulit Origenes, Thaumaturgumque in suam disciplinam receperit, iam tum episcopus erat Firmilianus, ut liquet ex Eusebio, *Hist. lib. vi*, cap. 26: Ετος δὲ ἦν τούτῳ δέκατον τῆς δηλουμένης ἡγεμονίας, καὶ δὲ τὴν ἀπ' Ἀλεξανδρείας μετανάστασιν ἐπὶ τὴν Καισαρείαν ὁ Ήριγένης ποιησάμενος, Ἡρακλῆ τῷ τῆς κατηχήσεως τῷ αὐτοῦ διδασκαλείων καταλείπει. Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ Δημήτριος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας επίσκοπος τελευτᾷ, ἐφ' ὅλεις

liano inciderunt. (76) Socrates lib. iv, cap. 27, fama Origenis excitos eo contendisse narrat. Is excellenti adolescentum illorum indeole perspecta, ea utrumque humanitate, ea comitate morum in sui amorem traxit, et adhortationibus, scriptisque ad Gregorium libellis ad virtutem ita arrexit, ut (77) per totum quinquennium ei sese interioribus litteris erudiendos in idem conubernium adjungerent, tantamque ex ejus præceptionibus philosophiæ et mathematicarum artium notitiam haurirent, quanta ad perfectam sacrarum Litterarum interpretationem usui esset futura. Cujus opera is demum fructus fuit, ut alter editis miraculis (unde et cognomen reportavit) clarus, alter martyrii corona insignis, post gestos in patria episcopatus uterque obierit. Eos ad Christianas partes ab Origene fuisse adductos, cum, antea ethnicorum erroribus suis sent impliciti, censuit Halloxius *Orig. defens.* lib. i, cap. 14; et lib. iv, quæst. 10. Illexit eum in hanc

έτεσι τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα τῇ λειτουργίᾳ διαρκέσας. Διαδέχεται δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρακλῆς. Διέπρεπε δὲ ἐν τούτῳ Φιρμιλανὸς Καϊσαρεῖας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος. Decimus hic erat unus jam dicti imperatoris (Alexandri) cum Origenes ab urbe Alexandria Cœsaream migraturus, scholam ad fideles ejus loci instituendos Heraclæ dederunt. Nec multo post Demeitrius Alexandrinorum episcopus fato functus est, cum per tres et quadraginta annos Ecclesiam administrasset. In hujus locum successit Heraclas. Florebant tunc temporis Firmilianus Cœsareæ apud Cappadocas episcopus. Non ergo Firmilianus ante episcopatum in Origenis disciplinam venit una cum Gregorio Thaumaturgo. Sed Nyssenus cum reliquis scriptoribus ita conciliari potest, si dicamus Firmilianum jam episcopum frequenter Origenem in Palæstinam tunc temporis adivisse, apud quem aliquandiu manebat, ut majorem rerum divinarum notitiam perciperet; adeoque in Origenis eum quodammodo una cum Gregorio venisse disciplinam. Quod consentit cum Eusebii narratione: Τοσαῦτην, inquit *Hist.* lib. vi, cap. 27, εἰσάγων περὶ τὸν Ποιγάνην σπουδὴν, ὡς τὸτε μὲν αὐτὸν ἀμφὶ τὰ κατ’ αὐτὸν κατηματα εἰς τὴν τὸν ἔκκλησιν ὥφελειαν ἔκκαλεῖσθαι· τοτὲ δὲ ὡς αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ιουδαίαν στέλλεσθαι, καὶ τίνας αὐτῷ συνδιατρίβειν χρόνους, τῆς εἰς τὰ θεῖα βελτιώσεως ἔνεχα. Qui tam propensa erga Origenem animo fuit, ut modo illum in suam provinciam ad ecclesiæ uilialem evocaret, modo ad ipsum visendum in Judæam usque proficeretur, et una cum ipso aliquandiu maneret, ut majorem rerum divinarum notitiam perciperet.

(76) *Socrates fama Origenis excitos eo contendisse narrat.* Id quoque falsi convincitur ex iis quæ in *Oratione panegyr.*, num. 3, narrat Gregorius ipse, se, fratremque Athenodorum cum incogitantes, quasi ferme agrestes aut aves in retia Origenis, id est, in ejus conspectum incidissent, autugere primum ab eo voluisse Berytum versus, aut in patriam reverti, quod utique fecissent, nisi eos mille artibus ita sibi devinxisset Origenes, ut Cœsareæ apud eum remanere coacti fuerint.

(77) *Per totum quinquennium, etc.* Horum annorum initium si duxeris ab anno 251, finis erit annum 256. Sed eo ipso anno ardente Maximini persecuzione quæ juxta Orosium lib. vii, cap. 19, speciatim propter Origenem in prælatos et doctores Ecclesie concitata erat, probabile non est Origenem tunc temporis remansisse Cœsareæ. Quamobrem cum anno 254 Origeni sese erudiendum tradiderit Gr. nos 255, 256 et 257 Alexan-

A sententiam Hieronymus, cuius illa verba sunt lib. De script. eccl. in Theodoro: *Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, eos ad philosophiam cohortatus est; in qua paulatim Christi fidem sub-introducens, sui quoque sectatores reddidit.* Hæc Hieronymus, ut alia fore libri hujus omnia, sumpsit ex Eusebio, qui sic habet lib. vi *Hist.*, cap. 30: Οὓς ἀμφὶ τὰ Ἐλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα διενῶς ἐπτομένους, φιλοτοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς Ἐρωτα, τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θεῖαν ἀσκησιν ἀντικαταλάξασθαι προύτρέψατο. *Quos in Graecas Romanasque disciplinas vehementer incensos, injecto illis amore philosophiæ, a prioribus studiis ad divinarum rerum meditationem ut transirent, adhortatus est.* Jam vero manifestus est boni Hieronymi error, (78) quem apertius etiam redarguit Gregorius ipse Thaumaturgus, testis locuples, qui multo ante ad agnitionem veritatis venisse se profitetur, quam ad Origenem accessisset. Redarguit et Gre-

driæ transegisse, indeque reversus ad Origenem anno 237, vel 238, ut baptismio tingeretur, quinquennale studiorum tempus sub Origenem absolvisse anno 238, vel 239. Ad id forte attendit Casanbonus, de quo infra, cum ait Gregorium per annos octo Origeni operam dedisse.

(78) *Quem apertius etiam redarguit, etc.* His nimirum verbis *Orationis panegyr.* num. 5: Ανατροφαὶ γάρ αἱ πρῶται ἐκ γενέσεως ἡσαν ὑπὸ γονεῦσι καὶ πάτερι ἔνη τὰ πεπλανημένα· ὧν ἡμᾶς ἐλευθερωθῆσθαι, οὔτε ἀδλοὺς οἴμαι, προσεδοκήσεν, οὔτε καὶ ἐμοὶ ἐπὶ τις τὴν παιδίον μὲν ὄντι καὶ ἀλόγῳ, ὑπὸ πατρὸς δὲ δεισιδαιμονίῳ. Είτα πατρὸς ἀποδολὴ καὶ δραφαίᾳ, ή δὴ μοι τάγα καὶ ἀρχὴ τῆς τοῦ ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως ἡν. Τότε γάρ πρῶτον ἐπὶ τὸν σωτήριον καὶ ἀληθῆ μετετέθην λόγον, οὐκ οἰδὲ ὅπως, κατηγασμένος μᾶλλον ἡπερ ἔκινον. Τίς γάρ ἐμοὶ κρίσις ἡν, δινει τεσσαρεσκιδεκατετέλη; πλὴν ἐξ ἐκείνου ποιεῖς ἐπιδημεῖν μὲν ὁ λέρος δῆδε λόγος ἡρέστο εὐθὺς, οἷα δὴ ἀρτὶ πληρουμένου τοῦ κοινοῦ πάντων ἀνθρώπων λόγου, ἐπεδῆμει δὲ δῶμας τότε πρώτον. Prima enim educatione ab ipso oru sub parentum cura fuit; et patrī mores erronei: a quibus liberatum iri me, neque aliis, opinor, quisquam sperasse, neque mihi spes illa erat, puero adhuc et rationis experii, sub patre superstitione. Secuta deinde est patriam amissio, et orbitas, quae mihi fortasse cognoscendi veri initium fuit. Tunc enim primum ad salutare verumque verbum transii, nescio quo pacto, coactusne potius, an volens. Quodnam enim judicium mihi erat, qua tuordecim annos nato? Verunitamen ex eo tempore advenire mihi sacram illud verbum cœpit, quasi perfecta iam communī omnium hominum ratione, aduenit sane tum primum. Verunitamen imperfecto huic conversionis initio supremam manum admovisse Origenem, cum erudiendum eum accepit, testatur infra Gregorius his verbis: Ο δὲ ὑποδεξάμενος ἐξ ἡμέρας τῆς πρώτης, τῆς διντας ἐμοὶ πρώτης, τῆς τιμιωτάτης πασῶν, εἰ δὲ λέγειν, ἡμερον, δὲ μοι πρῶτος δὲ ἀληθινὸς ἀνατέλλειν ἡλιος ἤρεστο, εἰς. Ille vero susceptos a prima die, quæ vere mihi prima luxuit, omnium, si dici debet, dierum mihi honestissima; quando mihi primum verus exo-iri Sol es, εἰ, εἰ. Ergo non tam manifestus est Hieronymi error ac putavit Huetius. Ad Gregorium Nyssenū quod attingit, nimium ipse ab S. Hieronymi narratione ipsiusque Thaumaturgi dissentit, cum Gregorium ait, pag. 540, jam μαθητὴ τοῦ Εὐαγγελίου καθεστάθαι, discipulum Evangelii factum fuisse, priusquam ad Origenem accederet, atque in Aegypto in magna Alexandri urbe, in quam undique philosophiæ ac-

gorius Nyssenus, eumque ex variis et incertis ethniconum philosophorum de Deo sententiis veri Dei notitiam hausisse testificatur in *Vita Gregorii Thaumaturgi*, pag. 559. Mirum vero scripsisse Bedam (79) litteris institutos ab Origene Gregorium et Athenodorum, imperante Gordiano mirum quoque existimasse Casaubonum (80), diligentissimum certe virum, per annos ipsos octo Origeni operam dedisse Gregorium, vel spretis, vel inconsultis Eusebio et Hieronymo, qui quinquennium duntaxat assignant. Homini nempe valde alioqui perspicaci imposuit locus iste Gregorii ipsius (81): 'Ἄλλὰ καὶ ὀχταέτης μοι χρόνος οὗτος ἥδη, ἐξ οὐ οὔτε αὐτὸς εἰπών τι, ἢ γράψας λόγον τινὰ μέγαν ἢ μικρὸν, ὅλως τυγχάνω· οὗτε ἀλλού ἡκουσά του, ίδια γράψοντος, ἢ λέγοντος, ἢ καὶ δημοσίᾳ πανηγυρικούς λόγους καὶ ἀγωνιστικούς παρεχομένου, δτι μὴ τῶν θευματινῶν τούτων ἀνδρῶν, τῶν τὴν καλὴν φιλοσοφίαν ἀσπασμένων. Ab octo annis sermonem nullum vel scri-

A psisse se vel recitasse agnoscit, neque quemquam recitantem audisse, præterquam admirandos illos viros, veræ philosophiae amatores, condiscipulos nempe suos, Origenis itidem auditores. Minime vero se illos dicentes per octennium audisse significat, sed non alium quemquam per octennium audisse. Sribit Nicephorus *Hist.* lib. v, cap. 20, Dionysium, eum qui Heraclæ et in schola et in episcopatu Alexandrino successor fuit, hoc tempore etiam Adamantio preceptore esse usum. Eusebius certe, quem unum hic videtur assetatus Nicephorus, Dionysium Alexandriæ Origenis auditorem fuisse docet; Cæsarea vero fuisse itidem, id vero apud eum nusquam reperias. At non docendo solum, sed scribendo etiam pro more suo publice prodessere in hoc Cæsariensi secessu Origenes satagebat: Isaïæ quippe et Ezechielis vaticinia tunc commentariis illustravit.

### CAPUT III.

I. *Alexandro Severo succedit Maximinus. Sexta persecutio. II. Gregorius et Athenodorus Neocæsaream repetunt. Origenes Cæsaream Cappadocia ad Firmilianum confugit, latet apud Julianam. III. Hexapla inchoat. IV. Sribit librum De martyrio. V. Maximinus perit, succedit Gordianus. VI. Origenes iterum Athenas proficiscitur, Ambrosium obiter adit Nicomediam, Athenis absolvit Commentarios suos in Joannem et in Ezechielem, alios inchoat in Canticum canticorum. VII. Cæsaream Stratonis repetit, Commentarios in Canticum absolut, Firmilianum iterum in disciplinam recipit. VIII. Ad convincendam Berylli hæresim Bostram accersitur, in Palæstinam redit. IX. Obit Gordianus, succedit Philippus. X. Utrum a Dionysio Alexandrino oppugnatuerit Origenes. XI. Origenes sexagenario major scribit contra Celsum, in Matthæum, et in duodecim Prophetas; item innumeratas epistolæ. XII. Utrum Philippus imperator fuerit Christianus. XIII. Homilia suas tum primum excipi patitur Origenes, fidei suæ professionem militit ad Fabianum papam et alios episcopos. XIV. Vocatur ad concilium adversus Arabum hæresim; scribit adversus Helcesitas; Appellatis profligat.*

I. Dum his intentum animum habet Adamantius, cæsus est cum Mammæa matre Alexander Severus, post administratum annis tredecim singulari continentia et aequitate imperium. Sceleris auctor Maximinus, homo gente ac moribus barbarus, in demortui locum suffectus est, cui nec obtulisse mortem, et in ejus dignitatem involasse contentus, plam optimi imperatoris familiam, et quoscunque charos, dum esset in vivis, habuerat, ferino ritu devexare

aggressus est, ac Christianos potissimum. Quos cum esse fuisse passus Alexander, funditus delere Maximinus optavit. Bellum atrox itaque Ecclesiæ infertur, neglectoque Christianorum vulgo, sacerdotes morti ac suppicio destinantur, ut detracitis columnis labefacta ædes corrueret. Id, vel ob unum maxime Origenem, consilii fuisse susceptum refert Orosius lib. vii, cap. 49; et post eum Beda (82), Freculphus *Chron.* tom. II, lib. iii, c. 2, et Maria-

medicinæ studiosa juventus confluens, fuisse versatum, ac denum omnibus sapientiæ disciplinis percursis incidisse in Firmilianum quendam patricium Cappadocem, eique animi sui consilium ac vita institutum, ut amico, patescisse, quod scilicet ad Deum intentos jam haberet mentis oculos: eumque paria animo agitare consilia cognovisset, relicto omni externæ philosophiæ studio, accessisse una cum illo ad eum cum illo tempore Christianorum philosophiæ princeps erat, Origenem videlicet, cuius, propter scripta, fama celebris erat. In ea autem oratione quam Cæsarea redditurus in patriam ad ipsum Origenem habuit Gregorius, non innuit se Athenis habitasse, sed admodum adolescentem in Palæstinam profectum cum sorore quæ ad virum Palæstinæ præsidis assessorem tendebat. Indicat deinde se, Beryo præterita, recta venisse Cæsaream, ibique in Origenem incidisse, qui ei deinde et una scilicet fratri auctor fuit ut philosophiæ darent operam, ac sensum illorum animis Christianæ religionis noti-

D iam amoremque instillavit. Videtur Nyssenus, cum Gregorium legeret fuisse Origenis discipulum, hunc vero Alexandriæ docuisse, existimasse isthic in Origenis eum transisse disciplinam. Verum si Alexandriam itt Gregorius, probabile est (quoniam ibi philosophica studia tractasse dicitur) Origenis consilio illuc Cæsarea circa annum 235 quo tempore forebat Maximini persecutio, cum fratre eum esse profectum, ut perspecta ibi Christianorum philosophorum disciplina et sancta vitæ ratione, in suscipienda fidei desiderio ambo confirmarentur; indeque una cum sancto Firmiliano, postmodum Cæsarea in Cappadocia episcopo, in Palæstinam ad Origenem circa annum 237, vel 238, reversos, baptismo esse tintos.

(79) Beda, *De sex ætatib. mundi*, in Gordiano.

(80) Casaub. in *Not. ad paneg. Gregor. Thaum.*

(81) Greg. Thaum. in *Paneg.*, n. 4.

(82) Beda *De sex ætatib.*, in *Maximo*.

nus Scotus ad an. Christi 259. Idcirco, opinor, A quod hujus præcipue pietate, scriptis, concessionibus, et exemplo Christiana fides magnum jam incrementum accepisset, et porro capture videretur.

II. Ingruenti periculo fuga se subduxit Origenes, (83) cum paulo ante Gregorium, et Athenodorum post exactos in exhedris suis annos quinque in patriam redituros a se amisisset. Et tum ad Firmilianum Cæsareæ Cappadocie episcopum, summa sibi necessitudine devinetum, tota cum Firmiliano invitante eum Cappadocia, fugisse certis rationibus ad credendum duci sumus. Cum enim probaverimus supra in quintæ persecutionis tempora fugam hanc cadere nequit posse, superest ut ad sextam, quæ fuit Maximini, vel ad Decianam referatur. Atqui Decius biennium non explevit in imperio, diuque etiam, dum rerum potitus est, in vinculis fuit Origenes; cum toto biennio illic apud Julianam latuerit, ut scriptum est a Palladio. Omnino igitur in Maximini persecutionem incidit Cæsariensis iste successus. Firmilianum quoque, cum rebus ipse suis consuleret (ad Ecclesiæ quippe præsides potissimum pertinebat periculum), alicubi latuisse, et cum Origene fortasse, credibile est, postquam securum ei apud Julianam perfugium assignavit. Hæc abundans opibus, easque in Ecclesiæ commoda profundere solita, summa liberalitate hominem de republica Christiana optime meritum complexa est; nec hospitio exceptit solum, sed bibliotheca etiam, quam instructissimam a Symmacho hæreditario jure obtinebat.

III. Illic insigne Hexaplorum opusum inchoasse Origenem existimo, maximam naectum librorum supellectilem, et interpretationum præsertim Scripturæ, quas in suos usus collegisse Symmachum verisimile est, cum ipse suam adornaret. Jam priuam quidem eorum descriptionem animo præformasse, cum versaretur Alexandriæ, nonnullaque ad id Scripturæ interpretationes collegisse et consultisse significare videtur Eusebius, *Hist.* cap. 16, quas et magnis ipsum sumptibus redemisse ait Hieronymus *Apol.* in *Rufin.*, lib. II, cap. 9. Cæsareæ vero Cappadociae serio manum operi admovisse puto, Tyri penitus absolvisse. Ex quo intelligitur Epiphanius ratio, Tyri ea elaborata fuisse testificantis, hoc est, partim Tyri, partim in iis locis, in quibus moram fecit Origenes viginti octo annorum decursu, quos Tyri actos Epiphanius (84) falso arbitrabatur. Hæc a nobis tractabuntur inferius. Commode vero ad eam lucubrationem referri potest quod de se dicit Origenes, apud Suidam (85), solitum esse sibi, ἐν κατροῖς ἀνέσεως φιλολογεῖν, καὶ ἀχριθοῦ τὰ ἀντίγραφα. Facile enim persuadeor

\* I Cor. xv, 32.

(83) Cum paulo ante Gregorium et Athenodorum, etc. Verisimile non est jam tum in patriam redisse Gregorium et ejus fratrem. Videntur potius ambo Alexandriam migrasse, deinde mortuo Maximino ad Origenem, ac denun ad patriam redisse. Vide notas 77 et 78.

A successivis horis varia ipsum exemplaria simul contendisse, qui labor ad condenda Hexapla erat veluti παρασκευή.

IV. Ambrosius interim jam supra nobis commemoratus, et Cæsariensis Ecclesiæ presbyter Proctetus, flagrante hac persecutione comprehensi et in custodiam acti sunt. Quamvis autem ipsi perse Christi causam propugnarent viriliter, non mediocriter tamen utrumque confirmavit Origenes, misso aureo libello, quo ad martyrium eos est adhortatus. Librum hunc igitur in Cæsariensi latiholo scriptum fuisse merito videmur conjicere: quo vero destinatus fuerit, seu quibus in locis torti fuerint Ambrosius et Proctetus, id conjectura assequi facile non est. Sic eos alloquitur Origenes in eo, de quo quærimus, libello num. 41: Πτῦλος μὲν λεγέτω, εἰ κατὰ ἀνθρώπου, ζητησιμάχησα ἐν Ἐφέσῳ· ἡμεῖς δὲ, εἰ κατὰ ἀνθρώπου, ἀνηρέθην ἐν Γερμανίᾳ. « Dicat quidem Paulus: Si (secundum hominem) ad bestias pugnavi Ephesi \*; nos autem: Si (secundum hominem) interfectus sum in Germania. » Loqui Origenem ex Ambrosii et Procteti persona manifestum est; nullum ipse siquidem hoc tempore discrimen adiit. Quid sit autem Germania illa, magna dijudicatio est. Addubitatem Ortelius anno Germania sit Germanopolis, quam in Paphlagonum mediterraneis collocat Ptolemaeus *Geogr.* lib. v, cap. 6, Germanopolim autem eamdem esse suspicatur ac Germanicopolim Plinii (86), in Bithynia ad mare sitam. Falli illum tam scio, quam scio me vivere. Catena vetera Græca in Evangelia laudat Severum Antiochenum in Opere ad Thomam Germaniæ episcopum. Hinc aliquis conjecterit eam esse Germaniam que Euphratesiæ urbs est archiepiscopal, Antiochenæ subdita Ecclesiæ. At Germania metropolis est, Constantinopolitanæ Ecclesiæ subjecta, ordine 68, juxta Dispositionem Leonis Philosophi quæ juris Graeco-Romani collectioni Leuclanianæ inserta est (87), et ad calcem libri *De officiis* Constantinopoleos Georgii Codini est attexta. In altera vero Palæologi *Dispositione*, quæ priorem hanc excipit in eodem Codini libro, sic habetur: Ο Γερμανίου, καὶ αὐτὰ ἔτει δύτε αὐτοῦ γεγόνασται. Hinc apparet legendum Γερμάνων, atque idem esse Germia ac Germaniam. Germia autem in Galatia secunda seu Salutari constituunt *Notitia veteres*, et inter archiepiscopatus αὐτοκεφάλους referunt. Sed his repugnat eadem Leonis *Dispositio*; nam postquam metropoles, et in iis Germaniam recensuit, subjungit archiepiscopatus, et inter eos Germiis secundum locum assignat. Quid igitur statuam, non habeo: sunm unicuique relinquo judicium, satius ducens silere in re incerta, quam va-

(84) Epiph. hær. 64, c. 3, et *De pond. et mens.*, c. 18.

(85) Suidas in *Orig.*

(86) *Plin.*, lib. v, cap. 32.

(87) *Jus Graeco-Rom.*, tom. I, lib. II.

nas et fatiles conjecturas proponere. Quod si integræ superesset illa Leonis Διατύπωσις, nec extrema sui parte fuisse mutilata, in qua unicuique metropoli attributæ dioeceses recensebantur, (88) Germania situm facile cognosceremus. Atque hæc bactenus.

V. Origenes in Julianæ *Bibliotheca* tardi videtur delituisse quoad vixit Maximinus. Is denum ad Aquileiam per militarem tumultum cum filio periit, anno imperii tertio : quo recidunt variae eorum sententiae, quorum alii per biennium, per triennium alii, teste Julio Capitolino (89), Maximinum imperasse volunt. Maximino successit Gordianus. Annus Christi tunc agebatur 237, Origenis 211 ; Romanam Ecclesiam regebat Fabianus, in locum Anteri susseptus, qui Pontianum exceperat, cum uterque in Maximini persecuzione tolerasset martyrium ; postquam hic sexennium circiter, mensem ille admodum unum summum pontificatum tenuit.

VI. Nos illis temporibus alteram Origenis Atheniensem peregrinationem assignari posse censemus.

(88) *Germania situm facile cognosceremus.* « Et ego, inquit Westhenius, conatus sum aliquid impendere hujus rei dilucidationi, sed nihil certius reperire potui. Τάξις, seu dispositio patriarchalis, qua metropolitanis et episcopis *Ordo sedendi* assignatur, corpori canonum Ecclesiæ Græca commentario dupli Zonarae et Balsamonis illustrato ad calcem adjecta, et ab Enimundo Bonifidio lib. II *Juris orientalis* inserta, inter metropoles numero LXVII ponit τὴν Γερμανίαν, Germaniam : at inter archiepiscopatus sedem quartam assignat τοῖς Γερμανοῖς, et vicesimam octavam τῇ Γέρμη. Quæ confirmant observationem cl. Huettii e Codino et Leonis διατάξει allatam. Antiquissima illa *Dispositione* a Guilelmo Beveregio in notis ad *Pandectas canonicas Græcorum Oxoniae* editas, publici primum juris facta ; qua omnes metropoles et episcopatus quinque patriarchis Romano, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino et Jerosolymitanu subiecti accurate recensentur, Germaniam omnino præferit : ut multis postea annis denum inter metropoles cooptatam fuisse necesse sit. Rursus in codice canonum Ecclesiæ Africanæ inter subscriptiones episcoporum numero viii est et hæc : Κάβδιδος Γερμανίας τοῖς παρούσι πεπραγμένοις ὑπέγραψε. *Candidus Germaniæ his gestis subscripsi.* Liceat hinc concludere etiam Germaniam quamdam in Africa fuisse ? Audiamus quid vir amplissimus, mihique multis nominibus honorandus Henricus Justellus, in pulcherrimo atque utilissimo opere *Bibliotheca canonica* tom. I, pag. 412, ad hæc observet : *Candidus Germaniæ, Candidus episcopus Abitensis Germanicianorum Ecclesiæ.* Sunt autem Abitenses Africæ populus, enjus aliquoties mentionem facit Augustinus libro *in adversus Parmenianum*. In iisdem *Canon. Eccl. Afric.*, pag. 384, 385, alibiq; fit mentio τῆς νέας Γερμανοῦ, *Nova Germaniæ*, unde proclive foret conjicerre duas fuisse Germanias in Africa : alteram simpliciter sic dictam ; alteram, quod recens condita esset, novam appellatam. Herodotus, lib. I, pag. 60, Persia populos enarrans sic loquitur : Ἀλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οὗτοι Ηγεθῆται, Δηρουσται, Γερμάνιοι. *Alii Persæ hi sunt Panthelæi, Derusæi, Germani.* Eusebius in *Chronico*, p. 41, inter populos Orientales a Semino progenitos referit Γερμανοῦ, Germanos : et post eum idem faciunt

A mus. At cum Cæsarea Cappadociæ discederet, Nicomediam obiter adiisse probabile est, visendi Ambrosii causa, qui impiorum vinculis elapsus, moram in ea urbe eum Marcella conjugæ ac liberis faciebat : (liberos quippe, conjugem, fratres ac sorores habuit Ambrosius : obiit autem superstite Origene, vitioq; ipsi a multis datum narrat Hieronymus (90), quod amici senis, et pauperis moriens non sit recordatus.) Hinc eruditam illam ad Africanum dedit epistolam, qua Susannæ historiam frustra ab eo impugnatam confirmat, suamque ei fidem et auctoritatem asserit (91). Atheniensis itineris ignoratur causa : illud scimus, optimis eum, quandiu in hac urbe agitavit, exercitationibus otium suum consumpsisse ; nam inceptos in *Ezechiel Commentarios* absolvit (quod anno sexagesimo factum Erasmus (92) arbitratur ex Suida, auctore nullius pretii, qui ex Eusebii pannis prius Origenis elogium, in quo scriptum hoc exstat, perturbate et incomposito consult), et Canticum cantorum expositionibus illustrare instituit : quarum

Epiphanius in *Ancorato*, et Georg. Syncellus in *Chronographia* pag. 47 ; Cornarius interpres Epiphanius *Carmanos* vertit. Itaque sunt incolæ *Carmaniae*, τῆς Καρπανίας, regionis inter Persideum et Indianum sitæ, quam Ptoleæus lib. VI, c. 8 *Geographia* describit. Hanc Carmaniam observat Mireus in *Topographia ecclesiastica* etiam *Germaniam* vocari, et Salmasius apud Solinum, Plinium et Marcianum Capellam in veterinissimis exemplaribus miss. *Germaniam* pro *Carmania*, item *Germanicum* pro *Carmanico* scripta reperit. Vide *Plinian. Exercit. in Solinum*, pag. 240. Nil ad dam de *Germania Europæa*, de qua Origenes hic neutiquam agit. Interim, quam *Germaniam* inter plures illas intelligat Origenes, mihi judicare non præsumo. Lector eruditus eligat, quam rerum gestarum circumstantiis cognoverit convenientissimam. Hæc Westhenius. At Tillemontius, tom. III *Memoriarum ad ecclesiast. Histor.*, pag. 272, miratur quorsum de hac *Germania* tot moveantur difficultates, quasi id quod ait Origenes, de *Germania Europæa* non possit intelligi, ubi imperator salutatus est Maximinus et ubi diu bella gessit. Mos enim illi erat teste Herodiano, pag. 592, 593, ex remotissimis imperii finibus nobilissimos homines ad se evocare, ut per itinera ignominia et laboribus confectos, postmodum ipse sœc avaritia et crudelitati immolarent. Quid ergo vetat Ambrosium et Protocletum ad eum pariter adductos fuisse ? Ceterum Ecclesiæ Cæsariensis presbyter Protocletus apud Hieronymum in *Catalog. script. eccles.*, ubi de Ambrosio, vocatur Theoctistus. Ambrosius primum Marciionites, deinde ab Origenè correctus, Ecclesiæ diaconus, confessionis Dominicæ gloria insignis fuit, cui pro Theoctisto presbytero liber *Origenis De martyrio* scribitur. Mihi sane persuasum est errorem esse amanuensium, qui genuinam Hieronymi lectioinem « cui et Protocleto presbytero, » verterunt in istam, « cui pro Theoctisto presbytero. » Error inde manifestus est, quod non Ambrosio pro Theoctisto, sed utrique, Ambrosio nempe et Protocleto presbytero suam ad martyrium παραίστει miserit Origenes.

(89) Jul. Capitol. in *Maxim. et Balb.*

(90) Hieronym., *De scr.pt. eccles.*, cap. 67.

(91) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. VI, cap. 52.

(92) Erasm. in *centur. libr. Orig.*

quinque tomos in ea elaboravit sede; reliquos A totidem Cæsareæ Stratonis confecit. Circa hanc quoque tempestatem jampridem inchoatis in *Joannem Commentariis* finem imposuisse verisimile est, ut infra ostendam. Annuum tempus Atheniensi huic moræ tribuit Halloxius, nec contradico; liceat modo unicuique judicium aliud ex re sapienti dissentire.

VII.(92) Pristinam itaque sedem, Cæsaream Stratonis longo post tempore Origenes repetiit, atque ibi susceptum *Commentariorum in Canticum* opus ad exitum duxit. Falluntur autem Magdeburgenses (93), cum aiunt scripsisse Suidam, Origenem annum etatis suæ egisse sexagesimum, cum ea *Commentaria exararet*: tale enim quidquam apud Suidam nusquam reperias. Est apud Hieronymum (94), venisse Firmilianum Cæsareæ Cappadociae episcopum ad Origenem, per causam locorum sanctorum, ut apud eum majorem Scripturæ sanctæ compararet notitiam, cum ipsius ante in Cappadocia diu secum habuisset. At Gregorius Nyssenus (95) in Origenis disciplinam receptum fuisse narrat cum Gregorio Thaumaturgo Firmilianum, Patricium Cappadocem, nondum episcopum. Bis itaque Origeni eruditum sese tradiderit Firmilianus; primum antequam Ecclesiæ, atque adeo Christo nomen dedisset; iterum, postquam ex altero Atheniensi itinere Cæsaream Stratonis reversus est. (96) Rem autem ita narrat Eusebius (97), ut a neutro dissentiat.

VIII. (98) Eruditione per idem tempus et ingenio

(92) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 32.

(93) Magdeb. cent. 3, cap. 40.

(94) Hieron. *Catal. script. eccles.*, cap. 54.

(95) Gregor. Nyssen. *Vit. Thaumat.*

(96) Rem autem ita narrat Eusebius, etc. Hieronymo quidem consentit Eusebius; sed neque hic, neque uspiam innuit Firmilianum prius fuisse Origenis discipulum, ac proinde a Nysseno dissentire videtur. Deinde multum Nysseno nocet Gregorii ipsius lac de re silentium; et quod ait Nyssenus, Firmianum una cum Gregorio Alexandria in Origenis venisse disciplinam, a Thaumaturgo ipso refellitur, qui refert se Beryto præterita, recta venisse Cæsaream ubi in Origenem incidit, et ubi post multorum annorum apud illum disciplinam, panegyricam orationem in ejus laudem habuit, cum in patriam redditum pararet.

(97) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, c. 26 et 27.

(98) Idem, lib. vi, cap. 20 et 33.

(99) *Beryllus Bostrenorum episcopus in hæresim lapsus est*, etc. Eusebii verba sunt: Τὸν ἐκκλησιαστικὸν παρεκτέποντο κανόνα, ἔξα τινὰ τῆς πίστεως παρεισφέροντα ἐπειράτο: τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν λέγειν τολμῶν μὴ προῦφεστάναι κατ' ιδίαν οὐσίας περιγραφὴν πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας· μηδὲ μὴν θεότητα ιδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολετευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικήν. Ad litteram verti potest: « Ecclesiasticam pervertens regulam, nova quedam et aliena a fide catholica inducere conatus est: ausus asserere Dominum ac Salvatorem nostrum, antequam inter homines versaretur, non substituisse secundum propriæ substantiæ differentiam; nec propriam, sed paternam duntaxat divinitatem in se residentem habere. » Οὐσίας περιγραφὴ nihil aliud est, quam substantia diffinita. Non errabat igitur Beryllus, cum Christe incarnationem non substituisse secundum:

B florens Beryllus (99) Bostrenorum episcopus in hæresim lapsus est; cum Christum, antequam humano sese illigaret corpori, nihil habuisse proprium, sed Deum divinitate paterna tantum, non propria ac sua fuisse doceret. Quam hæresim deinde instauravit ac propugnavit Sabellius. Episcopos adversum se complures Beryllus nefario dogmate concivit. Bostram illi in synodum coeunt, multisque hominum velitationibus adoruntur. Id cum parum procederet, ad expugnandam hominis pervicaciam accersitus est Origenes; in ejus quippe peritia omnia sibi proclivia fore sperabant omnes, et ejus consiliis acquiescebant. Frequentibus ille adversum hæreticos et Judæos disputationibus jam ante exercitus, Beryllum summa humanitate ac dexteritate aggressus est, variisque super ejus doctrina habitis sermonibus, deprehensem tandem errorem argumentis ita coarguit, ut eum penitus ejuraret Beryllus, seseque bona menti restitui pateretur. Qua re ex voto confecta, in Palestinam sine mora Origenes se recepit. Neque sane tanti beneficij memoriam, qui fuit hominis candor, apud sese diuturnitate extabescere passus est Beryllus; sed eam sequentibus deinde annis recoluit, et scriptis ad Origenem epistolis testatus est. Haec cum synodi actis, aliisque hujus viri monumentis multo post servatae et doctorum lectione usurpatæ sunt; sed temporis demum vetustate interciderunt.

IX. Annus Christi 244, qui fuit Origenis LIX, Gordiano sextum jam annum imperanti feralis

C tiae differentiam dicebat, si οὐσίας nomine substantiam non personam intelligebat; neque enim alia est substantia Patris, alia Filii: non errabat utique cum Dominum nostrum non habere dicebat propriam deitatem, sed tantum paternam in ipso inhabitantem. Neque enim propria est divinitas Patris, propria Filii; sed una eademque est Patris ac Filii ac Spiritus sancti divinitas: alioqui tres essent dii, non unus Deus. Ita si sensit Beryllus, immerito culpat quod ecclesiasticam perverterit regulam: inno Arianismi reum se prodit ipse Eusebius, si haec vocal nova et ab catholica fide aliena dogmata. Verum admodum probabile est Beryllum οὐσίας accepisse pro persona, more sui saeculi, quo οὐσία et ψάστας, inter se confundebantur. Errabat igitur Beryllus, qui Christum ante incarnationem nullam propriæ personæ differentiam habuisse dicebat. Certe Hieronymus in *Catalogo scriptor. ecclesiastic.*, cap. 60, non id quod Eusebius crimini vertit Berylio; sed id solum asserit, Beryllum in hæresim incidisse, « quæ Christum ante incarnationem negat. » De hæresi Berylli intelligendus est Origenis locus in *Commentariis Epistola ad Titum*, qui sic habet: « Sed et eos qui hominem dicunt Dominum Jesum præcognitum et prædestinatum, qui ante adventum carnalem substantialiter et proprie non exstiterit, sed quod homo natus Patris solam in se habuerit deitatem, ne ipsos quidem sine periculo Ecclesiæ sociari. » Habetur hic locus in *Apologetico Pamphili pro Orig.*, c. 4, p. 22. Meum est etiam Gennadius in libro *De dogmatibus eccl.*, cap. 4: « Neque sic est natus ex Virgine, ut et divinitatis initium homo nasceretur ex Virgine, Deus non fuerit, item, et Beryllus, et Marcellus docue-

suit; nam postquam ejus locum per summam persolidam invasit Philippus, vitam ei statim pari scelere exhaustis. Sed concepta facinora poenitentia emendasse, et ad Christi quoque partes transisse historie quidam Christiani, uti mox dicturi sumus, prodiderunt. Utut est, tertium jam imperii eo agente annum Ecclesiæ Alexandrinæ administrationem capessivit Dionysius ille, quem Alexandrine Origenes præceptis olim informaverat, mortuo Heraclio Origenis et ipso discipulo, postquam Alexandrinum episcopatum per multos annos tenuit. Annorum octodecim numerum definit Eusebius in *Chronico* (1), sexdecim in *Historia*: verum pro ἑκατὸν, aliqua exemplaria prætulisse ἑπτά, vel ita certe leguisse interpretes aliquos, ex iis liquet quæ in id argumentum scripsit Baronius (2). Errorum ipse in numerum hunc irrepsisse vidit, et ex Eusebio quatuordecim saltem annis in Alexandrina cathedra Heracliam sedisse conclusit. Plane verum est totis quindecim sedisse annis; nam ab anno Alexandri decimo, quo anno ponimus acquievisse Demetrium, ad Philippi tertium, pleni quindecim anni intercedunt. Dicendum ergo quindecim in pontificatu traductis annis, decimo sexto Heracliam naturæ concessisse. Ita intelligendum putò Eusebium: atque si recte conjicimus, eo ipso anno Demetrius obiit, quo Origenes Aegyptum reliquit. Hinc quoque manifestus Nicephori (3) error, qui post decimum terium episcopatus annum imperante Gordiano Heracliam decessisse scribit. At Scaliger (4) hic memoria lapsum contendit Eusebium, ejusque adhæret *Chronico*, quod anno Philippi quinto episcopatum Alexandrinum a Dionysio initum fuisse docet. Id ex constanti duntaxat codicum consensu probat, qui sic habent. Futile argumentum: quasi non *Historia* Eusebianæ codices tertio Philippi anno constanter quoque id assignent. Certe si ex Eusebii *Chronico* castiganda est ejus *Historia*, sexcentis castigetur locis, in quibus dissentiantur. Vel in hoc Heraclæ annorum ἑπτάριον initium ejus episcopatus confert *Chronicon* in annum Alexandri nonum; exitum Origenis ex Alexandria in undecimum; cum exitui Origenis annum Alexandri decimum ascribat *Historia*, et post ejusdem exitum decessisse Demetrium significet, eum cui Heraclias successit.

X. Baronius ad annum 248, num. 1, Origeni in omnibus Heraclam favisse scribit, atque ideo post Demetrii mortem concitas adversus eum turbas

A penitus fuisse consopitas; Dionysium vero Heraclia successorum Origeni infensissimum se præbuuisse. (5) Supra demonstratum a nobis est testimonio Gennadii, Petri Alexandrini, epistole synodice Aegyptiorum præsulum, et Photii, non aliter in Origenem animatum fuisse Heracliam, ac decessorem ipsius Demetrium. Causam vero cur cumdem a Dionysio oppugnatum crederet Baronius, sive ex auctoritate, sive ex verisimilitudine petitam addere debuit; quæ certe nulla est. Merito itaque hanc ejus opinionem repudiavit Halloxius (6), et Origenem, quoad vixit, summopere a Dionysio observatum, et post mortem etiam laudatum fuisse contendit; quod et nos infra ostendemus.

B XI. (7) Ceterum sexagenario jam major Origenes haud segnius rerum divinarum satagebat, neque ullum fere intermittebat diem, quin vel ad populum de Deo verba ficeret, vel scriberet, vel legeret, vel colloqueretur. Testes sunt omni sacre eruditio fruge reserti libri contra Celsum, quibus Epicurei sophistæ petulantiam Ambrosii suau contudit (quosque Gordiano Imperante scriptos falso Marianus Scotus (8) existimavit, et quorum lucubrationem ad annum 237 perperam retulit David Blondelius (9), summopere licet, in re præser-tim chronologica, cautus et diligens; atque ita toto aberravit decennio, quippe qui obitum Origenis anno 256 assignasset), testes docti in Matthæum et in Prophetas XII Commentarii; testes innumeræ ad varios scriptæ Epistolæ, quas plusquam centum undecunque nactas collegerat ætate sua Eusebius, et in libros digesserat. (10) Illas annorum series consumpsit.

C XII. Atque utinam vel duæ illæ superessent epistolæ, quas ad Philippum imperatorem, ejusque uxorem Severam Augustam scripsit. Hinc certo conjici posset, verene Christo adhaerint, quemadmodum ab auctoribus Christianis proditum est: an a Christianis partibus fuerint alieni, quod persuadet ethnicorum auctorum de nova ab iis suscep-ta religione silentium; et multorum præterea tum Christianorum, tum ethnicorum consensus, a quibus primus inter imperatores Christum professos Constantinus celebratur. Ego quidem magnorum virorum sententias meum quoque judicium, quando me res id admonet, interponam. Si publice Christianorum fidem professus fuissest Philippus, verisimile utique non est tacituros id fuisse ethnicos scriptores, futuramque rei hujus, sicut fuit, obscu-

(1) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 35.

(2) Baron. ad an. 248, num. 4 et 5.

(3) Niceph., lib. v, cap. 26.

(4) Scalig. *Animadvers. in Chron. Euseb.* ad ann. 226.

(5) Supra demonstratum a nobis est testimonio Gennadii, etc. Verisimile non est quidquam ab Heraclia contra Origenem actum fuisse, ut jam supra ostendimus in cap. 2, n. 45.

(6) Halox. *Notat. ad Origen. defens.* lib. 1, cap. 22.

(7) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 36.

(8) Marian. Scot. ad an. Christi 242.

(9) Blond. lib. in *Illustramentis famil. contror. de Euch.*, c. 4.

(10) Illas annorum series consumpsit. Harum fragmenta quædam edidimus initio tom. I quasdamque integras; ac proinde non omnes intercidere. Neque etiam omnes illæ epistolæ, quas collegerat Eusebius, ab Origenem sexagenario majore scriptæ sunt, ut patet ex nostra in has epistolæ admonitione.

ram famam et incertam. Nec multo verisimilior est, si Christianus non fuisset, id proditum Eusebium, temporibus illis proximum, cum utramque eum ad Philippum et Severam ab Origene scriptam epistolam vidisse constet, quam non paucis post Eusebium annis vidisse quoque Vincentium Lirinensem solerter deprehendit Baronius (11). (12) Sic igitur sentio, Christi sacrī a Fabiano papa initiatum fuisse Philippum, sed occulē, idque clam ethnicos habuisse, ne quid inde res suā detrimenti caperent, quas pristinā religionis ejus fama forsitan conturbasset. Hinc ab ethnicis scriptoribus tacitum illud est, a Christianis celebratum. Quod autem ex Eusebio (13) objici potest, publice eum in Ecclesiā ab episcopo (is fuit Babylas) admissum, preicationum participem fuisse factū, postquam criminā confessus in p̄nitențium ordinem redactus est; id sane animadvertisendum est ex incerta auditione Eusebii retulisse. Antiochiae præterea contingit fertur illud, ubi florebant res Christianorum, quibus tum præerat episcopus Babylas; in extremis videlicet Romanæ ditionis oris, procul a Romanorum conspectu, quos præ ceteris ejusmodi facinus poterat commovere. Huc accedit in medio Christianorum cœtu, conscientia cum paucis episcopo, imperatori facile delitere potuisse, mutata veste et imperatoriis insignibus detractis.

(14) Sub ipsa porro imperii sui initia Christi doctrinam amplexum fuisse Philippum ex eo liquet, quod in cœtum Christianorum jam creatus imperator recipi postulaverit Antiochiae, quo nonnisi post arreptum recens imperium sese usquam contulit. Quæcunque autem adversus hanc, conscientiam argumenta profert Baronius (15), ut postremis imperii annis Christo nomen Philippum dedisse probet, ex iis quæ diximus facile refelluntur. Cadunt itidem pronuntiationē in eam rem a Scaligero (16) κυριατά δῆδε· sic enim effata ejus appello, quibus Philip-

(11) Baron. ad an. 246, num. 8.

(12) Sic igitur sentio, Christi sacrī a Fabiano papa initiatum fuisse Philippum. Hic aliqua ex parte sequitur Huetius Acta S. Pontii, quæ Philippum narrant a S. Pontio ad Christi fidem fuisse conversum, dum ludi sæculares anni Urbis conditæ millesimi agerentur, et a Fabiano papa baptizatum. Sed jamdiu hæc Acta ab eruditis ut spuria et ficticia reprobantur.

(13) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 34.

(14) Sub ipsa porro imperii sui initia Christi doctrinam amplexum fuisse Philippum ex eo liquet, quod, etc. En ipso Eusebii verba, ex quibus male hic concludit Huetius: Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ἔντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ευχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελήσαι· οὐ πρότερον δὲ ὅπο τοῦ τηρικάδα προεστώτος ἐπιτραπήναι εἰσβαλεῖν, η ἔξουσιον τασθεῖσα, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἔξεταζομένοις, μετανοίας τε χώραν ἐχουσιν, ἔστεντο καταλέξαι· ἀλλως γάρ μή ἂν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μή οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι· καὶ πειθαρχῆσαι τε προθύμως λέγεται, τὸ γνήσιον καὶ εὐλαβές τῆς περὶ τὸν θεῖον φόδον διαθέσσως ἔργος ἐπιδεῖγμένον. Hunc utpote Christianum, fama est in postrema Paschæ vigilia preicationum in ecclesia participem simul cum reliquo populo fieri

A pum ab Ecclesia segregat, veterumque Christianorum auctoritatem proculat, uno hoc nisus arguento, quod injuriam Christo faciunt, qui hominem nequam, et Domini sui interfectorem, Christianum ausi sunt dicere. Ac si nulli inter Christianos scelesti reperiantur: ac si nequissimi non fuerint imperatores quidam Christiani. Præterea nondum Christianum fuisse Philippum docimus, cum flagitia hæc admisit. Nec mihi magis Petri Halloxi (17) probatur conjectura; cum Origenem ex eo jam tempore quo Arabiam petiverat, Philippo imperatori, utpote Arabi, et Bostris nato, fuisse cognitum suspicatur. A puero siquidem relicto patrio solo in militiam proiectus creditur Philippus. Et ut nondum patria excessisset, quoniam argumento probari potest hominem obscuro loco natum, et fortunæ tenuis, in notitiam Origenis venisse, viri magnis de rebus ad hæc loca missi, et gravissimis negotiis districti? Quid est hariolari, si hoc non est? Minime autem omnium audiendus vir eruditus, qui in *Annotationibus ad Nicephorum* (18) Fabiano papæ tribuit, quod uno consensu Leontius Antiochenus, Chrysostomus, et ex Leontio *Chronici Alexandrinī* auctor Babylone tribuerunt. Non jam disputo verumne sit quod conjectat Baronius, Philippum Augustum cum Philippo Augustali Ägypti præfecto confundi: hic certe locum, uti fatetur ipse, habere id neutiquam potest; non idcirco tantum, quod duas illas Origenis epistolas viderat Eusebius; sed multo magis quod, imperante Severo, martyrio consumptus sit Philippus ille Augustalis præfectus; ab Eusebio autem memoratum Philippi Augusti facinus, ipso jam imperium adepto editum sit. Exstat hinc etiam meritone scripsit Pomponius Lætus, Philippum, ut sclera teget, cultum Christiani nominis simulasse. Sed revertamur ad propositum.

XIII. (19) Hac primum tempestate homilias suas, voluisse: sed episcopuni qui tunc Ecclesiæ præerat, non prius illi aditum permisisse, quam confessionem scelerum fecisset, iisque qui humanitus lapsi fuerant, et in p̄nitențium ordine stabant, sese adjunxisset. Quippe ob multa quæ commiserat criminā, nunquam omnino ab episcopo fuisset admissus, nisi id prius fecisset. Et imperator quidem libenter ostentasse aicitur, sincerumque ac religiosum affectum timoris Dei, operibus ipsis declarasse. Porro ex hac Eusebii narratione liquet, Philippum non quidem postulasse ut in cœtum Christianorum recipere tur, sed jam Christianum voluisse preicationum in Ecclesia participem fieri: neque proinde sub ipsa imperii sui initia, sed antequam imperium adipisceretur Christi doctrinam jam amplexum eum fuisse: quod etiam testantur Leontius Antiochenus, Chrysostomus et ex Leontio *Chronicum Alexandrinum*. Vide Tillmontium, *Hist. imperat.* tom. III, Not. in Philipp. pag. 643 et seqq.

(15) Baron., ad an. 246, num. 2, 3 et 4.

(16) Scalig. in *Animad.* in *Chron. Euseb.* ad an. 2260.

(17) Halloxi. *Orig. defens.* lib. i, cap. 18.

lib. v, cap. 25.

*Vistor. eccl.*, lib. vi, cap. 7

fuit; nam postquam ejus locum per summam perfidiam invasit Philippus, vitam ei statim pari scelere exhaustis. Sed concepta facinora pénitentia emendasse, et ad Christi quoque partes transisse historici quidam Christiani, ut mox dicturi sumus, prodiderunt. Ut est, tertium jam imperii eo agente annum Ecclesiae Alexandrinæ administrationem capessivit Dionysius ille, quem Alexandrinæ Origenes præceptis olim informaverat, mortuo Heraclio Origenis et ipso discipulo, postquam Alexandrinum episcopatum per multos annos tenuit. Annorum octodecim numerum definit Eusebius in *Chronico* (1), sexdecim in *Historia*: verum pro ἐξαλδεῖα, aliqua exemplaria prætulisse ἐνδεῖα, vel ita certe legisse Interpretes aliquos, ex iis liquet quæ in id argumentum scripsit Baronius (2). Errorem ipse in numerum hunc irrepisse vidit, et ex Eusebio quatuordecim saltem annis in Alexandrina cathedra Heracliam sedisse conclusit. Plane verum est totis quindecim sedisse annis; nam ab anno Alexandri decimo, quo anno ponimus acquevisse Demetrium, ad Philippi tertium, pleni quindecim anni intercedunt. Dicendum ergo quindecim in pontificatu tractuis annis, decimo sexto Heracliam naturæ concessisse. Ita intelligendum putò Eusebium: atque si recte conjicimus, eo ipso anno Demetrius obierit, quo Origenes Aegyptum reliquit. Hinc quoque manifestus Nicophori (3) error, qui post decimum tertium episcopatus annum imperante Gordiano Heracliam decessisse scribit. At Scaliger (4) hic memoria lapsum contendit Eusebium, ejusque adhæret *Chronico*, quod anno Philippi quinto episcopatum Alexandrinum a Dionysio initum fuisse docet.

**D**Id ex constanti duntaxat codicum consensu probat, qui sic habent. Futile argumentum: quasi non *Historia* Eusebianæ codices tertio Philippi anno constanter quoque id assignent. Certe si ex Eusebii *Chronico* castiganda est ejus *Historia*, sexcentis castigetur locis, in quibus dissentiantur. Vel in hoc Heraclie annorum ἐπιλογήμων initium ejus episcopatus confert *Chronicon* in annum Alexandri nonum; exitum Origenis ex Alexandria in undecimum; cum exitui Origenis annum Alexandri decimum ascribat *Historia*, et post ejusdem exitum decessisse Demetrium significet, eum cui Heraclias successit.

X. Baronius ad annum 248, num. 1, Origeni in omnibus Heracliam fuisse scribit, atque ideo post Demetrii mortem concitas adversus eum turbas

A penitus fuisse consopitas; Dionysium vero Heraclia successorem Origeni infensissimum se præbuisse. (5) Supra demonstratum a nobis est testimonio Gennadii, Petri Alexandrini, epistole synodice Aegyptiorum præsulum, et Photii, non aliter in Origenem animatum fuisse Heracliam, ac decessorem ipsius Demetrium. Causam vero cur eumdem a Dionysio oppugnatum crederet Baronius, sive ex auctoritate, sive ex verisimilitudine petitam addere debuit; quæ certe nulla est. Merito itaque hanc ejus opinionem repudiavit Halloxius (6), et Origenem, quoad vixit, summopere a Dionysio observatum, et post mortem etiam laudatum fuisse contendit; quod et nos infra ostendemus.

**B**XI. (7) Cæterum sexagenario jam major Origenes haud segnius rerum divinarum satagebat, neque ullum fere intermittebat diem, quin vel ad populum de Deo verba faceret, vel scriberet, vel legeret, vel colloqueretur. Testes sunt omni sacra eruditio fruge referti libri contra Celsum, quibus Epicurei sophistæ petulantiam Ambrosii suam contudit (quosque Gordiano Imperante scriptos falso Marianus Scotus (8) existimavit, et quorum lucubrationem ad annum 237 perperam retulit David Blondel'us (9), summopere licet, in re præser-tim chronologica, cautus et diligens; atque ita toto aberravit decennio, quippe qui obitum Origenis anno 256 assignasset), testes docti in Matthæum et in Prophetas XII Commentarii; testes innumeræ ad varios scriptæ Epistolæ, quas plusquam centum undecunque nactas collegerat ætate sua Eusebius, et in libros digresserat. (10) Illas annorum series consumpsit.

**C**XII. Atque utinam vel duæ illæ superessent epistolæ, quas ad Philippum imperatorem, ejusque uxorem Severam Augustam scripsit. Hinc certo conjici posset, verene Christo adhæserint, quemadmodum ab auctoribus Christianis proditum est: an a Christianis partibus fuerint alieni, quod persuadet ethnicorum auctorum de nova ab iis suscep-ta religione silentium: et multorum præterea tum Christianorum, tum ethnicorum consensus, a quibus primus inter imperatores Christum professos Constantinus celebratur. Ego quidem magnorum virorum sententiis meum quoque judicium, quando me res id admonet, interponam. Si publice Christianorum fidem professus fuisset Philippus, verisimile utique non est tacituros id fuisse ethnicos scriptores, futuramque rei hujus, sicut fuit, obscu-

(1) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 55.

(2) Baron. ad an. 248, num. 4 et 5.

(3) Niceph., lib. v, cap. 26.

(4) Scalig. *Animadvers. in Chron. Euseb.* ad ann. 226.

(5) Supra demonstratum a nobis est testimonio Gennadii, etc. Verisimile non est quidquam ab Heraclia contra Origenem actum fuisse, ut jam supra ostendimus in cap. 2, n. 45.

(6) Halloxi. *Notat. ad Origen. defens.* lib. 1, cap. 22.

(7) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 56.

(8) Marian. Scot. ad an. Christi 242.

(9) Blond. lib. in *Illustramentis famil. contror. de Euch.*, c. 4.

(10) Illas annorum series consumpsit. Harum fragmenta quedam edidimus initio tom. I quasdamque integras: ac proinde non omnes intercidere. Neque etiam omnes illæ epistolæ, quas collegerat Eusebius, ab Origeno sexagenario majore scriptæ sunt, ut patet ex nostra in has epistolæ admonitione.

ram famam et incertam. Nec multo verisimilior est, si Christianus non fuisset, id proditum Eusebium, temporibus illis proximum, cum utramque eum ad Philippum et Severam ab Origene scriptam epistolam vidisse constet, quam non paucis post Eusebium annis vidisse quoque Vincentium Lirinensem solerter reprehendit Baronius (11). (12) Sic igitur sentio, Christi sacrī a Fabiano papa initiatum fuisse Philippum, sed occulē, idque clam ethnicos habuisse, ne quid inde res suæ detrimenti caperent, quas pristinæ religionis ejus fama forsitan conturbasset. Hinc ab ethnicis scriptoribus tacitum illud est, a Christianis celebratum. Quod autem ex Eusebio (13) objici potest, publice eum in Ecclesiā ab episcopo (is fuit Babylas) admissum, preceptionum participem fuisse factum, postquam criminis confessus in penitentium ordinem redactus est; id sane animadvertisendum est ex incerta auditione Eusebii retulisse. Antiochiae præterea contingit fertur illud, ubi borebant res Christianorum, quibus tum præterat episcopus Babylas; in extremis videlicet Romanæ ditionis oris, procul a Romanorum conspectu, quos præ ceteris ejusmodi facinus poterat commovere. Huc accedit in medio Christianorum cœtu, conscientia cum paucis episcopo, imperatori facile delitere potuisse, mutata veste et imperatoriis insignibus detractis.

(14) Sub ipsa porro imperii sui initia Christi doctrinam amplexum fuisse Philippum ex eo liquet, quod in cœlum Christianorum jam creatus imperator recipi postulaverit Antiochiae, quo nonnisi post arreptum recens imperium sese usquam contulit. Quæcunque autem adversus hanc, conscientiam argumenta profert Baronius (15), ut postremis imperii annis Christo nomen Philippum dedisse probet, ex iis quæ diximus facile refelluntur. Cadunt itidem pronuntiationē in eam rem a Scaligero (16) χρήσας: sic enim effata ejus appello, quibus Philip-

(11) Baron. ad an. 246, num. 8.

(12) Sic igitur sentio, Christi sacrī a Fabiano papa initiatum fuisse Philippum. Hic aliqua ex parte sequitur Huetius Acta S. Pontii, quæ Philippum narrant a S. Pontio ad Christi fidem fuisse conversum, dum ludi saeculares anni Urbis conditæ millesimi agerentur, et a Fabiano papa baptizatum. Sed jamdiu hæc Acta ab eruditis ut spuria et ficticia reprobantur.

(13) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 34.

(14) Sub ipsa porro imperii sui initia Christi doctrinam amplexum fuisse Philippum ex eo liquet, quod, etc. En ipso Eusebii verba, ex quibus male hic concludit Huetius: Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν δύτα, ἐν τῷ μέρᾳ τῆς ὑστάτης τοι πάσχει παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῇ ἔκκλησίᾳ εὐχῶν τῷ πάθει μετασχεῖν ἐθελήσαι· οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προετοπώτος ἐπιτραπήναι εἰσβαλεῖν, η ἔξουσιον καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἔχεται οὐμένοις, μετανοίας τε χώραν ἐχουσιν. έστεδη καταλέξαι· ἀλλως γάρ μή ἂν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἵτιας παραδεχθῆναι· καὶ πειθαρχῆσαι γε προθύμως λέγεται, τὸ γνήσιον καὶ εὐλαβές τῆς περὶ τὸν θεῖον φόρον διεθέσεως ἔργος ἐπιδειγμένον. Hunc utpote Christianum, fama est in postrema Paschæ vigilia preceptionum in ecclesia participem simul cum reliquo populo fieri

A pum ab Ecclesia segregat, veterumque Christianorum auctoritatem proculat, uno hoc nisu arguento, quod injuriam Christo faciunt, qui hominem nequam, et Domini sui interfectorem, Christianum ausi sunt dicere. Ac si nulli inter Christianos scelesti reperiantur: ac si nequissimi non fuerint imperatores quidam Christiani. Præterea nondum Christianum fuisse Philippum docimus, cum flagitia hæc admisit. Nec mihi magis Petri Halloxi (17) probatur conjectura; cum Origenem ex eo jam tempore quo Arabiam petiverat, Philippo imperatori, utpote Arabi, et Bostris nati, fuisse cognitum suspicatur. A puero siquidem relicto patrio solo in militiam proiectus creditur Philippus. Et ut nondum patria excessisset, quoniam argumento probari potest hominem obscuro loco natum, et fortunæ tenuis, in notitiam Origenis venisse, viri magnis de rebus ad hæc loca missi, et gravissimis negotiis districti? Quid est hariolari, si hoc non est? Minime autem omnium audiendus vir eruditus, qui in *Annotationibus ad Nicephorum* (18) Fabiano papæ tribuit, quod uno consensu Leontius Antiochenus, Chrysostomus, et ex Leontio Chronicus Alexandrinus auctor Babylone tribuerunt. Non jam disputo verumne sit quod conjectat Baronius, Philippum Augustum cum Philippo Augustali Ægypti praefecto confundi: hic certe locum, uti fatetur ipse, habere id neutiquam potest; non idcirco tantum, quod duas illas Origenis epistolas viderat Eusebius; sed multo magis quod, imperante Severe, martyrio consumptus sit Philippus ille Augustalis praefectus; ab Eusebii autem memoratum Philippi Augusti facinus, ipso jam imperium adepto editum sit. Exstat hinc etiam meritone scripsit Pomponius Lætus, Philippum, ut sclera tegeter, cultum Christiani nominis simulasse. Sed revertamur ad propositum.

C XIII. (19) Hac primum tempestate homilias suas, voluisse: sed episcopuni qui tunc Ecclesiæ præterat, non prius illi aditum permisisse, quam confessio nem scelerum fecisset, iisque qui humanitus lapsi fuerant, et in penitentium ordine stabant, sese adjunxisset. Quippe ob multa quæ commiserat criminis, nonquam omnino ab episcopo fuisset admissus, nisi id prius fecisset. Et imperator qui dem libenter ostentasse aicitur, sincerumque ac religiosum affectum timoris Dei, operibus ipsis declarasse. Porro ex hac Eusebii narratione liquet, Philippum non quidem postulasse ut in cœlum Christianorum recipere tur, sed jam Christianum voluisse preceptionum in Ecclesia participem fieri: neque proinde sub ipsa imperii sui initia, sed antequam imperium adipisceretur Christi doctrinam jam amplexum eum fuisse: quod etiam testantur Leontius Antiochenus, Chrysostomus et ex Leontio Chronicus Alexandrinus. Vide Tillmontium, *Hist. imperat.* tom. III, Not. in Philipp. pag. 643 et seqq.

D (15) Baron., ad an. 246, num. 2, 3 et 4.

(16) Scalig. in *Animad.* in *Chron. Euseb.* ad an. 2260.

(17) Hallox. *Orig. defens.* lib. 1, cap. 18.

(18) Niceph. lib. v, cap. 25.

(19) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 36.

quas fere quotidie in Ecclesia habebat ex tempore, a notariis inter concionandum excipi passus est Origenes, quod antea nunquam fieri permiseral. Ille nomen ejus magis magisque celebrabatur in dies; sed ita tamen ut summa afficeretur admiratione a plurimis; a nonnullis, ut varii esse solent hominum sensus, infamaretur. Ansam precipue dabant reprobationibus erudita quidem, non satis tamen meditate scripta opera, et in secretos fere elaborata usus, ac incaute tamen evulgata. Opportuna haec erant sinistris haereticorum interpretationibus, et saepe vel ad conflandam Origeni invidiā, eumque falsis criminibus circumveniendum, vel ad querendū nefariis dogmatibus splendidum patrocinium adulterabantur. Cui malo ut occurreret, seque hac suspicione evolveret, consultum fore ratus est suam de Deo, rebusque divinis sententiam missis ad Fabianum papam aliosque antistites epistolis profiteri, et si quid scribendo peccaverat, natura pœnitentia emendare. Causas autem temeritatis retulit in Ambrosium, quod secreto edita in publicum protulisset. Gravem hic Eusebio dicam impingit Baronius (20), quod repudiāt hanc a Fabiano professionem fidei, et ipsum ad causam dicendam accitum suisse Romam Origenem dolo malo reticuerit; sed jam supra ab hac Baronii calunnia Eusebium vindicavimus: nam quid hac professione factum sit incertum est, et aliquid semel Romam ivisse Origenem certissimum est.

## CAPUT QUARTUM.

- I. *Philippos imperator interficitur. Subrogatur Decius. Septima persecutio. II. Origenes pro Christo gravissimos cruciatus sustinet. III. Librum De martyrio scribit ad eum Dionysius Alexandrinus. IV. Origenis modestia. Utrum ad vitandum Aethiopis stuprum Christi fidem ejurarit, et quo id tempore contigerit. V. Castigatur criticorum nonnullorum temeritas. VI. Mortuo Decio, vinculis solvitur Origenes. Decio succedunt Gallus et Volusianus. VII. Obit Origenes anno ætatis LXIX. Pereunt Gallus et Volusianus. VIII. Elogium Origenis. IX. Sepelitur Tyri. Vana de ejus salute quæstio prætermittitur. X. Ipsius discipuli recensentur.*

I. (24) Triplicem hanc, quam proxime commoravimus, adversus successentes haereses velitationem videtur Origenes exercuisse postremis imperii Philippi annis; (25) qui cum septimum jam annum rerum potiretur, Decii fraude Veronæ ab exercitu intersectus est. Subrogatur in ejus locum Decius, qui ut in Philippi memoria incensus erat odio, Christianorum, quos visus erat charos habere Philippus dum viveret, res vastare, ac nomen funditus delere constituit. In teterima hac igitur per-

(20) Baron. ad an. 248, num. 1, 2.

(21) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 37, 38.

(22) Theodoret. *Hær. Fab.* lib. ii, cap. 8.

(23) Niceph. lib. v, cap. 24.

(24) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 39.

(25) Qui cum septimum jam annum rerum potiretur. Septem annis regnavisse Philippum scribit Eusebius, quem sequuntur Orosius, Eutychius, Albasarayus, Georgius Syncellus, Epiphanius et

XIV. (21) At nondum etiam Adamantius vacacionem a laboribus habuit. Exorta quippe nova apud Arabes haeresi, que animam statim a morte cum corporibus extingui, atque itidem cum corporibus in extrema die excitatum iri scisebat, coactum statim est frequens concilium, ad idque accitus Origenes haereticos rationum suarum momentis convictos et oppressos ad meliorem mentem traduxit. Pari quoque felicitate Helcessitarum doctrinam, a Papia Achaea presbytero olim cum primum oiretur expugnatam, tunc renascentem denuo, non congressionibus et colloquiis, sed scriptis constudit. Auctor Theodoretus (22), qui haec habet: Κατὰ ταῦτης τῆς αἱρέσεως Ὀριγένης συνέγραψεν ἀληθῶς· συνεχρήστης δὲ αὐτὴν Ἀλκιδάδης, εἰς Ἀπαμείας τῆς Συρίας ὄρμῳ μενος. Legendum fortasse, τυνεχράτησε· sic enim de eadem re Nicephorus (23): κατὰ δὲ ταῦτης καὶ Ἀλκιδάδης εἰς Ἀπαμείας τῆς Συρίας πάμπολλα ἡγωνίσατο· Ὀριγένης δὲ τοῖς κατ' αὐτὴν ἐλέγχοις ἤριστεν. Quanquam nihil affirmo: nam Nicephori auctoritatē parum tribuo. Geminam hanc ab Origene victoriā dolo malo reticuit Georgius Syncellus, Graecorum omnium morem in suggillando Origene seculus. Nec absurdum fortasse fuerit iisdem conjungere temporibus Apellitarum profligationem, quos per Orientem grassantes coercuit Origenes, et per singulas quasque urbes insectatus concioniibus repressit.

C secutione princeps occubuit Fabianus pontifex maximus, in cuius locum suspectus est Cornelius. In carcerem quoque compacti sunt nobiles episcopi, Alexander, is a quo inter presbyteros quondam Origenes fuerat cooptatus, et Babylas: qui cum letho destinati in vinculis obiissent, hinc Fabius, illi Mazabanes successit. Et quid eos omnes recensere attinet, quos funestissima illa Ecclesiæ clades consumpsit? Referta sunt eorum nominibus antiqua Martyrologia. Sed Palæstinam præcipue ea

Nicephori Chronicon. Sed ex *Chronico Alexandrino*, utroque Victore, Eutropio, Zonara, numismatibus plurimis, codice Justiniano et ex aliis auctoritatibus tum antiquis, tum recentioribus, quinque duntaxat annos et menses aliquot imperasse videatur Philippus, ab anno scilicet 244, ad annum 249, quo a Decio occisus est. Vide Tillemont., *Hist. imperat.* tom. III, Not. in Gordian. et in Philipp.

strages affecit : multi siquidem Origenis exhortationibus accensi Decii furoribus sese fortiter objecerunt.

II. Qui Tyrum jam ante concessisse Origenem credunt, quam Christiani a Decio oppugnari coepissent, facile iis assentior : secessus annum assignare, hariohari est. In eum certe maxima persecutionis hujus gravitas incubuit, quam eadem pertulit constantia, qua aliis eam ut perferrent, auctor fuerat. Nam primum in profundum carcerem detrusus est; torquis ferreus collo injectus; pedes ligneis pedicis grandi intervallo invicem remotis ita inserti sunt, ut divaricatis cruribus distractum corpus per multos dies dirissime torqueretur : intentabantur ignium et suppliciorum minæ, ac multiplici denique tormento senile corpus cruciabatur. Altum ille contra, et erectum animum super fortunam gerens, et vitam suam post Christi fidem ducens, omnes asperitates supervasit. Ac secum preclare actum existimat, si extremum ab eo supplicium improbus expetivisset judex, cui unum id fuit propositum, omnes martyrii cruciatus innocentissimo homini infligere, eumdem vero sperata per mortem martyrii mercede privare. Ostentatum itaque certaminis et laborum præmium in aliud tempus dilatum est.

III. (26) Bene autem de se merito magistro, dum in tormentis eset, optimus discipulus, et veteris amicitiae memor Dionysius Alexandrinus non desuit, librumque ad eum *De martyrio* scripsit, quo animum illi dolore ac miseria tabescerentem relevaret, et ei solatii praestaret vicem, qui aliis hanc omnibus praebere solitus erat.

IV. Nicephorus Eusebii perpetuus associator ducem suum hic deserit, et in atroces adversus Origenem, more recentium Græcorum, calumnias divertit. Eum sit modestia ac Christiana humilitate, quæ virtutum omnium parens est, amissa, in Deciana persecutione tormentis afflictum, suam quidem constantiam ac fidem Ecclesiæ præstisset; verum admoto Æthiope qui castissimo corpori illudret, thura diis adolere maluisse, quam ejusmodi probrum in se admittere : atque inde dñina gratia cum excidisset, in varias haereses delapsum, multisque in errorem inductis, ab Ecclesia Christi longo post tempore fuisse exterminatum. Hec habet Nicephorus (27), quæ ad veritatis amissum revocata, et cum veterum scriptis, unde deprompta sunt, conflicta, fidem suam decoquent. Nemiam enim sibi superbiam tunc sumpsisse Origenem, quanvis ante Nicephorum scripserint Anastasius Bi-

(26) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 46. *Bene autem de se merito magistro, dum in tormentis eset, etc.* Cum Eusebius libellum *De martyrio* inter epistolas paulo post Decii stragem a Dionysio scriptas recenseat, verisimile non videtur hunc, dum in tormentis eset Origenes, fuisse a Dionysio elaboratum.

(27) Niceph. lib. v, cap. 32.

A bliothearius (28) et Zonaras (29), vix equidem credo, qui subjectissime de se ac demississime in libris a se hoc tempore scriptis et loquitur et sentit. Ad hæc postquam in persecutione Deciana nuntium Christo remisso Origenem scripsit, addit in multis deinde incidisse haereses, multisque errandi causam dedisse, ac multo post tempore Christianorum communione fuisse privatum : que secum manifesto pugnant, cum per paucis ante Origenis obitum annis instinctus furore Decius Christianis bellum indixerit. Sciendum præterea id hausisse Nicephorum ex Epiphanius, qui hanc Origenis perduellionem narrans hær. 64, cap. 2, de persecutione Deciana altum silet, quemadmodum Cedrenus et Suidas : in libro autem *De mens. et pond.*, n. 48, cum Decianæ persecutionis meminit, Origenem quidem multa tunc perpessum fuisse docet, Æthiopem vero nequitam commemorat. Nec commemorat certe Joannes Zonaras (30), qui eum tamen tormentis victimum sub Decio a fide descivisse tradit ; et arrogantia elatum pravorum dogmatum auctorem fuisse. Zonaram fefellerunt male accepta hæc Epiphanius verba : Καὶ αὐτὸς ἐξ Ὡργένης πολλὰ πεπονθώς, εἰς τέλος τοῦ μαρτυρίου οὐκ ἐφθάσεν, obstante nimis saevitia judicis, non Origenis perfidia, quominus martyrii coronam consequeretur. Male ea quoque intellecta sunt ab Anastasio Bibliothecario, et ad annum Christi 244 perperam relata : quo anno imperium adeptus est Philippus, sexennio eoque amplius ante Decianam persecutionem. Glycas autem Epiphanius adhæsit (31). Nicephorus igitur, qui hoc loco videtur Epiphanium sectatus, et qui cunque hoc Origenis facinus Decianæ persecutionis temporibus assignant, minime quidem Epiphanium auctorem habent. Imo vero, aperte illis contradicere, si quis ad narrationis illius contextum animadvertis, plane fatebitur : id quippe Alexandriae contigisse scribit, atque Origenem idecirco ab Ecclesia fuisse dejectum ; cumque se Irrisui esse perdoleret, patria excessisse. At Deciana tempestate neque Alexandriae fuisse Origenem, neque ab Ecclesiæ communione segregatum, neque Alexandria fuisse profectum vel docuit quisquam, vel credi potest ; et ex Eusebii, ipsiusque Nicephori, et aliorum historiis satis refellitur. (32) Quæ quidem omnia huic apprime atati convenient, in quam factum illud conjectimus. Nam et tum Alexandriae versabatur Origenes, et statim post flagitium reliquit Alexandriam, et a Christianorum societate depulsus est, nec multo post Jerosolymam adit, ubi in publico Christianorum cœtu cominissum scelus lacry-

(28) Anast. in *Hist. ad an. Christi 244.*

(29) Zonar. *Hist.* lib. ii.

(30) Id. ibid.

(31) Glyc. *Annal.*, part. iii.

(32) Quæ quidem omnia huic apprime convenient atati, in quam factum illud conjectimus. Vide supra in cap. 2, num. 45, ubi hanc Epiphanius de Origenis idolatria fabulam destruimus.

quas fere quotidie in Ecclesia habebat ex tempore, a notariis inter concionandum excipi passus est Origenes, quod antea nunquam fieri permiserat. Hinc nomen ejus magis magisque celebrabatur in dies; sed ita tamen ut summa afficeretur admiratione a plurimis; a nonnullis, ut varii esse solent hominum sensus, infamaretur. Ansam præcipue dabant reprehensionibus erudita quidem, non satis tamen meditate scripta opera, et in secretos fere elaborata usus, ac incaute tamen evulgata. Opportuna hæc erant sinistris hæreticorum interpretationibus, et saepe vel ad conflandam Origeni invidiā, eumque falsis criminibus circumveniendum, vel ad quærendum nefariis dogmatibus splendidum patrocinium adulterabantur. Cui malo ut occurreret, seque hac suspicione evolveret, consultum fore ratus est suam de Deo, rebusque divinis sententiam missis ad Fabianum papam aliosque aristites epistolis profligari, et si quid scribendo peccaverat, natura pœnitentia emendare. Causas autem temeritatis retulit in Ambrosium, quod secreto edita in publicum protulisset. Gravem hic Eusebio dicam impingit Baronius (20), quod repudiata hanc a Fabiano professionem fidei, et ipsum ad causam dicendam accitum fuisse Romanum Origenem dolo malo reticuerit; sed iam supra ab hac Baronii calunnia Eusebium vindicavimus: nam quid hac professione factum sit incertum est, et admodum scilicet Romanum ivisse Origenem certissimum est.

XIV. (21) At nondum etiam Adamantius vacacionem a laboribus habuit. Exorta quippe nova apud Arabes hæresi, que animam statim a morte cum corporibus extingui, atque itidem cum corporibus in extrema die excitatum iri sciscebatur, coactum statim est frequens concilium, ad idque accitus Origenes hæreticos rationum suarum momentis convictos et oppressos ad meliorem mentem traduxit. Pari quoque felicitate Helcesitarum doctrinam, a Papia Achaæ presbytero olim cum primum oriretur expugnatam, tunc renascentem denuo, non congressionibus et colloquiis, sed scriptis constituit. Auctor Theodoretus (22), qui hæc habet: Κατὰ ταύτης τῆς αἰρέσεως Ὅριγένης συνέγραψεν ἀληθῶς συνεκρήτησε δὲ αὐτὴν Ἀλκινιάδης, εξ Ἀπαμειας τῆς Συρίας ὄρμωμένος. Legendum fortasse, συνεκρήτησε: sic enim de eadem re Nicephorus (23): κατὰ δὲ ταύτης καὶ Ἀλκινιάδης εξ Ἀπαμειας τῆς Συρίας πάμπολλα ἡγωνίσατο. Ὅριγένης δὲ τοῖς κατ' αὐτῆς ἐλέγχοις ἔριστεν. Quantum nihil affirmo: nam Nicephori auctoritati parum tribuo. Geminam hanc ab Origene victoriam dolo malo retinuit Georgius Syncellus, Graecorum omnium morem in suggillando Origene secutus. Nec absurdum fortasse fuerit iisdem conjungere temporibus Apellitarum profligationem, quos per Orientem grassantes coercuit Origenes, et per singulas quasque urbes insectatus concionibus repressit.

## CAPUT QUARTUM.

- I. *Philipus imperator interficitur. Subrogatur Decius. Septima persecutio. II. Origenes pro Christo gravissimos cruciatus sustinet. III. Librum De martyrio scribit ad eum Dionysius Alexandrinus. IV. Origenis modestia. Utrum ad vitandum Aethiopis stuprum Christi fidem ejurari, et quo id tempore contigerit. V. Castigatur criticorum nonnullorum temeritas. VI. Mortuo Decio, vinculis solvitur Origenes. Decio succedunt Gallus et Volusianus. VII. Obit Origenes anno aetatis LXIX. Pereunt Gallus et Volusianus. VIII. Elogium Origenis. IX. Sepelitur Tyri. Vana de ejus salute quaestio prætermittitur. X. Ipsius discipuli recensentur.*

I. (24) Triplicem hanc, quam proxime commoravimus, adversus succrescentes hæreses velitationem videtur Origenes exercuisse postremis imperii Philippi annis; (25) qui cum septimum jam annum rerum potiretur, Decii fraude Verone ab exercitu intersectus est. Subrogatur in ejus locum Decius, qui ut in Philippi memoriam incensus erat odio, Christianorum, quos visus erat charos habere Philippus dum viveret, res vastare, ac nomen funditus delere constituit. In teterima hac igitur per-

secutione princeps occubuit Fabianus pontifex maximus, in cuius locum suspectus est Cornelius. In carcerem quoque compacti sunt nobiles episcopi, Alexander, is a quo inter presbyteros quondam Origenes fuerat cooptatus, et Babylas: qui cum letho destinati in vineulis obiissent, huic Fabius, illi Mazabanes successit. Et quid eos omnes recensere attinet, quos funestissima illa Ecclesiæ clades consumpsit? Reserta sunt eorum nominibus antiqua Martyrologia. Sed Palæstinam præcipue ea

Nicephori Chronicon. Sed ex *Chronico Alexandrino*, utroque Victore, Eutropio, Zonara, numismatibus plurius, codice Justiniano et ex aliis auctoritatibus tum antiquis, tum recentioribus, quinque duntaxat annos et menses aliquot imperasse videatur Philippus, ab anno scilicet 244, ad annum 249, quo a Decio occisus est. Vide Tillemont., *Hist. imperat.* tom. III, Not. in Gordian. et in Philipp.

(20) Baron. ad an. 248, num. 1, 2.  
 (21) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 37, 38.  
 (22) Theodoret. *Hær. Fab.* lib. ii, cap. 8.  
 (23) Niceph. lib. v, cap. 24.  
 (24) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 39.  
 (25) Qui cum septimum jam annum rerum potiretur. Septem annis regnavisse Philippum scribit Eusebius, quem sequuntur Orosius, Euthykius, Albusarayus, Georgius Syncellus, Epiphanius et

strages affecit : multi siquidem Origenis exhortationibus accensi Decii furoribus sese fortiter objecerunt.

II. Qui Tyrum jam ante concessisse Origenem credunt, quam Christiani a Decio oppugnari coepti sint, facile iis assentior : recessus annum assignare, hariohari est. In eum certe maxima persecutionis hujus gravitas incubuit, quam eadem pertulit constantia, qua aliis eam ut perferrent, auctor fuerat. Nam primum in profundum carcerem detrusus est; torquis ferreus collo injectus; pedes ligneis pedicis grandi intervallo invicem remotis ita inserti sunt, ut divaricatis cruribus distractum corpus per multos dies dirissime torqueretur : intentabantur ignium et suppliciorum minae, ac multiplici denique tormento senile corpus cruciabatur. Altum ille contra, et erectum animum super fortunam gerens, et vitam suam post Christi fidem dicens, omnes asperitates supervasit. Ac secum praecclare actum existimasset, si extremum ab eo supplicium improbus expelvisset Iudex, cui unum id fuit propositum, omnes martyri cruciatus innocentissimo homini infligere, eumdem vero sperata per mortem martyri mercede privare. Ostentatum itaque certaminis et laborum premium in aliud tempus dilatum est.

III. (26) Bene autem de se merito magistro, dum in tormentis esset, optimus discipulus, et veteris amicitiae memor Dionysius Alexandrinus non desuit, librumque ad eum *De martyrio* scripsit, quo animum illi dolore ac miseria tabescerent relevaret, et ei solatii praestaret vicem, qui aliis hanc omnibus praebere solitus erat.

IV. Nicephorus Eusebii perpetuus assecator ducem suum hic deserit, et in atroces adversus Origenem, more recentium Græcorum, calumnias divertit. Eum ait modestia ac Christiana humilitate, quæ virtutum omnium parens est, amissa, in Deciana persecutione tormentis afflictum, suam quidem constantiam ac fidem Ecclesiæ præstisset; verum admoto Æthiope qui castissimo corpori illudret, thura diis adolere maluisse, quam ejusmodi probrum in se admittere : atque inde divina gratia cum excidisset, in variis hæreses delapsum, multisque in errorem inductis, ab Ecclesia Christi longo post tempore fuisse exterminatum. Hac habet Nicephorus (27), quæ ad veritatis amissum revocata, et cum veterum scriptis, unde deprompta sunt, conficta, fidem suam decoquent. Nemiam enim sibi superbiam tunc sumpsisse Origenem, quamvis ante Nicephorum scripserint Anastasius Bi-

(26) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 46. Bene autem de se merito magistro, dum in tormentis esset, etc. Cum Eusebius libellum *De martyrio* inter epistolas paulo post Decii stragem a Dionysio scriptas recenseat, verisimile non videtur hunc, dum in tormentis esset Origenes, fuisse a Dionysio elaboratum.

(27) Niceph. lib. v, cap. 32.

A bliothearius (28) et Zonaras (29), vix equidem credo, qui subjectissime de se ac demissime in libris a se hoc tempore scriptis et loquitur et sentit. Ad hæc postquam in persecutione Deciana nuntium Christo remisisse Origenem scripsit, addit in multis deinde incidisse hæreses, multisque errandi causam dedisse, ac multo post tempore Christianorum communione fuisse privatum : quæ secum manifesto pugnant, cum perpaucis ante Origenis obitum annis instinctus furore Decius Christianis bellum indixerit. Sciendum præterea id hausisse Nicephorum ex Epiphanius, qui hanc Origenis perduellionem narrans hær. 64, cap. 2, de persecutione Deciana altum silet, quemadmodum Cedrenus et Suidas : in libro autem *De mens. et pond.*, n. 18, cum Decianæ persecutionis meminit, Origenem quidem multa tunc perpessum fuisse docet, Æthiopem vero neutiquam commemorat. Nec commemorat certe Joannes Zonaras (30), qui eum tamen tormentis victum sub Decio a fide descivisse tradit ; et arrogantia elatum pravorum dogmatum auctorem fuisse. Zonaram fefellerunt male accepta hæc Epiphanius verba : Καὶ αὐτὸς δὲ ὑπέγενης πολλὰ πεπονθώς, εἰς τέλος τοῦ μαρτυρίου οὐκ ἐρθανεῖ, obstante nimirum sævitia judicis, non Origenis perfidia, quominus martyrii coronam consequeretur. Male ea quoque intellecta sunt ab Anastasio Bibliothecario, et ad annum Christi 244 perperam relata : quo anno imperium adeptus est Philippus, sexennio eoque amplius ante Decianam persecutionem. Glycas autem Epiphanius adhaesit (31). Nicephorus igitur, qui hoc loco videtur Epiphanium sectatus, et qui-cunque hoc Origenis facinus Decianæ persecutionis temporibus assignant, minime quidem Epiphanium auctorem habent. Imo vero, aperte illis contradicere, si quis ad narrationis illius contextum animadvertis, plane fatebitur : id quippe Alexandriae contigisse scribit, atque Origenem idecirco ab Ecclesia fuisse dejectum; cumque se irrisui esse perdoleret, patria excessisse. At Deciana tempestate neque Alexandriae fuisse Origenem, neque ab Ecclesia communione segregatum, neque Alexandria fuisse proscutum vel docuit quisquam, vel credi potest ; et ex Eusebii, ipsiusque Nicephori, et aliorum historiis satis refellitur. (32) Quæ quidem omnia huic apprime atlati convenient, in quam factum illud conjectimus. Nam et tum Alexandriae versabatur Origenes, et statim post flagitium reliquit Alexandriam, et a Christianorum societate depulsus est, nec multo post Jerosolymam adiit, ubi in publico Christianorum cœtu cominissum scelus lacry-

(28) Agast. in *Hist. ad an. Christi 244*.

(29) Zonar. *Hist.* lib. ii.

(30) Id. ibid.

(31) Glyc. *Annal.*, part. III.

(32) Quæ quidem omnia huic apprime convenient atlati, in quam factum illud conjectimus. Vide supra in cap. 2, num. 15, ubi hanc Epiphanius de Origenis idolatria fabulam destruimus.

nis prosecutus est. Quamvis autem rebus Christianis faveret, qui tunc imperio potiebatur Severus Alexander, (33) eas tamen pro libidine divexabant provinciarum rectores, Christianosque complures neci dabant. Id declarant ecclesiastici Annales, et Martyrologia. Constat ergo hallucinatum Nicephorum, nec ad Decianam cladem hoc Origenis facinus ullo modo pertinere.

Verum præpostera agimus, qui rei hujus perscrutamus tempus, resne ipsa fuerit aliquando certum nondum habemus. Quamvis enim clarissimo monumento consignatum id exstet in libris Epiphani, egregii scriptoris et antiqui, rem tamen suum ad examen revocavit Baronius (34), ut diximus, confictaque judicavit; et ne manus cum Epiphanio conserrare cogeretur, (35) assutum ejus scriptis fragmentum illud et insertum pronuntiavit. Baronio assensi sunt Halloxius, *Origen. Defens.* lib. iv, quæst. 3, et not. pag. 55, 56, 57, Raynaudus, *Hoplothecæ* sect. 2, serie 1, cap. 2 et Valesius ad Euseb. *Hist. lib. vi, c. 39*; contradixit Petavius (36). Nos utriusque partis rationibus adductis, nihil præjudiciis vel auctoritati tribuentes nostram sententiam paucis exponemus. Rationum Baronii summa hæc est. Si res ita se haberet, ut expressa habetur apud Epiphanium, meminissent utique ejus, vel objiciendo Origenis adversarii Theophilus et Hieronymus; vel refutando fautores ejus Eusebius, Pamphilus et Rufinus; vel vetusti Patres Augustinus, Vincentius Lirinensis sliique, qui de eo fuse et explicate egerunt, et in controversiis Justiniani ævo adversus Origenem tanto studio agitatis aliqua tandem facinoris ejus fuisset injecta mentio; nec id quoque prætermisisset Porphyrius, cum Ammonium a Christo ad ethnicorum

(33) *Eas tamen pro libidine divexabant provinciarum rectores, Christianosque complures neci dabant.* Nunquam tam pauci fuere martyres, quam quo tempore Alexandria recessit Origenes. Jam enim a viginti fere annis nemo persecutionis scintillam viderat. Unum saltum Huetius proferre debuisset martyrem, quem Alexandro imperante Alexandriae passum esse certa et indubitate traderent monumenta.

(34) *Baron. ad an. 253, n. 120 et seq.*

(35) *Assutum ejus scriptis fragmentum illud, etc.* Nihil causæ erat cur illuc confugeret Baronius. Cum enim aliunde constet Epiphanius falsissimis interdum adhædere monitentis, quod vel ex iis liquet quæ de Meletio et Ario scripsit, hanc de Origene fabulam ex iisdem impuris fontibus haustam esse facile ei erat evincere ex iis rationum momentis, quæ jam adduximus in cap. 2, num. 15.

(36) *Petav. Animad. ad Epiphan., hær. 64, cap. 2, e. ad lib. De pond. et mens., c. 48.*

(37) *Nemes. c. 30.*

(38) *Leont. Schol. action. 10.*

(39) *Ejus autem tacendi eas habuerunt causas Origeniani oppugnatores nominis, quas exponit Petavius; vel quod, etc.* Si Epiphanius ad ventilanda Origenis dogmata attenus, hocce tamen flagitium non neglexit; si ipse ac præcipue sequaces ejus emendatum pœnitentia crimen objecere, illiberale et iniquum non duxerunt; quare alii duxisserint Origeniani oppugnatores nominis, quare neglexissent? Num illiberiores et inquieriores Epiphanius, et quotquot ei suffragati sunt, ceteris Origenis adversariis haberi

A partes transfugisse commentus est: res hæc ab illis est silentio prætermissa; igitur ne vera quidem. Eadem hæc fere repræsentat Halloxius, et amplificat dicendo ac dilatat, uniuersus addit quod animadversione dignum est, eum fabule istius primum videri inventorem, qui Justiniano imperatori dictavit epistolam ad Menam Constantinopolitanum patriarcham adversus Origenem, quæ in conciliï v. actis relata est. Cur ita sentiret, non apposuit, et vero quid apponere non habuit: nullis enim auctoribus, nullis argumentis res falsa poterat approbari; facti siquidem illius præter Epiphanius meminit Nemesius (37) Justiniano antiquior; meminit et Leontius Byzantius (38), quem Bellarminus quinta synodo superiorem fuisse censem. Huc adde idolatriæ qui dem Origenem hac epistola Justinianum arcessere; de Æthiope ne verbum quidem injicere. Neque certa probabile est in encyclica hac epistola ad universos episcopos destinata, imperatorem, vel qui nomines imperatoris scripsit, mendacium re nulla postulante confictum, Patribus in os objecisse, viris non illitteratis, et rei inaudita novitatem procul dubio miraturis, ejusque falsitatem facile perspecturis. Repudiata igitur hac Halloxi conjectura, Baronium ipsum adoriamur. Ac primum fateatur necesse est, admissum ab Origene idolatriæ scelus Nemesio, Leontio et Justiniano notum ac commemoratum fuisse. (39) Ejus autem tacendi eas habuerunt causas Origeniani oppugnatores nominis, quas exponit Petavius; vel quod ad ventilanda nimirum Origenis dogmata attenti, admissum humanitus flagitium neglexerint; vel quod emendatum pœnitentia crimen objecere, illiberale et iniquum esse duxerint. (40) Quas ad causas, illas etiam accessisse puto cur id retinebant?

Certè non ii erant Hieronymus et Theophilus, qui hanc Origeni culpam condonarent, quantumcunque illam pœnitentia eluisset.

(40) *Quas ad causas, illas etiam accessisse puto cur id retinebant* Origenis adversarii, quod licet sacrificaturum se receperisset, etc. Leves admodum Huetii conjecturæ. Satis erat assensisse, ut idolatriæ rens habetur Origenes, ac proinde ut pœnitentia publice subjiceretur, et sacerdotii dignitate jure ac merito excideret: nec crimen minuisset ejus pudicitiae studium, quantumvis dicatur inde elincere. Egregiam vero pudicitiam, quæ abnegatione Christi servaretur! Porro si ob eam causam fuisset Demetrii compluriumque episcoporum judicio ab Ecclesia sacerdotio dejectus, num id ignorassent Arabiæ, Palæstinæ, Phœniciaæ et Achaiaæ Ecclesiaæ presules? Sin minus, quomodo causam ejus suscepissent, prædicandi munus ei commisissent, aliaque sacerdotii sui munia obire permisissent? Criminis ergo hujus falsitas vel ex ea re sola elinet, quod Origenem tanta cum charitate suscepserint illi episcoli, ejusque patrocinium tanto studio complexi sint; ac proinde non propter eas quas Huetius assert causas, hanc de Origene idolatria historiam retinuerunt ejus adversarii, sed quia nihil tale unquam Origeni contigit. Porro quod factum non erat, quam obrem quisquam excusaret ratio nulla fuit. Inde par apud Origenis defensores ea de re silentium. Hinc ne ypsi quidem hujus apud Eusebium; nec enim vel in ipsa pro Origene *Apologia* hujus mentionem fecisse videtur, ut jam diximus.

cerent Origenis adversarii, quod licet sacrificaturum se recepisset, non ipse tamen, sed qui eum circumstabant facinoris auctores et impulsores, manibus ejus apprehensis et excussis, ipsi viderentur foco thus intulisse, quod licet ab Ecclesia fuisse ob eam causam ejectus Demetrii compluriumque episcoporum judicio, ab Alexandro tamen et Theoctisto episcopis tanta esset charitate susceptus, ejusque patrocinium tanto studio complexæ essent Arabiæ, Palestiniæ, Phœniciaæ et Achaiaæ Ecclesiæ, ut ea refere criminis depulsio contineretur; quod licet capitalis sit vel tenuis admissæ idolatriæ suspicio, et graviter peccasse Origenem fatendum sit, minime tamen hoc nomine posset accusari, quin ejus ingens pudicitia studium una prædicaretur; quod denique diris sub Decio singulari constantia toleratis tormentis, prioris criminis noxam satis correxisse, ejusque luisse penas, et pristinam mollitatem expissasse videretur. Atque iisdem fere rationibus, quoniam id Christianis exprobraret, absterrium fuisse Porphyrium existimo. Quod nullus ergo vitio dederat, quamobrem quisquam excusaret, ratio nulla fuit. Inde par apud multos ea de re silentium. Eusebium autem, cur id scribendo prætermitteret, eo fuisse impulsum jam supra dixi, in quod in *Apologia pro Origene* hoc et ejusmodi plurima fuisse complexus, quæ ad *Historie* suæ propositum non omnino accommoda, quippe qui res ad universam Ecclesiam spectantes exsequeretur, repetere insuper habuit. Jacent igitur collecta a Baronio adversus hunc Epiphani locum argumenta, quem vel ipsa styli similitudo, ut recte notavit Petavius, satis Epiphanio adjudicat.

V. Cautius equidem ac reverentius antiquorum, sed Patrum præsertim monumenta attingi velle. Nam quanvis parce, et non sine aliqua verisimilitudine manus Epiphanio attulerit hoc loco Baroniū, homo ut excellens ejus ingenium, et singularem doctrinam sileam, sagacissimæ in arte critica et acerrimæ naris; hoc tamen exemplum in sequens ævum labem trahere potest, ut tanti viri auctoritate producti litterati homines, venerande vetustatis operibus illudere, eaque ad libitum recoquere, ac incidi suæ reddere fortasse ausuri sint. Quæsivi sane multum ac diu, plusne perniciem in litteras an utilitatis critica ars intulerit. Quot enim sana et integra veterum scripta pervertit criticorum temeritas, dum quidquid minus mente perciperent, id ad arbitrium suum refingendi licentiam sibi fecerunt? Quot volumina suis tota detraxerunt scriptoribus, alienis attribuerunt? Differor ira, quotiescumque viles de plebe grammaticorum litteratores bonis auctoribus inscitiae suæ virus spargentes video; et si quando nova vox, et lexicographis incognita sese det, eam absque cunctatione obelo suo jugulantes, et obtrusis suis conjecturis per summam audaciam

(41) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 39.

(42) Euseb., *ibid.*, lib. vii, cap. 1. Hieron. *Cat. vir. illustr.* cap. 54.

A nobis sicut facientes. Et tun vel maxime sese criticos dici amant, sibique placent, quando nobis auctorum larvas, veris ipsis deformatis auctoribus, objecerunt. Atque hæc pestis nihil non pervagata est. Plurimæ quidem sordes vel per temporis diutinatem, vel per librariorum socordiam antiquorum scriptis allini atque adhærescere sítæ sunt; at eas nonnisi manifestas elui, nec quidquam nisi vel manu scriptorum codicum ope, vel certis et evidenteribus argumentis supponi, et in notas potius extra auctoris ipsius contextum, quantumvis acute cogitatas conjecturas rejici velim. Sed hæc erant alterius loci. Nunc ad rem.

VI. Quoto Decii anno cruciatibus tortus fuerit Origenes, nescitur; at cum biennium Decius in

B imperio non expleverit, levis est dubitatio. Id videtur anno Christi 250, Origenis Lxv, attribuendum. Nec apparet item quomodo vinculis elapsus sit. Ego vero id per obitum Decii contigisse opinor; quo a barbaris deleto cum exercitu, imperium capessivit Vibius Gallus, ascito in consortium Volusiano filio. Tunc enim tranquillatis Christianorum rebus, libertatem quoque suam adeptum Origenem verisimile est. (43) At ne tum quidem atas ad senium devexa, laboribus fractum, otio ac desidia mollivit: sed vix aegritudine relaxatus ac miseria, quæ eum in Decii laniana pene eliserat, aliis quos eadem affligerat clades, utilia solatia per epistolæ subministravit. Id ostendebant innumeræ ejus epistolæ, quæ post Decianam vastationem scriptæ, et multo post a piis et

C studiosis hominibus servatæ, vetustate demum perierunt. Aliane præterea ante mortem litteris mandaverit, quoniam de eo nihil antiqui scriptores tradidere, compertum non est. Vix credi tamen potest, impatientissimum otii ingenium ab assueto scribendi labore, quo tot elucubrata feruntur librorum millia, conquevisce.

VII. (44) Jamque novem ac sexaginta Origenes confecerat annos, cum labore et annis conlectum tempestiva mors Tyri consumpsit, anno post Christi ortum 254: quo anno Interamna Gallus et Volusianus interficiuntur. Cum enim natum eum demonstraverimus anno post Christum 185, adjectis 69, quot vitæ expletiv annos, omnino efficitur summa annorum 254. Quamvis autem ita scriperit Eusebius (45): Δέκιον... καταφράγεντα Γάλλος διαδέχεται· Θριγένης ἐν τούτῳ ἐνδέοντα τῆς ζωῆς ἔβδομή κοντά ἀποκλήσας ἔτη, τελευτὴ, non iis præcise significavit hoc ipso tempore obiisse Origenem, quo Gallus extincio Decio successit, quod nonnulli perperam opinati sunt; sed imperium tenente Gallo, fato functum Origenem fuisse. (44) Scribit Photius cod. 118, narrare Pamphilum, aliasque complures, Origenis vitam et res gestas ex iis ipsis qui hominem viderant perscrutatos, in Deciana strage martyrio ipsum vitam finivisse. Id refellit Photius, Galli et Volu-

(43) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. viii, cap. 1.

(44) Scribit Photius cod. 118, narrare Pamphilum, etc. Mirum certe videtur quod refert Photius. Cum

siani temporibus decessisse hunc asserens; ex ejusque epistolis post Decii mortem datis sententiam suam roborat. Infelicem miserabiliter periisse pronuntiat Nicephorus, levis auctor, neque quid scribat satis pensi habens: inde adeo sic sentiens, quod eum post idolatriam erroribus implicatum, in impietate diem clausisse crediderit. (45) At contra Theotimus Tomitanus episcopus, novae pietatis antistes, præclara eum morte defunctum fuisse adversus Epiphanium asseveravit.

VIII. Atque hunc demum vitæ finem habuit Origenes Adamantius, vir in Ecclesia Dei longe maximus; quem præter prosapiam avita in Christum pietate, et Leonidae patris martyrio claram, propria virtutes nobilitarunt, ingens martyrii desiderium, contestatus amor pudicitiae ac paupertatis, perpetua voluptatum contemptio, prolixa fidei Christianæ propagandæ voluntas, servandarum ab æternō interitu animarum vehemens cupiditas, inusitata in laboribus constantia, singularis in periculis fortitudo, insignis adversum omnes mansuetudo et obsequientia, commemorabilis in magno splendore modestia, et rara morum sanctitudo: portentosa ad hæc ingenii vis, memoria exprompta, quam et herba cuiusdam a se repertæ usu auxisse fertur, minime licet assentiente Epiphanio; subtile judicium, mirus in dicendo lepos, oratio ad persuadendum efficax, acris saepe et vehemens, nec tam virtutibus ornandis facta, quam carpensis vitiis, mirabilis humonarum divinarumque rerum scientia, ut nemo esset primarum artium magis princeps. Nec fama meritis inferior; summa apud proceres gratia, par-

enim vel ex ipso constet, Pamphilum et Eusebium communi carcere inclusos Origenis vitam et res gestas attigisse in ea *Apologia*, quam pro eo simul conscripserunt, qui fieri possit, ut Pamphilus Origenem in persecutione Decii vitam celebri martyrio finivisse dixerit, cum scribat Eusebius *Hist.* lib. vi, cap. 59, eum et Decio, et tormentis fuisse superstitem; cuius rei testes ipsasmet Origenis epistolæ post Decium scriptas appellat? Itaque vel nondum illas epistolæ viderat Eusebius, quando in hac *Apologia* una cum Pamphilo scribebat Origenem in persecutione Decii vita decessisse; vel inconsulto Eusebio solus hæc scripsit Pamphilus, utpote præcipuis operis auctor; vel Photius fortassis deceptus est *Martyrii* verbo, quod de omnibus pro fidei veritate toleratis cruciatus recte dicitur, quamvis ipsa non sequatur mors (eo enim sensu in Deciana strage martyrum subiisse Origenem recte potest dicari): vel memoria lapsus Pamphilo etiam tribuit, quod ab aliis tantum quos commemorat, fortasse dictum est: vel denique illud duntaxat intelligi voluit Pamphilus, Origenem cruciatus ac miseriis in Decii laniena elisum, non longe postea vixisse. Quod Eusebii verbis non repugnat.

(45) Socrat. lib. vi, cap. 42.3

(46) Ut aliquid de exteriori Origenis habitu dicamus corpore breveum eum fuisse discimus ex Eusebii, qui *Hist.* lib. vi, cap. 39, loquens de nervo in quo pedes ejus sub Decii persecutione multorum dierum spatio distenti fuerant, ad quatuor usque foraminum interstitia extenuum eum fuisse scribit. Plurimos enim martyres ad quantum usque foramen distentos fuisse docet *Historia*. Deinde ipse Origenes in epistola ad quemdam, nostræ editionis prima, ebi Ambrosii ardorem erga sacras Litteras describit,

A apud Ecclesiae principes auctoritas. Verum egregias vel a natura collatas, vel comparatas ab arte dotes obscurabant præceps quidam animi calor, neque satis considerata saerarum litterarum tractatio, et prope temerarium reconditorum ac supra mentis humanæ captum positionum Dei mysteriorum evolvendi studium, quibus vitiis partæ virtutibus suis jam ante invidiæ causam in se erumpendi dedit. Exarsit in eum tota pene Ecclesia: columnis vexatus, maledictis confixus, proscissus scriptis, percussus anathematis, ab Ecclesia segregatus multorum episcoporum suffragiis, patria denique ipsa dejectus est, homo mitis et injuriae opportunus, ut non facile existimari possit majorine hominum florerit gratia, an odio flagraverit. Quisquis tamen ex veritate rem spectaverit, fatebitur dubio procul, longe pluribus eum virtutibus enitus quam vitiis, quæ tanquam nævi aliqui eximio corpori, sic animo excellenti adhæserunt (46).

B IX. (47) Sepultura affectus est Tyri; (48) cujus sepulcri vestigia hodie superesse prædicant, qui hæc loca lustrarunt. De salute Origenis disputacionem a multis motam fuisse scio; quorum alii cœlo pro meritis donatum credunt, alii contra, inter quos Georgius Syncellus, æternam animæ jacturam fecisse affirmant. Vana et inanis quæstio, quam nos ad necessaria properantes iis disceptandam relinqui mus, qui tantum ingenio suo licere volunt. Grandis labyrinthus, inquit barbare Wernerus Westphalus (49), sed vere, a diversis textur de Samson, Salomone, Trajano et isto Origene, an videlicet salvati sint, an non: quæ quia sine periculo nesciuntur,

C ait «neque a cœna ambulare, aut corpusculum (τὸ σωμάτιον, quemadmodum legit Suidas) relaxare» sibi dari.

D (47) Hier. Cat. vir. illustr. cap. 54; Phot. cod. 118.

(48) Cujus sepulcri vestigia hodieque, etc. Id scribit Halloxius Notar. in *Origenis Vitam* pag. 41, 42, et hujus testes profert Guillet. Tyrium *Histor. sacræ* lib. xiii, pag. 3, 4; Jacobum a Vitriaco cardinalem in *Historia sua Hierosolym.*; Burchardum in *Descriptione Terræ sanctæ*, cap. 2, § 5; Bernardum de Bredembach in libro *Transmarinæ sua peregrinationis*; Joannem Zuallardum in opere tam Gallice quam Italice scripto, cui titulum fecit, *Voyage de Jérusalem*, lib. v, cap. 4; Christianum Adrichomium in suo *Theatro Terræ sanctæ*, ad tribum Aser, num. 84, in fine; Joannem Cotovicum *Ilin. Hierosol. et Syriac.* lib. 1, cap. 19, p. 421 et Franciscum Quaresmum Minoritam in *Elucidatione Terra sacræ*, lib. vii, cap. 10. His adjungendi sunt Bartholomeus de Salignaco in *Itinerario Hierosolym.* tom. IX, cap. 40; Douhalanus, *Voyage de la Terre-Sainte*, chap. 57, p. 564; Eugenius Roger Recollectus, *Description de la Terre-Sainte* liv. I, chap. 8, p. 49 et aliud opus Gallice inscriptum: *Le Pèlerin véritable*, liv. iv, chap. 1, p. 412. Ex his plerisque scriptoribus intelligere licet, in nubo cathedralis Tyri ecclesiæ titulo Sancti Sepulcri, juxta majus altare, sepulcum fuisse Origenem, cuius nomen et epitaphium in columna marmorea incisum, et auro gemitisque ornatum ibidem etiamnum legebatur anno 1283. Sed hodie funditus deleta est Tyrus; et Villamontius, *Itineris* lib. iii, p. 140, Origenem Tyri sepulcum esse ait, non ejus sepulcrum superesse.

(49) Wern. in *Fasc. temp.*

nec etiam Ecclesia certificata est de his, Domino totaliter committenda sunt. »

X. (50) Prodierunt e schola Origenis viri pietate insignes et doctrina Plutarchus, Serenus, Heraclides, Heron, Serenus alter, Heraclius et Basilides, acerbos cruciatus, et mortem denique ipsam Christi nomine perpessi (51) : Heraclius autem Plutarchi hujus frater, Origenis primum discipulus, tum in docendo socius, deinde successor ac episcopus demum Alexandrinus (52) ; Dionysius Alexandrinæ Ecclesiae post Heracle mortem antistes, eruditione et scriptis longe celeberrimus ; Gregorius ille a miraculis cognomen adeptus, Neocæsariensis episcopus, qui æqualibus suis omnibus Origenem aetate jam affectum in familiaritate anteposuit ; Athenodorus Gregorii frater ; Tryphon rara Scripturæ pertitia illustris, cuius et nonnullas ad Origenem epistolas suis temporibus exstisso tradit Hieronymus (53) ; (54) Firmilianus Cæsariensis in Cappadocia præsul, Origeni sic deditus, ut ejus convenienti causa patria relicta longum ac difficile iter constitueret. (55) Annumeranda his quoque Barbara Nicomediensis virgo genere nobilis, eruditione clara, ab Origene primum per epistolas et Valentini presbyterum ad eam missum ab ethniconum superstitione revocata, et Christi mysteriis instituta, ac tandem in Maximini persecutione sævissime excruciatæ, et securi percussa. Tum autem ex Origenis

A epistolis Christi fidem hausit, postquam presbyterii dignitate auctus Alexandriam ex Achaia reversus est. Ab eo quippe jam presbytero Alexandria data est ad ipsam epistola, quæ in ejus Acta inserta est. Potamianam virginem nobilissimo martyrio claram inter Origenis discipulas Rufinus et Nicephorus recensent : sed fucum iis fecit Eusebii locus (56) non satis attente perspectus, ubi in hanc seriem disertis verbis septimus resertur Basilides ; de Potamianâ vero talis nulla apud eum suspicio est. (57) Quo magis mirandum est, ab erodito viro in hunc censem Potamianam ascribi, Basilide expuncto. Quasi vero parum credibile sit, virum hellice rei deditum, cum Origenis fama permotus esset, accessisse ad eum, et nonnulla rerum Christianarum accedita ab eo notitia, cum Potamianam ad supplicium pro munere suo deduceret, eam ab improborum hominum petulantia prohibuisse, ab eaque postmodum jam fato functa secundum quietem excitatum, Christi fidem palam fuisse professum. Huc etiam confert Nicephorus (58) Alexandrum Hierosolymitanum episcopum, et Cæsariensem Theoctistum ; quibus Mamæam quoque adjungere, et memoratum illum ab Eusebio (59) Arabiæ præsidem rationi consentaneum est. Denique « Innumerari, » inquit Vincentius Lirinensis (60), « ex sinu suo doctores, innumeri sacerdotes, confessores et martyres extiterunt. »

## LIBER SECUNDUS.

### ORIGENIS DOCTRINA.

**LIBRI SECUNDI PARTITIO.** — Explicata Origenis vita, institutus ordo postulat, ut ad exponendam ejus doctrinam progrediamur. Id propositum fronte simplex, multiplex sane est in recessu : nam et de eruditione Origenis, et iis quibus potissimum, dum viveret, animum informavit artibus et studiis, nonnulla præmittenda erunt. Tum dogmata illius suis distincta proponentur capitibus ; non ea quidem quæ Ecclesiæ decretis consona universa tulerunt suffragia, vel qua levioris sunt momenti ; sed qua majoris in Ecclesia ponderis a communibus et receptis sunt aliena sententias ; eaque præsentim, quæ Patrum subinde censuris et anathematis synodorum vexata sunt. Quibus subjungetur Origeniana doctrinæ, non dicam *Apologia* ; nam neque ausim, neque sane velim : sed accuratum et præjudicis omnibus liberum ac solutum examen. Hinc ad ipsam dogmatum illorum describendam summationem fortunam accedemus, ut quas excitarint in Ecclesia procellas, quantis partium studiis oppugnata et propugnata sint, palam fiat. Atque ita in capita quatuor liber iste distribuitur. I. Agitur de eruditione Origenis. II. Dogmata ipsius excluduntur. III. Doctrinæ ejus generale examen continetur. IV. Fortuna doctrinæ ejosdem narratur.

(50) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, c. 4, 5.  
(51) Ibid. cap. 5.

(52) Ibid. cap. 29, 30.

(53) Hieron. in lib. *De script. eccl.* in *Tryphon*.

(54) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 26, 27.

(55) Annumeranda his quoque Barbara, etc. Cur his annumeranda sit, nulla ratio est. De Barbara incerta omnia. De illa enim altum apud veteres silentium, ut fateatur Bollandus Maii tom. I, pag. 26, Mutuæ Origenis ab Barbaram, et Barbaræ ad Origenem epistole jaundidum inter eruditos spurce censentur, nec aliud habere parentem quam Halloxiūm, uti in Praefatione ad tomum primum mo-

C nuimus. Sed Origenis discipulis annumerandus videtur Theotecnus Cæsariensis episcopus, quem prætermisit Huetius, de quo tamen Eusebius, *Hist. lib. vii*, cap. 14 : Τῆς δὲ Ὀριγένους διατριβῆς καὶ οὗτος (Θεότεχνος) ἦν. Hic quoque (Theotecnus) Origenis auditor fuisse dicitur. »

(56) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 5.

(57) Vales., *Not. in Euseb.* p. 413.

(58) Niceph. lib. v, cap. 20.

(59) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. vi, cap. 19.

(60) Vincent. Lirin. *advers. Hæret. Commonitoria* i, cap. 23.

## CAPUT PRIMUM.

Origenis eruditio.

I. Scripturæ eallentissimus fuit Origenes; II. sed Hebraicæ linguæ parum consultus, Samaritanæ vero penitus ignarus. III. Scripturæ interpres scriptoresque ecclesiasticos studiose legit. IV. Sacrae doctrinæ causa excoluit τὰς Ἑξωθεν, philosophiam præsertim; V. sed et reliquas disciplinas.

I. Primum illud ac præcipuum fuit Origenis a teneris pueritiae annis ad obitum usque studium, ad interiorem ac reconditam sacrarum litterarum peritiam penetrare. In quo quidem ita se tractavit, ut admirabile esset, nec quisquam deinde tantum in ea exercitatione consecutus sit; sive litteram ipsam, quemadmodum vocant, species, quam totam memoria ita commendaverat, ut locos omnes ex tempore, etiam libris inconsultis, apposite recitaret; sive intimos ac latentes sensus, quos tanta sagacitate eruit, ὡς ἔξ ἐκείνων, inquit Suidas, πάντας τοὺς μετέπειτα τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους καὶ ἀφορμάς εἰληφέντα. Id facile ex nostris apparebit Observationibus, in quibus loca Patrum consimilia, et ab Origenianis profecta per παραπομπὰς indicamus. Nec ullum vero ad exquisitam divinorum voluminum comparandam notitiam subsidiū neglexit: cum vulgata quippe apud Alexandrinos Septuaginta Senum interpretatione alias magnis a se sumptibus redemptas contulit, Aquilæ, Theodotionis et Symmachi; ac Quintam item, et Sextam in lucem a se primo editas; easque ad Hebraica accommodavit exemplaria, unde Tetrapla, Hexaplus et Octapla extiterunt.

II. Quod si plus sese in Hebraicis exercuisset, magisque lingue hujus fuissest peritiam consecutus, nihil ei ad perfectam sacrae legis cognitionem defuissest: sed tantum decerpit ex ea gloria, quantum ex loquelle hujus studio detraxit. Dicam enim vere: vel Hebraismi parum scientes sunt, vel in lectione Origenianorum operum perfunctorie versati, qui eximium quid ipsi vel in sanctæ lingue, vel in eam quæ ex hoc fonte profectæ sunt dialectorum peritia tribuerunt. Nec opinioni nostræ contradicit Hieronymus (61), etsi videtur contradicere, cum ait, singularem loquelle hujus notitiam demirataam in eo fuisse totam Græciam: mirum id quippe videri potuit Græcis Hebraismi rudibus et imperitis, nec quantum in eo profecisset Origenes existimare scientibus. Minime vero suam ipse lingue hujus ignorantem dissimulat homil. 14, in Num. 1, p. 322. « Aiunt ergo, inquit, qui Hebraicas litteras legunt, in hoc loco, Deus, non sub signo tetragrammati esse positum: de quo qui potest requirat. » Multa in Observationibus nostris animadvertisimus, quæ insciatiam ejus in Hebraicis demonstrant; cuiusmodi est

(61) Hieron. epist. 25 ad Paulam.

(62) Origen. in Matth. xix, 42, Comment. tom. xv, pag. 657.—Quod si in Hebraicis, etc. Vide animadversionem nostram in hac verba epistole ad Africatum: Νεπτίας οἰνοχόος τοῦ βασιλέως καὶ εὑνοῦ.

A frivola illa distinctio, οὐρανόν inter et οὐρανούς, quam communisicitur ad Matth. xviii, 18, et ad quam Christum respexisse tradit; quasi haec distinctionem ferat Syriaca dialectus, quam Christus usurpabat: cuiusmodi est falsa illa nominis Aser interpretatio, quæ habetur ad Matth. xviii, 19, Comment. tom. xiv, p. 616, quasi derivetur a שָׁרֵךְ « erudit, ligavit, » cum flat ab שָׁרֵךְ « ligavit. » Quanquam auctoritate Senum Septuaginta excusari id potest, qui שָׁרֵךְ aliquando ita reddiderunt, quasi idem esset ac σύν. Ut psalm. civ (Hebr. cv), 22; pro Hebreo ϕειδοῦσσος τῷ βασιλεῖ habent, τοῦ παιδεῦσας τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ; Vulgata, « ut erudiret principes ejus. » Et Ose. x, 10, οἱ Αστράφοι. LXX, παιδεῦσας αὐτούς; Vulgata, « corripit eos, » cuiusmodi est depravata illa lectio loci Interpretum LXX, II Esdr. 1, 11, εὐνοῦχος τῷ βασιλεῖ. (62) Quod si in Hebraicis utenique fuissest versatus, quæ habent בְּשַׁתְּפָה לִמְלָחֶם emendasset utique in τοῖς Ο· οἰνοχόος τῷ βασιλεῖ, si modo hunc ipse errorem non invexit, qui certe in Septuaginta Seniorum exemplaribus nuspam existat: cuiusmodi est inepta illa expositio vocabuli (63), « Joannes, » quod formari existimavit a nomine γάρη preffixo, et γάρ, cum ex solo γάρ preffixis servilibus litteris derivatum sit. Pierumque itidem peccat in perscrutandis nominum Hebraicorum originibus. Proclive id nempe fuit viro ad mutuatitiam lucem vestigia sua in locis ignotis regenti: præstabat autem lucem Judæus Philo, qui Hebraica Veteris Testamenti nomina peculiari libro fuerat interpretatus; cui libro parem subjunxit Origenes, Hebraicorum Novi Testamenti expositionem complexum. Qui vero non offendisset Origenes Philonem sequens ducem, qui Judæus licet, Judæis prognatus, ne mediocri quidem litterarum Hebraicarum aura, ut neque hellenistæ fere reliqui, fuerat afflatus? Id si minus in hominibus Alexandriæ natu et eductis novum est, quorum naturæ repugnare scribit Hieronymus (64), Hebraicam linguam addiscere, pro more Græcorum omnium, qui linguarum exoticarum studium aspernari coauerunt; at in Josepho illo Hebreo Mathatiae filio plane mirum videri debet; facile quippe ex ejus scriptis comprehendere licet, ad magnam illam et singularem Judaicarum originum cognitionem non parem ipsum patriæ loquelle peritiam contulisse; quamvis se

(63) Hieron. 1, p. 27.

(64) Orig. in Joan. 1, 6. Comment. tom. II, p. 86.

(65) Hieronymi, De script. eccl. in Origene.

nonnulla Hebraicæ scriptis dicat, quæ lapsu tem-  
porum intercederunt.

Qui Judaicis porro litteris tam leviter tinctus fuit Origenes, hunc Samaritani idiomatis fuisse callentissimum affirmare quidam non verentur. Abunde refelluntur illi ex his Origenis verbis ad illud Ezech. ix, 4, pag. 424 : « Signa Thau super frontes viorum gementium. » Ἐβραῖος δέ τις, inquit, τῶν εἰς Σωτῆρα πεπιστευκότων ἐλεγε τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ Ταῦ τῷ τοῦ σταυροῦ χαρακτήρι, καὶ προφητεύεσθαι περὶ τοῦ γενομένου ἐν Χριστιανοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου στημένου, ὅπερ ποιοῦσιν οἱ πεπιστευκότες πάντες οὐτίσσοντι προχαταρχόμενοι πράγματος, καὶ μάλιστα ἡ εὐχῶν ἡ ἀγίων ἀναγνωσμάτων. « Hebreus autem quidam, ex iis qui Christi fidem amplexi sunt, dicebat in antiquis elementis simile esse Thau formæ crucis, et prædicti de signo quod inter Christianos sit in fronte, quod quidem faciunt qui crediderunt omnes, quamcunque rem aggrediantur, maxime vero vel preces, vel sanctas letationes. » Samaritarum elementa appellat ἀρχαῖα στοιχεῖα, quod iis Hebrei uterentur priscis temporibus, πρὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλωνος. (65) Eorum si notitiam aliquam comparasset Origenes, Thau Samaritani formam ab Hebreo illo accepisse se non dixisset, quam cognitam ex se habuisset et perspectam. Atque hic obiter Origenem vindicemus a censura Scaligeri, qui in Notis ad Eusebium præfracte negat Thau Samariticum alia forma fuisse, quam qua hodie pingitur in libris Samaritarum; etiam contra Hieronymi auctoritatem, qui codices Samaritanos versaverat. Certum est enim non unico modo notari solitum fuisse Thau Samariticum, atque id aliquando ad crucis formam esse depictum, ut fidem faciunt vetustissimi nummi Hebreorum.

III. Non Scripturæ interpretationes duntaxat, sed ipsos etiam interpres scriptoresque adeo ecclesiasticos omnes accurate evolverat Adamantius, quorum patrocinium sententiis suis plerumque nominatim asciscit, Clementis puta, Ignatii, Josephi, Philonis et aliorum. Neque id in libris solum qui a Rufino conversi sunt, reperias; hæc quippe

<sup>1</sup> Thessal. v, 21.

(65) Eorum si notitiam aliquam comparasset Origenes, Thau Samaritani formam, etc. Samaritani quidem idiomatis callentissimum fuisse non reor Origenem, sed haud scio an ut Judaicis, ita Samaritanis et Syriacis litteris saltem leviter tinctus non fuerit. Sic enim D. Bernardus de Montfaucon in Præliminariis ad Hexapla Origenis cap. 4, num. 8: « Samaritani et Syri lectiones in marginibus vetustissimorum exemplariorum, que Hexaplorum fragmata exhibent, persæpe observantur; Syri quidem in plerisque Scripturae libris; Samaritani vero in Pentatecho tantum: ubi non infrequenter interpretationes Samaritani animadvertas, interdum solas, sæpius cum aliorum interpretum lectionibus collatas. Cum autem illæ Samaritani lectiones, non in vetustis codicibus tantum, sed etiam apud Patres quarti, quinti et sequentium saeculorum occurrant, probabile sane videtur ipsum Origenem lectiones illas Samaritani in margine Hexaplorum posuisse. Idem porro dicendum videtur de Syro, cuius interpretationes passim reperiuntur in Ge-

A vir hujus ætatis eruditus ab interprete conficta existimabat; sed in Græcis etiam tomis, vel scriptioribus ab Hieronymo Latinitate donatis, præcipue vero in libris *contra Celsum*. Inter ecclesiasticos scriptores, apocryphorum auctores librorum refero, quorum testimonii sæpe quoque utitur; non plus tamen iis fidei vel auctoritatis tribuens, quam quantum ex hoc Apostoli monito tribuere licet: « Omnia probate, quod bonum est tenete. »

IV. Fuit ergo præcipua Origenis in Scripturis enodandis contentio, cuius disciplinae causa excœlit τὰς Ἑξαθεν, sed philosophiam potissimum. Unum autem præ reliquis Platonem admiratus est: sicut Christiana dogmata ad Platonicæ doctrinæ leges, non ipsam Platonis doctrinam ad Christi effata accommodaret. Exemplo suo Origenem eo compulit Philo Judæus, totus ad Platonis exemplum compositus, non Platonis nimis tribuendo duntaxat, sed Scripturam etiam allegoriis perpetuis explanando. Compulit et præceptor illius Clemens Alexandrinus, academiæ pigmentis res Christianas illustrare suetus; quod et maxima pars fecit veteris Patrum, sed parcus et verecundius. His itaque Platonicorum deliriis sincerum doctrinæ Christianæ vas postquam inerustavit Adamantius, ex illo doctrina ejus corrupta est, et profanis imbuta erroribus, unde infinitis jactatus conviciis et querelis in summas incidit calamitates, et laudem meritis partam decoxit. Sed nec academiæ finibus ingenium suum coercuit; universas ille philosophorum sectas animo pervagatus est. Pythagoricorum scriptis delectatum fuisse, et Stoicorum quoque adhibuisse libros testis est Porphyrius. Hinc adeo non uni alicui addictum sectæ, sed omnium studiosum fuisse, ex iisque quidquid utilius esset, et vero similius decerpssisse, idemque discipulis ut facerent caute præcepisse. Gregorius Thaumaturgus scriptum reliquit (66); ut non tam Platonicus, vel Pythagoreus, quam Potamonius dici debeat, a Potamone illo Alexandrino, qui eclecticæ sectæ auctor fuit. Quocirca Justinianus in epistola ad Menam, et in altera ad quintam synodum, paganorum erro-

nesi et Exodo, in Psalmis item, in Jeremia, in Threnis; apud Ezechielem etiam, Danielem et Osee. Syri porro lectiones afferuntur ab Eusebio Cæsariensi, a Diodoro Tarsensi frequentius, ab Euzebio Emiseno, Hieronymo, Theodoreto et aliis. Quodque notandum est, idem, maximeque Diodorus Syrum cum Hebreo sæpe conjungunt hoc pacto: ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἐβραῖος, vel, ὁ Ἐβραῖος καὶ ὁ Σύρος, quando scilicet amborum interpretationes convenient, quod sæpe contingit. Haec porro lectiones, perinde atque Samaritani, ab Origenè diligenter versionum collectore potuerunt etiam in marginibus Hexaplorum collocari: quanquam id minime constet. Hæc quippe solum divinando dicimus: donec enim aliqua vel tantilla pars Hexaplorum, ut initio scripta fuerint, e tenebris emerse, plenam perfectamque illorum notitiam expiscari non valebimus.

(66) Greg. Thaum. in Paneg. num. 7 et 13, pag. 67 et 74.

ribus affinem fuisse Origenem tam crebro objicit. A vi cont. *Celsum*, num. 24, p. 648 (68). Porro epistola quadam, quæ est apud Eusebium (69), exponavit nimium suum in eas doctrinas studium, quod aliquorum reprehensionibus patuerat; stolidorum quippe hominum, quantum profanæ litteræ sacris promovendis conducant parum intelligentum. Tantam demum sibi nominis claritatem eruditione sua peperit, ut ad eum confluenter omnis generis homines, excellentem ejus eruditionem ethnici ipsi celebrarent scriptis, suas ei consecrarent lucubrationes, disciplinarum omnium encyclopediam animo crederetur esse complexus, et princeps inter litteratos ab omnibus propemodum ponetur.

B

## CAPUT SECUNDUM.

Origenis dogmata.

**CAPITIS 2 PROLOGUS ET PARTITIO.** — Pervenimus jam ad ipsa Origenis dogmata, sive quæ reprehensiones experta aliquo modo defendi possunt; sive quæ sane Christianorum doctrinæ reipsa minus consentanea omnem penitus respuunt excusationem: nec ea modo quæ culpari vulgo solent, sed quæ nos etiam ex attenta et diligent lucubrationum ejus lectione excepiimus. Alii quidem universos Origenis errores defendere qua jure, quaque injuria sunt aggressi; magnam hinc sibi spondentes laudem, si receptas de eo opiniones impugnarent; nequitam cogitantes se, dum in Origenem officiosi esse student, existimationi suæ ac pudori parum consulere. Nobis veritatem persequi propositum est, et Adamantium vel accusare, si ita res ferat, vel excusare, quod patiatur candor noster; sed ita tamen ut ad præstandum ipsi defensionis officium simus paratores: quod triplici fere ratione instituimus, vel molli ac benigna interpretatione locis controversis adhibita, vel prolatis ex ipso Origene contraria ac repugnantibus effatis; vel similibus Patrum adductis sententiis. Posterior uterque defensionis modus a nonnullis reprobatus est, et secundus quidem ab insigni ætatis nostræ theologo, idcirco nimiron quod ex oppositis Origenis testimoniis concluditur solu nmodo diversa ipsum sensisse, non vero perversis opinionibus neutram adhaesisse. At non aliam tamen protegendi Adamantium commodiorem viam insistere se putavit Pamphilus in *Apologetico*. Nam cum ab hereticis violata esse constaret Origeniana volumina, si quæ sententiarum reprehendebatur varietas, merito in hereticorum fraudes varietatis causa convertebatur. Præterea ut errasse Origenem demus, fatendum est saltē incertum an in iis fuisse quæstionibus, et a pertinaciæ criminis longe absuisse, quo uno satis purgatur. Tertia quoque tuendi Origenis ratio, quæ ex Patrum astupilatione sumitur, repudiatur ab Hieronymo; qui, cum eodem pacto Origenem defendisset Joannes Jerosolymitanus, hæc scripsit ad Theophilum: « Novum defensionis genus, sic Origenis vitia non negare, ut cum illo cæteros crimineris. Videlicet quem aperte defendere non audeas, multorum simili errore tuearis. » Nempe non raro contigit, ut quod in Origenem damnabat Hieronymus (70), ejus ipse rens teneretur. Id cum ipsi objicerent adversarii, purgari Origenem volebat, non suo aliorumque exemplo defendi. Quapropter Rufinus *Invect. 1*, ita loquenter inducit Hieronymum: « Omnes isti (Pati) ut Origenes erraverunt: sed accipiunt erroris sui veniam, quia et ego aliquando erravi, et nunc pœnitentiam gero, sed veniam accipere debeo. Origenes vero cum eadem quæ ego dixerit, etiamsi pœnitentiam egit, veniam non accipiet: imo pro his quæ omnes diximus, solus ipse damnatur. » Si quando vero accusabatur Hieronymus ipse, Origenis patrocinium pro se ambire non dubitabat: sibi concedi volens, quod negabat Origeni. Merito itaque ait Rufinus *Invect. 2*: « Sive hoc fecit Origenes, sive non fecit, quid ad te? Si ad illius exemplum judicari vis, relege sententias tuas, et vide quid dixeris. Hoc non est, inquis, se purgare; sed socios criminis quærere. Noli ergo et tu socios criminis quærere, sed purgationem facti require. » Profecto hac si criminationum eripiat depulsio, legitimo et in ejusmodi controversiis receptissimo defensionis argumento carebitus, et a Patribus etiam post Hieronymum sape usurpat. Nam, ut alios sileam, nunquid simili patrocinio Theodori Mopsuesteni causam munivit Facundus, qui undecimum Operis sui librum conquisitus Patrum paribus sententiis totum referit: « Statim, inquit, in hoc volumine magnorum virorum dicta proferre similia, ad excusandum difficiliora his pro quibus eum putaverunt, tanquam magistrum Nestorii, anathemate percellendum. » Et nunc in velitationibus adversus heterodoxos, quid usitatus quam suffragio Patrum et consensione pugnare? Triplici hoc ergo vallatus praesidio, prodeat tandem ad pugnam Origenes.

Hujus dogmata quæstionibus quatuordecim comprehendimus. I. Est de Deo: II. de sanctissima Trinitate;

(67) Ad reliquas quoque disciplinas, etc. « Dialecticam, » inquit Hieronymus *Catal. script. eccles.*, cap. 5, « et geometriam, arithmeticam, musicam, grammaticam et rhetorican, omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque sa-

cularium litterarum sectatores haberet, » etc.

(68) Theophil. *Pasch. 1.*

(69) Euseb., *Histor. eccl.*, lib. vi, cap. 19.

(70) Hieron. *epist. 62*, cap. 2.

te : III. de Christo, ejusque incarnatione et *oikoumēnē* : IV. de B. Maria Virgine : V. de angelis bonis et malis : VI. de anima : VII. de libero arbitrio, gratia et prædestinatione : VIII. de astris : IX. de resurrectione mortuorum : X. de postremo judicio : XI. de pœnis et premiis : XII. de mundo, paradiſo terrestri et Adamo : XIII. de allegorica Scripturæ interpretatione : XIV. quæstiunculas aliquot quasi per saturam complectitur.

## QUÆSTIO PRIMA.

DE DEO.

I. Utrum circumscriptam esse Dei potentiam Adamantius dixerit. II. Quemadmodum ipsi a Patribus quibusdam objicitur. III. Cui et nonnulli assensi sunt. IV. Ex academia manavit isthac doctrina. V. Utrum corporeum esse Deum ratus sit. VI. Ab heresēs hujus suspicione vindicatur. VII. Objecta diluuntur. VIII. Multos hic error infecit.

I. Primum hoc nomine vapulat Adamantius, quod finitam esse ac terminis circumscriptam Dei potentiam crediderit, totque eum procreasse res, quot Providentia sua continere et administrare poterat; tantam eum fecisse materiam, quantam valebat ornare, et in rerum formas dividere; tantum ipse potuisse, quantum ei ad agendum materia ministrari; nec in infinitum proferendam ejus potentiam, laudis obtenu; ne seipsam quippe a se intellectum iri, nisi determinata foret, infinitum enim comprehendendi non posse. Quotiescumque igitur Deum omnipotentem Origenes dixerit, res omnes quæ ab eo creatæ sunt in ejus esse potestate; non vero infinitum rerum numerum ab eo creari, et ad libitum regi posse intellexerit; hoc est, esse quidem cum παντοκράτορα, at παντοδύναμον non esse. Atque haec sane sententia ex his ejus verbis satis exstat lib. i *De principiis*, cap. 2, num. 40: « Deus Pater omnipotens est, eo quod potentatum omnium tenet, id est cœli et terræ, solis et lunæ, et stellarum, omniumque quæ in ipsis sunt. »

II. Itaque hoc ei crimen objicit Theophilus Alexandrinus in prima *Paschali* epistola; cui testificando disertum profert e primo *De principiis* libro fragmentum Justinianus imperator ad calcem epist. ad Men. quod in Latina Rusini interpretatione libro i, cap. 2, num. 40, non parum deformatum reperitur. Præterea idcirco mundum Deo coeterum credidisse illum refert Methodius apud Photium codice 255, quod semper fuerit παντοκράτωρ, minime autem παντοκράτορα esse posse ἐγεν τὸν κρατουμένων. Unde sequitur omnipotentem esse, non quod omnia possit efficere, sed quod in omnia quæ sunt potestatem habeat. Rufinus Palæstinus in libello *De fide*, quem edidit Sirmonius: « Impie, inquit, Origenes ac nefarie fatus est, qui sic dixit: Non omnia quæ voluit Deus fecit, sed ea tantum quæ potuit continere et comprehendere. Qui cun hoc dixit, ademit Domino cunctorum potentiam, quasi ex parte dimidia ei faciendi potestas daretur. Nam si continendi, ac sibi quæ ficeret subjugandi non habet, ut ille aestimat, facultatem, ne creandi quidem scilicet potestatem habebit. Nam qui creandi facultatem habet, et subjugandi sibi creata similiter habebit. »

A III. Vanum ergo Origeni patrocinium præbet Halloxius lib. iv *Origen. defens.*, quæst. 6, id sibi velle Origenem prædicans, « cuncta Deo esse subjecta, et eos omnipotentiae in creando æqualem esse sapientiam in gubernando, ita ut nunquam fieri possit, ut tot tanta que creat, quin tot et tanta gubernare possit; ut sapientia gubernatoris æquiperetur potentiae Conditoris. » Quod si eadem quæstione cespitantium numerus facere aliquid potest pro causa Origenis, dabimus Petrum Abælardum, hominem inquieti ingenii, et novarum opinionum studiosi, qui lib. iii *Introduct. theolog.*, cap. 5, ita disputat: « Quantum igitur æstimo, cum id tantum Deus facere possit, quod eum facere convenit, nec eum quidquam facere convenit, quod facere prætermittat, profecto id solum cum posse facere arbitror, quod quandoque facit: licet haec nostra opinio paucos aut nullos habeat assentatores, et plurimum dictis sanctorum, et aliquantulum a ratione dissentire videatur. » Dabimus et Guilelmum Parisensem, qui plures a Deo mundos procreari posse negabat.

B IV. Videntur ea profecto e veteris academiæ orta decretis: docuit enim Plato, quem fere assectatur Adamantius, Deum esse ipsum animum mundi, omnia quæ in mundo sunt procurantem et administrantem. Cicero et *Academ. quæst.*: « Partes autem esse mundi (potius academicæ) omnia quæ insint in eo, quæ natura sentiente teneantur, in qua

C ratio perfecta insit, quæ sit eadem sempiterna: nihil enim valentius esse a quo intereat. Nam vim animum esse dicunt mundi, eamdemque esse mentem, sapientiamque perfectam, quam Deum appellant, omniumque rerum quæ sunt ei subjectæ quasi prudentiam quamdam, procurantem cœlestia maxime, deinde in terris ea quæ pertinent ad homines, quam interdum necessitatem appellant, quia nihil aliter esse possit, alique ab ea constitutum sit. » Atqui rei uniuscujusque animus huic animande et regendæ par, vim suam ad plura animanda non potest exercere; intra rei enim sibi subjectæ terminos haec ipsis vis cohibetur. Animus ergo mundi, qui juxta Platonem Deus ipse est, potestatem suam ad aliud animandum extra mundum proferre non potest; igitur ne ad creandum quidem. Quapropter Plotinus *Enn.* V, lib. v, cap. 42, nihil creare Deum posse decrevit, præterquam quod creavit,

D V. Deo corpus ab Origene ascriptum fuisse nonnulla persuadere possunt. Primum argumentatio illa, quan lib. iii *Hæp. ἀρχῶν*, cap. 6, num. 4, adducit Hieronymus epist. 59 *ad Avit.*, cap. 5, qua re caritatem demonstrare studet sancti Deo similes futuri sunt,

juxta illud Christi : « Ut quomodo ego et tu unum sumus, sic et isti in nobis unum sint<sup>8</sup>; » Deus autem est incorporeus. Quod ipsum reperire licet homil. 4 in Genes. num. 13, et lib. vi *contr. Cels.*, num. 69. At ostendemus in sequentibus, animam licet incorpoream statuere videatur, talem tamen respectu crassiorum corporum ab eo praedicari, revera corpore præditam decerni; quemadmodum vel ex pæfatione librorum *De princip.*, num. 8, perspicuum est, ubi vim vocis hujus, ἀσώματον exponens, accipi docet pro eo quod « Non est simile huic nostro crassiori, et visibili corpori; » sed « quod est naturaliter subtile et velut aura tenue. » Deus igitur cui anima similis est, juxta Origenem reapse corporalis est, sed graviorum tantum ratione corporum incorporeus. Hieronymus præterea cap. 3 memorat ad Avitum epistolæ, ait Origenem ad extremum libri iii *Περὶ ἀρχῶν* hec intulisse : « Et erit Deus omnia in omnibus », ut universa natura corporea redigatur in eam substantiam quæ omnibus melior est, in divinam scilicet, qua nulla est melior. » Et sub finem ejusdem epistolæ refert Origenem, lib. iv *Περὶ ἀρχῶν*. « conjungere omnes rationabiles naturas, id est Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, angelos, potestates, dominationes, cæterasque virtutes, ipsum quoque nominem secundum animæ dignitatem unius esse substantiæ. » Id ipsum ex ejus doctrina consequi probat Theophilus Alexandrinus i *Pasch.*

VI. (71) Nihilominus tamen ab hac longe hæresi abfuisse ipsum aperte evincunt loci complures; maxime vero caput 4 libri i *Περὶ ἀρχῶν*, etc. Maxime ab hac hæresi purgatur Origenes ex his quæ dicit libro *De oratione*, qui Græce integer exstat, ubi num. 25, pag. 253 et seq., exponens prima verba orationis Dominicæ, *Pater noster*, qui es in cœlis, occurrit objectionibus simpliciorum quorundam qui Deum esse in loco, adeoque corporeum esse inde et ex quibusdam alius Veteris et Novi Testamenti locis arbitrabantur. « Cum dicitur, inquit, sanctorum Pater esse in cœlis, non illa figura corporea circumscribi putandus est, et in cœlis habitate. Nam comprehensus cœlis Deus, continentibus ipsum cœlis inveniretur minor; cum e contrario credere necesse sit ineffabiliter eum divinaque sua virtute comprehendere omnia ac continere. Atque in universum quæ verba ad litteram sumpta videntur simplicioribus Deum in loco esse dicere, sic accipiuntur sunt, ut magnis et spiritualibus de Deo notionibus convenienter. » Paulo post : « Hæc de illis verbis : *Pater noster*, qui es in cœlis, accuratius disputanda credidi, ad tollendam humilem de Deo opinionem eorum qui in cœlo ipsum ut in loco esse putant, et ne quis Deum in corporeo esse loco arbitretur. Consequenter enim dicendum esset corpus ipsum esse, unde sequuntur impiissima dogmata, divisibilem ipsum, et materiale, et corruptibilem esse credere; corpus enim omne divisibile est, et materiale, et corruptibile. Aut dicant

A 5 : « Omni igitur sensu, qui corporeum aliquid de Deo intelligi suggerit, prout potuimus, confutato, dicimus secundum veritatem quidem Deum incomprehensibilem atque inæstimabilem. » Deinde num. 6 : « Non ergo aut corpus aliquid, aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis natura simplex, nihil omnino in se adjunctionis admittens, ut ne majus aliquid et inferius in se habere credatur; sed ut sit ex omni parte ποντός, et, ut ita dicam ἐνάρξ, et mens, ac fons ex quo initium totius intellectualis naturæ, vel mentis est. » Et cap. 6, num. 4 : « Solius Dei, id est Patris, et Filii, et Spiritus sancti naturæ id proprium est, ut sine materiali substantia, et absque ulla corporeæ adhesionis societate intelligatur subsistere; » et lib. ii, cap. 2, num. 2 : « Solius namque Trinitatis incorporea vita existere recte putabitur; » et lib. iv, num. 27 : « Illa vero substantia Trinitatis, quæ principium est et causa omnium, ex qua omnia, et per quam omnia, et in qua omnia, neque corpus, neque in corpore esse credenda est. » Præclare vero lib. ii, cap. 4, num. 3 : « Si corpus esse pronuntietur Deus, quoniam omne corpus ex materia est, invenietur et Deus esse ex materia: quod si ex materia sit, materia autem sine dubio corruptibilis est; erit ergo jam secundum illos corruptibilis Deus. » Quæ si quis a Rusino gratis inserta putet, eamdem ratiocinationem iteratam ac dilatatam videat tom. xiii in *Joan.*, num. 21 et seq. Item libr. viii *contr. Cels.*, num. 49, sic ait: Οὐδὲ γὰρ καθ' ἡμᾶς σῶμα ὁ Θεός· ἵνα μὴ περιπέσωμεν οἵς περιπέπτουσιν ἀτόποις οἱ τὰ Ζῆνων κατ' Χριστίπου φιλοσοφοῦντες. « Neque enim ex nobis Deus est corpus, ne in eadem absurdâ incidamus,

\* *Joan.* xvii, 21. \* *I Cor.* xv, 28.

(71) *Nihilominus tamen ab hac longe hæresi abfuisse ipsum aperte evincunt loci complures; maxime vero caput 4 libri i *Περὶ ἀρχῶν*, etc. Maxime ab hac hæresi purgatur Origenes ex his quæ dicit libro *De oratione*, qui Græce integer exstat, ubi num. 25, pag. 253 et seq., exponens prima verba orationis Dominicæ, *Pater noster*, qui es in cœlis, occurrit objectionibus simpliciorum quorundam qui Deum esse in loco, adeoque corporeum esse inde et ex quibusdam alius Veteris et Novi Testamenti locis arbitrabantur. » Cum dicitur, inquit, sanctorum Pater esse in cœlis, non illa figura corporea circumscribi putandus est, et in cœlis habitate. Nam comprehensus cœlis Deus, continentibus ipsum cœlis inveniretur minor; cum e contrario credere necesse sit ineffabiliter eum divinaque sua virtute comprehendere omnia ac continere. Atque in universum quæ verba ad litteram sumpta videntur simplicioribus Deum in loco esse dicere, sic accipiuntur sunt, ut magnis et spiritualibus de Deo notionibus convenienter. » Paulo post : « Hæc de illis verbis : *Pater noster*, qui es in cœlis, accuratius disputanda credidi, ad tollendam humilem de Deo opinionem eorum qui in cœlo ipsum ut in loco esse putant, et ne quis Deum in corporeo esse loco arbitretur. Consequenter enim dicendum esset corpus ipsum esse, unde sequuntur impiissima dogmata, divisibilem ipsum, et materiale, et corruptibilem esse credere; corpus enim omne divisibile est, et materiale, et corruptibile. Aut dicant*

D nobis non vanis ducti affectibus, sed clare se comprehendere asserentes, qui fieri possit ut alterius sit natura quam materialis. At quoniam multa eorum quæ ante corporeum Christi adventum scripta sunt, corporeo Deum in loco esse videntur dicere, non mihi videtur a proposito alienum ex his quæ pauca proponere, ut omnis iis dubitatio eripiatur, qui propter inperitiam, quantum in ipsis est, exiguo et brevi loco concludunt Deum omnia superantem. Ac primum quidem in Genesi dicitur : *Adam et Eva audierunt vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad respernam: et abconderunt se Adam et mulier ejus a facie Domini Dei in medio ligni paradiſi* (Genes. iii, 8). Interrogabimus ergo eos qui Scripturæ thesauros ingredi nolunt, et jaunam ne pulsant quidem, possint ne probare Dominum Deum qui cœlum et terram implet, cui, ut ipsi existimant, cœlum corporalis thronus est, et terra scabellum pedum ejus, tam brevi, si cum universo cœlo et terra conseratur, loco contineri, ita ut quem sibi fingant corporeum paradiſum, Deus non implet, sed is tantum magnitudine exceedat, ut etiam deambulante contineat, sonusque plantæ pedum ejus audiatur. » Et infra : « Hæc pauca ex Veteri Testamento adjecimus loca, quæ putantur Deum in loco constitui; ut lectori omnimo pro concessa nobis facultate persuadeamus altiori et spirituali magis sensu sacram accipere Scripturam, cum videbitur in loco Deum esse docere. »

in quæ Zenonis et Chrysippi sectatores incidunt. » (72) Denique in Catena Combesiana ad Gen. 1, 26, et apud Theodoretum quest. 20 in Genesim, Melitonem non perfuntorie castigat, qui librum scripsert hoc arguento, Deum esse corporeum. Sane ipse Plato, cuius dogmata fere amplexus est Origenes, a Deo corpus omne removet : removet et Aristoteles.

VII. Cum ait igitur Origenes animam corpore caritaram, quia similis futura est Deo qui corpore caret, id sibi vult, Deum et animam corpore carere δύωνύμως quidem, sed non eodem modo ; Deum quippe simpliciter et absolute esse incorporeum ; (75) animam vero crassiorum duntaxat corporum ratione. Quod autem obiciunt Theophilus et Hieronymus Deum unius et ejusdem substantiae ac res ratione præditas Adamantium posuisse, pari responsione dissolvitur ; in eo illas convenire substancialias, quod sint νοερά et λογικά, cum immensum caeleroquin differant. Firmat hanc responsionem locus ipse Origenis quem afferit Hieronymus ex lib. iv *Hegel dρχών*, num. 36. « Intellectualem, inquit, rationabilemque naturam sentit Deus, et unigenitus Filius ejus, et Spiritus sanctus ; sentiunt angeli, et potestates, ceteraque virtutes ; sentit interior homo, qui ad imaginem et similitudinem Dei conditus est. Ex quo concluditur Deum et hæc quodammodo unius esse substancialia. Quodammodo, » id est, aliqua ex parte ; quod ad effugendum sacri-

A legii crimen additum, ait Hieronymus ; nos benigni interpretari possumus.

VIII. Quæ cum ita sint, hæc tamen scribit Origenes in proœm. libror. *Hegel dρχών*, num. 9 : « Deus quoque ipse quomodo intelligi debeat, inquirendum est, corporeus, an secundum aliquem habitum deformatus, an alterius naturæ quam corpora sunt, quod utique in prædicatione nostra manifeste non designatur. » Inde est quod Deum corporalem esse absque dubitatione decrevit Tertullianus, cum alibi, tum *advers. Præxam*, cap. 7. « Quis enim negabit, inquit, Deum corpus esse, etsi spiritus est ? spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed et invisibilia illa quæcumque sunt, habent apud Deum et suum corpus, et suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt ; quanto magis quod ex ipsis substantia missum est, sine substantia non erit ? » Quæ quamvis manifesta sint, in contrariam tamen sententiam flectere conantur quidam, per corpus substancialiam intelligi volentes. Quasi vero tam Latini sermonis imperitus fuerit, et vocabulorum inops Tertullianus, ut rem per se existentem notare volens, non aliter appellare potuerit, quam corpus. Idem de Deo senserunt Valentinus, Seleucus et Hermias Galatæ, Audius, et ejus assecclæ Audiani (quos alii subinde Vadianos perperam appellarent) et Ægyptii anthropomorphitæ, de quibus infra disseremus.

### Q UÆST I O II. DE SANCTISSIMA TRINITATE.

I. In multis circa S. Trinitatis mysterium errores incidisse fertur Origenes, quorum gravissimi notantur. II. Hoc nomine Patrum multorum reprehensiones expertus est. III. Utrum S. Trinitatis personas substancialia differre opinatus sit. IV. Nonnulla in ejus defensionem afferuntur. V. Eruitur germana ipsius sententia. VI. Utrum Filium per prolationem genitum esse arbitratus sit. VII. Utrum Filium Patre, Spiritum sanctum Filio inferiore esse dixerit, VIII. ita ut jactatur a plurimis. IX. Utriusque dignitatem videtur nonnunquam tueri. X. Patrum multorum suffragio gaudet. XI. Recte cum de Filii et Spiritus sancti dignitate sensisse Patres nonnulli testantur. XII. Platonicis deliriis orthodoxam doctrinam oblimavit. XIII. Utrum Patrem primarium rerum Conditorem, Filium vero secundarium et Patris ministrum crediderit. XIV. Veteriorum aliquot Patrum consensu sublevatur. XV. Quo sensu Filium dixerit non esse absolute bonum, XVI. et non esse absolute veritatem. XVII. Utrum aqua sit multorum criminatio, Origenem dixisse querentium Patrem a Filio, Filium a Spiritu sancto videri non posse, XVIII. quam ab eo depellere conatur Rufinus. XIX. Utrum Filii

cognitionem cognitione Patris, Spiritus sancti cognitionem cognitione Filii inferiorem dixerit, XX. quod aliquando videatur negasse. XXI. Utrum Filium et Spiritum sanctum existimaverit esse creatorum, XXII. ut rulgo fertur. XXIII. Plurimæ culpæ huic elevandæ propounderuntur. XXIV. Aperitur genuina Origenis sententia. XXV. Patres aliquot assentientes habent. XXVI. Quo sensu dixerit duos seraphinos (*Isaia cap. vi, vers. 2*) esse Christum, et Spiritum sanctum. XXVII. Crimini datur Origeni, quod dixerit Patrem rebus universis, Filium ratione præditum, Spiritum sanctum sanctis duntaxat præesse : XXVIII. sed defenditur. XXIX. Utrum Filium non ordignum esse pronuntiaverit. XXX. Utrum finxerit sibi Spiritum sanctum genus humandum redimere non posuisse.

I. Ex iis religionis Christianæ dogmatis quæ ab Origene tractata sunt, tractata sunt autem pene universa ; nullum æque commentis et opinionibus deformasse suis creditus et dictus est, ac illud quo sacrosanctæ Trinitatis mysterium continetur. Nam et Filii substancialia visus est a substancialia Patris secernere ; et Filium Patre, Spiritum sanctum Filio inferiorem ponere, adeo ut Pater a Filio, Fi-

(72) Origenis Vide tom. nostræ edition. II, pag. 25.  
(73) Animam vero crassiorum duntaxat ratione. Corpus quidem animæ ceterisque substancialiis rationabilibus tribuit Origenes quasi vehiculum seu indumentum, utpote quæ nudæ comprebendi non possint, nec ullo degere in loco quin indigeant corpore ad naturam loci illius accommodato : sed non inde sequitur naturam animæ aliarumque rationabilium creaturarum in corpore quantumvis subili posuisse, quam e contrario incorpoream

omninoque spiritalem agnoscat juxta ac Platonicos, ut infra ostendemus, quest. 6, num. 5. Hinc consequens est, sieibi dixerit Origenes, quod obiciunt Theophilus et Hieronymus, Deum unius et ejusdem quodammodo esse substancialia ac res ratione prædictas, in eo illas convenire substancialias quatenus sint intellectuales mereque spiritales, non quatenus corporeæ, ut recte observat clarissimus Huetius, quamvis alioquin immensum differant.

Ius a sancto Spiritu videri neutquam possit, atque ita dignitatis et excellentiae gradus in Trinitate statuere; Filium ac Spiritum sanctum in creatarum rerum ordinem detrudere; huic sanctorum, illi ratione pollutum procreationem, seclusa rerum aliarum administratione, assignare; orationibus nostris Filium fraudare; redimendae proliis humanæ

(74) Quamobrem Augustinus hæres. 43, ad *Quodvultdeus*, ac *Justinianus*, etc. I. Si de fide Origenis, inquit dominus noster Prudentius Maran in suo *De divinitate Christi* lib. iv, cap. 14, penes antiquos scriptores arbitrium sit, vix certam dijudicandi notam relinquunt gravissima in utramque partem testimonia. Nemo enim summorum virorum laudibus et vituperiis insignior. Sed tamen inter eos, qui ejus scripta videntur accuratius evolvisse, Dionysio Alexandrino, Gregorio Thaumaturgo, aliquique ejusmodi Origenis discipulis, qui, si quid impie in re tanquam momenti sensisset, nec ignorare, nec probare potuerunt; Pamphilo martyri, qui eum non probavit solum, sed etiam ipsius copiis et armis defendit; Magno Athanasio, qui eum ut murum inexpugnabilem Arianis opposuit, plus, mea quidem sententia, tribuendum videtur, quam Epiphanio et Hieronymo, qui ejus dicta in alienos sensus detorserunt, eique nescio quo pacto nonnulla affligerunt, quorum ne illum quidem vestigium in ejus extat operibus. Visus est Basilio non omnino recte de sancto Spiritu sensisse. Sed, credo, vir sanctissimus et doctissimus consuetudine cum Arianis et Pneumatomachis pugnandi adductus est, ut que in istis errore callide insinuantibus, et veritatem eludentibus non probabat, neque etiam in Origenem probaret; nec satis animadverteret alter de versutis et subdolis hæreticis, alter de scriptore ab omni fraude et dissimulatione alieno dijudicandum. Sed non est hujus instituti in ponderandis veterum testimoniorum immorari; omnem ejus doctrinæ existimandæ copiam ex ejus scriptis, non illis quidem Latine a Rusino redditis, sed Græce extantibus repeatam. Neque idem faciam in hac criminatione depellenda, quod in aliis Origenis opinionibus fieri solet, ut errorem ab eo non obstinate defensum, sed ut probabilem conjecturam re nondum decisam propositum dicam, ejusque virtutum, et eorum, quæ pro Christo passus est, commemoratione crimen deprecari. Præterquam quod ejusmodi execrationes in ipso religionis cardine non valerent ad impietas notam propulsandam; nihil ab Origenem commisum, quod cogat ad eas confusare. Ex iis quæ jam ab eo magnifice dicta de incarnationi Dei mysterio et egregie contra Judeos, ethnicos et hæreticos disputata retuli, non modo scriptor catholicus, sed etiam acerrimus sacri dogmatis defensor haberi debet. Quam disertum et vehementer vidimus in defendenda Christi divinitatem, tam accuratum et diligentem videbimus in ea exponenda, et, ut fert humani ingenii captus, explicanda; id quod ex ejus de Filii æternitate, æquitate cum Patre et consubstantialitate testimonio patebit. Quæ objiciuntur, aut ficta sunt et ab eo aliena, aut partim præclarissimam habent sententiam, si recte interpretaris; partim non incommodam, si cum aliis ejus principiis apte concilias.

Hæresis Arianæ, cuius nomine tam vehementer Origenes accusatur, hoc primum et præcipuum munus est, Filii et Dei titulos ad metaphoras detorquere. Nemo magis extra hanc noxam, quam Origenes. Non modo Scripturarum testimonia metaphoris non eludit, sed eorum etiam vim diligenter expendit. Christum saepè vocat et proprie Filium Dei, et velut tom. vi in *Joan.* num. 10, pag. 118, et tom. xii in *Math.*, num. 42, pag. 565. Observandum in Evangelii moneta tom. xi in *Math.*, num. 47:

A potestatem Spiritui sancto detrahere; alia denique comminisci plurima, quibus substantiæ unitas, personarum Trinitas, perfecta ipsarum invicem æquitas violatur.

II. (74) Quamobrem Augustinus hæres. 43 ad *Quodvultdens*, ac *Justinianus* deinceps in *Epistola ad Nenam* pessime illum de Trinitate sensisse ac

« Quinam Christum Filium David appellant, sicut Chananaea, et cæci qui erant Hierichunte; quinam vero Filium Dei, atque id quidem sine additamento vocabuli *vere*, ut et dæmoniaci dicentes illi: *Vere Filius Dei es* (*Matth.* xiv, 35). » Postremorum fidem jam antea in eo commendaverat, quod eum non simpliciter Filium Dei, sed *vere* Filium Dei dixissent. Pluribus hortatur tom. xu, num. 41, ut cum Petro dicamus: *Tu es Christus Filius Dei* (*Matth.* xvi, 16); quod quidem mysterium non a carne et sanguine revelari docet, sed « ab ipso Patre, qui in coelis est, impositum cordi velamen auferente. » Ibidem num. 2, *Pharisæis et Sadduceæis*, qui hoc mysterium increduli rejecerant, nihil excusationis relictum putat; propterea quod prophetæ, miracula et doctrina Christi certo essent arguemento « *enam vere esse Filium Dei*, qui tot ac tanta faceret. » Cum labo Ariana consistere non possunt tum illa in examinando et persequendo diligentia, quam vim quæque Scripture voces habeant, tum admiratio tanti mysterii, cuius difficultatem, non in verbis, sed in re a solo Patre revelanda positam existimat Origenes.

III. Non minus a metaphoris et cavillationibus alienus est, cum Christum appellat Deum. Observat multo magnificentius Joannem de Christi divinitate, quam cæteros evangelistas locutum; quod magno argumento est eum in Scripturis interpretandis vim et pondus sententiarum non eludere, sed admirari solitum. Sic autem loquitur num. 6, pag. 6 in *Joan.* Οὐδέτες γάρ ἔχειν τὸν ἀκράτων ἐφανέρωσεν αὐτοῦ τὴν θεότητα, ὡς ἰωάννης παραστήσας αὐτὸν λέγοντα. Εγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Εγώ εἰμι η δόξα, καὶ ἀλήθεια, εtc. « Nullus enim eorum adeo pure manifestavit illius divinitatem, ut Joannes, qui illum inducit dicentem: *Ego sum lux mundi* (*Joan.* viii, 12); *Ego sum via, veritas et vita* (*Joan.* xiv, 6); *Ego sum resurrectio* (*Joan.* xi, 25); *Ego sum ostium* (*Joan.* x, 7); *Ego sum pastor bonus* (*Joan.* ix, 11). Et in *Apocalypsi*: *Ego sum A., Ω., principium et finis, primus et novissimus* (*Apoc.* i, 8; xxii, 13). » Quavis autem magnifica Joannis testimonia plurimum admiratur; non tamen cæteros jejune de Christi divinitate dixisse putat; sed hanc nonnullorum opinionem sic refellit tom. xii, num. 6, in *Matth.* « Illud præterea observandum est propter eos, qui Salvatoris divinitatem ex Evangelio Matthæi non valde probari putant, quod reputantibus apud se discipulis et dicentibus panes se non habere, novit illorum cogitationes Jesus, et dixit: *Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes non habetis?* (*Matth.* xvi, 8) rem humanam non fuisse. Solus enim corda hominum novit Dominus, ut ait Salomon Regnorum tertio (viii, 59). » An potuit præclarissima Joannis testimonia metaphorice interpretari, qui ne in aliis quidem evangelistis id fieri patitur? An ei non persuadebat aperta et manifesta divinitatis Christi prædicatio, cui ea loca satisfaciunt, ex quibus consecutione tantum eruntur.

In iis locis, quæ avide arripuerunt Ariani, metaphoras et subiles interpretationes persequi solet. Exemplo erit illius observatio in illud sacerdotum dictum: *Hic homo signa multa facit* (*Joan.* xi, 47). Οὗτος αὐτοὺς οἶμαι καὶ ἐπὶ καθηἱρέσαι τῆς δόξης αὐτοῦ εἰρηκάναι τό· Οὗτος ὁ ἀνθρωπός τικτουσί γάρ τοι; καὶ αὐτούτῳ εἰρημένοις περὶ τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ

scripsisse conquesti sunt; Arianorum, Arianorum, et Manichæorum patrem appellarent Epiphanius

A bœ. 64, et in epist. ad Joan. Hierosol., et Hierony-

mus epist. 65, et lib. i Apolog. advers. Rufi.,

elvat, etc. « Arbitrorque, inquit toni. xxviii in Joan., num. 44, pag. 383, eos simili modo dixisse. *Hic homo*, tanquam ad destruendam gloriam ejus. Nec enim credebant his, quæ superius dixerat (nempe quod esset ipse Deus), cum lapidare eum voluerunt, tanquam pro blasphemia, dicentes illi : *Tu homo cum sis, facis te ipsum Deum* (Joan. x, 33, 35) : quando etiam sua benignitate respondit, docens omnem, ad quem sermo Dei factus est, dici Dennis a Deo. » Cum igitur Christus sese Deum esse dicit, nihil metaphoræ suspicatur Origenes, sed hunc titulum vere ab eo sibi assumptione putat. Cum autem Judæos lenire instituit his Psalmi verbis : *Ego dixi : Dii estis* (Psal. lxxxi, 6), hæc ad verbum et litteram non interpretatur, sed Christi benignitati tribuenda decernit. Ibidem Pharisæos et pontifices exigitans, quod cum tot mira a Christo ad aliorum salutem facta vidissent, nihil sua eum causa facturum putabant, sic de ejus omnipotentiæ loquuntur : *Et μὴ ἄρα καὶ ἀπλαύεον ὅτι ποιεῖ σημεῖα, καὶ ὑπενόουν αὐτὰ μὴ ἀπὸ θελας γίνεσθαι δυνάμεως· ὅπες διὰ τοῦτο μὴ πάντα αὐτὸν δυνηθῆναι, μηδὲ αὐτὸν βύσασθαι ἀπὸ τῆς ἐκείνων ἐπιβούλησ·* « Nisi forte credebant eum facere miracula, ac suscipiantur ea non fieri virtute divina ; ita ut hanc ob causam omnia ipse non posset, neque se eripere ex illorum insidiis. »

Non mirum ergo si tot locis Origenes verum et magnum Deum appellat Christum. Sic loquitur homil. 2, De engastrimytho, lib. II Reg. xxviii, pag. 497 : « Οὐτέπερ θάλασσαν οὐκ ἡ δύσποιήσαι ἢ τοῦ Θεού, καὶ τοῦ στύλου τοῦ πυρίνου, τοῦ στύλου τοῦ φωτὸς τοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ὥσπερ τὸν Ἱερόδαντην οὐνά ἡν οὐδενὸς δύσποιήσαι, ἢ Ἰησοῦν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, (οὐ) τύπος ἡν ἐκείνος ὁ Ἰησοῦς, οὐτα, etc. » Quemadmodum mare calcabile præbere non alias erat, quam Dei, et columnæ igneæ, columnæ luminis, quæ ab ipso Deo est ; quemadmodum Jordanem calcabilem præbere noui alias erat, quam Jesu veri Dei, cuius ille Jesus typus erat : sic per flammæum gladium noui Samuel transire poterat, non Abraham. » Sic Joannem inducit loquentem toni. vi in Joan., num. 17, pag. 132 : *Τοσούτον δέ ἔστιν ἐμοῦ ἰσχυρότερος ὁ μετ' εμὲ ἐργάσμενος, ὃς μηδὲ τὰ περιβόλῃς τῶν περὶ αὐτὸν δυνάμεων ἐσχάτων, οὐχὶ γυμνῶν ἐκειμένων, ὅπες καὶ τοὺς τυχόντας νοεῖν αὐτὰ δύνασθαι, ἵκανόν με τυγχάνειν βαστάσαι, μηδὲ ταῦτα ὑπομένοντας [leg. ὑπομένοντα] φέρειν. Οὐκ οἶδα δέ ὅπότερον εἴπων, πότερον τὴν πολλὴν μου ἀσθένειαν, τὰ εὔτελη τοῦ Χριστοῦ συγκρίσαι τῶν περὶ ἑαυτὸν μεζόνων, φέρειν μη δυναμένην, ἢ διὰ τῆς ἐκείνου ὑπερβάλλουσαν, καὶ μεζόνα παντὸς τοῦ κόσμου θειότητα. » Tanto autem est me fortior, qui post me venturus est, ut ne ea quidem, quæ ad amictum spectant extremerarum potentiarum, quæ sunt circa ipsum, ferre queam ; quippe cum manifeste exposita non sint, neque vulgus ea intelligere queat. Minime autem novi, quam potius hujus rei causam dixerò, meamne multam imbecillitatem, quæ ne vilia quidem Christi (comparatione majorum rerum circa ipsum existentium) ferre queat, an divinitatem illius exsuperantem et toto mundo majorem? »*

Suspiciatur toni. xiii in eundem evangelistam, num. 58, pag. 274, et nonnullos ex principibus obstupescatos propter potentiam et divinitatem Iesu ad ipsum confusisse et orasse pro sibi subditis. » Et num. 28, pag. 238, hanc assert causam, cur discipuli mirati sint Jesum cum muliere loqui, quod « magnitudinem divinitatis in ipso jam perspexissent. » Ipse autem ex hoc Christi cum muliercula colloquio concludit noui esse contemnendos simplices ; siquidem et is qui finxit in utero, qui finxit sigillatim corda omnium hominum, et intelligit in omnia opera eorum (Psal. xxxii, 15), abjectorum

Deus est et parvolorum auxiliator, susceptor infirmorum, succurrens desperatis, et eorum qui deplorati sunt Salvator. Quale est quod etiam hac muliere ad eos, qui in urbe erant, apostolo utitur : *Ταπεινῶν ἔστιν ὁ Θεὸς . . . καὶ ἀπεγνωσμένων Σωτῆρος οἰοντες δὲ καὶ ἀποστέλλοι πρόδες τοὺς ἐν τῇ πόλει χρήτας τῇ γυναικὶ ταύτῃ.*

His adjici possunt alia testimonia Veteris Testamenti, divinam naturam manifeste significantia, quæ ab Origene ad Christum referuntur. Docet toni. xii in Matth., num. 43, et Filium Dei monuisse Mosem, ipsumque esse qui ei dixit : *Non enim ridebit homo faciem meam, et vivet* (Exod. xxxii, 20). » In Exhort. ad mart., num. 9, dicit Primogenitus omnis creature se esse Deum zelantem (Exod. xx, 5). Eiusdem esse hoc dictum putat Origenes : *Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus* (Deut. xxxii, 21), etc. Haec dici ex persona Christi, contendit lib. ii ad Cels., num. 78. Christum Regem esse gloriae et Dominum, fortem et potentem in pælio, ex psalmi. xxiii concludit lib. viii contra Cels., num. 4, et toni. xvi in Matth., num. 49. Christi divinitatem probat aduersus Judæos lib. ii in Cels., num. 48, ex miraculis, quæ Deo veniente in terras editum iri Isaías prædictis (Isa. xxxv, 5). Jesus autem accurate adimplavit. Christus, ut observat Origenes toni. xii in Matth., num. 9, dicit apud Jeremiā : *Vivo ego* (Jer. xxii, 24) ; et rursus : *Boreliquerunt me fontem aquæ vivæ* (Jer. ii, 13). Et apud Malachiam toni. i in Joan., num. 31, pag. 33 : *Si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* (Malach. 1, 6).

Sed jam nobis Origenis doctrinæ adyta aperto introitio penetranda, et quid de Christo, quatenus Verbum Dei est, quid de ejus aeternitate, æqualitate cum Patre, et substantiæ in utroque unitate senserit, edisserendum.

III. Ad eos penitus resellendos, qui Origenem Arianis tradunt, vel hoc unum satis esse potest, quod Christum germanissimum Patris Verbum esse duxit, nec, ut isti, duplex Verbum distinxit, alterum aeternum nec a Patre distinctum, alterum ab isto creatum. Nihil sane invisum magis et detestatum Arianis fuit, nihil magis palmare eorum adversariis visum, quam Filium ipsissimum Patris Sapientiam, ipsissimum Verbum dici. Nemo Verbum Dei creatum et a Patris substantia alienum existimans ita insaniet, ut Deum cum hoc Verbo, veluti secum homines deliberant, ita deliberantem, et omnia per illud Verbum creantem et gubernantem inducat. Non formidat Origenes haec divini Verbi cum humano comparationem. Hoc inter utrumque assignat discrimen toni. 19 in Jerem., num. 4, quod divinum per se subsistat : *Οὗτος γάρ ὁ Λόγος αὐτοῦ, inquit, τοιοῦτος ἔστιν, ὅποιος ὁ πάτερ των λόγων. οὐδενὸς γάρ ὁ λόγος ζῶν, οὐδενὸς ὁ λόγος θεός: οὐδενὸς γάρ ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ πρόδες ἐκείνων ἡν, οὐ ὁ Λόγος ἡν.* « Neque enī Verbum ejus tale est, quale omnium verbum. Nullius enim verbum vivens, nullius verbum Deus : nullius Verbum in principio apud illum erat, cuius Verbum erat. » Hoc in Verbo Dei admirabile esse addit, « quod sit Deus, quod sit Verbum vivens, quod per se subsistat et ministret Patri. »

Quale autem sit illud ministerium, quo Filius perfungitur, perspici potest ex lib. vi contra Celsum, ubi Celso Scriptoræ testimonia, in quibus Deus operari et præcipere dicitur, exagitanti, sic respondet num. 62 : *Εἰ δὲ ἀνεγνώσκει τὰς προφητῶν λέξεις, τοῦ μὲν Δαυΐδος λέγοντος, Σὺ δέ ὁ αὐτὸς εἶ . . . ἐώρα ἀν δὲ οὐδεὶς ἡμῶν φρονεῖνται μεταβολὴν ἐν τῷ θεῷ οὐτ' ἔργῳ, οὐτ' ἐπινοίᾳ. Μένον γάρ ὁ αὐτὸς ταβλῆται, ὡς πέρικε, καὶ*

cap. 2. ipse quoque pertinacissimus Origenis asse-  
cia Rusinus, p̄f. ad libr. *P̄p̄l̄ d̄r̄x̄w̄r̄*, multa in

δ Λόγος αὐτοῦ αἰρεῖ διοκεῖσθαι αὐτά. « Si legisset prophetarum verba, ut illud Davidis, *Tu autem idem ipse es*, etc. (*Psal. c. 28*), vidisset neminem mutationem Deo sive operis, sive cogitationis tribuere. Ipse enim idem manens res mutabiles gubernat, ut eum fert natura, atque ut ipsius Verbum eas gubernari præscribit. » In eodem libro, num. 64 : « Ο Θεὸς μεταδίδοντος οὐσίας οἵς μεταδίδωσι κατὰ τὸν ἔστων Λόγον καὶ αὐτῷ Λόγῳ. » Deus essentiam iis, quibus eam secundum ipsius Verbum communicat, ac ipsi etiam Verbo communiceantur. Attendant velim, qui Origenem Arianum faciunt, quomodo eum faciant ratiocinari. Sic enim in illa opinione, quam ei affingunt, ratiocinatur : Deus non mutatur, cum res mutabiles gubernat et creat, quia eas ad rei create et mutabilis præscriptum gubernat et creat. Quid ergo magis coeternum Deo et aequalē et consubstantiale, quam illud Verbum, quo præscribente et dictante omnia gubernat. Hæc forte ad Sabellianam hæresim traherentur, si qua hujusmodi suspicio in Origene resideret; at ad Arianum trahi omnino non possunt.

Eamdem vim habet quod ait ton. i in *Joan.*, num. 22, pag. 21 : Deum, ut sapientes architecti solent antequam quidquam ædificant, ita antequam mundum crearet, omnia in Sapientia sua descripsisse. Non ignorabat Origenes Verbum a Patre omnia acceptissime, siquidem id conceptis verbis declarat in loco ex opere contra *Cels.* citato; neque etiam eum latebat quod observat Augustinus lib. xv *De Trinit.*, num. 28 et 37, Deum sapientem et sapientia, quam genuit, non esse, sed natura et ordine prius sapientem et rationalem esse, quam Sapientiam et Rationem gignat; sed quia certo tenebat Patrem esse in Filio et Filium in Patre, ac paternas omnes ideas Filio traditas, non immerito statuit Filium esse ipsissimum Patris Verbum, cuius ad præscriptum Pater omnia gubernat; ipsissimam Sapientiam, in qua omnia ante mundi creationem depositis.

His principiis consequens et consentaneum est, quod toties dictum ab Origene, Christum esse ipsum Verbum, ipsam Veritatem, ipsam Sapientiam. Sic loquitur tom. xiv in *Matt.*, num. 7, pag. 622 : *Εἰ δὲ βασιλεὺς ὑμῶν τοῦ θεοῦ καὶ τούτος πεποικότι, τίνα γάρ λέγειν ἡ τὸν Υἱὸν τοῦ θεοῦ;* autēς γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν οὐρανῶν, καὶ ὁ πέπερ αὐτὸς ἐστιν ἡ αὐτοσοφία, καὶ ἡ αὐτοδικαιούση, καὶ ἡ αὐτοαλήθεια, οὐτα μήποτε καὶ ἡ αὐτοδασίεται; « *Si regi tali, taliae agenti assimilatum est (regnum cœlorum), quidnam illud esse dicemus, nisi Filium Dei?* » Ipse enim cœlorum rex est; et quemadmodum is ipsa sapientia est, ipsa justitia, ipsa veritas; annon forte ipsum etiam regnum est? Christum similiter vocat αὐτολόγον, αὐτοσοφίαν, αὐτοαλήθειαν, ipsum Verbum, ipsam sapientiam, ipsam veritatem lib. iii *contra Cels.*, num. 41, pag. 474, et lib. vi, num. 65, pag. 680, et in *Exhort. ad mari.*, num. 47. Cur Christum ita appelle, ex his verbis colligitur lib. vi *contra Cels.*, num. 64 : « *Ο Σωτὴρ ἡμῶν οὐ μετέχει δικαιοσύνης, δικαιοσύνη δὲ ὁν μετέχεται ὅπο δικαιών.* » Salvator noster non participat justitiam, sed cum ipse justitia sit, participatur a justis. » Nihil sane honorificentius de Christo dici potest, nihil ad evertendam hæresim Arianam accommodatius, quam eum non participem esse justitiam et veritatis, sed ipsam veritatem, ipsam justitiam. Hinc tam saepè, quod non minus pugnat cum eadem hæresi, unum esse omnino Verbum declarat : « *Ἐγὼ οὐκ οἶδα, inquit ἡμῖν. 9 in Jerem., num. 1, ἀλλον Λόγον Κυρίου, ἦ τούτον περὶ οὗ εἰρήκας ὁ εὐαγγελισθεὶς τὸ, Εὐαρχοῦ ἡν δ Λόγος, εἰτ. Ego nescio aliud Verbum θυ- οῦντος, πρ̄ter illud, de quo dixit evangelista : In*

A ipsis resecta a se satetur, quibus Trinitatis maiestas imminuebatur; et sexcentorum præterea, quos

*principio erat Verbum, et Verbum erat opus Deum, et Deus erat Verbum.* (Joan. i, 1.) Ut unum Deum, unam Veritatem, unam Sapientiam, ita unum Verbum esse docet tom. ii in *Joan.* num. 2 et 4.

IV. Quantum ab Arianis discrepet Origenes, tunc etiam facile intelligitur, cum ad illius ventum est de Verbi aeternitate sententiam. Refert Marcellus Ancyranus apud Eusebium (Euseb., lib. i *adv. Marcel. Ancyra.*, cap. 4, pag. 22) hoc Origenis existimatum testimonium : *Οὐ γάρ ὁ Θεὸς Πατὴρ εἶναι ἡρ- ξτο, κωλύμενος, ὡς οἱ γιγνόμενοι πατέρες ἀνθρώ- ποι, ὃποι τοι μὴ δύνανται ποι πατέρες [ἰσογ. πατέρα] εἶναι. Εἰ γάρ ἀεὶ τέλεος ὁ Θεὸς, καὶ παρεστιν αὐτῷ δύναμις τοῦ Πατέρα αὐτὸν εἶναι, καὶ καλὸν αὐτὸν εἶ- ναι Πατέρα τοῦ τοιούτου Υἱοῦ, τί ἀναβάλλεται καὶ ἔντον τοῦ καλοῦ στηρίξαι, καὶ ὡς ἐστιν εἰπεῖν, ἐξ οὐδύνατο Πατὴρ εἶναι Υἱοῦ; τὸ αὐτὸν μὲν τοι γα καὶ περὶ τοῦ ἀγίου Πνεύματος λεχτέον.* Non enim Deus

B ecepit esse Pater, prohibitus antea, velut homines qui patres sunt, eo quod nondum posset esse Pater. Nam si semper perfectus Deus, eique adest facultas ut Pater fiat, bonumque est ut Pater sit talis F.iii: cor differt, ac seipsum bono privat; idque, ut fas est dicere, ex quo potest Pater esse Filii? Idem etiam dicendum de sancto Spiritu. Locus plane gemellus accurrit lib. i *De principiis*, cap. 2, num. 2.

Magnus Athanasius in libro *De decretis synodi Nicenæ*, pag. 253, duo præclarissima citat illius testimonia, quorum primum sic habet : *Εἰ ἐστιν εἰ- κὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀράτου, ἀράτος εἰκὼν.* Εγὼ δὲ τολμήσας προσθένη ἀν, διτι καὶ δμούστης τυγχάνων τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἐστιν ὅτε οὐκ ἡν. Πότε γάρ ὁ Θεὸς, ὁ κατὰ Ιωάννην φῶς λεγόμενος, ὁ Θεὸς γάρ φῶς ἐστιν, ἀπαύγασμα οὐκ εἰχε τῆς ἴδιας δόξης, ἵνα τολμάτας τις ἀρχήν δῷ εἶναι Υἱῷ, ὡς πρότερον οὐκ δυνατός; πότε δὲ ἡ τῆς ἀράτου καὶ ἀκατονομάστου καὶ ἀθέγκτου ὑποτάσσεως τοῦ Πατρὸς εἰγών, ὁ γαρακτήρ Λόγος, ὁ γινώσκων τὸν Πατέρα, οὐκ ἡν; Κατανοεῖται γάρ ὁ τολμῶν καὶ λέγον, *Ὕν ποτε ὅτε οὐκ ἡν οὐκ Υἱός,* διτι καὶ τό. Σορία ποτὲ οὐκ ἡν, καὶ Λόγος οὐκ ἡν, καὶ Ζωὴ οὐκ ἡν. « *Si est imago Dei invisibilis; invisibilis etiam imago.* Evidet audebo adjicere, cum sit similitudo Patris, non fuisse aliquando cum non esset. Quando enim Deus, qui secundum *Joan.* lux dicitur (*Deus enim lux est [Joan. i, 5]*), splendorem non habuit propria gloria, ut quis audiat Filio initium existendi dare, quasi antea non exstitisset? quando ineffabilis, innominabilis, inenarrabilisque paternæ hypostasis imago, et character Verbum, quod Patrem novit, non existebat? Cogitet igitur, qui audet dicere, Erat aliquando cum Filii non erat, id εἰ se dici, Sapientia non erat, Ratio non erat, Vita non erat. » Simillima leguntur sub finem libri iv *De principiis*, num. 28.

Alterum testimonium sic legitur apud Athanasium, ibid: *Αλλ’ οὐ θέμις ἐστιν οὐδὲ ἀκίνδυνόν ἐστιν διὰ τὴν ἀσθέτειαν ἡμῶν τὸ, δοσον ἐφ' ἡμῖν, ἀποστρεῖσθαι τὸν Θεὸν τοῦ ἀεὶ συνόντος αὐτῷ Λόγου μονογενοῦς, Σορίας δοτες ἡ προσέχαιρον. Οὐτω γάρ οὐδὲ ἀεὶ χαίρων νοηθῆσται.* Sed nec fas nobis est, nec periculo caret propter infirmitatem nostram Deum, quantum in nobis est, privare Verbo suo unicanto semper secum co-existentem, quod est Sapientia, quacum gaudebat. Sic enim nec semper gaudente intelligeretur.

His in locis nūc Filii solum aeternitas accuratis-sime explicatur, sed ipsa etiam aequalitas cum Pa-  
tre; siquidem, quod ait imaginem esse invisibilem,  
si Pater invisibilis, id hoc principio nititur, quid-  
quid est in Patre, in Filio esse. Fatetur Petavius  
lib. i *De Trin.*, cap. 4, haec mirifica esse; ac si quis  
alius, quam Athanasius, fidem faceret, intexta Ori-  
genis libris fuisse suspicionem fore. Non negat Hu-

suis appellabimus locis, capitali hoc errore Origenem reprobamus, quod non sibi reprobationes concivit. Ex novem certe et confutat Pamphili *Apologia*, ad Filium Dei

tius infra num. 4 et 21, hac Origenem dixisse; at eo sensu dixisse, quo Nicæna dixit synodus, id vero fateri non potest. Sed ad auctoritatem Athanasii, quæ vel sola suspicione accere debet, accedunt multa alia Origenis testimonia, partim jam citata, partim modo citanda, in quibus eadem prorsus de Verbo et splendore asseverat.

Initium ducam ab insigni loco homil. 9 in *Jerem.*, ubi demonstrans Origenem divino auxilio nobis opus esse ad singulos actus et in singulis vita momentis, utitur exemplo Salvatoris, qui, quatenus est splendor paternæ gloriæ, tardi generatur, quandiu lux illa splendoris efficiens existit. Sic igitur loquitur, num. 4, pag. 181: "Ιδομεν δὲ τὸ τῆς ἡμάρτησις ὅντα τὸ θέλημα τῆς δόξης οὐχὶ ἀπαύγασμα δόξης. Τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης οὐχὶ γεγένηται, καὶ οὐχὶ γεννᾶται. Ἀλλ' οὗτος ἐστὶ τὸ φυσικὸν τοῦ ἀπαύγασματος, ἐπὶ τοσούτου γεννᾶται τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Οὐ πάντα τὸ θέλημα σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ. Ἔστι δὲ ἡ σοφία ἀπαύγασμα φωτὸς ἀδιόν. Εἰ δὲν ὁ Σωτὴρ ἀεὶ γεννᾶται, καὶ διὰ τούτο λέγει· Πρὸ δὲ πάρτων βουρῶν, γεννᾷ με, οὐχὶ δὲ, πρὸ δὲ πάρτων βουρῶν, γεγέννησέ με· ἀλλὰ, πρὸ πάρτων βουρῶν γεννᾷ με, καὶ ἀεὶ γεννᾶται ὁ Σωτὴρ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς οὗτος καὶ σὺ ἔχεις τὸ τῆς υἱότητος Πνεῦμα, ἀεὶ γεννᾶται εἰς τὸν ἄνθρακα τῶν αἰώνων, ἀμήν." Videamus quidnam sit *Salvator noster*: splendor est gloriæ. Splendor autem gloriæ non semel gignitur et desinit gigni: sed quandiu exsistit lux efficiens splendoris, tardi gignitur splendor gloriæ Dei. *Salvator noster* est sapientia Dei. Est autem sapientia splendor lucis æternæ. Si igitur *Salvator* semper gignitur, et propriea dicit: *Ante omnes colles generalme, non vero, ante omnes colles generavit me, sed, ante omnes colles generat me* (*Proverb. viii, 25*); ac semper *Salvator* gignitur a Patre: sic et tu si hahæs adoptio-nis *Spiritum*, semper te gignit in eo Deus ad singu-llos actus et singulas cogitationes: et dum sic gigne-ris, sis semper genitus filius Dei in Christo Iesu, cui gloria ac potestas in æcula sæculorum, amen. Semper sibi constat Origenes in hac de *Filiis æternitatem* sententia: locum Proverbiorum sic interpre-tatur, quasi provideret eo aliquando abusuros Arianos; et cum certo sciat *Filium* esse splendorum et sapientiam Patris, non dubitat ejus æternitatem ex Patris æternitate spectare. Quamobrem si *Filium æternum* non credit, ne ipsi quidem Patri æternitatem reliquise dicendus est. Alium enim sensum pati non possunt hæc verba: *Quandiu exsistit lux efficiens splendoris, tardi gignitur splendor gloriæ Dei.* Minus belle Hieronymus sic reddiderat: *Quotiescumque ortum fuerit lumen, ex quo splen-dor oriunt, toties ortur et splendor gloriæ.*

In libris *contra Celsum* eamdem doctrinam non minus expressam legimus. Celsum refellens ex Christianis querentem, cur unus Dei cultum præ se ferrent cum tamē præter illum, hunc etiam recens exortum colerent, sic loquitur lib. viii, n. 12: "Ενα οὖν Θεὸν, ὃς ἀποδεδώκαμεν, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Γένος θεραπεύμεν, καὶ μένει ἡμῖν ὁ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀτενής λόγος: καὶ οὐ τὸν ἐναγκῆς τε φανέντα, ὃς πρότερον οὐκ ὄντος ὑπερβριτεύειν. Λοτίη γάρ πε-θόμενα τῷ εἰπόντι· Ήρίγειρ Ἀλεξανδριανοῦ γενέσουναι, ἐγώ είμι. Καὶ λέγοντι· Έγύ είμι ἡ ἀληθεία. Καὶ οὐχ οὗτος τις ἡμῶν ἐστιν ἀνδράποδον, οὐκ οἰεσθαι ὅτι ἡ τῆς ἀληθείας οὐσία πρὸ των χρόνων τῆς του Χριστοῦ ἐπιφανεῖας οὐκ ἔνι. Ηναντίον δέ τοι οὐδὲν, ut demon-stravimus, Patrem et *Filiū* colimus; ac integrum adversus alios rationem retinemus: nec recens ex-ortum quasi antea non exstitisset, impendio coli-

mus. Ipsi enim credimus dicenti: *Antequam Abraham fieret, ego sum* (*Joan. viii, 58*). Item: *Ego sum veritas* (*Joan. xiv, 6*). Nec quisquam nostrum adeo peccatum est, ut veritatis substantiam ante adventus Christi tempora non fuisse opinetur. 1 Multa hic in uno testimonio æternitatis Christi argumenta. 2 Unus est cum Patre Deus; ergo necesse est tam æternos sit quam ipse Pater: aliqui non magis erit unus cum illo Deus, quam ethnicon dicitum cum summo et æterno Deo. 3 Diligenter observandæ haec voces. ὡς πρότερον οὐκ ὄντα, et quasi antea non exstitisset, et ex quo patet nihil a Christianis colit, de quo dici possit illud ante aliquod tempus non exstitisse. Porro si quid non æternum colerent, rem colerent, quæ antequam crearetur non exstitisset. 4 Christum ante exstitisse, quam in hunc mundum veniret, ex eo demonstrat, quod sit veritas; quæ ratiocinatio, cum ex ipsa veritatis natura petita sit, hoc principio fundata est, nullum omnino tempus aut ævum sine stultitia assignari posse, quo veritas non exstitisse dicatur.

In eamdem sententiam accipi debet, tum quod Celso novitatem Christianis exprobrante demonstrat Christum *Filiū Dei* fuisse antequam homo fieret, lib. iii, num. 14, tum quod eum vocat "Splendorem semipertini luminis", lib. v, num. 10. Sed praeterire non possum illud ex lib. vi, num. 17: Οὔτε γάρ τὸν ἀγένητον, καὶ πάσης γεννητῆς φύσεως πρωτότοκον κατ' ἀρχὰν εἰδέναι τις δύναται, ὡς ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ, οὔτε τὸν Πατέρα, ὡς ὁ ἐμψυχος Λόγος καὶ Σοφία αὐτοῦ καὶ ἀλήθεια. Nam nec in-creatūm et creatūm omnis naturæ primogenitum pro dignitate quisquam nosse potest, ut is qui genuit Pater; nec Pairem, ut vivum Verbum et Sapientia ejus et veritas. Non increatus solum et æternus hoc testimonio *Filiū* astruitur, sed etiam æqualis Patri; ut iqui Patrem comprehendat, nec magis comprehendendi possit a rebus creatis, quam ipse Pater.

Viderer causam Origenis prodere, si nihil ad ejus defensionem ex *Commentariis in Joannem* delibera-re, ex quibus tam multa ad eum accusandum ar-repta sunt. Is igitur tom. 1, num. 16 et seqq., ex-plicans initium Joannis, *In principio erat Verbum*, multa distinguit principia: principium transitus, quod ad viam pertinet et longitudinem: principium γενέσεως, creationis sive generationis, ad quod referuntur illud Mosis: *In principio fecit Deus cælum et terram* (*Gen. i, 1*). Item illud Job: *Hoc est principium signum Domini factum, ut illudatur ab angelis suis* (*Job xi, 15*): principium ex quo aliquid fit: principium κατὰ τὸ εἶδος, secundum exemplar; principium disciplinæ, velut cum elementa dicuntur principium grammaticæ. Querit autem quod neque de principio creationis: verumtamen acripi potest tanquam prin-cipium a quo, quod est efficiens, siquidem man-davit Deus, et creata sunt (*Psal. cxlviii, 5*). Creator enī aliquo modo est Christus, cui dixit Pater: *Fiat lux, et, Fiat firmamentum* (*Gen. i, 3, 6*). Non incommodum putat Origenes Verbum dici prin-cipium creationis efficiens, quatenus omnia per eum creata: at liquidum et perspicuum esse putat, prin-cipium creationis illud dici non posse, quasi ante omnia crea-testum esse non debet.

ipsiusque oikovoulav pertinent insigniores quinque. Nos singula queque expendemus distincte,

quod Christum quodammodo Creatorem esse dicat: nam cum hæretici majorem cum Creatore fingunt, solet Origenes, ut Patrem Filio, ita Creatorem Christo majorem contendere habita originis ratione.

In eodem tomo, num. 31, 32, Christum magistrum esse et Dominum demonstrans, ad eumque referens illud Malachia: *Si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* (*Malach. 1, 6*) adhuc honorificentius ei esse statuit illud Psalmi: *Filius meus es tu, ego hodie genui te* (*Psalm. 11, 7*). 'Αλλὰ διὰ τῶν πάντων οὐ σαφῶς ἡ εὐγένεια παρίσταται τῷ Ιησῷ. 'Οτε δὲ τὸ Υἱός μου εἰ σὺ, ἐγὼ σῆμερος γεγένηκά σε, λέγεται πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὃ δεῖ ἔστι τὸ σῆμερον' οὐχ εἰν γάρ ἐσπέρα Θεοῦ, ἐγὼ δὲ ἡγούμαι ὅτι οὐδὲ πρώτη, ἀλλὰ δὲ συμπαρεκτείνων τῇ ἀγενήτῳ καὶ διδόῃ αὐτῷ ζωῆι, ἵνα οὖτος εἴπω, χρόνος, τήμερος ἔστιν αὐτῷ σῆμερον, ἐν ἡ γεγένηται σὺ Υἱός, ἀρχῆς γενέσεως αὐτοῦ οὐτως οὐχ εὑρίσκομένης, ὡς οὐδὲ τῆς τήμερας. *¶* Non tamēt his omnibus manifeste Fili nobilitas declaratur: sed tunc, cum, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, ad illum dicitur a Deo, cui semper est hodie; neque enim est vespera Dei, neque mane, meo quidem iudicio; sed aquale illius ingenite et sempiternæ vita, ut ita dicam, tempus, dies ipsi est hodie, in qua Filius genitus est; ita ut, quemadmodum nec dei, ita neque etiam generationis initium inveniatur.

Non minus magnifice loquitur initio tomi II, pag. 49, ubi, quod in Veteri Testamento dici solet, Verbum factum esse ad prophetas, sic comparat cum his Joannis verbis: *Et Verbum erat apud Deum* (*Joan. I, 1*). 'Αλλὰ πρὸς μὲν τοὺς ἀνθρώπους, πρότερον οὐ χωροῦντας τὴν τοῦ Ιησοῦ, τοῦ Θεοῦ Λόγου τυγχάνοντος, ἐπίσημάν, δὲ Λόγος γίνεται· πρὸς δὲ τὸν Θεόν οὐ γίνεται, ὡς πρότερον οὐκ ἂν πρὸς αὐτὸν. Παρὰ δὲ τὸ δέ συνεῖναι τῷ Πατρὶ λέγεται: *Kai ἐλόγος ήτο πρὸς τὸν Θεόντος οὐ γέγενετο πρὸς τὴν Θεόν*. Καὶ ταῦτα ἔγιμα τὸ, ἦν, τοῦ Λόγου κατηγορεῖται, ὅτι ἐν ἀρχῇ τὸν, καὶ ὅτε [leg. ὅτι] πρὸς τὸν Θεόν τὸν, οὗτος τῆς ἀρχῆς χωριζόμενος, οὗτος τοῦ Πατρὸς ἀπολειπόμενος· καὶ πάλιν οὗτος ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἐν ἀρχῇ, γενόμενος ἐν ἀρχῇ· οὗτος ἀπὸ τοῦ μὴ τυγχάνειν πρὸς τὸν Θεόν, ἐπὶ τῷ πρὸς τὸν Θεόν εἶναι γενόμενος. Πρὸ γάρ παντὸς χρόνου καὶ αἰώνων, *'Εν ἀρχῇ ήτο δὲ Λόγος, καὶ δὲ Λόγος ήτο πρὸς τὸν Θεόν*. *¶* At Verbum quidem siebat ad homines, qui prius adventus Filii Dei Verbi capaces non erant. Ad Deum autem non sit, quasi prius apud eum non esset. Sed quia semper coexistit Patri, idcirco dicitur: *Et Verbum erat apud Deum*. Ac illa ipsa vox, *erat*, de Verbo dicitur, quia in principio fuit, et apud Deum fuit, nec a principio separatum, nec a Patre relictum, nec, ex eo quod non esset in principio, factum in principio, nec, ex eo quod non esset apud Patrem, factum ut esset apud Patrem. Ante enim omne tempus et ævum, *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum*. *¶*

Idem observat eodem tomo II, n. 13, pag. 72, Verbum in principio factum non fuisse; neque enim fuisse ultimi tempus, cum principium, id est, Sapientia, διάλογος ἦν, sine Verbo et Ratione esset. Ibidem cum dixisset vitam in Verbo factam esse, ac Verbum esse quodammodo ante vitam, quia vita lux est, nec lux erat hominum antequam homines essent; monet ne quis a se χρονιῶς, temporaliter, haec dici putet, quasi haec aliquando non fuerint, sed haec a se, quantum ad homines spectat, serie quadam et ordine recenseri. His adde quod eodem tomo, num. 28, pag. 87, contra hæreticos, qui prophetarum de Christo vaticinia ut inutilia rejiciebant, demonstrat Deum voluisse ut multis argumentis constaret, ὅτι Θεός δὲ ὑπὲρ πάντα τὰ γεννητὰ ἐνανθρώπησε, et Deum,

III. Ordiamur primum ab eo crimine, cuius Cri-

qui est supra res omnes creatas, hominem factum esse. *¶*

V. Periniquum foret tot eximias sententias eodem effugio eludere, quo Petavius et Huettius nisi sunt; quorum alter lib. I *De Trin.*, cap. 4, citata ab Athanasio ad Origenis defensionem testimonia, valere illa quidem adversus Arianos fatetur, sed ad ὅμοιοις affirmandum sufficere negat, eo quod creaturas ex aeterno fuisse cum Deo censuerit Origenes; Huettius vero hujus questionis 2 num. 24, fatetur quidem ex lucis et splendoris exemplo sequi, ut Filius ex Patris substantia genitus sit, sed hunc stultissimum errorem Origeni assingit, Filium a Dei substantia non aliter quam ipsam materiam, ab omni retro aeo emanasse. Quod ait doctissimus presul, materiam, ex Origenis sententia, ita a Deo, ut lumen a sole proficiat et procreari; cum nullo arguento fidem sui iudicij faciat, minni nobis laborem hujus commentari refellendi, cuius nullum extat apud Origenem vestigium. Nisi quis forte in deterriorum partem rapiat quod ait Origenes lib. I *De princip.*, cap. 1, num. 6: Interdum oculi nostri ipsam naturam lucis, id est, substantiam solis intueri non possunt: splendorem vero ejus vel radios fenestrarum forte et quibuslibet aliis receptaculis brevibus infusos intuentes, considerare possumus fontes ipse ac fons quantus sit corporei luminis. Ita ergo quasi radii quidam sunt Dei naturae opera divine Providentiae et universitatis hujus, ad comparationem substantiae ac naturae. Quia ergo mens nostra ipsum per se Deum, sicut est, non potest intueri; ex pulchritudine operum, et decoro creaturarum paretem universi intelligit. *¶* Utrum hic locus Huettii animo obversatus sit, cum tam stulta somnia Origeni tribueret, affirmare non possum: sed liquet creaturas in eo quasi radios quosdam dici divinae nature, non quod omnia, quaecunque sunt in Deo, sint etiam in creaturis, ut de Filio docet Origenes; sed quod in eis majestas et omnipotentia Creatoris eluceat. Huc accedit quod de Filio idem dicit Origenes tom. I in *Joan.*, num. 30, pag. 52, eum ex operibus cognosci ab his, qui divinam ejus naturam contemplari non possunt.

Quod spectat ad aeternitatem materie, sive etiam mundi, satendum est Origenem, quamvis sepiissime eos refellat, qui mundum ex materia increata, aut ab inferiore quodam Deo creatum volebant; quamvis de ecclesiasticis definitionibus secundum historiam nostram fidem, constare doceat, lib. III *De princip.*, cap. 5, num. 4, et quod mundus factus sit et ex certo tempore coepit: interdum tamen videatur in absurdam illam opinionem inclinare, ut ante hunc mundum alios quosdam ei dissimiles extitisse non improbet. Utrum has mundorum sibi succedentium vicissitudines aeternas duxerit, non examino; sed etiam si aeternas duxisset, starent semper suo robre illius de Filii aeternitate et divinitate testimonia: aliter enim Filio Dei, aliter rebus creatis aeternitatem attribueret: istis conjicioendo et dubitando: isti affirmando et asseverando: istis quia aliter Deus omnipotens semper fuisse non videbatur, nisi aliquid suo dominatu teneret; isti vero, quia est Deus, Verbum, Sapientia, Veritas, Splendor Patris, et imago absolutissima, cui nihil desit, quod quidem sit in Patre. Quia etiam non solus Patris omnipotentiae consult in hac absurdâ opinione, sed ipsius etiam Filii. Metuebat enim ut vel Pater omnipotens, vel Filius aporrhœa illius omnipotentiae semper fuisse demonstraretur, nisi exstisset res create, in quas ipsi Pater et Filius, quibus unam et eandem omnipotentiam attribuit, dominarentur. Haec legere est in lib. I *De princip.*, cap. 2, num. 10. Quamobrem haec de

genem compellat S. Thomas, part. I, quæst. 32, art. I, A dum substantiam differre; et quæ meta fuit Ari-

dixisse ipsum asseverans « Patrem et Filium secun-

mundorum antiquitate, aut si vis, æternitate opinio, non magis laedit æternitatem Filii, quam Patris. Hinc Hermogenes, qui adhuc absurdius materiam increatam fingebat, nihil novi de Filio Dei, teste Tertulliano, effutuerat: nec consecutio-nes, quas ex ejus sententia merito eruit Tertullianus, magis in Filium, quam in Patrem injuriae sunt.

VI. *Aequalitatem Filii cum Patre, et substantiae in utroque singularitatem ex testimoniijam allatis perfracte est colligere.* Nam si Filius est splendor æternus paternæ gloriae; si Patrem comprehendit; si quidquid est in Patre, idem etiam est in Filio; non dubium, quin tota Patris substantia illi communica fuerit. Sed hæc Origenis doctrina multis aliis locis expressius consignata, in primitis homil. 8 in *Jerem.*, num. 2, ubi, postquam illud Proverbiorum retulit: *Dominus sapientia fundavit terram, præparavit cælos prudentia* (*Proverb.* III, 19), sic loquitur: « *Eστιν οὖν τις φρόνησις Θεοῦ, ἣν μωρός ζήτει ἐν Χριστῷ Ιησῷ. Πάντα γάρ δέσποινται θεοῦ, τοιαύτα ἐν αὐτῷ ἔστι· ὁ Χριστὸς ἔστι. Σοφία τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς δύναμις θεοῦ, αὐτὸς δικαιοσύνη θεοῦ, αὐτὸς ἀγιστρός, αὐτὸς ἀπολύτρωσις, αὐτὸς φρόνησις του Θεοῦ.* » Est igitur aliqua Dei prudentia, quam te jubeo querere in Christo Jesu. Quæcumque enim sunt Dei, in eo sunt: ipse sapientia ejus, ipse fortitudo, ipse sanctificatio, ipse justitia, ipse sanctitas et redemptio, ipse prudentia est Dei. » Nihil sane ad unitatem numericam essentiæ et aequalitatem significantius dici potest, quam omnia Patris attributa in Filio esse, ut conceptis verbis declarat Origenes. Hanc sententiam ex Christi verbis deducit tom. XX in *Joan.*, num. 50, pag. 559, ubi sic loquitur: « *Sin vero etiam dicit: Judicium meum justum est* (*Joan.* V, 30); audi eum in Evangelio ipso dicentem: *Omnia mea tua sunt* (*Joan.* xvii, 10). Nam si verum est quod a Salvatore dictum est, *Omnia mea tua sunt*, perspicuum est judicium, de quo inquit, *Meum judicium justum est*, Patris esse judicium. »

Ex hac sententia præclarorum deducit argumentum in lib. VIII *contra Celsum*, num. 43. Cum Celsus Christianos rideret, quod cum deos cum summo Deo coli non paterentur, ipsi tamen Christum cum summo Deo colerent; respondet Origenes Filium cum Patre coli, quia unum est cum Patre, eique Pater omnia sua generando tradidit. Sic autem loquitur: « *Περὶ τὸν Θεὸν οὐν ἡ πίστις ἡμῶν διὰ τοῦ ταύτην βεβαιοῦντος ἐν ἡμῖν Γιοῦ αὐτοῦ. Καὶ οὐδεμίαν ἡμῶν ἔχει δεῖξαι στάσιν περὶ τὸν Γιὸν τοῦ Θεοῦ ὁ Κέλσος, καὶ σέδομέν γε τὸν Πατέρα θυμαζόντες αὐτὸν τὸν Γιὸν Λόγον, καὶ Σοφίαν, καὶ Ἀλιθίαν, καὶ Δικαιοσύνην, καὶ πάντα ἄπερ εἶναι μεμαθήκαμεν τὸν Γιὸν τοῦ Θεοῦ, οὕτω δὲ καὶ τὸν γεννηθέντα ἀπὸ τοῦ τοιούτου Πατρός.* His postremis verbis nullus inheret sensus, nisi legamus, ἀπερ μεμαθήκαμεν εἶναι τὸν Θεὸν αὐτὸν. Quamobrem sic opinor reddii debere: « *Et itaque in Deo fides nostra inholderet, per ipsius Filium, qui eam in nobis confirmat: nec est quod Celsus ullam nobis seditionem objiciat propter Filium. Colimus enim Patrem admirantes ejus Filium, qui Verbum est, et Sapientia, et Veritas, et Justitia, et omnia quæcumque esse didicimus, ut ipsum Deum, ita et eum, qui a tali Patre genitus est.* »

VII. Non omittenda sunt quæ tom. XIII in *Joan.*, num. 56, leguntur, ubi sic loquitur Origenes: « *Πρέπουσα βρῶσις τῷ Γιῷ τοῦ Θεοῦ, ὅτε ποιήσῃ γίνεται τοῦ πατρικοῦ θελήματος, τούτο τὸ θέλειν ἐν ἑαυτῷ ποιῶν, ὅπερ ἦν καὶ ἐν τῷ Πατρὶ. ὥστε εἶναι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ θελήματι τοῦ Γιῷ ἀπαράλλακτον τοῦ θελήματος τοῦ Πατρὸς, εἰς τὸ μηχάνημα εἶναι δύο θελήματα, ἀλλὰ ἐν θελη-*

*μα, ὅπερ ἐν θελημα αἴτιον ἦν τοῦ λέγετον τὸν Γιόν.* Ἐγὼ καὶ οἱ Πατέρες ἐν ἐσμεν· καὶ διὰ τοῦτο τὸ θελημα ὃ ίδιον αὐτὸν, ἐώρακε τὸν Γιόν, ἐώρα δὲ καὶ τὸν πεμψάντα αὐτόν. « *Decens cibus Filio Dei, quando efficit voluntatem paternam, hoc velle in se efficiens, quod erat in Patre; ita ut voluntas Dei sit in voluntate Filii nullatenus diversa a voluntate Patris, ne sint amplius due voluntates, sed una voluntas;* que quidem una voluntas in causa est, cur Filius dicit: *Ego et Pater unus sumus* (*Joan.* x, 30). Et proprie hanc voluntatem, qui videt Filium, videt et eum, qui ipsum misit. » Satis Basilio non faciebat similitudo essentiæ; sed si quis vocem illam ἀπαράλλακτον, *in omnibus similem*, adhibere, eum plane et cumulate purgatum et probatum habebat, ut patet ex ejus epist. 9. *Quis igitur Origenem non probet, qui ea ea sponte prædicat, quæ visa sunt etiam suspiciosissimis temporibus ad omnem suscipiētiōnem repellendam aptissima?*

Cum idem Celsus quæreret per jocum, « an Deus, quia magnus est et contemplatu difficultis, proprium Spiritum, Πνεῦμα τοιον, in corpus nostro simile dejectum huic misisset, ut ex ipso audire et discere possemus, » sic respondet Origenes, lib. VI, num. 69: « *Οὐ μόνος δὲ μέγας καθ' ἡμᾶς ἔστιν ὁ τῶν δλῶν θεὸς καὶ Πατέρα μετέωκε γάρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς μεγαλεύτητος τῷ Μονογενεῖ καὶ πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως. Ἰν' εἰκὼν αὐτὸς τυγχάνων τοῦ ἀράτου Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ μεγέθει σώμη τὴν εἰκόνα τοῦ Πατρός. Οὐ γάρ οἶστ' ἦν εἶναι σύμμετρον. Ἰν' οὐτας ὄντως, καὶ καλὴν εἰκόνα τοῦ ἀράτου Θεοῦ, μὴ καὶ τοῦ μεγέθους παριστάσαν τὴν εἰκόνα.... Ἐστι δὴ καὶ δυσθεώρητος ὁ Θεός· ἀλλὰ οὐ μόνος δυσθεώρητός ἔστι τινι· ἀλλὰ καὶ οἱ Μονογενῆς αὐτοῦ. Δυσθεώρητος γάρ ὁ Θεὸς Λόγος· δυσθεώρητος δὲ οὐτωτος καὶ σοφία ἔστιν, ἐν ἣ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ Θεός. » Non solus magnus est secundum nosram doctrinam universorum Deus et Pater; communicauit enim et suam ipsius magnitudinem Unigenito et primogenito omnis creaturæ, ut cum ipse sit imago Dei invisibilis, in ipsa etiam magnitudine Patris imaginem servet: neque enim fieri poterat, ut ejusdem esset, ut ita dicam, mensura, ac pulchra imago Dei invisibilis, si non etiam magnitudinis imaginem exhiberet.... Sit igitur Deus contemplatu difficultis, sed non solus, immo ipsius etiam Unigenitus. Est enim difficultis contemplatu Deus Verbum, difficultis et eadem de causa sapientia, in qua omnia fecit Deus. » Est igitur ex Origene Filius Patri æqualis, ejusque accuratissima mensura et perfectissima imago non minus invisibilis, non minus magna, quam ipsum exemplar; quippe cum Deus magnitudinem suam, seu, quod idem est, totam suam substantiam Filio tradiderit.*

Pergit Origenes, tom. XIII in *Joan.*, num. 36: « *Καὶ πρέπον γε μᾶλλον οὐτων νοεῖν ἡμᾶς ποιεῖσθαις ὑπὸ τοῦ Γιοῦ τὸ θελημα τοῦ Πατρός, ἀφ' οὐθὲλήματος καὶ τὰ ἔξω τοῦ θέλοντος καλῶς ἐγένετο, ἡπερ μὴ περιεργασαμένους ἡμᾶς τὰ περὶ τοῦ θελήματος, νομίζειν εἶναι τὸ ποιεῖν τὸ θελημα τοῦ πέμψαντος, ἐν τῷ τάδε τινα ἔξω ποιεῖν. Εκεῖνο γάρ, λέγω δὲ τὰ ἔξω τοῦ θέλοντος γινόμενον, χωρὶς τοῦ προειρημένου θελήματος, οὐχ δηλού μὲν τὸ θελημα τοῦ Πατρός· πᾶν δέ ἔστι τὸ θελημα τοῦ Πατρός, ὑπὸ τοῦ Γιοῦ γινόμενον, ὅτε τὸ θέλειν τοῦ Θεοῦ γινόμενον ἐν τῷ Γιῷ ποιεῖ ταῦτα, ἀπερ βούλεται: τὸ θελημα τοῦ Θεοῦ· μόνος δὲ ὁ Γιὸς πάν τὸ θελημα ποιει χωρῆσαι [leg. χωρῆσαι] τοῦ Πατρός. Διόπερ εἰκὼν αὐτοῦ. Επισκεπτέον δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀγίου Πνεύματος. » Ac profectio decorum magis est, ut voluntatem Patris, qua quidem voluntate, que sunt extra voluntem præclare facta sunt, sic a Filio diligamus; quam ut, non investigantes que*

stantias singentium, unde *Triusani* appellantur a *A quibus id continetur dogma non indicavit Thomas, Fulgentio Resp. ad object. 7 Arianor. Loca Origenis*

*Hæc certe legimus tom. II in Joan. num. 18, pag. 76.*

ad hanc voluntatem spectant, voluntatem ejus, qui misit, perficere idem esse existimemus, ac extrinsecus aliquid facere. Illud enim, quod est extra voluntem factum seorsum a voluntate praedicta, non est tota voluntas Patris: at vero tota voluntas Patris a Filio perficitur, cum voluntas Dei in Filio generata, facit ea quæ vult voluntas Dei. Solus enim Filius facit et capit totam voluntatem Patris; quapropter ejus est imago: id autem considerandum est et de Spiritu sancto. » in eamdem sententiam, lib. VIII, num. 12, contra *Celsum*, docet Patrem et Filium unum esse identitatem voluntatis, ταυτότητα βουλήματος. Non magis discrepat lux a tenebris, quam hæc Origenis sententia ab Arianorum commentis. Isti enim ad natura dissimilitudinem trahebant hoc Filii in mandatis paternis obsequium: at Origenes voluntatem Patris a Filio perfici statuit, non quod mandata Patris Filius instar cuiusdam ministri capessat, sed quia solus Filius totam Patris voluntatem capit, et tota voluntas Patris in Filio generata, facit ea quæ vult voluntas Dei. Hinc repetit Origenes imaginis rationem, eamque non obscure declarat in hoc esse positam, quod tota Patris substantia in Filio sit. Hinc tom. XV in *Math.*, num. 10, sic loquitur: « Ac Salvator quidem, ut est imago Dei invisiibilis (*Coloss.* 1, 15), ita et bonitatis ipsius imago est (*Sap.* VII, 26). Ex quo patet nihil Origenem admisso in exemplari, quod non admitteret in imagine.

Similiter tom. XXXII in *Joan.*, num. 18, pag. 450: « Οὐλῆς μὲν οὖν οἵματι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἀπαύγασμα εἶναι τὸν Γέλων.... Οὐκ οἴματα γάρ τινα τὸ πᾶν δύνασθαι χωρῆσαι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἀπαύγασμα, εἰ μὴ τὸν Γέλων αὐτοῦ. » Atque equidem arbitror totius gloriae ipsius Dei splendorem esse Filium.... Non enim arbitror capere aliquem posse omnem splendorem totius gloriae Dei, nisi ejus Filium. »

Ex eodem principio concludit totam Patris scientiam in Filio esse, tom. I in *Joan.*, num. 27: « Εἶδος τις ζῆται εἰ πᾶν τι ποτὲ ἔγνωσμένον ὑπὸ τοῦ Πατρὸς κατὰ τὸ βάθος τοῦ πλούτου καὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως αὐτοῦ, ἐπιστατὰς δὲ Σωτῆρι τῷ μῶν, καὶ φωναζός τοῦ δοξάζειν τὸν Πατέρα, ἀποφαίνηται τινα γνωστόμενα ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀγνοεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Γεων, [οὐ] διαρκοῦντος ἔξιστηνται ταῖς καταλήψεσι τοῦ ἀγεννήτου Θεοῦ. » ἐπιστατέοντον ἀυτὸν ἐκ τοῦ ἀλήθειαν εἶναι τὸν Σωτῆρα, καὶ προσακτέοντο εἰ τὸ δόλοκληρός ἐστιν ἡ ἀλήθεια, οὐδὲν ἀληθὲς ἄγνοι, ἵνα μὴ σκάνδαλον πούσα ἡ ἀλήθεια οἵς οὐ γνώσκεται, κατ' ἔκεινους, τυγχάνουσσιν ἐν μόνῳ τῷ Πατρὶ. ἡ διεικότητα τις δὲ ἐστιν ἡ γνωστόμενα τῆς ἀληθείας προστηροίας οὐ τυγχάνοντα, ἀλλὰ ὑπὲρ αὐτῆν δύντα. « Quod si quis inquirat an quicquid Patri cognitum est secundum profundum divitiarum et sapientiae ejus, id Salvator noster sciat, et per causam glorificandi Patris pronuntiet nonnulla Patri cognita ignorari a Filio, quasi non possit exequari cognitionibus ingeniti Dei; huic sciendum est Salvatorem esse veritatem, et animadvertisendum, si integra est veritas, nihil verum ignorare, ne claudicet veritas deficiens in his quæ non cognoscit, cum, secundum illos, in solo Patre sint: aut demonstret aliquis nonnulla quædam esse, quæ cognita veritatis applicationem non habeant, sed supra ipsam sita sint. »

VIII. Sicut de Spiritu sancto sententiam non obscure declarat Origenes, tom. XIII in *Joan.*, num. 56, ubi totam Patris voluntatem in Filio esse demonstrans, idem de Spiritu sancto considerari jubet et intelligi. « Id autem considerandum est, inquit, et de Spiritu sancto. » Hæc autem illum non dubitanter dicere, sed ex his, quæ de Filio statuerat, quid de Spiritu sentiendum sit, iudicio lectorum

permittere, cum ex iis patet quæ subjungit. « Ceteri autem sancti, inquit, nihil quidem facient præter voluntatem Patris, non tamen, ut tota Dei voluntas imprimatur in eis; » tum ex eo quod tom. II in eundem evangelistam, num. 6, quæcumque sunt in Filio, ea in Spiritu sancto esse docet, eumque idcirco Filium non esse, quia Filio eget, ut hæc omnia accipiat. Non dubium ergo fuit Origeni, quin tota Patris voluntas, ut in Filio, ita etiam in Spiritu sancto sit. Hinc ut Patrem a Filio, ita Filium a Spiritu non separabilem pronuntiat tom. XIII in *Math.*, num. 19, ubi puerum illum, quem Jesus in medio discipulorum posuit, Spiritum sanctum interpretatur, ac de eo sic loquitur: « Illum puerum ab ipso Jesu in nomine Jesu suscipere oportet, a quo minime sejunctus Jesus apud eum est qui puerum suscepit, ita ut in hanc sententiam dictum sit: *Quicunque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit* (*Luc.* IX, 48). Deinde vero Pater, quia a Filio separari non potest, apud eum est, qui Filium suscepit; unde dictum est: « *Et quicunque me receperit, recipit eum qui me misit* (*ibid.*). » Eodem igitur modo Spiritus unum est cum Filio, quo ipse Filius cum Patre: porro cum idcirco Filius ex Origenis doctrina unum sit cum Patre, quia tota Patris voluntas sive essentia ei tradita fuit a Patre; necesse est, ut eadem essentia Spiritui sancto tradita pariter et communicata sit.

In eamdem sententiam loquitur, tom. XIV, num. 6, ubi totam scientiam Filii in Spiritu sancto esse docet: « Quemadmodum, inquit, *nemo hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus, qui in ipso est; et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei* (*I Cor.* II, 11); ita quæ Christus in proverbii et parabolis locutus est, post Deum nemo novit præter Spiritum Christi, cujus qui particeps fuerit, non solum quatenus Christi Spiritus est, sed etiam quatenus Christi, ut Sapientia, ut Verbi, is quæ sibi super hoc loco aperta fuerint et relecta animo contemplari poterit. »

Tom. XXXII in *Joan.*, num. 18, hæc leguntur: « Non arbitror percipere aliquem posse omnem splendorem totius gloriae Dei, nisi Filium Dei. Si eo addas etiam ejus Spiritum, optimè tu quidem et absolutissime de Deo dices et senties. » Sed hæc postrema verba, quæ a Ferrario prætermissa supplevit Huetius, videntur a margine in contextum irrepisse. Sic enim habent Graeca: *Εἰ προσέδου καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ αὐτοῦ, δριστά σοι: ἂν ἐθεολογεῖτο καὶ τελεώτατα.* « Si addidisses et Spiritum ejus, optimè quidem et absolutissime de rebus divinis dixisses et sensisses. » Liquet hæc ab Origene scripta non esse, sed ab alio notata moleste ferente Spiritum sanctum hoc loco prætermitti. At parum æqua hæc notatio. Non enim solent ecclesiastici scriptores, cum de Filio disserunt, ea semper attinere, quæ ad Spiritum sanctum attinent. Facit id interdum Origenes, ut tom. II in *Joan.*, num. 23, ubi multa in Deo esse statuens, quæ nulla res ab alio esse habens possit comprehendere. Christum et Spiritum sanctum nominatum excipit. Multis alius in locis Spiritum cum Filio adjungit; quod argumentum est eum non excludi, si quando prætermittatur. In eo autem loco, qui alicui lectori stomachum fecit, observat Origenes, postquam demonstratum est Patrem in Filio glorificari, queri posse non incommodo, « quomodo et in Spiritu sancto glorificetur, et in omnibus, quibus apparuit gloria Domini aut apparebit. » Tum statuit totius gloriae splendorem esse Filium; « sed tamen pervenire particulares splendores ab hoc splendore totius gloriae ad reliquam creaturam rationis parti-

(75) : Ἐπεὶ δὲ φῶς ἀπαξαπλῶς ἐνταῦθα μὲν δὲ Σωτὴρ. Α γεται ὁ Θεὸς εἶναι φῶς, δὲ μέν τις οἰσται καὶ ἐντεῦθεν κατασκευάζεσθαι τῇ οὐσίᾳ μὴ διεστηκέναις τοῦ Υἱοῦ εἰπειν; ἐπὶ τὴν λοιπὴν λογικὴν κτίσιν. Neminem enim percipere posse omnem splendorem totius gloriae Dei præter Filium Dei. » Nihil ergo hic statuit de Spiritu sancto Origenes, sed ex iis, que de Filio dixerat, de Spiritu sancto dijudicandum relinquit, ac de rebus tantum creatis loquitor, quas inter non modo non numerabat Spiritum sanctum; sed etiam declarat, lib. I *De principiis*, cap. 3, nullum prorsus locum in Scripturis occurtere, in quo idem de Spiritu sancto dicatur, quod de Sapientia, qua condita est initium viarum Domini. Jam similem de Spiritu sancto observationem Origenis apposui, in qua, postquam unam in Patre et Filio voluntatem esse ostendit, idem de Spiritu sancto considerandum docet, nec amplius quidquam addit. Eodem prorsus modo se gerit hoc in loco.

**B** Aequalitatem Spiritus sancti cum Filio egregie demonstrat, cum eum esse substantialiæ sanctitatem declarat. « Ego autem existimo, inquit, tom. II in *Joan.*, num. 6, Spiritum sanctum, ut ita dicam, materiam gratiarum, quæ a Deo proficiuntur, suppeditare iis, qui per eum ejusque participationem sancti sunt; ita ut ea, quam dico, materia gratiarum et donorum a Patre operante fiat, a Filio ministretur, per Spiritum sanctum subsistat. » Τῆς εἰρημένης ὅλης τῶν χαρισμάτων, ἐνεργουμένης μὲν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, διαχονουμένης δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑφεστώσῃς δὲ κατὰ τὸ ἄγιον Πνεύμα. Quemadmodum ergo Filius est idea idearum ac ipsa Veritas et Sapientia, qua omnia continentur; ita Spiritus sanctus est substantialis sanctitas, qua omnia dona continentur, per quem omnes gratae subsistunt: et quemadmodum ex eo quod Christus sit ipsa veritas, ejus aternitatem demonstrat Origenes, quia absurdum dictu esset, veritatem aliquando non fuisse; nemo non videt idem de Spiritu sancto dicendum esse.

**C** IX. Aequalitas Spiritus sancti cum Patre et Filio ex his maxime declaratur, que de sanctissima Trinitate disserere solet Origenes, velut cum ait, tom. XII in *Matth.*, num. 20, Christum iis, quos liberal, hoc beneficium conferre, ut baptizemur et ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἄγιου Πνεύματος, ἀπερ τρεῖς ἡμέραι εἰσιν ἀμα ἐνεστῶται αἰωνίως τοῖς δι' αὐτῶν ψιοῖς τοῦ φωτός. » In nomine Patris, et Filii, et sancti Spiritus, qui quidem tres dies sunt, aeternum simul existentes his, qui per eas filii sunt lucis. » Non verendum est, ne, dum sanctissimam Trinitatem, sub imagine trium dierum simul existentium describit, tres substantialias inducat. Satis superque ex his, que modo attuli, spectata et explorata est illius ea de re sententia; sed hujus triplicis diei haec vis et sententia est, ut quaecunque ab aeterno fuerint in Patre, ea pariter in Filio et Spiritu sancto existisset ab aeterno intelligamus. Hinc, tom. XV, num. 31, unam diem unamque vitam assignat Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Videamus, inquit, an totum praesens sæculum diem quamdam dicere possimus, nostri quidem habita ratione, magnum; brevem vero et exiguum, si cum Dei, et Christi, et Spiritus sancti vita comparetur. » Καὶ δρός εἰ δυνάμεθα δὲν ἐνεστῶται αἰωνία ἡμέραι τινά εἰπεῖν, μεγάλην μὲν ὡς πρὸς ἡμᾶς, μικράν δὲ τινά καὶ διλογορόντον, ὡς πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἄγιου Πνεύματος ζωήν. Ibidem unum imperium attribuit Trinitati, eamque vocat ἀρχικήν, Triada, et imperatricem Trinitatem. » Adorandam Trinitatem appellat tom. VI in *Joan.*, num. 17.

Pluribus locis docet Origenes tres personas a se invicem separari non posse. « Si anima, inquit homil. 8 in *Jerem.*, num. 1, non habet Deum Patrem, si non habet Filium dicentem: Ego et Pater veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus

(*Joan.* xiv, 23); si non habet Spiritum sanctum, anima deserta est. Habitata autem est, quando plena est Deo, quando habet Christum et Spiritum sanctum. Verum haec differenter et varie in Scripturis dicuntur, in anima hominis Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum conmoriari. Nam et David in psalmo confessionis tres Spiritus postulat, dicens: *Spiritu principali confirma me: Spiritum rectum innora in visceribus meis: Spiritum sanctum ne auferas a me* (*Psal.* L, 14, 12, 13). Qui sunt isti tres Spiritus? Principalis Spiritus, Pater est: Spiritus rectus, Christus est: Spiritus sanctus, Spiritus sanctus est. » Non tres Spiritus a se invicem separatos aut tres Deos admittit Origenes (quomodo enim sinu in eadem anima habitare possent?), sed tres personas, quarum unaquaque Spiritus et Deus est. Eodem sensu dicere non dubitat Gregorius Nazianzenus unum esse Deum in tribus splendoribus, unum naturam in tribus luminibus, *Carm.* pag. 154. Tres personas vocat « tria maxima », orat. 24, pag. 428. Interdum vero tres hypostases numerat in uno splendore et gloria, ut orat. 30, pag. 496.

Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum esse nubem docet, quæ justos obumbrat. « Quænam, inquit tom. XII in *Matth.*, num. 42, lucida ea nubes est justos obumbrans? An paterna forte virtus est, a qua Patris vox exit?.... Forsitan vero et Spiritus sanctus nubes lucida est justos obumbrans, et edens oracula Dei operantis in se et dicentis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui* (*Matth.* xvii, 5). Quin et audacter Salvatorem nostrum lucidam esse nubem pronuntiabo..... Lucida quippe Patris, et Filii, et Spiritus sancti nubes veros Jesu discipulos obumbrat. Φωτεινὴ γὰρ Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ τοῦ ἄγιου Πνεύματος νεφέλη ἐπισκιάζει τοὺς γνησίους Ἰησοῦ μαθητάς. Sic etiam tom. VI in *Joan.*, num. 29: « Deus est in fluvio letificante civitatem Dei: nam Pater in Filio est. Hanc ob causam, qui ad ipsum pergunt, ut laven- tur, probrum deponunt ex Ἀἴγυπτῳ ductum aptio- resque fiunt ut subvehantur, et mundantur a lepra, atque etiam parati fiunt ad Spiritus sancti recep- tionem; nimur ad aliud flumen non advolante spiritali columba. »

Si Filius est fluvius in quo est Pater, et a quo Spiritus non separatur, non mirum si tres illæ personæ æque sitiendæ et colendæ, ita ut si quis unam colere detrectet, is nullam colat. Id quoque conceptis verbis docet Origenes homil. 18 in *Jerem.*, num. 9, pag. 251: « Quis, inquit, ita desiderat Deum, ut dicat: *Sitivit anima mea ad Deum vivum?* (*Psal. xli, 3*) Quis ita sitivit ubera Petras, *Petra autem erat Christus?* (*I Cor. x, 4*.) Quis ita sitivit Spiritum sanctum, ut dicat: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus?* (*Psal. xli, 2*) Nisi hos tres fontes aquarum sitiverimus, nullum fontem aquarum reperiemus. (*Ἐάν μὴ τὰς τρεῖς πηγὰς τῶν ὑδάτων διψήσωμεν, οὐδεμίαν πηγὴν τῶν ὑδάτων εὑρήσομεν.*) Videbantur Judæi sitire unicum fontem aquarum Deum; sed quia Christum et Spiritum sanctum non sitivebant, de Deo quoque bibere non potuerunt. Videbantur item heretici sitire Christum Iesum; sed quia non sitiverunt Patrem, qui est Deus legis et prophetarum, de Christo quoque non bibunt. Sed qui unum quidem servant Deum, sed contemnunt prophetas, non sitiveront Spiritum sanctum, qui loquitor in prophetis: idcirco neque de paterno fonte bibunt, neque de eo, qui in templo clamabat et dicebat: *Si quis sitivit reviat ad me, et bibat* (*Joan. vii, 37*). »

(75) « Επεὶ δὲ φῶς ἀπαξαπλῶς, etc. Facile excusatibus hic locus, si oīσια vertatur persona, aut.

τὸν Πατέρα. Hinc concludat aliquis aliam Patri substantiam, aliam Filio Origenem tribuisse. At id certe satis clarum non est: nam hic negat simpliciter colligi posse ex his duobus Joannis locis Patrem a Filio non differre substantia; minime vero negat non differre. Vedit id Ferrarius Origenis interpres, et adnotavit. Apertius loci patefieri videtur sensus ex sequentibus, in quibus ait Origenes futurum ut qui cautius attenderit, et saniora proloqui voluerit, dicat Patrem qui lux est, eatenus differre a Filio qui lux est similiter, quatenus lux Filius lucet in tenebris, et ab ipsis oppugnatur; cum nempe assumpta οὐσίᾳ, id est substantiæ nomine *persona* intelligatur. Neque necesse est uti venia, quam dat Huettius, ut eos Origenes minimè dicatur vituperare qui Patrem a Filio οὐσίᾳ non differre statuebant, sed eos tantum, qui hanc sententiam ex his duobus Joannis locis deducebant. Ipsam profecto sententiam vituperat, ut patet ex verbis sequentibus, quæ lucem huic loco afferent: 'Ο δέ τις ἀχριβεστερον τηρήσας, διὰ μηδέστερον λέγων, φήσει οὐ ταῦτα εἶναι τὸ φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ φῶς, καὶ μὴ καταλαμβάνουμενον ὑπ' αὐτῆς, καὶ τὸ οὐσία, ἐν τῷ οὐδεμίῳ ἔστι σκοτία.' Qui vero diligentius observaverit, et rectius locutus fuerit, dicet non idem esse lucem, quæ lucet in tenebris, ab eis non comprehensa, et lucem in qua haudquaquam sunt tenebrae. Ex his primo concludendum videatur non catholicam doctrinam, quæ unam et singularem Patris et Filii substantiam defendit, ab Origeni refelli; sed hereticos, qui, ut tanti mysterii eredendi molestiam sibi excuterent, Patrem et Filium ταῦτα esse, id est unam et eamdem rem ac personam volebant. Hanc enim habet viii et naturam illud ταῦτα, quod de Patre et Filio dici vetat, ut patet vel ex eodem hoc loco in quo quærentur sanctus evangelista dixerit: *In ipso vita erat, et vita erat lux hominum (Joan. i, 4)*, sive vita luci præposuerit, respondet vitam et lucem, etsi ταῦτα unum et idem, variis tamen modis considerari. 2º Cum heretici, quos refelli Origenes, unius essentiæ nomine unam personam intellegarent, dubium non est quin Origenes eidem loci eamdem sententiam subjicerit, et sub unius essentiæ nomine singularitatem personæ rejecerit. Hac observatio inde confirmatur, quod Origenes dum hanc heresim refelli, in contraria non seratur, sed medium teneat, ut catholica semper tenuit Ecclesia. Si enim contra hereticos verum Deo Filium vindicat, ut non aliam Patris et Filii distinctionem ponat, quam quæ ex ipsa Patris et Filii notione deducitur. Postquam eniū demonstravit in Patrem non cadere ut luceat in tenebris et persecutionem a tenebris patiatur, quia haec ad Filii incarnationem referuntur, hanc tertiam rationem addit: 'Tertio, inquit, dicitur haec lux vera, qua ratione Pater veritatis Deus amplior est et major quam veritas; et Pater cum sit Sapientia, quanto ipsam Sapientiam, tanto lucem veram superat.' Defendit ergo mysterium, quod nefarii heretici evertabant; nec aliam rationem affert, cur Pater a Filio distinguitur, cur Filius major sit, nisi quod veri Filii verus est Pater. 3º Non invitus fatebor idem factum ab Origene, quod a multis aliis accuratissimis Patribus, qui, etsi unam et singularem tenent in tribus personis essentiam, quia tamen haec essentia alias habet in Patre, alias in Filio proprietates, interdum habita ratione hujusmodi personalium proprietatum, essentiam Filii ab essentia Patris distinguunt. Nihil igitur mirum si Origenes hoc loco veram lucem a Patre veræ lucis distinguat, immo Patrem et Filium duas luces esse contendit ibidem: Παραστατικώτερον δὲ δύο φῶτα τὸν Πατέρα καὶ τὸν Γίδον ἀπὸ τοῦ Δασκοτῶν πεμπτιφε φαλμῷ ἐν φωτὶ οὐν ὄφθει φῶς.

A natura humana inferiorem se gessit paterna lux, quæ non luceat in tenebris: 'Ο γάρ λόγῳ, inquit num. 21, ὁ Πατήρ μόνος ἔχει ἀβανασίαν, τοῦ Κυρίου ἡμῶν διὰ φιλανθρωπίαν θάνατον τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνείληψτος, τούτῳ ὁ Πατήρ ἔχει μόνος τό· σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι οὐδεμία, τοῦ Χριστοῦ διὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους εὑεργεσίαν ἐφ' αὐτὸν ἡμῶν σκοτίας ἀναδεδεγμένου.'

(76) Sed vereor tamen ne de Platonicæ doctrinæ narthecio deprompta ista sint. Docebat siquidem Plato τάγαθον, sive Deum Patrem, creasse νοῦν, mundo proximum, qui qua parte respiciebat Patrem, ejus

« Apertius autem Patrem et Filium duas luces existere per hæc a Davide scimus, psalmo quinto et trigesimo dicente: *In lumine tuo videbimus lumen (Psal. xxxv., 10)*. » Quid igitur? an Origenem dicemus ab egregiis principiis, quæ alibi statuit de identitate voluntatis et essentiæ, discedere? Ne digitum quidem discedit; sed quemadmodum recte dicitur lumen de lumine, voluntas ex voluntate, quamvis unum sit in Patre et Filio lumen, una voluntas, sic Origenes lucem ex luce agnoscit. Deinde vero illud memoria tendendum est Origenem contra hujusmodi hereticos disserere, quos inter et Catholicos de singularitate divinae naturæ conveniebat; in eo autem controversia erat, quod isti Patrem, et Filium et Spiritum sanctum, tria ejusdem naturæ variis modis considerante nomina, Catholici vero tres personas esse contendebant. Quamobrem contra hanc heresim usui erant Scriptura testimonia quæ Patrem a Filio, non solo nomine, non varia tantum ejusdem rei considerandas ratione, sed ut voluntatem ex voluntate, essentiam ex essentia distinguunt. Hæc dominus Prudentius MARAN in lib. iv *De divinitate Christi*, cap. 15, num. 3.

C (76) Sed vereor tamen, etc. Perperam timet Huettius ne de Platonicæ doctrinæ narthecio depromptum sit quod Patrem Origenes in tenebris lucere negat, Filium asserit. Ipse enim mentem suam non multo post aperit. Nam cum id durum et insolens videri posset, quærit, quam ob causam cum Salvator sit impeccabilis, et lux in qua nullæ tenebrae, id tamen Patri proprium tribuatur ut tenebra in eo non sint ulla. Respondet Salvatorem pro nobis factum esse peccatum: 'Ο γάρ λόγῳ (inquit num. 21) ὁ Πατήρ μόνος ἔχει ἀβανασίαν, τοῦ Κυρίου ἡμῶν διὰ φιλανθρωπίαν θάνατον τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνείληψτος, τούτῳ ὁ Πατήρ ἔχει μόνος τό· σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι οὐδεμία, τοῦ Χριστοῦ διὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους εὑεργεσίαν ἐφ' αὐτὸν τὰς ἡμῶν σκοτίας ἀναδεδεγμένου, ἵνα τῇ δυνάμει αὐτοῦ καταργήσῃ ἡμῶν τὸν θάνατον, καὶ ἔξαρσνη τὸ ἐν τῇ ψυχῇ ἡμῶν σκότος, ἣν πληρωθῇ τὸ πάρο τῷ Ησαΐᾳ, Ὁ λαὸς ὁ καθημενὸς ἐν σκοτίᾳ φῶς εἰδε μέλτα. » Nam qua ratione solus Pater habet immortalitatem, quia Dominus noster mortem pro nobis ob amorem erga genus humanum pertulit; hac Pater solus habet ut in ipso nullæ sint tenebrae: cum Christus, ut homines beneficio asliceret, tenebras nostras in se ipsum receperit, ut potentia sua mortem nostram deleret, expelleretque animarum nostrarum tenebras, nimirum ut impleretur illud Isaiae: *Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam (Isa. ix, 2)*. » Siccine a Platonicis non abudit, qui Filium in tenebris lucere ait, quia nostra causa incarnatus et mortuus est? Tertullianus lib. *adversus Praezem*, cap. 15, eamdem heresim refellens idecirco Paulum existimat de Patre dixisse, « qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem, ut et contraria ipsi Filio ascriberemus, mortalitatem, accessibilitatem, quem mortuum contestatur secundum Scripturas, et novissime a se visum per accessibilem utique lucem. » Hæc dominus Prudentius MARAN lib. iv *De divinitate Christi*, cap. 15, num. 5.

erat similis, secus qua inferiora. Macrobius, lib. i in *Somn. Scip.*, cap. 14, ex sententia Platonis sic disserit : « Deus qui prima causa et est et vocatur, unus omnium quæque sunt, quæque videntur esse, princeps et origo est. Hic superabundanti majestatis fecunditate de se mentem creavit. Hæc mens quæ νοῦς vocatur, qua Patrem inspicit, plenam similitudinem servat auctoris; animam vero de se creat posteriora respiciens. » Mundi hujus effectorem esse νοῦς Pythagorei affirmabant. Ab his non abliudit Origenes, cum Patrem ait non lucere in tenebris, Filium vero Patre esse inferiorem quatenus in tenebris luceat, ab hisque oppugnat; cum res nimirum ab eo procreatæ, ac homines præcipue beneficiorum immemores, auctoris sui leges ac mandata contemnunt.

(77) Difficilior etiam est locorum solutio, qui existant lib. viii contra Celsum, num. 42 : Εἰ δέ τις περίστασθεται, μή την αὐτομολούμενην πρόδε τοὺς ἀναιροῦντας δύο είναι ὑπόστασις Πατέρα καὶ Υἱὸν, ἐπιστησάτω τῷ, ἣν δὲ πάντων τῶν πατευσάντων ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, ἵνα θεωρήσῃ τό· Ἐγώ καὶ σ Πατήρ ἐν ἐσμεν· ει deinde : Θρησκέυομεν οὖν τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν Υἱὸν τὴν ἀληθειαν, δύτα δύο τῇ ὑπόστασι πράγματα, ἢν δὲ τῇ ὅμονοις καὶ τῇ συμφωνίᾳ, καὶ τῇ ταυτότητι τοῦ βουλήματος· Patrem et Filium duo esse ait ὑπόστασι, unum consensu et concordia. (78) Atqui ὑπόστασι pro

A οὐσίᾳ priscis temporibus solebat usurpari ab ethniciis et Christianis. Hieronymus epist. 57 ad Damas. : « Tota sæcularium litterarum schola nihil aliud ὑπόστασιν nisi οὐσίαν novit. » Ita sumpserunt Nicæni Patres, ita Sardenses. Ita et sumpsisse Origenem verisimile est. Tomo quidem primo in *Joannem*, num. 23, sic loquitur de Valentianis : Οἱόμενοι προφορὰν πατρικὴν, οἶον εἰν ταῖς τελείαις εἰναῖς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο ὑπόστασιν αὐτῷ, εἰ ἀκριβῶς αὐτῶν πυνθανομέθω, οὐ διδάσκων, οὐδὲ οὐσίαν αὐτοῦ σαργητίζουσιν. Ubi ὑπόστασιν ab οὐσίᾳ distinguit quidem, at non sumit pro persona, sed pro subsistentia, personam quippe proprio vocabulo ἴδιότητα alias appellat. Præterea cum unum esse consensu et concordia dixerit Patrem et Filium, postquam docuit duos esse hypostasi, plane ὑπόστασις vocabulum videtur notandæ substantiæ adhibuisse : nam si priore loco duos esse significasset quoad personas, adiecisset profecto unum esse quoad οὐσίαν. At cum unum esse scriperit consensu duntaxat, aliam omnem videtur respuisse unitatem, et duos quoad οὐσίαν credidisse. Antiochenus ille conventus in encœniis celebratus anno 341, in *Expositione fidei ecclesiastice*, quam Expositionem referunt Athanasius et Hilarius in libris *De synodis contra Arianos*, consimili locutione utitur : « Manifesta utique, inquit, Patris, vere Patris; certaque Filii, vere Filii; notaque Spiritus sancti, vere

(77) *Difficilior etiam est locorum solutio*, etc. Dif-  
fícilis equidem prima fronte videri possit locorum istorum solutio; sed si attentius et penitus inspi-  
ciantur, præclarissimum dabunt numericæ in divina  
substantia unitatis testimonium. 1º Adhibita ab Ori-  
genie cautio, ne idem quod Noetiani sentire videretur,  
argumento est medianum illum viam tenuisse inter  
Arianam et Sabellianam heresim, ut catholica semper  
tenuit Ecclesia. Quic enim tres personas longe  
lateque dissocians, id sibi cavendum et metuendum  
poterit, ne eas confundere videatur? 2º Repetit qui-  
dem Origenes unitatem Dei ex concordia et con-  
sensu inter Patrem et Filium, sed hunc consensum  
in identitate voluntatis ponit: quæ quidem loquendi  
ratio cum sua sponte voluntatum sive essentiam  
Patris Filio communicata designat, tum vero alium  
sensem hoc loco non patitur. Nam hereticis unam  
in Patre et Filio voluntatem sive essentiam et hy-  
postasim singulis concedit unam esse voluntatem,  
duas hypostases requirit. Quod si, ut duas hy-  
postases, ita etiam duas voluntates admittet, cur  
in altero manus dat hereticorum sententia, de altero  
tam obstatne deligit? Cum præsertim data opera dis-  
tinguat, quid numerum in Trinitate patiatur, quid non  
patiatur. Deinde vero ex hac voluntatis identitate fieri  
declarat, ut qui Filium viderit, Patrem quoque vi-  
derit. Optime quidem si tota Patris voluntas Filio  
tradita et communicata: hoc enim posito sequitur  
nihil esse in Patre quod non sit in Filio, et Patrem  
videri, dum videtur Filius. At si identitas voluntatis  
nihil aliud est, quam obsequium Filii adversus Pa-  
trem, quis tam absurdus, ut ex ejusmodi obsequio  
concludat æqualem Patri esse Filium, et Patrem  
videri dum videtur Filius? 3º Refelli hoc loco Ori-  
genes quod Celsus perinde fieri a Christianis di-  
cebat, ut cum ipsi præter summum Deum, « hunc  
recens exortum » (sic enim Christum designabat)  
colere non dubitarent, eamdem veniam aliis non  
darent summo Deo ministrum ingendi. Respondet

C Origenes aliter de Christianis existimaturo fuisse Celsum, si intellexisset illud : *Ego et Pater unum sumus* (*Joan. iv, 30*), et, *Pater in me, et ego in Pa-  
tre* (*ibid. 58*). Tum adhibita cautione ne quis sibi  
Noetiane hæresis notam inureret, concludit contra  
Celsum « unum Deum, Patrem et Filium » a Christianis coli, « res quidem hypostasi duas, unam autem  
identitate voluntatis. » Non poterat Ecclesiæ causa ac-  
curatius defendi: nam ex unitate substantiæ in Pa-  
tre et Filio unitas Dei necessario consequitur. At si  
Origenes citata Scripturæ verba ad obsequium Filii  
et consensum voluntatum evocasset, ut factum ab  
Arianis, quomodo sibi unum Deum colere videba-  
tur? Nonne Celsus eodem jure consensum voluntati-  
num inter summum Deum et ejus ministros objec-  
set? An ita absurdus fuit Origenes, ut in id, quod  
reprehendebat in ethniciis, revolvi se non videret;  
aut ita improbus ut dissimularet? Hæc D. Pruden-  
tius Maran, lib. iv *De divinitate Christi*, cap. 15,  
num. 6. Vide insuper Bullum, *Defens. fidei Nicænae de  
Filii τῷ ὁμοιωτιῳ*, sect. 2, cap. 9, num. 41.

(78) Atqui ὑπόστασις pro οὐσίᾳ priscis tempori-  
bus solebat usurpari, etc. « Etiamsi de nonnullis scrip-  
toribus id concederem, de Origene certe concedi  
non posset; sed multi alii hanc vocem in eamdem  
sententiam usurparunt. Ipsi heretici, cum unam  
hypostasim admitterent, nonne hypostasis nomine  
personam intelligebant? Ut omittam Alexandrum  
Alexandrinum qui in epistola ad Alexandrum CP.  
idem docet ac Origenes; Athanasium, qui tres hy-  
postases cum una in concordiam adduxit; Basilium  
et Gregorium Nazianzenum, et alios trium hyposta-  
sium defensores; uterque Dionysius, Romanus et  
Alexandrinus, sex episcopi, quorum exstat epistola  
ad Paulum Samosatenum, hypostasim codem modo ut  
Origenes interpretati sunt. — Hæc D. Prud. Maran,  
*De divin. Chr. cap. 15, num. 6. Vide et Bullum, ibid.*  
quo supra.

Spiritus sancti : hisque nominibus non simpliciter, neque otiosis propositis, sed significantibus diligenter propriam uniuscujusque nominatorum substantiam, et ordinem, et gloriam, ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum : » Ός είναι τῇ μὲν ὑποστάσει τρία, τῇ δὲ συμφωνίᾳ. *Ei.* Diceres postrema hæc ex Origene deprompta : quæ tamen excusavit et emollivit Hilarius, cum diceret non adversus eos coactam fuisse synodum, qui Patrem et Filium et Spiritum sanctum substantia differre sciscerent, sed adversus eos qui unam in Trinitate personam, Patrem scilicet, sed tribus distinctam nominibus post synodi Nicænæ tempora statuebant. Quibus ut occurserent Antiocheni, tres substantias esse dixerunt (verba sunt Hilarii ὑποστάσεις pro more suo substantias interpretantis), subsistentium personas per substantias edocentes, non substantiam Patris et Filii et Spiritus sancti diversitate dissimilis essentiae separantes. » Tum subjugit : « Quod autem dictum est, ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum, non habet calumniam. Quis cognominato Spiritu, id est Paracleto, consonantiae potius quam essentiæ per si-

A militudinem substantiæ prædicari convenit unitatem. Auctor libri *De Trinitate*, qui Novatiano ascribitur, et inter Tertulliani opera vulgo habetur, cap. 22, adversus eandem hæresim disputans, quæ Filium a Patre nomine solo differre decernebat, iisdem pene verbis, eadem certe sententia usus est ac Antiochenum concilium. Sic enim locum illum Joannis exponit, *Ego et Pater unum sumus*<sup>10</sup> : « Unum, inquit, nentraliter positum societatem concordiam, non unitatem personæ sonat. Unum enim non unus esse dicitur, quoniam nec ad numerum referuntur, sed ad societatem alterius expromit. Denique adjicit dicens, *Sumus, non Sum*, ut ostenderet per hoc quod dixit, *Sumus et Pater*, duas esse personas. Unum autem quod ait, ad concordiam et eandem sententiam, et B al ipsam charitatis societatem pertinet, ut merito unum sit Pater et Filius per concordiam, et per amorem, et per dilectionem. » Jam vero auctoris hujus et Hilarii rectane sit sententia et locutio, nou disquirro.

(79) Sed quid defensionem præbere conamur Origeni, cum suam ipse causam prodat tom. II in *Joan.*, num. 3, ubi quemdam impugnans δογμα-

<sup>10</sup> *Joan.* I, 30.

(79) *Sed quid defensionem præbere conamur?* etc. Videndum an merito decernat Huettius hypostasis nomine non personam ab Origene intelligi, sed essentiam, quam qui unicam in Trinitate statuant, ab iis Origenem palam et aperte dissentire. 1<sup>o</sup> Perspicuum est nihil negotii esse Origeni cum Catholicis unam in tribus personis essentiam admissentibus, sed cum Noetianis qui nullam propriam Spiritus sancti substantiam subsistere volebant; aut si Patrem a Filio distinguebant, saltem eo ferebantur, ut Spiritum sanctum eundem esse ac Patrem existimarent. Quare apud Origeneum Spiritum sanctum eundem ac Patrem existimare, idem sonat ac propriam illius substantiam per se subsistentem negare. Atque hanc fuisse Noeti Origeni aequalis sententiam omnibus notum. Is enim divinam essentiam per se subsisterere non negabat; sed per se subsistere in tribus personis, ita ut per proprietates personales propria sit cuiusque persona, id pernegabat. Nihil igitur aliud defendit Origenes, quam quod isti negabant, Spiritum sanctum personam esse a Patre et Filio distinctam. 2<sup>o</sup> Essentia et hypostasis nomine personam his in locis designari contra quam videtur Huettio, multis testimoniis declaratur. Neque enim aliter accipi possunt haec verba ex tom. XVII in *Matt.*, num. 14 : Οὐ νομιστέον γὰρ εἶναι ὑπέρ αὐτῶν τοὺς τὰ φεύδη φρονοῦντας περὶ αὐτοῦ, φαντασία τοῦ δοξάζειν αὐτῶν ἐποίοι εἰσιν οἱ συγχέοντες Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἔννοιαν, καὶ τῇ ὑποστάσει διδόντες [leg. διδάσκοντες] εἶναι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, τῇ ἐπινοίᾳ μάλιστα τοῖς ὄντας διατρέποντες τὸ ἐν ὑποκύπεμον. « Neque enim pro eo (Christo) stare existimandi sunt, qui falsa de eo fingunt, dum sibi videantur honorem ei habere; quales sunt qui Patrem et Filii notionem confundunt, ac unum hypostasi esse Patrem et Filium volunt, sola cogitatione et nominibus unam personam distinguente. » Habemus hoc loco eodem hæreticos, ac superiore, eamdemque Origenis sententiam. Hypostasim et suppositionem sive personam nullo discrimine adhibet; ac Patrem et Filium hypostasi unum fingere, idem censet, ac unam et singularem personam sola cogitatione ac solis nominibus distinguere. Non ergo substantiae, sed per-

sonæ singularitatem in Trinitate condemnat, eamque distinctionem requirit, quæ sola cogitatione ac solis nominibus non contineatur. Similiter tom. II in *Joan.*, num. 2, duplēm classem instituit hæreticorum de unius Dei cultu gloriantium : « Ήτοι ἀρνουμένους ἰδίωτη τοῦ Ιησοῦ ἐπέραν παρὰ τὴν τοῦ Πατρὸς, ὁμολογοῦντας Θεὸν εἶναι τὸν μέχρι ὀνόματος παρὰ αὐτοῖς Τίλον προσαγορεύμενον. Ἡ ἀρνουμένους τὴν θεότητα τοῦ Υἱοῦ, τιθέντας δὲ αὐτοῦ τὴν λαϊτηταν, καὶ τὴν οὐσίαν κατὰ περιγραφὴν τυγχάνουσαν ἐπέραν τοῦ Πατρός. Vel qui negant proprietatem Filii aliam esse ac Patris, confidentes Deum esse eum, qui apud eos nomine tenus appellatur Filius: vel qui Filii divinitatem negant, ejus autem proprietatem et essentiam per se subsistentem, aliam esse ac Patris confidentur. » Idem ergo sonant apud Origenem proprietates, persona, suppositionem, essentia per se subsistens. Non adjungam ad meos usus, quod concedere videtur Huettius, eos ab Origene vituperari, qui substantiam κατὰ περιγραφὴν, aliam in Filio ac Patre ponebant. Non eos vituperat, sed laudat potius; et merito quidem, nam οὐσία κατὰ περιγραφὴν, nihil aliud est, quam essentia suis proprietatibus circumscripta et definita, sive per se subsistens. Hanc loquendi rationem, quæ magni momenti est ad Origenis doctrinam explicandam, sic ipse exponit sub finem tom. I in *Joan.*, num. 42, pag. 47 : Καὶ ἔτι εἰς τὸ παραδίδοσθαι τὸν λόγον ἴδιαν περιγραφὴν ἔχοντα, οἷον τυγχάνοντα ζῆν καθ' ἑαυτὸν, λεκτέον καὶ πρὸ δυνάμεων, οὐ μόνον δυνάμεως. Τάδε λέγει Κύριος τῶν δυνάμεων, πολλάχοι κείται, λογικῶν τινῶν θείους ζώντας δυνάμων ὄντομαζομένων, ὡς ἡ ἀνωτέρω καὶ κρείττων Χριστὸς ἦν, οὐ μόνον σοφία Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις προσαγορεύμενος. Πλοπέρ οὖν δυνάμεις Θεοῦ πλειονές εἰσιν, ὡς ἐκάστη κατὰ περιγραφὴν, ὡν διαφέρει ὁ Σωτὴρ, οὐτως καὶ λόγος, εἰ καὶ ὁ παρήμενος οὐκ ἔστι κατὰ περιγραφὴν ἔκτος τημῶν, νοηθήσαται ὁ Χριστὸς διὰ τὰ προεκτασμένα, ἐν ἀρχῇ τῇ σοφίᾳ τὴν ὑπόστασιν ἔχων. « Ad hæc ut intelligatur Verbum habere propriam circumscriptiōnem, quippe cum per se subsistat, dicendum est de potentiis, non solum de potentia. *Hæc dicit Dominus virtutum*, multis locis ponitur : quo virtutum nomina

τίσοντα μηδὲ οὐσίαν τινὰς ίδιαν ὑφεστάντας τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἔτέραν παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, distinctionem ait Filium inter et Spiritum sanctum ostendi his verbis : *Qui verbum dixerit in Filium hominis, dimittetur ei : qui autem blasphemiam dixerit in Spiritum sanctum, non dimittetur ei, nec in hoc saeculo nec in futuro*<sup>11</sup>. Deinde addit : *Ημεῖς μέντοις τρεῖς ὑποστάσεις πειθόμενοι τυγχάνειν, τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν* (quae duo vocabula per typographi incuriam prætermissa sunt), καὶ τὸ

<sup>11</sup> Matth. xii, 32.

intelliguntur divina quædam animalia rationalia, quibus superior et præstantior Christus, qui non solum Sapientia, sed etiam Virtus dicitur. Quemadmodum ergo plures sunt Dei potentiae, quarum unaqueque circumscriptiōnē habet, id est, per se subsistit, sic Verbum (quamvis nostrum per se non subsistat extra nos) intelligetur Christus ex iis, quæ antea indagavimus, in Princípio, id est, in Sapientia, hypostasim habens. » Sic etiam apud Basiliū epist. 38, num. 2, περιγραφὴ opponiuit substantiæ communī tribus personis. Et, num. 3, hypostasis sistere et circumscribere definitur id quod commune est et incircumscripsum sive infinitum : *Tὸ κοινὸν τε καὶ ἀπεργράφων παριστῶσα καὶ περιγράφουσα.* — D. Prudent. MARAN, *De divinit. Christi*, lib. iv, cap. 15, num. 4.

(80) Sed ea et Rufini interpres, Origenianos errores celare volentis, etc. Multa alia ex Origene proferri possunt, ex quibus pateat aliquid essentia et hypostasi unum dici, cum sola cogitatione ac variis tantum nominibus distinguitur, quemadmodum nefarii heretici de Trinitate sentiebant. Sic tom. I in Joan., num. 30, pag. 52 : Μῆδεις δὲ προσκοπέτω διαχρινόντων ἡμῶν τὰς ἐν τῷ Σωτῆρι ἐπινοεῖς, οἴδημενος καὶ τῇ οὐσίᾳ ταύτων ἡμᾶς ποιεῖν. « Neinο offendat quod distinguamus in Salvatore varias illius considerandi rationes, idem arbitratuſus ejus quoque (οὐσίᾳ) essentiæ a nobis fieri. » Hic profecto essentiæ eadem vis ac persona; si quidem metuit Origenes, ne dum multa in Christo distinguit, multas in eo personas distinguere videatur. Similia habet de Christo homil. 8 in Jerem., num. 2, pag. 171 : Τὸ μὲν ὑποκείμενον ἐν ἑστὶ, τὰς δὲ ἐπινοεῖς τὰ πολλὰ ἀνόματα ἐπὶ διαφέρουν ἑστὶ. « suppositum quidem unum est, sed pro considerandi ratione multa nomina variis rebus impouuntur. » Vide tom. VI in Joan., num. 22, pag. 137. Sic etiam homil. 18 in Jerem., num. 4, pag. 244, demonstrat unam et eamdem rem in Scripturis sanctis, prout leviter persstringitur aut intentius consideratur, fontem esse vel puteum. Τὸ αὐτὸν τῇ ὑποστάσει τῷ μὲν ἐπικολαψ πηγῇ ἑστὶ, τῷ δὲ βαθυτέρῳ φάερ. « Res una et eadem hypostasi fons est leviter persstringenti, penitus scrutanti D putens. » Et tom. XVI in Matth., num. 6, pag. 717, « Plurimi, inquit, utrumque (id est, calicem et baptismum) ad martyrium referunt. » Οὐ παριστάτε, οὐτε εἰ δύο ἐπινοεῖς ἔχει δηλουμένας διὰ τῶν δύο ἀνομάτων ἐν τῇ ὑποστάσει τυγχανόντων (legendum videtur τυγχάνον) οὐτε εἰ δύναται καὶ δύο δηλουμέναι ἐν τούτοις πράγματα. « Neque illud explicantes, utrum, cum unum sint hypostasi duas habeant considerandi rationes duobus nominibus significatas, an duae res his vocibus significari possint. » Ex his concludendum in his testimoniosis, quæ trium substantiarum errorem pre se ferre visa sunt, pessimam heresim refelli, optimam constitui sententiam. Immerito sane vapulavit magnum Origenis studium hujusmodi heresis refellendæ, quæ Patris et Filiī notiones confundebat, Spiritum sanctum eundem esse asseverans ac Patrem, vel etiam eundem ac Filium, ac nullam Spiritu sancto

A ἁγιον Πνεῦμα. Quibus significat ab eo qui unicam in Trinitate οὐσίαν ponit, se dissentire, et tres ὑποστάσεις admittere, hoc est, tres οὐσίας. Nam si ιδότητας, hoc est « personas, » hic significaret vox ὑποστάσεις, neutiquam exprimeret dissensionem suam ab eo qui unius οὐσίας Trinitatem esse volebat.

IV. Alias quidem orthodoxa nonnunquam videtur esse prolocutus, (80) sed ea e Rufini interpretis, Origenianos errores celare volentis, officina

propriam hypostasim, nullam Filio essentiam per se subsistentem ac suis proprietatibus definitam attribuebat, sola cogitationis et inanum nominum relicta distinctione. Quis non miretur Origenem hos hereticos refellentem, visum esse cum Catholicis manus conserere? Multo id magis mirabimur, si considereremus, quam diligenter et accurate catholicam sententiam constitut. Unum id enim ab hereticis postulat ut Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum personalibus proprietatibus non defraudent. Tres hypostases admittit et requirit; sed hanc distinctionem ei opponit, quæ sola cogitatione ac solis nominibus continetur. Duo extrema æque fugienda ac vituperanda censem, sive quis Deum Christum confessus, ejus proprietatem a Patris proprietate non distingual, ac solo nomine Filium appelleat; sive proprietatem et essentiam per se subsistentem Filio tribuens, ejus divinitatem inficietur. Ipse igitur inter utrosque interjectus Filium fatetur Deum; sed Deum de Deo, sed verum Filium esse contendit: essentiam divinam ei vindicat, sed quæ aliam in eo ac in Patre proprietatem personalē habeat. Si tres substantias dissimiles tenuisset Origenes, majorem in modum indignatus esset quod due res creatae cum Creatore confundentur. At quis non insanissimum tantum opere insumat ut duas res creatas non sola cogitatione, sed personali proprietate a Creatore distinguiri demonstret? Nefas igitur dubitare quin Origenes unam numero substantiam in tribus personis admittat, siquidem de solis proprietatibus personalibus item movet. Aque id confirmare possumus ex tomo X in Joan., num. 21, pag. 199, ubi sic loquitur de ipsis illis hereticis, qui sese tuebantur his Christi verbis : *Destruite templum hoc, et in tribus diebus erigam illud* (Joan. II, 19); ac inde concludebant Christum eundem numero esse ac Patrem, qui apud Paulum dicitur Christum excitasse (I Cor. xv, 15) : « Qui ex his, inquit, sibi videntur, demonstrare, μὴ διαφέρειν τῷ ἀριθμῷ τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐν οὐ μόνον οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ὑποκείμενῳ τυγχάνοντας ἀμφοτέρους, κατά τινας ἐπινοεῖς διαφόρους, οὐ κατά ὑποστάσεις λέγεσθαι Πατέρα καὶ Υἱόν. » λεξτέον πρὸς αὐτοὺς πρῶτων μὲν τὰ προγονούμενα, κατασκευαστικά ὅτα τοι ἔτερον εἶναι τὸν Υἱὸν παρὰ τὸν Πατέρα, καὶ ὅτι ἀνάγκη τὸν Υἱὸν Πατρὸς εἶναι Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα Υἱοῦ Πατέρα. « non distinguunt numero Patrem a Filio, sed unum non solum essentia, sed etiam supposito utrumque existente, secundum varias quasdam considerandi rationes, non secundum hypostasim Patrem et Filium dici : illis respondere debemus in primis quidem illa verba, quæ præcipue astruant alium esse Filium a Patre, ac necessario Filium esse Patris Filium, et Patrem Filii Patrem. » Semper igitur sibi constat Origenes. Hypostasim et suppositum nullo habet discrimine : concedit Filium unum esse essentia cum Patre, sola persona controversiam facit. Hinc in superioribus testimoniosis, cum essentiam Filii aut Spiritus sancti a Patris essentia videatur distinguere, semper addit aliiquid quod hanc distinctionem solis prouinciatibus personalibus contineat : velut cum

produsse vehementis suspicio est. Talis ille locus est homil. 12 in *Num.*, num. 1, pag. 312: «Est ergo haec trium distinctio personarum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto, quae ad pluralem putoerum numerum revocatur. Sed horum putoerum unus est fons: una enim substantia est et natura Trinitatis;» et hic etiam e lib. iii in *Epist. ad Rom.*, num. 11: «Fidem autem dicimus in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, integrum, plenam, perfectam, quae nihil diversum, nil discrepans, aut extraneum in Trinitate profitetur;» et ille e lib. v, num. 2, pag. 553: «Nec rapinam dicit (Christus) esse se aequalem Deo; hoc est, non sibi magni aliquid deputat, quod ipse quidem aequalis Deo, et unum cum Patre est;» et iste e lib. vii, num. 15, pag. 612: «Si ergo Filius Deus super omnia dicitur, et Spiritus sanctus continere omnia memoratur, Deus autem Pater est ex quo omnia, evidenter ostenditur naturam Trinitatis et substantiam unam esse, quae est super omnia;» et hic quoque e lib. viii, num. 5, pag. 626: «Sunt etiam nonnulli qui annuntiant quidem et praedican de Patre, et Filio, et Spiritu sancto, sed non sincere, non integre; ut sunt omnes haeretici, qui Patrem quidem, et Filium, et Spiritum sanctum annuntiant, sed non bene, non fideliter annuntiant. Aut enim male separant Filium a Patre, ut alterius naturae Patrem, alterius Filium dicant; aut male confundunt, ut vel ex tribus compositum Deum, vel trina tantummodo appellationis in eo esse vocabulum putent. Qui autem bene annuntiat bona, proprietates quidem Patri, et Filio, et Spiritui sancto suas cuique dabit; nihil autem diversitatis esse confitebitur in natura vel substantia;» neconon et ille e lib. i *Perī ἀρχῶν*, cap. 2, num. 5: «Secundæ vero comparationi imago Filii Dei, de qua nunc sermo est, comparari potest etiam secundum hoc quod invisibilis Dei imago invisibilis est, sicut secundum historiam dicimus similitudinem Adæ filium ejus Seth. Ita enim scriptum est: *Et genuit Adam Seth secundum*

<sup>12</sup> Gen. v, 3.

addit propriam et subsistentem, ac suis proprietatis definitam et circumscriptam. Denique, ut supra haereticos castigabat quod Christum nomine tenus Filium dicenter, hic Filium vere esse Filium, Patrem vere Patrem contendit: in quo non solum Noetianos refellit, qui haec ad inanem metaphoras redigebant; sed etiam Arianos, qui in haeresi plane contraria eadem postea nugati sunt. — Dominus Prudentius MARAN, *De divinitate Christi* lib. iv, cap. 15, num. 4 et 5.

(81) *Filiū qui splendor gloriæ, et figura substantiæ paternæ appellatur, id esse censebat ratione Patris, quod est radius respectu solis.* Hoc solis solarisque radii exemplo nihil frequentius apud Origenem aliasque Patres ad significandam alienam Verbi generationem: sed quatenus radius est portio quadam et effluvium solari substantiae, nusquam censuit Origenes Filium id esse ratione Patris, quod est radius respectu solis. «*Nunquidnam,*» inquit lib. i *Perī ἀρχῶν*, cap. 4, num. 1, «*quia (Filius) lumen nominatur, simile putabitur solis hujus lumen? Lumen est verum,*» ait lib. eodem cap. 2, num. 6, «*quod illuminat omnem hominem*

A *imaginem suam, et secundum speciem suam*<sup>13</sup>. Quæ imago eliam naturæ ac substantiæ Patris et Filii continet unitatem;» et hic e capite sequenti, num. 4, quem recitat Pamphilus in *Apologia*: «Quod si esset, nunquam utique in unitate Trinitatis, id est, Dei Patris inconvertibilis, et Filii ejus, etiam ipse Spiritus sanctus haberetur:» et iste etiam e cap. 5, num. 3: «Non enim Trinitatis natura habere aliquid compositionis ostensa est;» et hic e lib. iii, cap. 6, num. 1, pag. 152: «Id quod unum est Filius cum Patre, ad naturæ proprietatem referendum fidei veritas docet;» et iste præterea e lib. iv, in *Anacephalæosi*: «Veritas, vita, sapientia, idem sunt ac Christus: Christus idem ac Pater. Quæ quamvis intellectu multa esse dicantur; re tamen et substantia unum sunt, in quibus plenitudo est divinitatis:» cui et hic indidem adjungendus num. 28: «Non enim dicimus, sicut haeretici putant, partem aliquam substantiæ Dei in Filium versam, aut ex nullis subsistentibus Filium procreatam a Patre, id est, extra substantiam suam, ut fuerit aliquando, quando non fuerit.» Nihil esset ad Trinitatis laudem clarus, si non, ut dixi, suspecta ea faceret fluxa Rufini interpretis fides. Utilia quoque haec esse Origeni putaverit aliquis, quæ leguntur tom. II in *Joan.*, num. 6: «Εἰ δὲ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν φησί ὁ Κύριος ἡμῶν ὅπερ τοῦ Πατρὸς ἀπεστάθαι: καὶ τὸν Πνεύματος αὐτοῦ, ἐστὶ καὶ ἐνταῦθα περὶ τοῦ ἀποστείλαντος τὸν Χριστὸν Πνεύματος ἀπολογήσασθαι, οὐχ ὡς φύσις διαφέροντος, ἀλλὰ διὰ τὴν γενομένην οἰκονομίαν τῆς ἑνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἐλαττωθέντος παρ' αὐτῷ τοῦ Σωτῆρος. At cum Spiritum sanctum ait non esse φύσις διαφέροντα, minime significat *natura non differre*, quod putavit Perionius, sed *natura non præstare*.

V. Validior ille locus ex eodem tomo in *Joan.*, num. 2, ubi adversus quosdam invehitur, ἀρνουμένους τὴν θεότητα τοῦ Υἱοῦ, τιθέντας δὲ αὐτοῦ τὴν ιδιότητα, καὶ τὴν οὐσίαν κατὰ περιγραφὴν τυγχάνουσαν ἐτέραν τοῦ Πατρός. (81) *Filiū qui splendor*

venientem in hunc mundum (*Joan.* 1, 9), sed nihil habet commune ad solis hujus lumen.» Germanam Origenis hac de re opinionem discere licet ex tom. xxxii in *Joan.*, num. 18, ubi ait: *Filiū esse splendorem totius gloriae Dei, et solum omnem splendorem totius gloriae Dei capere posse.* Quæ verba manifeste indicant nihil esse in exemplari quod non sit in imagine, adeoque Filium a Patre non dividi aut separari ut partem a toto, sed esse eius numero et ejusdem ac Patrem substantiam. Vide infra not. in num. 24; vide et *Bullum in Defens. fidei Nicænæ*, de Filii subordinatione, cap. 4, num. 9, 10 et seqq., ubi evidenter ostendit numericam unitatem substantiæ Patris et Filii eatenus agnoscisse Origenem, quatenus ipsam Patrum antiquorum quisquam, adeoque ipse Athanasius agnoscit: hoc est, credidisse Origenem Patrem et Filium et Spiritum sanctum, cum revera tres sint personæ, nequaquam tamen ut tres homines secundum et separatum existere; sed intime sibi invicem cohaerere et conjunctos esse; adeoque alterum in altero existere, atque, ut ita loquerar, immutare invicem et penetrare per incessibilem quandam

glorie, et figura substantiae paternæ appellatur<sup>13</sup>, id esse censebat ratione Patris, quod est radius respectu solis. Atqui solaris radius sole licet inferior, ejusdem tamen est substantia ac sol ipse; nam substantia solaris effluvium quoddam est et particula, sed tamen non est una numero et eadem substantia. (82) Hic ergo culpat hæreticos substantiam Filii a Patris substantia penitus, et κατὰ περιγραφὴν σεcerentes, et ab hac illam emanasse negantes: at in allatis superius testimoniis Filium insiciatur unius numero ac ejusdem esse ac Patrem substantia. Vera haec est et germana Origenis opinio. Hinc conciliantur ἐνσυντοφανῆ ista Epiphanius hær. 64, cap. 4: «Ex τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τοῦτον (Τίδυ) εἰσηγεῖται: Ex substantia Patris eum (Filium) esse arbitratur: » cum illis e cap. 8: «Ἐν πολλοῖς τόποις εὑρομεν αὐτὸν τὸν Μονογενῆ Θεόν ἀπαλλοτριοῦντα τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητός τε καὶ οὐσίας, ὅμοῦ τε καὶ τῷ Πνεύμα τῷ ἄγιον: » Multis in locis invenimus eum Unigenitum Deum segregantem a Patris divinitate et substantia, simul vero et Spiritum sanctum. » (83) Quod si genuina haec est Origenis sententia, quam proponimus; parum ea certe perspecta fuerit Athanasio, cum ait *De decret. Nicæna synod.*: Περὶ δὲ τοῦ ἀδικίως συνεῖναι τὸν Λόγον τῷ Πατρὶ, καὶ μὴ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως, ἀλλὰ τῆς τοῦ Πατρὸς ἴδιου αὐτὸν εἶναι, ὡς εἰρήκασιν οἱ ἐν τῇ συνόδῳ, ἔξεστα πάλιν ἡμᾶς ἀκοῦσαι καὶ παρὰ τοῦ φιλοπόνου Ὀριγένους: « Verbum autem ab aeterno esse cum Patre, nec esse alterius essentia vel substantia, sed substantia Patris proprium illum esse, quemadmodum dixerunt qui interfuerunt synodo, licet nobis iterum audire ex laborioso Origene. » Non nego haec di-

<sup>13</sup> Hebr. i. 3.

ριχώρτων, quam circumcessionem scholastici vocant: ex qua περιγραφῆσε unitatem illam numericae necessario elici contendit Petavius lib. iv *De Trinit.*, cap. 16.

(82) Hic ergo culpat hæreticos substantiam Filii a Patris substantia penitus et κατὰ περιγραφὴν σεcerentes, etc. Vide paulo supra observationes nostras in hæc verba: Sed quid defensionem præbere conamur, etc.

(83) Quod si genuina haec est Origenis sententia, quam proponimus, parum ea certe perspecta fuerit Athanasio, etc. In eo ignoscat nobis vir eruditus, D. (inquit Bullus *Defens. fidei Nicæna*, de Filii τῷ ὄμοιοτῷ, cap. 9, num. 23, in fine) quod nihilominus persuasum habemus Athanasio episcopo Alexandrino, Origenis Alexandrini temporibus tam vicino, scriptorumque ejus aliorumque veterum diligentissimo pariter et perspicacissimo lectori, longe melius perspectam suisse Adamantii sententiam, quam cuiquam ex nobis seris nepotibus perspecta esse possit. Pergit autem Huetius: « Non nego, inquit, haec dixisse Origenem; at eo sensu dixisse quo Nicæna dixit synodus, id vero fateri non possum. » Rursus dico nemini melius cognitum esse potuisse synodi Nicænae sensum, quam Athanasio, qui synodo illi ipse interfuit. Ideo vero Athanasius testatur, Origenem tam de Filii τῷ ὄμοιοτῷ, quam de ipsis τῷ συγκατῷ cum Patribus Nicæni omnino sensisse. Ac de Filii quidem aeternitate verum illud esse non dislitebitur Huetius; de consubstantialitate vero id fateri se non posse profluebat. Atqui

A xisse Origenem; at eo sensu dixisse, quo Nicæna dixit synodus, id vero fateri non possum. Frustra igitur ad purgandum Origenem, afflita illi et scriptis ejus inserta esse dicit Rusinus in libello *De adulter. librorum Origenis*, quæcunque hanc hæresim sapiunt: « Nunquid, inquit, in eodem opere ejusdem libri interdum, ut diximus, statim in consequenti capitulo oblitus sui esse potuit, verbi causa, ut qui Patrem et Filium unius substantiæ, quod Græce ὄμοιοτον dicitur, designavit, in consequentibus statim capitulis alterius esse substantiæ, et creatum poterat dicere eum, quem paulo ante de ipsa natura Dei Patris pronuntiaverat natum? »

VI. Sic exposita Origenis doctrina, exploduntur nonnulli a quibus accusatum fuisse Origenem scribit Pamphilus in *Apolog.*, quod Filium Dei per prolationem in substantiam venisse dixerit. Mirum certe est hoc ei crimen objici, quod in aliis sæpe ipse carpit ac diserte. Nam præter ea que affert Pamphilus testimonia, insigne quoque illud est e tom. i in *Joan.*, num. 23, p. 23: Καὶ ἔστιν ἄξιον ἐπιστῆσαι τοῖς τὰ τοσαῦτα τῶν ὀνομαζομένων παραπεμπομένοις, καὶ τούτῳ ὡς ἔξαιρέτῳ χρωμένοις, καὶ πάλιν ἐπ' ἐκείνων μὲν διῆγησιν ζητοῦσιν, εἴ τις αὐτοῖς προσάγοι αὐτὰ, ἐπὶ δὲ τούτῳ, ὡς ταχὺς προσεμένοις τότε τὸ ποτὲ ἔστιν ὁ Γίδης τοῦ Θεοῦ Λόγος ὀνομαζόμενος, καὶ μάλιστα ἐπει συνεχῆς χρῶνται τῷ ἐξερεύσατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθὸν, οἰόμενοι προφορὰν πατρικήν, οἰοντες ἐν συλλαβαῖς κειμένην εἶναι τὸν Γίδην τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο ὑπόστασιν αὐτῷ, εἰ ἀκριβῶς αὐτῶν πυνθανομέθα, οὐ διδόστιν, οὐδὲ οὐσίαν αὐτοῦ σαφηνίζουσιν. (84) Atque resania fuit Valentianorum, Marcosiorum, aliorumque hæreticorum, quibus perpetuum Origenes bel-

fuse supra et luculententer ostendimus Filium non alio sensu Patri ὄμοιοτον dixisse episcopos Nicænos, quam quo Filius statuitur verus esse Deus perinde ac Pater, non creatæ alicuius aut mutabilis essentie. Atque hoc sensu Filium Patri ὄμοιοτον agnoscisse Origenem nos in hoc capite 9 abunde probavimus. Lege si vacat, integrum Bulli *Defensionem fidei Nicænae*, de Filii τῷ ὄμοιοτῷ, vel saltem totum caput primum et nonum.

(84) Atque haec resania fuit Valentianorum, Marcosiorum, etc. Minus belle Huetius hæc in Valentianos aut Marcosios dicta existimat. Assentiantur ei hæc in re *Auctor Platonismi relecti*, pag. 222. Petavius *De Trinit.*, lib. vi, cap. 5, Catholicos ab Origene refelli opinatur, eumique itidem, ut Huetius, vituperat quod Verbi appellationem, quæ Filii hypostasiem proprie distinguit, non aliter Filio, quam lucis, et vite, et resurrectionis, et alias ejusmodi appellations aptare videatur. Nec Valentianiani ab Origene refelluntur, nec generatim Catholici, sed vel Novatiani, vel imperiti nonnulli, qui, dum in Verbi appellatione nūnūm hærent, Noetianis imprudentes favebant. Postquam enim recensuit Origenes varias Christi appellations quæ ex ejus operationibus deduci solent, hæc ait a sé dicta esse: « ut nullorum temerariam et inconsideratam agendum rationem, » τὸ τῶν πολλῶν ἀποκληρωτικῶν καὶ ἀβασάντων, redarguat, qui, « cum tot appellations ad Christum referantur, in sola Verbi appellatione inhærent, non inquirent, quam tandem ob causam Filius dei Verbum esse et Deus in principio

lens indixit. Fuit et Tertulliani, et Lactantii, et Pauli Samosateni. Nec dissimulandum tamen hic aliquid esse peccatum ab Origene, quod Verbi vocabulum non aliter ad Filium pertinere putet, quam vel *Lucis*, vel *Pastoris*, et aliorum quae commemorat. Id falsum est: nam vox *Verbum* hypostasis illius proprie distingnit, et substantiae ipsius divinæ significationem involvit.

VII. (85) Quam proxime usurpavimus solaris radii comparationem, cum Origenis de generatione Filii sententiam explicaremus, eadem nunc hic et alias quoque repetetur interius: nulla enim est ad evolvenda Origenis de Trinitate dogmata accommodatior. Quanto igitur radiis ex immenso lucis suæ penu emissis nobilior est sol ipse, et dignitate su-

IX. Multa quidem contra hæc in gratiam Origenis obtendi possunt, quibus orthodoxam de Verbi dignitate sententiam tueri visus est: sed ea fere e libris de prompta quæ Rusnum interpretem habent, propterea dubiae sunt fideli, et interpolata credi possunt. Afferemus tamen singula, ne causam Origenis deseruisse videamur. Ac primum de Christo hæc leguntur hom. 4 in *Genes.*, nom. 5: «Formam namque servi accepit, et cum ipse invisibilis sit naturæ, utpote æqualis Patri, habitum tamen visibilem suscepit:» et ista libro VII in *Epist. Pauli ad Rom.*, nom. 5, pag. 599: «Et ideo non ad injuriam dicitur, quia prophetis subjecti sunt spiritus, sed ad dispensationem; sicut et illud dictum accipimus de Salvatore, quia tunc et ipse Filius subjectus erit qui sibi subdidit omnia<sup>16</sup>.» Et hic enim subjectus non quasi inferior dicitur. Quomodo enim inferior dici potest, qui Filius est, et omnia est quæ Pater? *Omnia enim, inquit, Pater, tua, mea sunt<sup>17</sup>.* » Quin etiam libr. I *Pepl. ἀρχῶν*, cap. 2, eamdem esse docet Patris et Filii potentiam, bonitatem eamdem. (96) Quod autem Servatorem universorum esse Deum negavit lib. VIII *contra Celsum*, num. 44, huic illud opponi potest e *Præf. Comment. in Joan.*, num. 11, pag. 12: Οὐ σωπήτεον δέ, οὐδὲ τὸν μετὰ τὸν Πατέρα τῶν δλῶν Θεὸν Λόγον, οὐδενὸς γάρ Ελαττον ἀγαθοῦ κατ τοῦτο τὸ ἀγαθόν. Cum enim omnia habeat a Patre Filius, acceptum Patri refert universorum esse Deus. Rerum igitur universarum Deus est Pater a se; Filius earumdem rerum Deus est a Patre. Cum Ser-

B vatorem ergo universorum Deum esse negat, Deum intellige a se, seu αὐτόθεον. Cum eundem universorum Deum esse asserit, Deum intellige a Patre, sive Deum de Deo. Facit etiam pro Origene, quod maxima locorum illorum, quibus Filii majestatem imminuit, pars e *Commentariis in Joannem* est profecta, quos adversus Marcionistam Heracleonem scripserat. Id autem erat sectæ bujus delirium, opificem mundi Deum aliud esse a Deo Christi Patre, ipsoque ac Christo inferiorem. Quo facilius commentum ejusmodi profligaret Origenes, contrariam astruxit sententiam, probavitque mundi opificem Deum Christo majorem esse ac superiorem. De Spiritu sancto orthodoxa eum sentire credas in Proœmio librorum *Pepl. ἀρχῶν*, num. 4, B eum ait: «Tum deinde honore et dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt (apostoli) Spiritum sanctum.» (97) Verum levia sunt, ut dixi, quæ pertinent ex operibus a Rufino interpretatis testimonia: præcipue vero ex libris *Pepl. ἀρχῶν*, in quibus errores circa Trinitatem admissos emendare conatus est. Quamobrem sicutine quoque est loci illius tutela, e libro I hujus Operis, cap. 3, num. 7: «Porro autem nihil in Trinitate maius minusve dicendum est:» et hujus, e libr. II, cap. 2, num. 1: *Origo et fons Filii, vel Spiritus sancti, Pater est, et nihil in iis anterius, posteriusve intelligi potest. Nec gravioris isthæc pro Origene momenti e lib. VII in Epist. ad Rom., num. 15, pag. 612: Est ergo Christus Deus super omnia. Quæ omnia? Illa sine dubio quæ et paulo ante diximus, «super principatus et potestates, et virtutes, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro<sup>18</sup>.* » Qui autem super omnia est, super se neminem habet. Non enim post Patrem est ipse, sed de Patre. Hoc autem idem sapientia Dei etiam de Spiritu sancto intelligi dedit, ubi dicit: «Spiritus Domini replevit orbem terrarum; et qui continet omnia, scientiam habet vocis<sup>19</sup>.

X. Favorabilior erit pro Origenianis partibus præscriptio, quæ ex paribus in eodem argumento Patrum aliorum locutionibus peti potest. Inter Christianos quippe doctores, qui ante Nicenam floruerunt synodum, multi de Trinitatis mysterio parum caute locuti sunt. Insincera certe fuit Tatiani, et Tatiano vetustioris Justini de Trinitate doctrina. In eamdem venit criminationem pseudo-Clemens, venit et Teophilus Antiochenus. Indigna vero, et intoleranda profuderunt Tertullianus et Lactantius; Clemens quoque, Dionysius et Pierius Alexandrini; aliique complures. Itaque cum Ori-

<sup>16</sup> I Cor. xv, 28. <sup>17</sup> Joan. xvii, 10. <sup>18</sup> Ephes. 1, 21. <sup>19</sup> Sap. 1, 7.

(96) *Quod autem Servatorem, etc.* Vide supra, num. 7, observationem in hunc Origenis contextum ex lib. VIII *contra Cel.*: «Ἐστω δέ τινας ὡς ἐν, etc.

(97) *Verum levia sunt, ut dixi, quæ pertinent ex operibus a Rufino interpretatis testimonia, etc.* Graviora alia testimonia reperire potuisset Huethis, si libuisset. Suam enim de Spiritu sancto senten-

tiam non obscure declarat Origenes in aliis libris quorum Graeca etiamnum extant. Hanc supra, num. 2, exposuimus sub finem observationis nostræ in haec verba: «Quamobrem Augustinus hæres. 45. ad Quodvultdeum, ac Justinianus, etc., quam vide. Vide insuper testimonia quæ adducit Pamphilus in *Apologia sua*.

genem hoc argumento inuenitur Bellarminus lib. i. *De Christ.*, cap. 10, quod sana et orthodoxa fuerit præceptoris ipsius Clementis, discipulorum Dionysii Alexandrini, et Gregorii Thaumaturgi de mysterio sanctæ Trinitatis opinio, credibile quippe esse, quam a Clemente doctrinam acceperat, eamdem a se exultam discipulis suis tradidisse; nihil profecto Origenianæ cause contrarium magis dicere potuit. Nullius enim ex his tribus satis puri fuerunt et integri de Trinitate sensus: nam et Filii substantiam a Paterna ita secernit Clemens, ut inferiorem eam statuat: Dionysius vero Alexandrinus Filium Patris ποίημα, eique dissimilem esse dixit, et ἀφῆκε φωνὰς ἡχιστα πρεπούσας τῷ Πνεύματi, « Voces Spiritui parum convenientes emisit, » inquit Basiliss epist. 41, a quo castigatus, quoqua est Gregorius Thaumaturgus quod Filium aperte creatum prædicaverit. Alio ut parum attentum fuisse Anastasium Bibliothecarium pitandum sit, cum ait in *Historia*, ad an. Christi 246, laudes Gregorii Thaumaturgi silentio pressisse Eusebium, quod ab Origenis et Arii deliramentis prorsus fuerit alienus: cum et haec deliramenta sit sectatus, nec laudibus eum Eusebius fraudaverit lib. vi *Hist.*, cap. 50. Constat denique ne Basilii quidem temporibus, ac recentioribus etiam, Spiritus sancti divinitatem aperte profiteri ausos esse Catholicos, ne Pneumatomachorum petulantiam experientur.

Verumtamen cum inferiorem Patre Filium, Filie Spiritum sanctum visi sunt illi statuere, ad auctoritatem principii, originis, causæ, paternitatis et ἀγεννητας fere attenderunt, quæ inter sanctæ Trinitatis personas ordinem aliquem constituit. Nam quod Pater principium sit et origo Filii, major Filio et dignitate anterior dici potest, absque ullo tamen naturæ perfectionis discrimine. Sic intelligendum esse illud Joannis: *Pater major me est*<sup>20</sup>, magna Patrum pars arbitrata est; quod alii de humanitate Christi ad Patris divinitatem comparata interpretantur. Item quod a Filio Spiritus sanctus ducat originem, minor eo appellatur. Athanasius orat. 2 contra Arianos: Τοιαῦτα μὲν οὖν τοῖς Ιουδαιοῖς ὡς ἀνθρωπὸς ἐλεγεν δέ Κύριος· τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν Θεότητα καὶ τὴν μεγαλεῖότητα δεικνὺς ἔστιν, οὐκέτι ἐλάττανα ἔστιν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μεῖζον καὶ ἕον δυτα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ Πνεύμα, καὶ ἐλεγε· Αδέστε τὸ Πνεύμα ἀγνοοῦ, καὶ· Ἐγώ αὐτὸς ἀποστέλλω, κακεῖνος ἐμὲ δοξάστε. « Ήας quidem Judæis tanquam homo dicebat Dominus: discipulis autem divinitatem et magnitudinem suam ostendens, non jam amplius se Spiritu minorem, sed majorem et æqualem esse significans, dabat quidem Spiritum, et dicebat: *Accipite Spiritum sanctum*<sup>21</sup>; et: *Ego illum mitto, et ipse me glorificabit*<sup>22</sup>. » Clarius etiam Basilius: « Οσπερ δὲ Υἱός τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρός προτέτακται γὰρ δὲ Πατήρ εν τῇ συναρθμήσει... εἰς δὲ καὶ ἀξιώ-

A ματι· ἐκ τοῦ Πατρός γὰρ δὲ Υἱός· οὐχ ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ Πατήρ· φύσει δὲ ίσος· Ἐγώ γάρ, φησι, καὶ δὲ Πατήρ εν ἐσμεν. Ούτω καὶ τὸ Πνεύμα τὸ ἄγιον τάξει μὲν δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, καθὼς ἐν τῇ συναρθμήσει δεδήλωται· ναὶ μὴ καὶ ἀξιώματι· Πνεύμα γὰρ Υἱοῦ λέγεται, ὡς διὰ τοῦ Υἱοῦ χορηγούμενον. « Quemadmodum Filius ordine quidem secundus est a Paire: prior enim ponitur Pater, cum numerantur simul... Præterea secundus est etiam dignitate; nam a Patre est Filius; Pater non est a Filio: natura autem æqualis est; *Ego enim, inquit, et Pater unum sumus*<sup>23</sup>. Ita et Spiritus sanctus ordine quidem secundus est a Filio, quemadmodum demonstratum est, cum simul numerarentur: certe et dignitate; Spiritus enim Filii dicitur, utpote per Filium subministratus. » Ille representat Euthymius in *Panoplia*, part. II, tit. 42, ubi vides gradus aliquos, et dignitatis ὑποβάθμους in Trinitate constitutos. Atque hac potissimum responsione aspersam Origeniano nomini calumniam abstergere se posse Genebrardus existinavit *Collect. cap. 6.*

XI. His fortasse permotus Athanasius præclare de Trinitate Origenem scripsisse tradit lib. *De decr. Nicen. synodi*, ejusque auctoritatem præ se fert: Περὶ δὲ τοῦ ἀδιόις, inquit, συνεῖναι τὸν Λόγον τῷ Πατρὶ, καὶ μὴ ἐτέρας οὐδεὶς ἢ οὐ ποστάσεως, ἀλλὰ τῆς τοῦ Πατρός έδιον αὐτὸν εἶναι, ὡς εἰρήκασιν οἱ ἐν τῇ συνόδῳ ἔξτω πάλιν διμᾶς ἀκοῦσαι καὶ παρὰ τοῦ φιλοπόνου Ὀριγένους. « Verbum porro ab æternō esse cum Patre, nec essentia vel substantia differre, sed substantiæ paternæ proprium illum esse Filium, ut dixerunt qui interfuerunt Nicenæ synodo, licet denuo nobis audire ex laborioso Origene. » Tum dnos ex eo subnectit locos, quibus æterna Filii a Patre processio, cum eoque æqualitas aperte demonstratur. Basilium quoque, et Nazianzenum Gregorium refert Socrates lib. IV, cap. 26, cum ab Arianis Origenis auctoritate et testimonii premerentur, perperam ab iis intellectum ostendisse. Didymum præterea Origenis de Trinitate sententiam ita propugnasse ait Hieronymus epist. 65 ad Pamphach. et Ocean. cap. 4, et *Apolog. advers. Rufin.* lib. II, cap. 4, ut male sonantibus verbis rectum tamen sensum inesse diceret: « Didymus, inquit, in ipsis Περὶ ἀρχῶν, quos tu interpretatus es, libris breves dictavit commentarioles, quibus non negaret ab Origene scripta, que scripta sunt; sed nos simplices homines non posse intelligere quæ dicuntur; et quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur. » Accedit anonymi scriptoris a Photio cod. cxvii commemorationi testificatio. Is Origenis defensionem quinque libris complexus, φησι μηδὲν αὐτὸν κατὰ δόξην ἐσφάλθαι περὶ τῆς Τριάδος· ἀντιφερόμενον δὲ τῇ αἵρεσι: Σαβελλιου, εἰς μέγα κακὸν ἡμένη τότε· καὶ τὴν τῶν προσώπων Τριάδα, ἐναργεστάτην καὶ πολλοῖς τρόποις διαφέρουσαν ἀγωνιζόμενον, παραστῆσαι παρὰ τοῦ προστήκοντος, καὶ

<sup>20</sup> Joan. xiv, 28. <sup>21</sup> Joan. xx, 22. <sup>22</sup> Joan. xvi, 14. <sup>23</sup> Joan. x, 30.

εἰς τολμαντίον ἀπενεγκέντης· εἴ δὲ οὐ δύξαι καὶ τῷ Α εἰς τολμαντίον ἀπειπόντι μάτι ἐσλαχέναι· « Nihil ipsum assent circa Trinitatem errasse; sed cum Sabellii hæresim impugnaret, quæ tum in magnam erumperebat perniciem, et personarum Trinitatem manifestam et multis modis differentem defendere, extra callem abiisse, et in contrariam partem fuisse abrepsum, indeque visum Ariano morbo laborare. » Quod ait de Sabelliana hæresi, de Noetiana intellige; post Origenem quippe suam Sabellius sparsit hæresim: verum non tam novam invexit sectam, quam veterem a Noeto præceptore suo traditam refinxit. Aequalis autem Origenis fuit Noetus, qui veteris et ipse propagator hæreos potius quam novæ auctor dicendus est. Aequalis etiam utriusque fuit Beryllus Bostrenus episcopus, erroris ejusdem defensione, et deinde repudiatione celebris, postquam ab Origene convictus, et ad saniorem doctrinam traductus est. Hos perstringit Origenes, cum alibi frequenter, tum in libro quem in *Epistolam ad Titum* scripsit; qui laudatur a Pamphilo in *Apologia*. Initia doctrinæ hujus jam inde ab Ignatii temporibus repetit Baronius ad an. Christi 260, num. 63. Quod ergo dixit anonymous Sabellii hæresim impugnasse Origenem, sic accipiendum est, hanc ab eo impugnatam hæresim quæ a veteris hæreticis orta, a Noeto et Berylo suis propugnata temporibus, novum deinde a Sabellio nomen ac formam accepit. Ac si quis Ἀριανὸν diceret Origenem, eam nempe tueri doctrinam, quæ multo post ab Ario amplificata, nomen ab eo adepta est.

XII. Multum quidem valet apud me, pro eo ac debet, Patrum illorum auctoritas, qui doctrinam Origenis de Trinitate suffragiis suis comprobarunt. Sed mihi tamen pluris est ipsa veritas, quam et ex Origeniana doctrinæ connexione, et ex attente perspectis Adamantii verbis, et ex Patrum aliorum complurium testificationibus, (98) in partes sectam ab ipso Trinitatem, et essentiam ac divinitatis quibusdam veluti gradibus distinctam clamantium, liquido mihi perspexisse videor. Adde Platonicae philosophiae decreta, ad que fere sua expressit Origenes, quod jam supra monuimus, larvam quamdam Trinitatis effingere, personis constantem tribus, inæquali præditis dignitate, potestate, antiquitate

<sup>14</sup> Joan. 1, 3.

(98) In partes sectam ab ipso Trinitatem, etc. Ex his quæ supra infraque observavimus, satis ostensum est nullos gradus in Trinitate constituisse Origenem, nisi respectu cause, principii, fontis et originis; ac proinde nullo modo in partes sectam ab ipso fuisse essentiam divinam. Unum hoc addam e libro i *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 2, num. 6: « Observandum namque est ne quis incurrat in illas absurdas fabulas eorum qui prolationes quasdam sibi ipsis depingunt ut divinam naturam in partes vocent (scilicet), et Deum Patrem, quantum in se est, dividant, cum hoc de incorpore natura vel leviter suspicari non solum extremæ impietatis sit, verum etiam ultimæ insipientiae, nec omnino ad intelligentiam consequens ut incorporeæ naturæ substantialis divisio possit intelligi. Magis ergo sicut voluntas

A et sapientia. Cyrilus lib. iii contra Julian. : Πλάτων ἔντα μὲν εἶναι τὸν δημιουργὸν διαφέσατο τὸν ἀπάντων αἴτιον, δὲν καὶ προσεχῆ τῷ κόσμῳ γενέσθαι φρεστροῦφεστάναι γε μὴν αὐτοῖς Θεοὺς Ιτερούς, ήτοι τὴν ιδέαν τάγαθοῦ. Προσεπινοῖ δὲ καὶ τρίτον αἴτιον, τάξει δὲ καὶ φύσει τῶν πρώτων μετονεκτούμενον, δὲ δὴ καὶ φυχήν τῶν ὄντων ἀπάντων ἀποκαλεῖ. « Plato unum quidem esse opificem definivit, rerum omnium causam, quem et propinquum mundo esse dixit, extitisse vero Deum alterum ante hunc, nempe boni ideam. Excogitat præterea et tertiam causam, ordine quidem et natura prioribus illis inferiorem, quam et animam universarum rerum appellat. » Quo ex fonte profluxere non Origenis errores solum adversus sanctissimam Trinitatem, aliorumque quos re censuimus Patrum minus circumspectæ locutiones, sed quidquid etiam fuit contra idem mysterium ab hereticis insanitum.

XIII. Si non ex supra allatis et in utramque partem expositis testimoniis, quibus Filii et Spiritus sancti dignitatem labefactare vel asserere visus est Origenes, satis ipsius eluet sententia: at facile certe deprehenditur ex sequentibus, in quibus molitionem rerum in Deum Patrem transcribit; Filium vero secundariam tantum creationi impendisse vult operam, et instrumenti vel ministri partes obiisse: (99) Οὐτω τοίνυν, inquit tom. II in *Joan.*, num. 6, καὶ ἐνθάδε, εἰ πάντα διὰ τοῦ Λόγου ἐγένετο, οὐχ ὅπο τοῦ Λόγου ἐγένετο, ἀλλ' ὅπο κρείττονος καὶ μείζονος παρὰ τὸν Λόγον τίςδ ἂν δόλος οὗτος ἦνγχάνη (100), § 6. Πατήρ; Duplex est hujus loci labes, nam et Filium Patre minorem ac inferiorem esse decernit, et rerum creationem penitus ipsi aliquidicat; in qua Patri tantum ministrasse, non molitorem itidem ut Patrem fuisse dicit lib. I *Hapl. ἀρχῶν* in ipso proemio, num. 4: « Jesus Christus ipse qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset (per ipsum enim omnia facta sunt<sup>15</sup>) novissimis temporibus se ipsum exinaniens homo factus est: » quem locum repetit auctor libri *De deitate et incarnatione Verbi ad Januarium*, qui tomo quarto operum Augustini subjici solet, cap. 1. Repetit et ante illum Pamphilus in *Apologia*; atque illum ex lib. III in *Epist. ad Coloss.*: « Data est autem lex Moysi per angelos, in

D procedit e mente, et neque partem aliquam mentis secat, neque ab ea separatur aut dividitur, tali quædam specie putandus est Pater Filium genuisse, imaginem scilicet suam, ut, sicut ipse invisibilis est per naturam, ita imaginem quoque invisibilem genuerit. Verbum enim est Filius, et ideo nihil in eosensibile intelligendum est. Sapientia est, et in sapientia nihil corporeum suspicandum est, *Lumen* est verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (*Joan.* 1, 9), sed nihil habet commune ad solis hujus lumen. » Hæc verba repetit Pamphilus in *Apologia* sua. Vide præterea observationes in num. 5 et in num. 24.

(99) Οὐτω τολμήσει, etc. Vide paulo supra num. 7 animadversiones nostras in hunc Origenis locum.

(100) Τογχάνη. Lege τογχάνοι. Edit.

manu et virtute mediatoris Christi <sup>23</sup>, qui cum es-  
set in principio Verbum Dei, et apud Deum esset,  
et Deus esset Verbum, Patri in omnibus ministravit.  
*Omnia enim per ipsum facta sunt.* Id est, non  
solum creature, sed et lex et propheta. » Unde tomo  
xx in Joan., num. 7, ipsum quidem autóptētēn esse  
ait eorum quæ sunt in Patre; angelos autem videre  
eadem per ipsum, tanquam per mediátorem et mi-  
nistrum, ὡς διὰ μεστοῦ καὶ ὑπηρέτου. Et tom. I.,  
num. 22, Christum eatenus esse Creatorem docet,  
quatenus dixit Pater: *Fiat lux*, id est, quatenus in  
sciencia luce Patri ministrum se præbuit. (1) Claris-  
sime vero sententiam hanc expressit lib. vi conit.  
*Cels.*, num. 60: Τὸν μὲν προσεχῶς δημιουργὸν  
εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ ὑσπερεῖ αὐτουργὸν  
τοῦ κόσμου· τὸν δὲ Πατέρα τοῦ Λόγου, τῷ προστετα-  
χέναι τῷ Υἱῷ έκαντο Λόγῳ ποιῆσαι τὸν κόσμον, εἶναι  
πρώτως δημιουργόν. Jam ergo liquet quo sensu di-  
xerit in *Catena Baltasaris Corderii in Joan. ad cap.*  
I. 4 (si modo ei vere sunt Origenis, et aliquid  
*Catenarum* auctoritati tribuendum est): Δημιουργὸν  
τῶν πάντων τιθέμενος αὐτὸν, τὸ τοῦ Λόγου ὄνομα κατ-  
ηγορεῖ αὐτοῦ. « Opificem rerum omnium statuens  
Ipsum, Verbi nomine ipsum afficit; » ubi et ποιητὴν  
τῶν πάντων appellat: et ait paulo post: Πῶς γάρ  
οὐκ ἔδει αὐτὸν εἶναι πρὸ πάντων, καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς  
ὑπάρξεως αὐτῶν κτίστην ὅντα; « Quomodo enim nou-  
oportebat esse ipsum ante omnia, et cum primum  
ex se cōperant, qui eorum Creator est? » et mox: « Οτε  
δὲ δημιουργεῖ εἰς οὐσίαν δύεται τὰ πάντα, καὶ πρὸς

**M Galat. iii. 19.**

(1) Clarissima vero sententiam hanc expressit lib. VI contra Celsum, num. 60: Τὸν μὲν προσεχῶς, etc. Si  
nimium urgeretur hic locus, illud potius in Origene  
vituperandum esset, quod in creatione plus Filio  
tribuat quam Patri: nam illius qui creat plures esse  
partes videntur in creatione, quam illius qui creari  
jubet. Sed non ea fuit Origeni sententia: nec de Pa-  
tre detrahit, cum Filio creationem mundi attribuit;  
nec de Filio, cum omnipotentiam, qua mundum  
creavit, ad Patrem referit, ut primarium Creatorem.  
Cum diceret Celsus indignum esse primo et maximo  
Deo jubere: *Fiat hoc*, optime respondet Origenes  
Deum non alicui ministro ab ejus substantia alieno  
hanc provinciam commisisse, sed proprio Filio et  
Verbo, cui omnia tradidit. Locus autem ad quem  
hic lectorem dimittit Origenes, exstat lib. II. num.  
9, ubi sic loquitur: *Et γάρ ἐνετεῖλατο ὁ Θεός, καὶ ἐκτίσθη τὰ δημιουργήματα· τίς δὲ κατὰ τὸ ἀρετοῦ*  
τῷ προφητικῷ Πνεύματι εἴη ὁ τὴν τηλικαυτὴν τοῦ  
Πατρὸς ἐντοήν ἐκπληρώσαι δυνηθεῖς, ἢ δὲ ἵνα οὕτως  
δυνάσω, ἐμψύχος Λόγος καὶ ἀλήθεια τυγχάνων; « Nam  
si mandavit Deus, et condita sunt creature, quis est  
qui secundum prophetici Spiritus sententiam, tan-  
tum mandatum adimplere potuissest, præter eum,  
qui, ut ita dicam, animatum Verbum, et veritas  
est? » Hinc ergo redit tota Origenis ratiocinatio: *Quemadmodum* Patri indignum non est Filio man-  
dare ut mundum creet, quia proprius ejus Filius  
est, ac proprium Verbum; ita nec Filio indecorum  
izandata Patris capessere, quia nulla res creata  
ejusmodi mandata adimplere potuissest. — D. Prud.  
Maran *De divinit. Christi* lib. IV, cap. 16, num. 6.  
Vide et Bullum *Defens. fidei Nicæn.* de Filii τῷ  
ὄντουσι, cap. 5, num. 6, et cap. 9, num. 10, cuius  
observationes in nota sequente adducimus.

(2) Easdem partes in rerum molitione nonnulli e

A τῷ Θεῷ δὲ δὲ, καὶ Θεὸς δὲ. « Cum vero opificis agebat  
partes, cunctis præbebat ut essent, et erat apud Deum,  
et Deus erat; » et denique: « Καὶ οὐχ ὁ δημιουργὸς  
τοῦ παντὸς τοιοῦτος, τυγχάνων θεὸς Λόγος καὶ οὐσίαν  
διὸ καὶ Σοφία, καὶ Ἀλήθεια ἐν ταῖς θεολογίαις δυομά-  
ζεται. » At non ita rerum omnium [Conditor, qui  
Deus Verbum est secundum essentiam. Unde et Sa-  
piencia appellatur, et Veritas, cum de rebus divinis  
disserritur. » Item lib. VII in *Epist. ad Rom.*, num. 9: «  
Nihil est visibilis, sive invisibilis creature, quod  
Filio possit adæquare: nullo enim pacto creatori  
suo creature potest conferri: et si creator ipse do-  
natus est nobis, quomodo non cum ipso nobis omnis  
creature donabitur? » Rerum effectorem Filium esse  
putat, sed secundarium: et res quidem creasse, at  
B instrumenti vice fungentem; Patrem vero creatio-  
nis auctorem esse, et primariam ac præcipuam cau-  
sam: atque ita suum cuique officium partitur. Hinc  
Gennadius lib. *De Dogmat.*, cap. 4: « Nihil officio  
singulare, nec alteri communicabile (*in Trinitate  
credamus*) ut Origenes. » Hinc etiam Cyriacus apud  
Simeonem Metaphrastem inter dogmata Origeni-  
starum Palæstinorum sæculi sexi ponit illud: « Tri-  
nitatem non fuisse mundi opificem, » et Justinianus  
Origenem conqueritur Filium et Spiritum san-  
ctum appellasse λειτουργικὰ ζῶα, « ministratoria  
animalia, » ut supra a me observatum est.

XIV. (2) Easdem partes in rerum molitione non-  
nulli e vetustioribus Patribus Filio tribuerunt.  
Theophilus Antiochenus lib. II ad *Autolycum*: Toū-

C *vetustioribus Patribus Filio tribuerunt.* Certe a Pa-  
tre tanquam summo opifice quasi imperante, per  
Filium Patris jussionem ac voluntatem exsequen-  
tem, creata fuisse omnia, adeo Arianum non est, ut  
etiam catholici doctores qui post concilium Nicæ-  
num vixerint, quicque Ariane hæresis acerrimi im-  
pugnatores suere, passim illud in scriptis affirmare  
non sint veriti. Athanasius in lib. *De decretis Nicæ-  
nae synodi*, hæc de psalmo XXXII: « Ipse mandavit et  
creata sunt, » exponit sic, ut Patrem Filio man-  
dasse velit: « Ενός τοι Θεοῦ, ὃς γειρό γρωμένον τῷ  
λοιπῷ Λόγῳ, καὶ ἐν αὐτῷ ποιουντος τὰ πάντα. » Unius  
sunt Dei, inquit, Verbo suo quasi manu propria  
utentis, et in eo omnia facientis. » Eodem libro in-  
fra: « Etenim Filius Dei, inquit, ut ex ipsis Scri-  
pturis patet, ipse est Dei Verbum, et sapientia, et  
imago, et manus, et virtus. » Ubi non minus apte  
D Filium vocat manum *Patris*, quam Ecclesia eum  
appellat *Dexteram Dei*, et Spiritum sanctum nomi-  
nat *Digitum dextræ Dei*, in illo hymno celebratis-  
simo: *Veni Creator Spiritus*. Orientales in *Exempla  
fidei* contra Photinum hereticum: « Et iterum, in-  
quiunt, confirmantes Christianismi intellectum di-  
cunt: Quoniam si quis Christum Deum Filium  
Dei ante sæcula subsistentem et ministrantem Pa-  
tri ad omnium perfectionem non dicat; sed ex quo  
de Maria natus est, ex eo et Christum et Filium  
nominatum esse, et initium accepisse ut sit Deus  
dicat, anathema sit. » Marius item Victor libro  
primo *De rerum creatione*:

*Quæ mandante Deo cum plenus mente Parentis  
Filius omnipotens faceret.*

Eodem spectant et illa Prosperi in *Commentario  
ad psalmum XLVIII*: « Ipse mandavit et creata  
sunt: Quod enim Deus dicit, Verbo dicit: et Verbum  
per quod facta sunt omnia, mandatum dicentis c. 140.

τὸν τὸν Λόγον ἔσχεν (δὲ Θεὸς) ὑπουργὸν τῶν ὑπ' αὐτῷ γεγενημένων, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκσεν.  
« Hoc Verbum habuit (Deus) ministrum operum suorum, et omnia per ipsum fecit. » Tum inferius : « Οπότε δὲ ἐθέλησεν δὲ Θεὸς ποιῆσαι δύσα ἐθουλεύσατο, τούτον τὸν Λόγον ἐγέννησε προφορικόν. » Quando autem voluit Deus facere quaecumque deliberaverat, hoc Verbum genuit prolatum. » Et paulo post : Θεὸς οὖν ὁν δὲ Λόγος, καὶ ἐκ Θεοῦ πεφυκὼς, ὅπεταν βούληται δὲ Πατήρ τῶν ὄλων, πέμπει αὐτὸν εἰς τὰ τόπον. « Cum ergo Deus sit Verbum, et ex Deo prognatus, quotiescumque vult Pater universorum, mittit eum in locum aliquem. » Justinus in *Dialogo cum Tryphonem* : Οὗτος δὲ ὁ φίλες τοῖς πατράρχαις λεγόμενος Θεὸς, καὶ Ἀγγελος καὶ Κύριος λέγεται, ίνα καὶ ἐκ τούτων ἐπιγνώτε αὐτὸν ὑπῆρχοντα τῷ τῶν ὄλων Πατρὶ. « Iste qui patriarchis visus est, et dicitur Deus, et Angelus, et Dominus appellatur ; ut ex his quoque intelligatis ipsum Patri universorum ministrare ; » et alio loco : Δι' ὧν ἀποδέδειχται ὑπὸ τῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ τεταγμένος, καὶ ὑπῆρχον τῇ βούλῃ αὐτοῦ. « Per quae demonstratum est Patri et Domino subiectum esse ipsum, ac ejus vo-

quitur. » Scriptoribus illis libet hic unum Hilarium adiungere, qui in libro iv *De Trinitate* agens de verbis illis Genes. i : « Faciamus hominem ad imaginem nostram, » etc., sic loquitur : « Per id quod dictum est, Faciamus hominem, ex eo origo est, ex quo capit et sermo : in eo vero quod Deus ad imaginem Dei facit hominem, significaturetiam is per quem consummatur operatio. » Et paulo post : « In eo quod dicitur, Faciamus, et jussio exaequatur et factum. » Et mox iterum de Sapientia sive Filio Dei Patri suo aggrandente in creationis operibus, hæc habet : « Causam letitiae sua Sapientia docuit : letabatur autem ob letitiam Patris in perfectione mundi et in filiis hominum letantis. Scriptum est enim : Et vidit Deus quia bona sunt (Gen. i, 10). Placere Patri opera sua gaudet, per se ex precepto ejus effecta. » Sane si is qui dixerit Patrem, qua Pater est, primarium esse mundi opificem, qui hæc universa per Filium suum condiderit, pro Arianismo habendus est, vis ab Arianismo labe purus erit ipse Paulus in *Epist. I ad Corinth.*, cap. 8, vers. 6, de partibus, ut ita loquar, Patris et Filii in rerum creatione et renovatione sic disserens : Nobis unus est Deus Pater, a quo omnia, et nos in ipso : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. Nam illud εξ οὐ, a quo, causam primam denotare manifestum est. Unde et Theodorus Beza ad locum hæc adnotat : « Cum Pater a Filio distinguitur, illi principium tribuitur. » Scilicet hæc omnia omnino referenda sunt ad illam Filii subordinationem qua Patri ut auctori suo (hic iterum ipsis Hilarii verbis utor) subiectus est. Quid quod in ipso Symbolo Niceno credere jubemur, primo in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium Creatorem : » deinde, « in unus Dominum Iesum Christum, etc., per quem omnia facta sunt. » Ut páncti rem totam complectar : qui dixerit Deum Patrem, tanquam fontem divinitatis adeoque omnium operationum divinarum originem, a seipso per Filium suum mundum condidisse, ac proinde rerum omnium primarium esse opificem; næ is Arianæ heresis neutiquam incusandus est; nisi vero antiquis Ecclesiæ Patribus universis, adeoque ipsis scriptoribus θεοπνέυστοις Arianismi dicam impingere velimus. Sed illud deinde Arianæ esset blasphemia, si quis doceret Patrem hæc universa

A luntati servire. » Ireneus lib. iii, cap. 8 : « Cui ergo præcepit? Verbo scilicet, per quod, inquit, ecclæ firmati sunt ; » et lib. iv, cap. 17 : « Ministrat enim ei (Patri) ad omnia sua progenies, et figuratio sua, id est Filius et Spiritus sanctus, Verbum et Sapientia, quibus serviant et subjecti sunt omnes angelii. » Episcopi sex Antiocheni synodi in epistola ad Paulum Samosatenum antequam deponebantur : Τοῦτον τὸν Υἱὸν πιστεύομεν σὺν τῷ Πατρὶ δεὶ δύτα ἐκπεπληρωμέναι τὸ πατρικὸν βούλημα πρὸς τὴν κτίσιν τῶν ὄλων. « Hunc (Filiū) credimus semper existentem cum Patre impleuisse Paternam voluntatem ad creationem universorum. » Atque ex hoc dogmate occasionem videntur habuisse Arius et Aetius, cur creationis rerum Patrem primarium esse causam, instrumentum vero Filium arbitrarentur : quam eorum insaniam castigaverunt Athanasius orat. 3 et 5, *Cyrillus lib. xv et xvi*, et alii.

B XV. Non Filii majestatem solum oppugnauit Origenes, sed de ejus etiam bonitate detrahit ipsum auctor est Hieronymus (3) in *Epist. ad Avit.*, cap. 1 : « Deum Patrem omnipotentem, inquit, appellat bonum, et perfectæ bonitatis : Filium non esse ho-

constituisse per Filium, tanquam per instrumentum sibi extraneum, aut tanquam per virtutem aliquam ante cetera omnia creatam, atque ab ipsis essentia alienam : quæ impietas mente Ori- genis ne per sonnum quidem unquam subiit. — Hæc Georgius Bullus in *Defensione fidei Nicæne de Filii tῷ ὄμοντα*, cap. 5, num. 6, et cap. 9, num. 10.

C (3) Auctor est Hieronymus, etc. Pugnat Hieronymi judicium cum pluribus Origenis testimoniosis, praesertim cum his quæ docet tom. i in *Joan.*, num. 41, apostolos evangelizasse bona, ut prædixerat Isaías, cum Christum evangelizaverunt, qui est « bonum nullo alio bono inferioris, multiudo honorum, in quo beneficium fuit omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter..... qui a bono Patre accepit, ut esset bona, » id est, omnium honorum complexio : Οὐδενὸς γάρ Ελαττὸν ἀγαθοῦ καὶ τοῦτο τὸ ἀγαθόν.... Πλήθος ἀγαθῶν ἔστιν Ἱρουσαλήμ.... δὲ ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς τὸ ἀγαθὰ εἴναι λαβόν. Qui ergo bonum negare potuit eum, quo omnia bona contineri declarat? Videlur Origenis vituperandi ansa arrepta ex his quæ dixit in hæc Christi verba : Quid me vocas bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus (*Luc. xviii.*, 19). Singula loca expandalimus. Origenes tom. i in *Joan.*, num. 40, ut ad sanitatem revocet hereticos, qui alium Deum justum, alium bonum, alium creatorem, alium creatore majorem dicebant, concedit eis Deum Patrem Creatore majorem dici posse, si Creator ejus Filius intelligatur; similiter, « justum et bonum de Patre et Filio dici posse, Filio justitia existente, qui accepit potestatem judicandi, quoniam Filius hominis est (*Joan.*, v, 27), et judicabit orbem terrarum in justitia (*Psalm. xcvi*, 9) : Patre vero (eos qui in justitia Filii castigati fuerint, post Christi regnum beneficis sufficiente) boni vocabulum operibus ostensuro, quando fuerit Deus omnia in omnibus (*I Cor. xv*, 28). » Hanc ob causam Christum dixisse conjicit : Quid me appellas bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus Pater (*Marc.*, x, 18). Nullum Arianismi vestigium in hac subtili interpretatione, quæ si bonitatem Filio detrahit, justitiam Patri detrahere dicetur. Eadem Christi verba interpretantur in lib. v *contra Celsum*, num. 41, ubi solis et stellarum cultum a Celsi defensum refellens, sic loquitur : Ο Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Κύρος, ἀκούσας ποτε,

num, sed auram quamdam et imaginem bonitatis; ut non dicatur absolute bonus, sed cum additamento, Pastor bonus, et cætera. » *Anonymus quoque apud Photium, cod. cxvii, et Pamphilus in Apologia errorum hunc inter eos recensent, qui Origeni objici vulgo soliti sunt.* Verba ipsa refert Justinianus ad calcem epistolæ ad Menam, quæ a Rufino Interprete emendata, et in orthodoxam sententiam detorta ac interpolata sunt lib. i *Περὶ δρυῶν*, cap. 2, num. 43, unde ea cap. 15, sumpsit auctor libelli *De deitate et incarnatione Verbi*, qui reperitur ad calcem tomī IV Augustini. Hac labe sedata sunt ista quæ supra adduximus e tom. ii in *Joann.*, num. 6: (4) Οὕτω τοῖνυν καὶ ἐνθάδε, εἰ πάντα διὰ τοῦ Λόγου ἐγένετο, οὐχ ὑπὸ τοῦ Λόγου ἐγένετο, διὸ ὑπὸ χρείττονος καὶ μείζονος παρὰ τῷ Λόγῳ· τίς δὲ ἀν δόλος οὗτος τυγχάνη ἡ Πατήρ; εἰ δικαιολόγησιν εἰπεῖν, οὐδεὶς ἀγαθός εἰπεῖν τοῦ Λόγου, καὶ μείζων τοῦ πεμφθέντος. Ni hilo saniora isthac e lib. v *contr. Celis.*, num. 11: «Ο Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Κύριος ἀκούσας ποτὲ, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, ἀναπέμπων τὸν λέγοντα τοῦτο ἐπὶ τὸν ἔαυτον Πατέρα, φησί· Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθός εἰ μὴ εἰς δ Θεός δ Πατήρ· εἰπερ δὲ τοῦτο εὐλόγως, ὡς εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ τυγχάνων, εἰρηκεν, δ Υἱὸς τῆς ἀγάπης τοῦ Πατρὸς, πῶς οὐχὶ εὐλογώτερον ἀν τοῖς προσκυνοῦσιν εἴπεν C

A σον προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, φί καγώ καὶ πάντες οἱ σὺν ἐμοὶ προσκυνοῦμεν καὶ λατρεύσεμεν. Bonitatem illam quæ Deo Patri convenit, Christo detrahit, non tantum quatenus homo est, sed etiam quatenus est imago bonitatis Dei, hoc est quatenus est Deus. Nullibi vero apertius quam tom. xv in *Math.*, num. 10: (5) Ήτο μὲν πρὸς τὸν Πατέρα, inquit de Christo, εἰκὼν ἔστιν ἀγαθότητος, ὡς δὲ πρὸς τὰ λοιπὰ, ὅπερ ἡ τοῦ Πατρὸς ἀγαθότης πρὸς αὐτὸν· ή καὶ μᾶλλον ἔστι τινα ἀναλογίαν προσεχῆ Ιδεῖν ἐπὶ ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Σωτῆρα διτα εἰκόνα τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, ἡπερ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος πρὸς ἀγαθὸν ἀνθρώπον, καὶ ἀγαθὸν ἕργον, καὶ ἀγαθὸν δένδρον· πλειν γάρ ἡ ὑπεροχὴ πρὸς τὰ ὑποδεστερά ἀγαθὰ ἐν τῷ Σωτῇρι, καθόλον ἔστιν εἰκὼν B τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, ἡπερ ἡ ὑπεροχὴ τοῦ Θεοῦ διτας ἀγαθοῦ πρὸς τὸν εἰπόντα Σωτῆρα. Ο Πατήρ δέ πέμψας με μεῖζων μού ἔστιν, διτα πρὸς ἑτέρους καὶ εἰκόνα τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ.

Adversus ea præscribere velle, non est candoris nostri. Quam autem solaris radii comparationem adhibuimus supra, eamdem hic replicare necesse est, ut ejus de Filii bonitate sententia innescat. Quemadmodum ergo tanto dignitate Patris inferiorem creditit Filium, quanto solaris radius solis ipsius dignitati decedit; eamdem esse bonitatis Filii rationem ad Patris bonitatem censuisse ipsum putandum est. Ut enim quamdam solis imaginem, sed rudem et imperfectam continet ac exprimit solaris radius; pari modo imaginem Paternæ bonitatis referre Filium existimavit, non perfectam

Dιδάσκαλε ἀγαθός, ἀναπέμπων τὸν λέγοντα τοῦτο ἐπὶ τὸν ἔαυτον Πατέρα, φησί· Τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγαθός εἰ μὴ εἰς δ Θεός δ Πατήρ. Εἰπερ δὲ τοῦτο εὐλόγως, ὡς εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ τυγχάνων, εἰρηκεν δ Υἱὸς τῆς ἀγάπης τοῦ Πατρὸς, πῶς οὐχὶ εὐλογώτερον ἀν τοῖς προσκυνοῦσιν εἴπεν ήλιος. Τί με προσκυνεῖς; Κύριος γάρ τὸν Θεόν σον προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, φί καγώ καὶ πάντες οἱ σὺν ἐμοὶ προσκυνοῦμεν καὶ λατρεύομεν. » *Cum Salvator noster et Dominus aliquando se audiisset magistrum bonum appellari, enī, qui sic vocabat, ad Patrem suum remisit his verbis: Quid me dicas bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus Pater (Marc. x, 48).* Id si merito dixit Filius charitatis Patris ut imago bonitatis Dei, quanto convenientius eos, qui ipsum colerent, compellaret sol in hunc modum: *Quid est quod me adores? Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli serveis (Dent. vi, 13; Math. iv, 10), quem ego et qui mecum sunt omnes adorant, cuique serviunt.* » Visa sunt Arianis verba Christi soluta et expedita: at Origenes, ut in difficultate loco, desudavit, et variis quesiit interpretationes. Mirum non erat Arianis, quod solum Deum Christus bonum dixisset: aliam enim in eo, aliam in Patre substantiam fingebant. Contra Origenes haec a Christo dicta esse contendit, non quod ipse bonus non sit, sed quod unius naturæ divinitas bonitas in Patre, justitia in Filio consideretur; vel quod Filius a Patre bonitatem accepit, Pater autem a nemine. Ex his explanatur alijs locus a Justiniano objectus ad calcem epistolæ ad Menam, qui sic habet: Οὕτω τοῖνυν ἦγουμεν καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος κα λῶς ἄν λεγούσσεσθαι, διτι εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ ἔστιν, διὸ οὐκ αὐτὸν ἀγαθόν. Καὶ τάχα καὶ Υἱὸς ἀγαθός, διὸ οὐκ ὡς ἀπλως ἀγαθός. Καὶ ἀπειρ

εἰκὼν ἔστι τοῦ Θεοῦ δοράτου, καὶ κατὰ τοῦτο Θεός, διὸ οὐ περὶ οὐ λέγει αὐτὸς δ Χριστός. *Ira γιρώσκωσι σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν·* οὕτως εἰκὼν ἀγαθότητος, διὸ οὐχ ὡς δ Πατήρ ἀπαραλλάκτως ἀγαθός. *Ita etiam existimo et de Salvatore præclare dictum iri, illum esse imaginem bonitatis Dei, sed non ipsam bonitatem.* Ac fortasse bonus dicetur Ipse Filius, sed non ut simpliciter bonus. Et quemadmodum Dei invisibilis imago est, atque idcirco Deus, non tamen is de quo dicit ipse Christus: *Ut cognoscant te solum verum Deum (Joan. xvii, 3), ita imago bonitatis est, at non, ut Pater, sine uila differentia bonus.* » Ubi naturam in personis divinis considerat Origenes, bonitatem, seu, quod idem est, voluntatem Dei, ut supra vidimus, quae est in Filio, ἀπαραλλάκτων, nullatenus diversum D esse statuit a voluntate Patris. Hic autem in astrinenda personarum distinctione occupatur, ac Filiū negat esse, ut Patrem ἀπαραλλάκτως bonum, quia Pater bonum ipsum est et fons bonitatis, Filius imago bonitatis, et bonus de bono. Tota ergo illa differentia nequaquam in ipsam bonitatem cadit, sed in modum quo Pater bonus est, et Filius bonus; Pater quidem bonitate a nemine accepta; Filius bonitate a Patre manante. — D. Prudentius Maran. *De divinit. Christi*, lib. iv, cap. 16, num. 1. Vide insuper Bullum *Defens. fiduci Nicæae de Filiī τῷ δμοσούσιῳ*, cap. 9, num. 13.

(4) Οὕτω τοῖνυν ἔρθαδε εἰ πάντα, etc. Vide paulo supra, num. 7, animadversionem nostram in hec ipsa Origenis verba.

(5) Ήτο μὲν πρὸς τὸν Πατέρα. Vide paulo supra num. 7, observationes nostras in hec verba tom. xiii in *Joann.*: Άλλ' θμιας τῶν τοτούτων, etc.

quidem ac per omnia archetypo ipsi similem et aequalem, sed expressam leviter, et exemplaris præstantia longe inferiorem. Si quando igitur bonitatem Filii eamdem esse docet ac Patris bonitatem, velut lib. i *Perī dρχῶν*, cap. 2, num. 10 et 13, ubi eamdem esse ait utriusque potentiam, bonitatem eamdem, et quæcunque habet Pater, habere et Filium, facilis est intellectus; Filii nempe bonitatem Paternæ bonitatis esse particulam et auram, e Paterna bonitate deceptam ac delibatam. Si quando Patri soli bonitatem tribuit, primigeniam bonitatem, et bonitatis Intelligit principium ac fontem; Filium autem Paterna tantum illa bonitate impertitum. Cujus impietatis occasionem videtur accepisse ex male intellecto Matthæo xix, 17, et Joan. xvii, 45, et ex Platone qui *boni* nomen ad Denim peculiariter pertinere dicebat.

XVI. Simili modo explicandum venit dogma alterum, quod ab ipso propositum refert Hieronymus epist. 59, ad *Avit.*, cap. 1: « Filiū, quantum ad Patrem, non esse veritatem, quantum ad nos, esse imaginariam veritatem. » Paria fere habet Augustinus, *De hæres.* ad *Quod uult deum*, hæres. 43: « Dicit præterea Origenes, inquit, quod Filius Dei sanctis hominibus comparatus, veritas sit; (6) Patri collatus, mendacium. » Nee dissimilia quæ ex epistola decretali Palatinorum episcoporum repræsentat Guido Carmelita adversus Origenistas in *Summ. de hæres.*, in hær. Origenist.: « Si qui sunt qui in suis tractatibus tradiderunt quod Filius nobis comparatus sit veritas, Patri collatus mendacium, et quod est Petrus et Paulus ad Salvatorem, hoc est Unigenitus Filius et Deus Verbum comparatus Patri..... et ipsi, et dogmata ipsorum sint Ecclesiæ anathema. » Quibus astipulatur anonymous ille defensor Origenis, quem dixi, et inter capita in ipso reprehendi solita postremum illud ponit: « Οὐτὶς ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ὡς πρὸς ἔκεινον, οὐ λαττίνη εἰκὼν, οὐκ ἕστιν ἀλήθεια. » Imaginem Dei respectu ejus cuius est *imago*, quatenus est *imago*, non esse veritatem. » Videtur haec hæ-

(6) *Patri collatus, mendacium, etc.* Faleatur Petersius non ita desipuisse Origenem, ut Filiū Dei ulla ratione mendacium diceret: sed hanc conseruationem ex ejus sententia ab Hieronymo supra citata nonnullos eruisse. Existimat Huettius hanc, ut ipse appellat, hæresim ex lib. i *De princip.*, cap. 2, num. 6, expressam fuisse, sed Rufini artibus intricatam, et falsa hac interpretatione obducta: « *Imago* est *Invisibilis* Dei *Patris* *Salvator* *noster*, quantum ad ipsum quidem Patrem, veritas: quantum autem ad nos, quibus revelat Patrem, *imago* est, per quam cognoscimus Patrem. » Reversa locus videtur aut Rufini, aut librariorum culpa corruptus; Ita ut hæc Origenis sententia esse debeat, Filiū respectu Patri esse *imaginem*, respectu nostri veritatem. Sed veritas hoc loco, prout opponitur *imaginē*, idem sonat ac exemplar, nec Origenes, cum Filiū respectu Patri *imaginem*, respectu nostri veritatem sive exemplar esse dicit, a cæteris Patribus discedit qui Patrem exemplar Filiū, Filiū exteriorum exemplar, Filiū *imaginem* Patri, nos Filiū *imagines* esse dixerunt. Si autem veritatis

A resis libro i *Perī dρχῶν*, cap. 2, num. 6, fuisse expressa, sed Rufini artibus dissimulata, et falsa hac interpretatione obducta: « *Imago* ergo est *Invisibilis* Dei *Patris* *Salvator* *noster*, quantum ad ipsum quidem Patrem, veritas; quantum autem ad nos, quibus revelat Patrem, *imago* est, per quam cognoscimus Patrem. »

XVII. Quæ Origeni dica impingi solet, negasse ipsum Patrem a Filio, Filium a Spiritu sancto, Spiritum sanctum ab angelis, angelos ab hominibus videri posse, facilis expurgatu non est, si criminantium numerus spectetur et auctoritas. Primarium hunc ac præcipuum inter ejus errores statuit Epiphanius hær. LXIV, cap. 4, et in *Anchorato*, cap. 63, ubi verba ipsa Origenis exhibet: Μαθέτωσαν, inquit, πῶς οὐκ ἀπηξίλωσεν Οριγένης εἰπεῖν, οὐτε οὐχ ὅρᾳ τὸν Πατέρα δὲ Υἱόν· ἀλλὰ φησιν· Ός οὐ δύναται ὅρᾳ τὸν Πατέρα δὲ Υἱόν, καὶ τὸ ἄγιον Πνεῦμα οὐ δύναται ιδεῖν τὸν Υἱόν. Καὶ πάλιν· Οἱ ἀγγελοι οὐ δύνανται ιδεῖν τὸ ἄγιον Πνεῦμα, καὶ οἱ ἀνθρώποι οὐ δύνανται ιδεῖν τοὺς ἀγγέλους. » Discant quomodo non dubitavit Origenes dicere Filiū non videre Patrem, sed dicit: *Quemadmodum non potest videre Patrem Filius, nec Filiū videre potest Spiritus sanctus.* Et rursus: *Angeli videre non possunt Spiritum sanctum, et homines non possunt videre angelos.* » Eadem replicat in epistola ad Joannem Jerosolymitanum, cap. 2. Hieronymus quoque errores recensens librorum *Perī dρχῶν*, in epistola 59, ad *Avitum*, scripsisse eum ait in primo operis hujus volumine, « *Deum Patrem, per naturam invisibilem, a Filio non videri;* » et in secundo: « Restat ut invisibilis sit Deus. Si autem invisibilis per naturam est, neque Salvatori visibilis erit. » Idem in epistola 61, ad *Pammach.*, cap. 3: « *Et primum de libro Perī dρχῶν*, ubi loquitur: *Sicut enim incongruum est dicere quod possit Filius videre Patrem, ita inconveniens est opinari quod Spiritus sanctus possit videre Filiū.* » In qua hæresi versatum fuisse Joannem Jerosolymitanum toto hoc capite demonstrat. Par est Gennadii querela lib.

D nomine intelligatur Verbum illud quod paternas omnes ideas complectitur, secundum quod Deus omnia gubernat, nihil longius abest ab Origenis mente, quam ut illud veritatem non esse diceret. Legere equidem malum: *Quantum ad ipsum quidem Patrem, virtus*, id est, persona divina. Sed tamen retineri potest vox illa, *veritas*, modo verum Filiū, ac vere substantia divina a Patre donatum intelligamus. Vituperat hoc loco Origenes probolas a Valentianis in generationem Filiū inducitas, ac Filiū statuit ita *imaginem* Dei *invisibilis* dici, ut nequaquam assimiletur illis *imaginibus*, *qua* in materia aliqua, *id est ligni, vel lapidis depingi vel excupli solent; sed sicut ipse Pater invisibilis est per naturam, ita imaginem quoque invisibilem genuerit.* Unde statuit Filiū, quantum ad Patrem attinet, esse veritatem, id est, personam divinam, ac rem vere per se subsistentem; quantum ad nos, *imaginem*, per quam Deum cognoscimus. — D. Prudent. Maran. *De divinit. Christi* lib. iv, cap. 16, num. 1. Vide et Bullum *Defens. fidei Nicænae* de Filiū δημοσιεύη, cap. 9, num. 17 et 18.

*De dogmatib., cap. 4:* « Nihil, inquit, sibi invisibile a creaturis (in Trinitate credamus) ut Origenes. » Legendum, ni fallor, ut *creaturis*, hoc est, nihil esse credamus in Trinitate, quod ab aliquibus ejus personis videri non possit, quemadmodum a creaturis videri non potest, quod putavit Origenes. Par et illa Justiniani in *Epistola ad Menam*, et Isidori lib. viii *Origin.*, cap. 5, et anonymi auctoris *Apologiae pro Origene*, apud Photium, cod. cxvi, et Nicetæ Acominatæ, et Honorii Augustodunensis in lib. *De haer.* et Cedreni in *Compendio*, et Suidæ in voce *Ὀριγένης*, et Zonarae lib. ii in *Dicio*. Atque hunc porro errorem ab Adamantio mutuatus est Arius, quem dicere ausum esse narrat Athanasius *De synodus*: « Αδύνατα γίγνεται τὸν Πατέρα ἔξιγνάσαι, οἷς ἔστιν ἄρετος ἐκαυτοῦ. Αὕτος γάρ ὁ Γίγνεται τὴν ἐκαυτοῦ οὐσίαν οὐχ οἰδεν. Γίγνεται γάρ ὁν, θελήσει Πατρὸς ὑπῆρχεν δληθῶς. Τις γάρ λόγος συγχωρεῖ τὸν ἐκ Πατρὸς θντὸν αὐτὸν τὸν γεννήσαντα γνῶναι ἐν καταλήψει; Δῆλον δτι τὸ ἀρχήν ἔχον τὸν ἀναρχον ὡς ἔστιν ἐμπειριοῦσαι, η ἐμπειριδράξασθαι οὐχ οἴδωντε ἔστιν. » Possible enim ipsi non est investigare Patrem qualis in seipso est. Filius quippe suam ipse essentiam non novit. Cum sit enim Filius, voluntate Patris talis exstitit. Quia enim concedit ratio eum qui sit ex Patre, genitorem ipsum comprehensione cognoscere? Perspicuum est, quod habet principium, eum qui careat principio mente complecti vel comprehendere non posse. »

XVIII. At eam criminacionem ab Origene multis depellere conatur Rusinus *Invect.* i in Hieronymum, ostenditque ad refellendam Valentinianorum hæresim, qui Deum corporeum humanis membris habituque constantem describebant, Origenem probasse Deum ex natura sua corpore carere, ac proinde sub oculis cadere non posse, visionem quippe corporum esse; nosci autem posse, quod cognitio rerum sit corpore carentium; nosci igitur Patrem a Filio, videri neutiquam. Tum locum ipsum Origenis deponit, in quo haec habentur: « Aliud est videre, aliud cognoscere: videri et videre corporum est; cognosci

(7) *Nam Hieronymus*, etc. Hoc loco non suis ipse verbis loquitur Origenes, sed alium inducit loquenter, cuius sententiam nulla approbationis significatio confirmat, ut quisque perspicere potest ex ipso testimonio, quod Graece habetur lib. iv *De principiis*, num. 35. Atque etiam si hoc loco non alienam sententiam, sed suam proponeret, illius profecto verba eodem sensu accipienda essent, quo ista Basilii ex lib. iv *adversus Eunomium*: « Εἰ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ φῶς, καὶ ἀτρεπτος, καὶ ἀγαθὸς, καὶ διοικος, καὶ Κύριος ὁ Γίγνεται τὰυτα δὲ καὶ ὁ Πατήρ ὁν, οὐχ δύοις ἔστιν, ἀλλὰ μειζόνως οὐκ οὐσίας ὑπεροχῇ, ἀλλὰ ποιότητος ὑπερβολῇ. » Si verus Deus, et lux, et immutabilis, et bonus, et sanctus; et Dominus est Filius. Haec autem et Pater cum sit, non similiter est, sed amplius; non substantiæ exsuperantia, sed qualitatis præstantia. » Et haec esse mentem Origenis intelligitur ex iis verbis quæ præcedunt apud Hieronymum, ubi Origenes suo nomine loquitur, ac statuit non esse dubium quin si Pater sit in Filio, et comprehendatur ab eo, in quo est: « Si enim Patrem cognoscit Filius, inquit, videtur, in eo quod novit Patrem, posse eum comprehendere: ut si di-

A et cognoscere, intellectualis naturæ est. Quidquid ergo proprium corporum est, hoc nec de Patre est, nec de Filio sentiendum. Quod vero ad naturam pertinet Deitatis, hoc inter Patrem et Filium constat. » Ait demum depravatam hoc loco, et corruptam fuisse suam interpretationem, atque ita purgandi sui causa concludit: « Si quis negat quod nou ita videt Filius Patrem, sicut Pater Filium; et nou ita videt Spiritum sanctum Patrem et Filium, sicut videt Pater Filium et Spiritum sanctum, anathema sit. Videt enim, et verissime videt, sed ut Deus Deum, et lux lucem, et non ut caro caroem, sed ut Spiritus sanctus; non corporeis sensibus, sed virtutibus Deitatis. » Russi responsionem arripuit et uberius explicavit Halloxius lib. iv *Orig.*

B *defens.*, quæst. 4. Porro locus Origenis his celebratus concertationibus exstat lib. i *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 1, num. 8, cui similem alterum reperies lib. ii, cap. 4, num. 3. His adjungi potest ad tutelam Origenis et ille quoque e tom. xii in *Joan.*, num. 7: « Οὐσιερ ἀνθρώπους ἃν τινας εἰποιευν ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπτας γεγονέναι τοῦ Λόγου, περὶ ὧν ὁ Λουκᾶς φησι. Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπτει καὶ ψηφίζεται γενέμενοι τοῦ Αδριανοῦ οὐτω τὸν Σωτῆρα αὐτόπτην λέξομεν εἶναι τῶν παρὰ τῷ Πατρὶ, καὶ κατὰ τοῦτο εἰρήσθαι τό. Οὐδέτερος ἔγραψε τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Γίγνεται, οὐκέτι αὐτόπτων θεωρεῖ οἰς ἀπ' ὁ Γίγνεται παρακαλύψῃ. Δῆλον δὲ τὸ αὐτόπτην τῶν ἐν τῷ Πατρὶ τυγχάνειν τὸν Σωτῆρα σαφῶς ή προκειμένη λέξις ἐν τῷ. » Α ἔγραψα παρὰ τῷ Πατρὶ, λαλῶ. Hic autem, ut alibi sæpe, illud ex *Apologia Pamphilii* usurpare licet: « Dubium autem non est, quod eodem sensu etiam in ceteris sentiat, nec sit sibi ipse contrarius. »

XIX. Attamen ne perfecte quidem et plene Patrem a Filio nosci, ita ut a seipso noscitur Pater, minoremque esse cognitionem Filii quam Patris nonnunquam Origenes asseruit: (7) nam Hieronymus in epist. 59, ad *Avit.*, cap. 4, recitat hoc ipsius decretum e lib. iv *Περὶ ἀρχῶν*, num. 35,

cimus artificis animum artis scire mensuram. Nec dubium quin si Pater sit in Filio, et comprehendatur ab eo in quo est. Sin autem comprehensionem eam dicimus, ut non solum sensu quis et sapientia comprehendat, sed et virtute et potentia cuncta teneat qui cognovit, non possumus dicere quod comprehendat Filius Patrem. Pater vero omnia comprehendit. Inter omnia autem et Filius est, ergo et Filius comprehendit. » Postrema verba Graece apud Justinianum ad calcem epist. ad *Menam* sic leguntur: « Εἰ δὲ ὁ Πατήρ ἐμπειρίχει τὸ πάντα, τῶν δὲ πάντων τέ ἔστιν ὁ Γίγνεται, δῆλον δτι καὶ τὸν Γίγνεται. Unitatem essentiæ et aequalitatem in Patre et Filio mirifice exponit Origenes, dum Patrem a Filio comprehendit, quia Pater in Filio est. Patrem ergo in Filio esse credebat, non quia Patri Filius obedit, sed quia Filio Pater totam divinam substantiam generando tradidit. Unde scientiam et sapientiam in utroque æqualem agnoscit Origenes, ac illud tantum comprehensionis genus, quo genitum comprehendit genitor, a Filio removet. — Dominus Prudent. Maran *De divinitate Christi* lib. iv, cap. 16 num. 2 et 4.

quod et Graece exhibet Justinianus in fine *Epistola ad Menam*: "Άλλος δέ τις ζητήσει εἰ αληθές τὸ δρυόως τὸν Θεὸν ύφ' ἑαυτοῦ γνώσκεσθαι, τῷ γνώσκεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Μονογενοῦς καὶ ἀποφανεῖται ἡ τὸ εἰρημένον. Οἱ Πατέρες δὲ πέμψας με μετὰ μου ἔστε, ἐν πᾶσιν ἀληθές. Ωστε καὶ ἐν τῷ νοεῖν δὲ Πατέρῳ μετώνως καὶ τρανοτέρως καὶ τελειοτέρως νοεῖται ύφ' ἑαυτοῦ, η̄ ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ. + Curiosus lector inquirat, utrum a semetipso cognoscatur Pater, quomodo cognoscitur a Filio; sciensque illud quod scriptum est: *Pater qui misit me, maior me est*<sup>26</sup>, in omnibus verum esse contendet, ut dicat et in cognitione Filio Patrem esse majorem, dum perfectius et purius a semetipso cognoscitur, quam a Filio. + Atque id esse causæ quare Filium a Patre comprehendi, Patrem vero a Filio neutiquam comprehendи posse opinatus sit, ait Hieronymus: contra quam Paganino Gaudentio visum est lib. *De comparat. dogm. Origen. cum philos. Platonis*; qui ideo censuisse Origenem scribit, Filium videre non posse Patrem, quia Filium habuit pro re creata; intellectum autem creatum rem intuitam cernere non posse. Cum enim potasse feratur neque Filium a Spiritu sancto videri posse, neque Spiritum sanctum ab angelis, neque angelos ab hominibus, vanam esse sequitur Gaudentii conjecturam. Eodem pertinet quod queritur Hieronymus, cap. 1, ejusdem *Epistola ad Arit.*, decrevisse Origenem, *Deum Patrem esse lumen incomprehensibile*. Anonymous quoque auctor *Apologiae pro Origene*, apud Photium cod. cxvii, inter capita criminationum quæ Origeni intentari solebant, tertium illud ponit [Τίδην] μὴ γνώσκειν τὸν Πατέρα, ὡς αὐτὸς ἑαυτόν. + *Filium non cognoscere Patrem, ut seipso Pater cognoscit.* + Hujus sane commenti notæ exstant tomo xxxii (8) in *Joan.*, num. 18: Γνώσκει οὖν τὸν Πατέρα δὲ Υἱὸς, αὐτῷ τῷ γνώσκειν αὐτὸν δύτι μεγίστῳ ἀγαθῷ, καὶ διπολὸν δὲ ὁ ἐπὶ τελείαν γνῶσιν ὃν ἡ γνώσκει δὲ Υἱὸς τὸν Πατέρα, ἐδοξάσθη. Οἷματι δὲ καὶ ἑαυτὸν γνώσκων, ὅπερ καὶ αὐτὸς οὐ μακρὰν ἀποδεῖ τοῦ προτέρου, ἐδοξάσθη ἐκ τοῦ αὐτὸν ἀγνωκέναι. Cognitionem qua se cognoscit Filius, cognitione illa qua cognoscit Patrem paulo inferiore esse definit; quod mox apertius prædicat, dicens τὴν Πατέρα θεωρίαν εἶναι μετόνυμον τῆς ἐν Υἱῷ θεωρίας.

XX. Quæ quamvis asseveranter pronuntiata sint, (9) idem ipse tamen in iisdem Commentariis tomo i., num. 27, æqualem cognitionem Filii cognitioni Patris videtur statuere, adeo quid sequeretur parum ipsi ratum fixumque fuit: "Ἐάν δέ τις ζητῇ, inquit, εἰ πᾶν δὲ τὸ ποτε ἐγνωσμένον ὑπὸ τοῦ Πατέρος κατὰ τὸ βάθος τοῦ πλούτου, καὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως αὐτοῦ, ἐπισταται: ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ φαντασίᾳ τοῦ δοξάζειν τὸν Πατέρα ἀποφανηται τίνα γνώσκειν

<sup>26</sup> Joan. xiv, 28. <sup>27</sup> Luc. x, 22. <sup>28</sup> I Cor. ii, 10.

(8) In *Joan.* num. 18, etc. Vide supra num. 7 observationes nostras in hæc verba: *Eodem labore ratiōne ratiōne*, etc.

(9) Idem ipse tamen in iisdem Commentariis, etc. *Æqualem cognitionem Filii cognitioni Patris sta-*

A ὑπὸ τοῦ Πατέρος ἀγνοεῖται ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ, διαρκοῦντος ἐξισωθῆναι ταῖς καταλήξεσι τοῦ ἀγενήτου θεοῦ ἐπιστατέον αὐτὸν ἐκ τοῦ ἀλήθειαν εἶναι τὸν Σωτῆρα, καὶ προσακτέον ὅτι εἰ διλόχηρός ἐστιν ἡ ἀληθεία, οὐδὲν ἀληθές ἀγνοεῖ, ἵνα μὴ τακτῇ λείπουσα ἡ ἀληθεία οἵς οὐ γνώσκει, κατ' ἔκεινους, τυγχάνουσαν ἐν μόνῳ τῷ Πατρὶ, ἡ δεικνύτων τις ὅτι ἐστιν ἡ γνώσκειν τῆς ἀληθείας προσηγορίας οὐ τυγχάνοντα, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὴν δυτικα. Addendum censerem et istum e lib. i *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 4 (quem usurpat cap. 48 auctor libelli *De deitate et incarnatione Verbi*, ad *Jannarium*, qui subjungitur tomo quarto *Augustini*); in quo cognitionem Spiritus sancti æqualem esse cognitioni Patris et Filii ostenditur, si non hoc opus, ut toties monui, in iis maxime quibus de B Trinitate agitur, corrupisset Rusinus. Sic autem conceptus est: « Sicut enim de Filio dicitur, quia nemo novit Patrem nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare »<sup>29</sup>: hæc eadem etiam de Spiritu sancto dicit Apostolus, cum ait: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum; Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei*<sup>30</sup>. Sed et rursus in Evangelio de divinis et profundioribus doctrinis commemo-rans Salvator, quas nondum capere poterant discipuli sui, ita ait ad apostolos: *Adhuc multa habeo quæ vobis dicam, sed non potestis amodo capere: cum autem venerit consolator Spiritus sanctus, ille vos docebit omnia, et communebit omnia quæ dixi vobis*<sup>31</sup>. Et ita sentiendum est, quod sicut Filius qui solus cognoscit Patrem, revelat cui vult, ita Spiritus sanctus qui solus scrutatur etiam alta Dei, revelat Deum cui vult; *Spiritus enim ubi vult spirat*<sup>32</sup>. Neque enim putandum est quod etiam Spiritus Filio revelante cognoscit. Si enim revelante Filio cognoscit Patrem Spiritus sanctus, ergo ex ignorantia ad scientiam venit: quod utique et in pium pariter et stolidum est, Spiritum sanctum confiteri, et ignorantiam ei ascribere. + Si ullam Spiritui sancto ignorantiam ascribendam esse Origenes negat, æqualem omnino scientiam ipsi tribuit ac Patri et Filio; nec major enim excogitari potest scientia, quam quæ nulla penitus ignorantie caligine permista est.

XXI. Filium Dei pro re creata ab Origene habitum fuisse ac prædicatum, quæ Arianorum et Anomæorum impia fuit et damnosa opinio, verba hæc persuadere possunt, quæ e lib. iv *Περὶ ἀρχῶν* adducit Justinianus in *Epistola ad Menam*: Οὗτος δὲ Υἱός ἐκ θελήματος τοῦ Πατέρος γεννήθει, δε τὸ στοιχεῖον τοῦ θεοῦ τοῦ δοράτου, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, χαρακτήρ τε τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, πρωτότοκος πάσῃς κτίσεως, κτίσμα, σοφία. Λύτη γάρ ἡ Σοφία φησιν: Ο θεός ἔκτισέ με ἀρχήν εἰδὼν ἑαυτοῦ εἰς ἔργα ἑαυτοῦ. + Hic Filius de voluntate Patris

<sup>29</sup> Joan. xvi, 12, 13; xiv, 26. <sup>30</sup> Joan. iii, 8.

tuit etiam Origenes lib. vi *contra Celsum*, num. 47 et num. 65. Vide Bullum *Defens. fides Nicænae*, de Filii τῷ ὁμοούσιῳ, sect. 2, cap. 9, num. 9 et num. 16.

generatus, qui est *imago Dei invisibilis*<sup>21</sup>, et splendor gloriae ejus, et figura expressa substantiae ejus<sup>22</sup>, primogenitus omnis creaturæ, conditio, sapientia. Ipsa enim Sapientia dicit: *Dominus condidit me initium viarum suarum ad opera sua*<sup>23</sup>; et ista ex eodem libro: "Oti μὲν οὖν πᾶν ὅτι πάρα τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων γενητὸν ἐστιν, ἐκ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας πειθόμεθα." Quod igitur quæcumque alia res, præter Patrem ac Deum universorum, creata est, eadem consequentia suadeatur; necnon et haec que ex ipsius Commentario in *psalmum I* profert Epiphanius hæc. Lxiv, cap. 7: "Ἄξιούμεν τοινυν, ἐπει μηδὲ χωρὶς Θεοῦ καλλίν εἶναι δύναται, καὶ μάλιστα νόησις Γραφῶν θεοπνεύστων, ὅπις τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων θεῷδι τῷ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ ἀρχιερέως τενητοῦ θεοῦ προσιέναι αἰτήσεις δοθῆναι ἡμῖν πρῶτον καλῶς ζητεῖν" et haec præterea quæ ex eo recitat Diodorus in *Catena Combellissii* nondum edita ad *Gen. I, 2*: *Γεννηθήτω φῶς· πῶς νοήσω;* ἄρα τὸ ἀληθινὸν, τὸν Υἱὸν; Idem de Spiritu sancto decernere videtur, cum ait in proœmio librorum *Περὶ ἀρχῶν*, num. 4, juxta Rusini interpretationem: "Tum deinde honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum sanctum. In hoc non jam manifeste discernitur utrum natus an innatus;" et lib. I, cap. 2, num. 6, eodem interprete: "Ita ergo et Filii subsistentia generatur

<sup>21</sup> Coloss. I, 15. <sup>22</sup> Hebr. I, 3. <sup>23</sup> Prov. viii, 22.

(10) Item paulo superius, "Ὡς εὐτελέστερον, etc. Blasphemie in Spiritum sanctum accusatur Origenes; sed quæ ad hanc criminationem firmamant proferuntur, ea, si Græcum contextum accurate expendas, firmant potius Origenis de Spiritu sancto doctrinam, quam supra exposui. Accusandi materialem dedisti longa disputatio de sancto Spiritu, quæ exstat tom. II in *Joan.*, num. 6, pag. 60 et seq. "Ἐξεταστέον δὲ ἀληθοῦς δυτος τοῦ, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ει καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Οἵματα γὰρ ὅτι τῷ μὲν φάσκοντι γεννητὸν αὐτὸν είναι, καὶ προσιέμενῳ [leg. προσιεμένῳ] τῷ, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἀναγκαῖον παραδέξασθαι, ὅτι τὸ ἄγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ Λόγου ἐγένετο, πρεσβυτέρου παρ' αὐτῷ τοῦ Λόγου τυγχάνοντος. Τῷ δὲ μὴ βουλομένῳ τὸ ἄγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ Χριστοῦ γεγονέναι, ἔπειται τὸ ἀγένητον αὐτὸν λέγειν, ἀληθῆ τὰ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τούτῳ είναι κρίνονται. Inquirendum autem est, cum verum sit illud: *Omnia per eum exstiterunt* (*Joan. I, 3*), an ipse etiam Spiritus sanctus per eum exstiterit. Illud equidem arbitror ei, qui Spiritum sanctum rem genitam esse dicat, ac illud, *Omnia per eum exstiterunt*, admittat, necessarium esse Spiritum sanctum per Verbum, quod eo præstantius est, fateri exstisset. Nolenti autem Spiritum sanctum per Christum exstuisse, consentaneum est ingenitum illum dicere, si vera esse judicet, quæ in hoc Evangelio leguntur."

Illud 4º observandum est has voces, ἐγένετο, γεγονέναι, γενητόν, duabus modis accipi posse; et de rebus ex nihilo creatis, et de iis quæ aliquod sui principium habent. Hinc Epiphanius, qui in Origene γενητόν idem valere existimat ac creatum, hæres. Lxiv, hoc Joannis de Christo dictum, πρῶτος μου ἐγένετο, idem esse contendit, ac ante me fuit, hæres. Lxviii. Ipse Origenes Filium, de cuius auctoritate mortifice sensit, Θεὸν γενητόν, *Deum genitum*, appellare non dubitat, ut supra vidimus. Hinc verbum et veritatem substantialem non per alium quemquam,

A ab eo (Patre): quod necesse est imprimis suscipi ab his qui nihil ingenitum, id est innatum, præter solum Deum Patrem fatentur. Quod verit Rusinus, *natus an innatus*, redditum est ab Hieronymo epist. 59, ad Avit., cap. 1, *factus an infectus*. Sic enim ille, errores libri primi *Περὶ ἀρχῶν* recensens: "Tertium dignitate et honore post Patrem et Filium asserit Spiritum sanctum: de quo cum ignorare se dicat, utrum factus sit an infectus, in posterioribus quid de eo sentiret expressit, nihil absque solo Deo Patre infectum esse confirmans." Scripterat nimurum Origenes, γενητὸς η ἀγένητος, quemadmodum et tom. II in *Joan.*, num. 6: "Ἐγειρε δὲ ἐπαπόρησιν διὰ τε τό· Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἀκολουθεῖν τὸ Πνεῦμα γενητὸν ἦν, διὰ τοῦ Λόγου γεγονέναι, πῶς οἷοντι προτιμάται τοῦ Χριστοῦ ἐν τισι γραφαῖς. Quæ ab Arianis esse assuta sine causa Genebrardus contendebat in *Collectan. de Vita Origen.*, cap. 6, ut apparebit ex sequentibus. (10) Item paulo superius, "Ὡς εὐεσθέστερον, inquit, καὶ ἀληθὲς προσιέμενα τῷ, πάντων διὰ τοῦ Λόγου γενομένων, τῷ ἄγιον Πνεῦμα πάντων εἶναι τιμιώτερον, καὶ τάξει πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ Χριστὸν γεγενημένων. Et paulo infra, eodem num. 6, pag. 63: Ταῦτα δὲ ἐπιπολὺ ἐξήτασται σαφέστερον λεῖπεν βουλομένοις πῶς, εἰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Λόγου ἐγένετο.

C sed a Deo exstisse contendens, his vocibus utitur: Οὐδὲ ὅλως διὰ τίνος, ἀλλ' ὑπὸ θεοῦ ἐγένετο. Nec omnino per alium quemquam, sed a Deo exstisit. Quemadmodum ergo his in locis γένεσθαι aliud omnino sonat ac *creari*; sic cum suam Origenes de Spiritu aeternitate sententiam tot rebus testatus sit, accommodate ad hanc sententiam redenda sunt voces generatim rei creatæ aut increase quidem, sed tamen esse ab alio accipienti congruentes. Hanc interpretandi rationem probat Huetius, quamvis adduci se non posse dicat, ut Origenem probatum et purgatum habeat.

2º Fatendum est Origenem non belle interpretari verba Joannis, quæ cum ad res creatas pertineant, ad Spiritum sanctum referri non debebant. Sed tamen cum illud, ἐγένετο, omnibus rebus aliquod sui principium habentibus conveniat, non præter suum et aliorum bene multorum morem sic Scripturam interpretatur. Solent enim ecclesiastici scriptores Patrem unicum principium dicere, Filium et Spiritum sanctum ex Patre esse demonstrant, quia omnia ex Patre esse in Scripturis dicuntur, nec Filium et Spiritum in hoc cum rebus creatis comparare dubitant, quod a Patre esse acceperint, licet modo longe diverso ac res creatæ. Origenes tom. IV, num. 22, pag. 80, multa esse statuit in Deo, quæ non solum ab humana natura, sed etiam ab aliis præter Filium et Spiritum genitis rebus comprehendendi non possint. Minime ergo mirum, si cum ipsum Filium in rebus, quæ a Deo esse habent, numeret, Spiritum sanctum in iis recenseat, quæ per Filium exstiterunt. Nicene fidei acerrimus defensor Hilarius Arianis cavillandi causa querentibus, per quem sit Spiritus sanctus, responsum afferit (lib. IX *De Trinit.*, num. 29) huic Origenis loco similimum: "Cum dicunt, inquit, per quem sit, et ob quid sit, vel qualis sit: si responsio nostra displicebit dicentium, per quem omnia, et ex quo omnia

<sup>1</sup> *Spiritus est Dei, donum fidelium; dis-*

XXII. Atque hoc crimen magna contentione in A cap. 1, credidisse ipsum dicens, « Christum Filium Origene damnavit Hieronymus in epist. 59, ad Avit. Dei non natum esse, sed factum, » atque idem de

pliceant et apostoli et prophetæ hoc tantum d eo quod esset loquentes, et post hæc Pater et Filius displicebit.

Sed Origenis sententia ex his quæ sequuntur accecuratius examinanda. Sic enim pergit: « Εσται δέ τις καὶ τρίτος παρά τοὺς δύο τὸν τε διὰ τοῦ Λόγου παραδεχόμενον τὸ ἄγιον Πνεῦμα γεγονέας, καὶ τὸν ἀγέννητον αὐτὸν [ι.e. αὐτὸν] εἶναι ὑπολαμβάνοντα, δογματίζων, μηδὲ οὔσιαν τινὰ λίθιαν ὑφεστάνας τοῦ ἄγιου Πνεύματος ἔτέραν παρά τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν· ἀλλὰ τάχα προστιθέμενος μᾶλλον, ἐάν ἔτερον νομίζῃ εἶναι τὸν Υἱὸν παρά τὸν Πατέρα, τῷ τὸ αὐτὸν αὐτῷ τυγχάνειν τῷ Πατρὶ, διμολογούμενως διαιρέσεως δηλουμένης τοῦ ἄγιου Πνεύματος παρά τὸν Υἱὸν τῷ. » *Cetera elīxī, etc.* « Erit forte præter illos duos, nempto eum, qui Spiritum sanctum per Verbum exstitisse assentiatur, et eum, qui ingenitum illum existinet, tertius aliquis, qui ne propriam quidem essentialiam subsistere Spiritus sancti, aliam a Patre et Filio decernat; aut forte, si Filium alium ac Patrem esse sentiat, et magis feratur, ut Spiritum sanctum enīdem esse ac Patrem ipsum existimet: cum manifesto demonstretur Spiritus sancti et Filii distinctio in his verbis: *Qui verbum dixerit in Filiū hominis, dimittetur ei, qui autem blasphemiam dixerit in Spiritū sanctū, non dimittetur ei, nec in hoc sēculo, nec in futuro* (Matth. XI, 32). »

His præmissis Origenes sententiam suam sic expōnit: « Ήμεῖς μέντοι τρεῖς ὑποτάσσεις πειθόμενοι τυγχάνειν τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν, καὶ τὸ ἄγιον Πνεῦμα, καὶ ἀγέννητον μηδὲν ἔτερον τοῦ Πατρὸς εἶναι πιστεύοντες, προσιέμενα τὸ, πάντων διὰ τοῦ Λόγου γενομένων, τὸ ἄγιον Πνεῦμα πάντων εἶναι τυμώσερον, καὶ τάξει πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ Χριστοῦ γεγενημένων» καὶ τάχα αὐτὴν ἔστιν ἡ αἵτια τοῦ μὴ καὶ αὐτὸν Υἱὸν χρηματίζειν τοῦ Θεοῦ, μόνου τοῦ μονογενοῦς φύσει Υἱοῦ ἀρχῆθεν τυγχάνοντος, οὐ χρήζειν δοκεῖ τὸ ἄγιον Πνεῦμα, διακονούντος αὐτοῦ τῇ ὑποτάσσει, οὐ μόνον εἰς τὸ εἶναι. ἀλλὰ καὶ σοφῶν εἶναι καὶ λογικῶν καὶ δίχαιον, καὶ πάντα ὀπίστοιν τὸν προειρημένων ἡμῖν Χριστοῦ ἐπινοιῶν. « Nos autem, qui persuasum habemus tres hypostases esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, nec quidquam ingenitum credimus præter Patrem, sic statuimus; cum omnia per Filium exstiterint, Spiritum sanctum omnibus præstantiorem esse, et ordine ab omnibus, quæ per Christum a Patre exstiterunt, segregari. Atque hæc forte causa est, cur ipse quoque Dei Filius non appelletur, solo unigenito natura Filio ab initio existente, quo quidem indigere videtur Spiritus sanctus, ut ipsius hypostasi ministret, non solum ut sit, sed etiam ut sit sapiens, et rationalis, et justus, et quidquid omnino cum cogitare et intelligere oportet, secundum communicacionem Christi notionum, quas jam commemoravimus. »

Habemus in his verbis accuratam Origenis sententia explicationem. Nam, 1º Spiritum sanctum eodem sensu γενητὸν esse asserit, quo ipsum Filium; eodem sensu ingenitum negat, quo Patrem ingenitum affirmat. Ex eo enim quod solus Pater ingenitus sit, nec de Filio, nec de Patre idem dici posse concludit. At profecto, cum Patrem solum ingenitum dicit, non solum ex nihilo creatum non esse, sed solum ab alio esse non accepisse intelligit; ex quo patet non id eum inquirere utrum Spiritus sanctus ex nihilo creatus sit necne, sed otrum ab alio necne esse accepit. Id confirmat necessaria illa triplicis hypostasis distinctio, quam ad usus suos adjungit. Nemo sane dixerit ita despissuisse Origenem, ut Spiritum sanctum ex eo quod tertia sit Trinita-

tis hypostasis, nec cum Patre et Filio confundi debeat, creatum et eductum ex nihilo concluderet.

2º Quamvis Spiritum sanctum in iis rebus numeret, quæ per Filium exstiterunt, eum tamen a rebus creatis segregatum esse declarat. Hinc cum de Spiritu sancto loquitur, nusquam iis utitur vocibus, quæ creationem designant; quin etiam ejusmodi voces inter iuu de Filio in Scripturis, nusquam de sancto Spiritu occurrere declarat lib. 1 De princip., cap. 3, num. 2, qui locus eum a Pamphili martyre ad Origenis defensionem attulit sit, auctoritate non caret: « Verumtamen, inquit, usque ad præsens nullum sermonem in scriptis sanctis invenire potuimus, per quem Spiritus sanctus factura esse vel creature dicetur, ne eo quidem modo, quo de Sapiencia referre Salomonem supra edocuimus, vel quæ de vita, vel Verbo, aliisque appellationibus Filiū Dei intelligenda esse tractavimus. » Non defuissest Origeni ejusmodi testimonium, si his Joannis verbis: *Omnia per ipsum facta sunt (Joan. 1, 3), seu exstiterunt, quibus Spiritum sanctum comprehendere non dubitat, creationem designari existimat.*

3º Hanc rationem assert, cur Spiritus sanctus non appelletur Filius, quia a Patre per Filium exsistit; in quo liquet totum inter Filium et Spiritum sanctum discrimen non ex naturæ dissimilitudine, sed ex diversa existendi ratione repeti. Hinc illa martyris Pamphili observatio (*Apolog. cap. 1*) ad hæc Origenis verba (ex proœm. in lib. De princ., n. 4): *In hoc non jam manifeste discernitur, utrum natus sit an innatus: « Qui de nato, inquit, vel innato requirit, sine dubio creature in eo nullam habet opinionem, alioquin et hoc adduxisset ad inquisitionem. » Et adjungit Origenes: *Vel Filius ipse Dei habendus sit necne.* Cum hæc postrema Origenis verba, tum S. martyris notatio demonstrant, non id Origenem inquirere, utrum Spiritus sit necne creature, sed quomodo acceperit, ut esset una ex tribus personis divinis. Quamobrem minus accurate Hieronymus ad hunc Origenis locum respiciens sic loquitur in *Epist. ad Avitum*: « De quo, » inquit, id est de Spiritu sancto, « cum ignorare se dicat, utrum factus sit an infectus: in posterioribus quid de eo sentire expressit, nihil absque solo Patre infectum esse confirmans. » Nunquam ignorare sed dixit Origenes, utrum Spiritus sanctus esset necne creature. Nam in hoc ipso proœm. in libros *De principiis* inter ea, « quæ per apostolicam prædicationem manifeste traduntur, » hoc dogma numerat, « honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum Spiritum sanctum; » quæ verba non omisit Pamphilus. Nunquam ergo dubitavit Origenes, quin Spiritus sanctus una sit ex tribus divinis personis, æqualis Patri et Filio; sed cum ejus processio non tam distinete in Scripturis exponi videretur, quam generatio Filii, operam hac in re investiganda insumen- dam esse duebat.*

4º Mirifice confirmat æqualitatem trium personarum, et unitatem substantie quod ait Origenes (tom. II in *Joan.*, num. 6), Spiritum sanctum Filio egere « ut sit sapiens, rationalis, justus, et quidquid eum omnino cogitare et intelligere oportet secundum communicationem Christi notionum, » quas antea enumeraverat. Quemadmodum ergo Filius omnia est, ut docet Origenes, quæcumque est Pater; ita Spiritus sanctus omnia est, quæcumque Filius, excepto generationis et processionis discrimine; et quemadmodum Pater omnia sua Filio tradidit, ut alibi declarat Origenes, ita Spiritui sancto omnia per Filium a Patre tradita ex ejusdem principiis necessario demonstratur. — D. Prudentius Maran *De divinitate Christi* lib. IV, cap. 16, num. 9.

Spiritu sancto decrevisse. Similiter Epiphanius hær. LXIV, cap. 4: 'Ex τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τοῦτον (Υἱὸν) εἰσηγεῖται, κτιστὸν δὲ δῆμα· βούλεται δὲ ὡς κατὰ χάριν τὸν Υἱὸν αὐτὸν καλεῖσθαι λέγειν. « Ex substantia Patris eum (Filiū) esse arbitratur (Origenes), sed nibilominus creatum. Vult autem quasi per gratiam Filium ipsum appellatum dicere; » et cap. 5: Φανερώτατα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κτίσμα ἐδογμάτισε, καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τοῦ Υἱοῦ τόλμης γνώμης ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον κτιστὸν εἰσηγήσατο. « Apertissime Filium Dei creaturam esse asseveravit, et ab hac in Filium audacia nosce et pro re creata Spiritum sanctum habuisse; » et cap. 8: 'Οπότε δὲ ἐν πολλοῖς τόποις εὑρομεν αὐτὸν τὸν Μονογενῆ Θεὸν ἀπαλλοτριοῦντα τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητός τε καὶ οὐσίας, δημοῦ τε καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον, τούτου χάριν τὸ γενητὸν Θεὸν εἰρηκέναι αὐτὸν, σαφές ἔστιν, ὅτι κτιστὸν δριζεται. « Quoniam autem in multis locis invenimus eum Unigenitum Deum segregantem a Patris divinitate et substantia; simul vero et Spiritum sanctum; idecirco eum productum Deum dixisse liquet, quia creatum esse decernit. » Justinianus in Epist. ad Menam dixisse Adamantium asserit: 'Οτι δὲ Υἱός, καὶ τὸ ἄγιον Πνεῦμα κτίσματά εἰσι, καὶ διπερ τῆς εὐσεβείας πρὸς τὸν Υἱὸν, τούτῳ δὲ Υἱός ἔστι πρὸς Πατέρα. « Filiū et Spiritū sanctū res esse creatas, quodque nos sumus ad Filium, id Filium esse ad Patrem. » Photius cod. VIII scribit Origenem docuisse in lib. I De principiis, τὸν μὲν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς παποῖσθαι, τὸ δὲ Πνεῦμα ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ. « Filium esse a Patre factum, Spiritum sanctum a Filio. » Quibus assentiuntur Augustinus, Cedrenus, Suidas, Zonaras et Nicetas.

XXXIII. Si quæ tamen culpan hanc extenuare possunt, colliganus. Rufinus *De adult. libr. Origen.* hujus hæreseos virus libris Origenis aliena manu affusum existimabat: « Nunquid, inquit, in eodem opere ejusdem libri, interdum, ut diximus, statim in consequenti capitulo oblitus sui esse potuit? Verbi causa, ut qui superioris dixerat nusquam inventiri in omni Scriptura ubi Spiritus sanctus factus vel creatus esse diceretur, continuo subjiceret inter cæteras creaturas factum esse Spiritum sanctum? » Similia regerit Genebrardus in *Collectan. de Vita Origen.*, cap. 6. Didymus vero, non eximiæ solum eruditioñis homo, sed orthodoxæ etiam fidei, scripta quidem ab Origene non negat quæ objici solent, sed in malam partem flecti asserit a malevolis, quæ recta poterant interpretatione defendi. Id priusquam

(11) Priore, quem adducit Justinianus, etc. Quod supra ait Epiphanius ab Origene non natura, sed gratia Filium dici, commentum est ab omnibus Origenis principiis remotissimum. Idem non dicam de generatione ex voluntate Patris; quæ loquendi ratio cum multis aliis probata, tum ad Origenis sententiam satis accommodata. Nam cum voluntatem Patris in Filio generatam, ac totam Filio communicatam doceat, ita ut identitas sit voluntatis in utroque; non immerito nec incommodè dicere potuit Filium ex Patris voluntate genitum. Quid spectat

A aggredimur facere, afferemus Origenis testimonia quædam catholicæ doctrinæ satis consentanea. Filium Creatorem appellat lib. VII in *Epist. ad Rom.*, num. 9, et a rebus creatis diserte secernit: « Nihil est enim, inquit, sive visibilis, sive invisibilis creaturæ, quod Filio possit adæquare; nullo enim pacto creatori suo creature potest conferri; et si Creator ipse donatus est nobis, quomodo non cum ipso nobis omnis creatura donabitur? » et in *Anacephalæosi* lib. IV *Περὶ ἀρχῶν*, num. 28: « Non enim dicimus, sicut heretici putant, partem aliquam substantiæ Dei in Filium versam, aut ex nullis subsistentibus Filium procreatum a Patre, id est, extra substantiam suam, ut fuerit aliquando quando non fuerit, sed absciso omni sensu corporeo, ex invisibili et incorporeo Verbum et Sapientiam genitam dicimus, absque ulla corporali passione, velut si voluntas procedat e mente. » Locum hunc capita 18 repetit auctor libelli *De deitate et incarnatione Verbi*, ad *Januarium*, quil habetur in fine tomii quarti Augustini. Atque hæc verba: « Aut ex nullis subsistentibus Filium procreatum a Patre, id est extra substantiam suam, ut fuerit aliquando quando non fuerit, » nemo non videt vel a Rufino suis e interpretationi intexta, vel ab aliis Rufinianis antiquioribus Greco ipsi contextui infarta contra Arium, quem Sozomenus lib. I, cap. 15, ait πρότερον περὶ ἑτέρου μὴ εἰρημένον τολμῆσαι ἐν Ἐκκλησίᾳ ἀποφῆναι, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐξ οὐκ δυνατῶν γεγενῆσθαι, κατελαβε ποτε δις οὐκ ἤν. « Primum in Ecclesia aūsum esse dicere, quod nemo ante illum dixerat, Filium scilicet Dei ex non existantibus exstitisse, et fuisse aliquando cum nondum esset. » Disertissima etiam hæc de sancto Spiritu e lib. I *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 3: « Verumtamen usque ad præsens nullum sermonem in Scripturis sanctis invenire potuimus per quem Spiritus sanctus factura esse, vel creatura diceretur; ne eo quidem modo quo de Sapientia referre Salomonem supra edocuimus, vel quæ de vita, vel Verbo, aliisque appellationibus Filii Dei intelligenda esse tractavimus. » Atque hæc quidem e Rufinianis interpretationibus deprompta testimonia, ut minus valida præmisimus, velut leviorē quamdam armaturam. Sed iam cominus signa conseramus.

Aliquot attulimus locos, quibus in creatarum rerum censem detrusi videntur ab Origene Filius et Spiritus sanctus. (11) Priore, quem adducit Justinianus, Filius dicitur ἐκ θελήματος τοῦ Πατοῦ γεννηθεῖς, πρωτότοχος πάσης κτίσεως, κτίσμα. Re-

ad Proverbiorum locum, « Dominus condidit me (Prov. VIII, 22). » etc., quo fretus Origenes Filium conditum et rem conditam appellasse dicitur; videntur quoniam id sensu præstiterit (nam virtus verti non potest, quod Scriptura verbis utatur), utrum hoc testimonium ad evertendam Filii aeternitatem, ut clarum et apertum adhibeat; an potius, ut in obscuro et difficulti loco, ad subtilem interpretationes confugiat. Litem dirimunt quæ leguntur lib. I *De principiis*, cap. 2, num. 2 et 3, ubi illud, « id me, » non de ipsa Sapie

spiebat nempe ad illud Proverb. viii, 22. Ο Θεός οὐκ εἶχε μέρον ὅδῶν αὐτοῦ· « Deus creavit me initium viarum suarum. » Ita nimis reddiderunt hunc versum interpretes LXX, qui Hebraice habet יְבָנָה posse dicit me. Veritatem Aquila, ἐκτίσατο με, et sic fortasse legendum quoque apud τοὺς ΟΈ; hanc enim lectionem tuentur Basilius lib. II *Contra Eunomium*, Gregorius Nyssenus lib. I contra eundem, et Hieronymus in *Isaias* xxvi, 13. Quanquam et Chaldaeus, et Syrus, et Arabs, et maxima Patrum etiam vetustiorum pars hodiernae lectioni consentiunt. Sane ad generationem Filii potest utrumque pertinere εἴχε, creavit, id est genuit. Cicero lib. I *De repub.*: « Quoniam plurima beneficia continent patria, et est antiquior parens, quam is qui, ut aiunt, creaverit. » Virgilius *Aeneid.* x, vers. 551.

*Sylvicola Fauno Dryope quem nympha crearat.*  
Claudianus I *De raptu*, vers. 59, 60.

*Nam quidquid ubique*

*Gignit materies, hoc te donante creatur.*

Sed et ἐκτίσατο, possedit, de parentibus dicitur; quorum nihil tam proprium est quam liberi, quos generunt. Quonobrem Eva dixit de Caino:

de his quæ in illa et per illam condita sunt, intelligendum menet: « In hac ipsa ergo, inquit, Sapientia subsistentia, quia omnis virtus ac deformatio futuræ inerat creaturæ, vel eorum quæ principaliter existunt, vel eorum quæ accidunt consequenter virtute præsistentiae præformata atque disposita; pro his ipsis, quæ in ipsa Sapientia velut descriptæ ac præfiguratae fuerant creaturis, seipsam per Salomonem dicit creatam esse Sapientia initium viarum Dei, continens scilicet in semetipsa universæ creaturae vel initia, vel formas, vel species. » Nihil hic ab Arianis non latissime discrepans. Quod isti claram et perspicuum ducebant, id Origenes, ut obscurum et difficile, subtiliter interpretatur: quod de Sapientia ipsa accipi volebant, id ab ea summo studio removet. Suspiciari quis posset Rulinum interpres hoc testimonium, quod Graece non extat, de suo licenter inseruisse, aut saltem ampliasse. Sed hanc suspicionem repellit ipse Origenes, qui in aliis locis Sapientiam conditam fatur, quatenus in ea Deus omnium rerum exemplaria descripsit. Sic enim loquitur tom. I in *Joan.*, num. 22: « Επιστήσαν δὲ εἰ οἴοντες τὸ κατὰ τὸ σημαινόμενον τούτῳ ἔκδεχεσθαι ἡμᾶς τὸ. Ἐγ ἀρχῇ ήτη ὁ Αὔτος, ἵνα κατὰ τὴν Σοφίαν καὶ τοὺς τύπους τοῦ συστήματος γενηθεῖται, τῶν ἐν αὐτῷ νομάτων τὰ πάντα γίνεται. Οἷμαι γάρ, ὥσπερ κατὰ τοὺς ἀρχιτεκτονικοὺς τύπους οἰκοδομεῖται, ἢ τεκταντεῖται οἰκία καὶ ναῦς, ἀρχὴ τῆς οἰκίας καὶ τῆς νεώς ἔχοντας τὸν ἐν τῷ τεχνίτῃ τύπους καὶ λόγους· οὕτα τὰ σύμπαντα γεγονέναι κατὰ τοὺς ἐν τῇ Σοφίᾳ προτρανθέντας ὅποι τοῦ Θεοῦ τῶν ἔσομέν τοι λόγους. Πάντα γάρ ἐν Σοφίᾳ ἀπολησθεῖσαν. Καὶ λεκτέον ὅτι κτίσας, ἵνα οὕτως εἴπω, Εμψυχον Σοφίαν δὲ Θεός, αὐτῇ ἐπέτρεψεν ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ τύπων τοῖς οὖσι καὶ τῇ ὄλη, οἷμαι, παραγένεται τὴν ὑπαρξίαν καὶ τὴν πλάσιν καὶ τὰ εἶδη. » Primum inspicere an in hanc sententiam illud quoque accipere possimus, *In principio erat Verbum* (*Joan.* I, 1), ut omnia fiant secundum Sapientiam et exemplaria omnium in ea consistentium id earum. Sic enim opinor, quemadmodum ad architectonica exemplaria aedificatur aut fabricatur domus et navis, quæ principium habent ab exemplaribus et rationibus architecto insidentibus; sic omnia facta esse secun-

776  
A τῷ τόπῳ τοῦ ινέτρου LXX, ἐκτισάμην ἀνθρωπον δὲ τὸν Θεόν. Unigata, *Possedi hominem per Deum. Filium* igitur κτίσμα ab Origene dictum credere possumus hoc sensu, quo Filii a parentibus creari dicuntur. Quapropter cum tom. I in *Joan.*, num. 22, Sapientiam animatam, id est Filium, diceret a Deo esse creatum, locationem illam mollivit hoc tempore, Ιν' οὕτως εἴπω. En tibi verba: Καὶ λεκτέον ὅτι κτίσας, Ιν' οὕτως εἴπω, τὴν Εμψυχον Σοφίαν Θεός, αὐτῇ ἐπέτρεψεν, etc. Nec sic tamen docti eu-  
Jusdam viri reprehensiones locus iste effugit.

Sequentium locorum crimen hoc est, quod Servator noster appelletur Θεός γενητός: cuius postremæ vocis ea est ambiguitas, et tam cibris disputationibus ventilatus intellectus, ut omnis inde B questionis hujus pendeat dijudicatio. Perscrutanda itaque illa est accurate, sed paucis. Α γεννάω, gigno, fit γεννητός, genitus; a γίνομαι, sum, exsisto, fit γενητός, hoc est, habens ab aliquo ut sit. Itaque si proprie loqui velimus, Deus Pater est ἀγέννητος, et ἀγένητος, quia neque ab ullo genitus est, neque ab ullo habet ut exsistat. Item Filius est γεννητός, genitus, nam gignitur a Patre: est γενητός, nam a Patre sic tanquam a principio habet ut sit. Spiritus

dum rationes futurarum rerum prius a Deo in Sapientia descriptas: *Omnia enim in Sapientia fecit* (*Psalm.* ciii, 24). Ac dicendum est Deum, cum viventem Sapientiam, ut ita dicam, condidisset, ei permisso ut ab his, quae in ipsa erant, figuris et speciebus, opinor, subsistentiam, et plasmationem, et formas præberet entibus et materiae. Liqueat ergo nihil aliud sibi velle Origenem, nisi Sapientiam quodammodo a Deo conditam, et permittente, sive, ut alibi loquitur, jubente Deo, omnia condidisse ad exemplaria et ideas, quas Deus in ipsa disponuerat et descripserat. Et tomo eodem, num. 39: Μή παραπτωθήτω δὲ ἡμῖν, μηδὲ θεοῦ Σοφία εὐδαίμονας τυγχάνων, καὶ διὰ τοῦτο τούτη εἰναι λεγόμενος· γάρ ἐν φύλαις φαντασίαις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῶν δικαιῶν τὴν ὑπόστασιν ἔχει ἡ Σοφία αὐτοῦ, κατὰ τὰ ἀνάλογον τοις ἀνθρωπίνοις ἐννοήμασι φαντάσματα. Εἰ δέ τις οἴστι διόπτατον ὑπόστασιν ποιεῖται θεωρημάτων περιεγόντων τοὺς τῶν δικαιῶν λόγους, ζόσταν καὶ οἰονεὶ Εμψυχον ἐπινοεῖν, εἰσεται τὴν ὑπέρ πάσαν κτίσιν Σοφίαν τοῦ Θεοῦ καλῶς περὶ αὐτῆς λέγουσαν· Ο Θεός εἴχε μέρον ὅδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, δι' οὓς κτίσιν δεδύνηται καὶ πάσα κτίσις ὑφεστάναι, οὐκ ἀνένδοχος οὖσα θείας Σοφίας καθ' οὓς γεγένηται. E illud autem silentio non preterendum est, Iesum Dei Sapientiam merito existere, et hanc ob causam hoc nomine appellari: quippe cum non in nudis cogitationibus Dei et Patris universorum substantiam habeat Sapientia ipsius, perinde atque phantasmata cogitationum humanarum. Quod si quis potest incorpoream substantiam variarum speculationum, omnium rerum rationes continentium, viventem et veluti animatam considerare, is plane Dei Sapientiam omni creatura præstantiorem reperiet bene de seipsa dicere: *Deus creavit me initium viarum suarum ad opera eius* (*Prov.* viii, 22), per quam creationem potuit quævis creatura subsistere, haud expers exsistens divinae Sapientiae secundum quam facta est. In hoc ergo posita est illa Sapientiae creatio, quod omnia per eam creata fuerint, ejusque particeps facta fuerit quævis creatura. — Domnus Prudentius Maran *De divinitate Christi*, lib. IV, cap. 15, num. 1.

vero sanctus non est γεννητός, sed γενητός, genito-rem enim non habet, sed habet a Patre et Filio ut existat. Hæc est propria vocum illarum notio, quam tamen nec semper servarunt Patres, et consulta permiscerunt ac confuderunt Ariani, ut in ambigua voce facilius fraudem struerent. Origenes vero cum Filium appellat γενητὸν Θεὸν, sic acceperit: « Qui principium sui habet, et existendi initium, » Filio quidem commune est cum creatis rebus, sui principium ac originem habere: emanandi autem ex illo principio ac prodendi ratio plane diversa est: prodit enim Filius per generationem æternam; prodeunt creatæ res per temporariam creationem. Hoc sensu, quo dixi, vocem ἀγένητος a veteribus usurpatam scribit Athanasius lib. *De synodis Ari- mini et Seleucie*. Οὐκ ἀγνοοῦμε δὲ διὰ καὶ οἱ εἰρηκότες ἐν τῷ ἀγένητον, τὸν Πατέρα λέγοντες, οὐχ ὡς γενητού καὶ ποιήματος δύντος τοῦ Λόγου οὕτως ἔγραψαν, ἀλλὰ διὰ μὴ ἔχει τὸν αἴτιον. « Non ignoramus autem eos qui dixerunt unum esse ἀγένητον, Patrem significantes, non ita scripsisse quasi Verbum sit γενητὸν et opus, sed quia Pater causam non habet. » Patrem dictum esse ait ἀγένητον, quia ab alio non habet ut sit; Filium autem γενητὸν esse negat hac notione, quod ab alio factus sit: sed non negat γενητὸν esse alia notione, ea scilicet quam indicavi, quod ab alio habeat ut sit, non tanquam res facta, sed tanquam res genita. Atque ita Filius dici potest ἀγένητος, qui ab alio non habet ut sit, nempe tanquam opus, seu res facta, vel tanquam res creata: et γενητός, qui ab alio habet ut sit, nempe tanquam res genita et Filius. Sic Origenes, qui γενητὸν Θεὸν appellasse Filium insimulatur, et qui tom. II in *Joan.*, num. 6, credere se dixit ἀγένητον (legendum, vel certe intelligendum ἀγένητον) μηδὲν ἔτερον τοῦ Πατέρος εἶναι, hoc est unum Patrem principio carere, nec ab alio habere ut sit, Filium tamen ἀγένητον vocat lib. VI *contra Cels.*, num. 17. Οὗτος γάρ τὸν ἀγένητον καὶ πάσης γενητῆς φύσεως πρωτότοκον κατὰ ἀξίαν εἰδένει τις δύναται ὡς γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. Illic ἀγένητον sonat non factum, non creatum. Hinc natam opinor primam e criminacionibus adversus Origenem conflatis, quas Pamphilus in *Apologia* recenset. Prima illa

<sup>21</sup> Psal. LXXXI, 6. <sup>22</sup> Psal. II, 7.

(12) *Ita Epiphanius vocis γενητὸς usum, etc.* Displacet Epiphanio et Hieronymo *genitus Deus*: idem esse volunt et *factum ac creatum*, saltem apud Origenem, de cuius Arianismo non præjudicium, sed plane judicium fecerant. Sed illud γενητὸν, cum de Filio dicitur ab Origeno, vel generationem significat id quod habet aliquod sui principium, vel veram generationem designat. Utriusque interpretationis exempla passim occurunt; primæ quidem cum Origenes solum Patrem ingenitum demonstrat, ac Filium cum rebus creatis in eo comparare non dubitat, tom. II in *Joan.*, num. 6, quod a Patre accepit ut esset, cum hoc tamen discriminat, quod Filius ab æterno genitus, ista in tempore creatæ. Sic etiam tom. I, num. 17, pag. 19: Οὐκ ἀπότως δὲ καὶ τὸν τὸν δὲν Θεὸν ἔρει τις ἀρχὴν, σφῶς προπίπτων διὰ ἀρχῆς Υἱοῦ δὲ Πατήρ, καὶ ἀρχὴ δημιουργημάτων δὲ δημιουργῆς, καὶ ἀπα-

A est, inquit, quod dicunt eum innatum dicere Filium Dei. Dixerat nempe Origenes ἀγένητον, quod ipsius adversarii, contentiosi homines et rixosi, confundebant eum ἀγένητον, ut ansam haberent calumnias. Contra vero Socrates, de Eusebio loquens, merito dixit: Θαυμαστῆς καὶ ζηλωτῆς ἐγένετο τὸν Ὀριγένους βιβλίων· εἰν οἷς πανταχοῦ τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατέρος γεννηθέντα εὑρίσκουσιν οἱ τῶν Ὀριγένους βιβλίων τὸ βάθος κατανοήσαι δυνάμενοι. « Admiratus et amulatus librorum Origenis fuit, in quibus Filium εἰς Patrem natum ubique reperiunt, qui librorum Origenis profunditatem animo penetrare possunt. » Hieronymus vero dixisse ipsum affirmans « Christum Filium Dei non natum esse, sed factum, » hoc est, ἀγένητον et γενητὸν, utramque hanc vocem in aliud detorquet intellectum ac ab Origene usurpata est: qui cum dixit Filium ἀγένητον, id sibi voluit, non esse factum nec creatum. Contra Hieronymus exposuit, non esse natum, quasi dixisset ἀγένητον· cum vero Filium dixit γενητὸν, id sibi voluit, habere ipsum sui principium; contra Hieronymus exposuit, esse factum. Nempe sic verba Origenis in pessimum sensum trahere amabat. (12) Ita Epiphanius hær. LXIV, cap. 8, vocis γενητὸς usum in aliis probaturum se dicit, in Origene datuare. Contra ea vero quæ addit, velle Originem κατὰ χάριν τὸν Υἱὸν αὐτὸν καλεῖσθαι· « Per gratiam Filium ipsum (*Christum*) appellari, » prompta est ex ipso Origene defensio, qui diserte docet tom. II in *Joan.*, num. 6, μόνον τὸν μονογενῆ φύσει Υἱὸν ἀρχῆθεν τυγχάνειν· et lib. VII in *Epistolam ad Rom.*, num. 1, « Sicut enim multi sunt filii Dei, ut Scriptura dicit: *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes* <sup>23</sup>, unus tamen est natura Filius et Unigenitus de Patre. »

Commode vero exponetur locus a Diodoro recitatus, ubi lux a Deo producta Genes. 1, 3, Filius esse dicitur, si respondeamus id allegorice ad Filium ab Origene fuisse relatum. Quoniam enim nunquam non dicit Pater: « Ego hodie genui te <sup>24</sup>; » induci quoque potest semper dicens: *Gignatur Filius meus qui est lux vera*. Firmat hanc responsionem vox, γεννηθῆτω, *gignatur*: sic enim legitur in *Catena*, non ut vulgo, γενηθῆτω, *fiat*. Penitus vero id con-

απλῶς ἀρχὴ τῶν δύντων δὲ Θεός. « Non absurde quis universorum Deum principium dixerit, palam eo procidens, ut Filii principium sit Pater, et principium creaturarum Creator, ac generativum principium entium Deus. » Eodem sensu docet tom. II, num. 25, multas Dei proprietates cognosci non posse ab humana natura, forte etiam nec ab aliis præter Filium et Spiritum sanctum genitis rebus, τάχα δὲ καὶ ἔτερος παρὰ Χριστὸν καὶ τῷ ἄγιον Πνεύμα γενητοῖς. Nihil igitur repugnat *genitus Deus*, si ita accipiatur; at quo sensu Epiphanius et Hieronymus accipiunt, nusquam apud Origenem occurrit; nisi forte velimus ipsam Patris naturam ex nihilo creatam ab Origeno existimari. Nam voluntatem Patris in Filio nasci, γενόμενον ἐν τῷ Υἱῷ, declarat, ut supra vidimus. — V. Prudent. MARAN *De divinitate Christi*, lib. IV, cap. 15, num. 1.

Irrimatur ex eo quod ait tom. i in *Joan.*, num. 22, A sol, licet non sit eadem numero substantia : et rursus Filium a Patris substantia et divinitate, ut ait Epiphanius, segregasse ; quia ut a sole per efflum profecta est lux, secreta ab eo et seposita dici potest : præterea Patre inferiore esse Filium, quia sol luce nobilior est et dignitate superior. Creatum dixit, vel eo sensu quo liberi a parentibus procreari dicuntur, ut notavimus ; vel (14) quis materiam e qua conflatus est mundus, quam a Dei substantia ab omni retro ævo emanasse censuit, quemadmodum ostendemus infra creatam, dici sciebat. Id enim tantum discriminis posuit Filii inter et materiæ procreatio-

XXIV. Quorsum vero tot ambagibns detinemus lectorem, explicandis verbulis, et evolvendis sententiis frustra immorantes? (13) Præstat ipsa Origenianæ doctrinæ penetralia scrutari. Meminerimus supra notatum esse a nobis credidisse Origenem Filium manasse de Dei substantia, sic tanquam lucem de sole, atque ideo ejusdem esse ac Patrem substantiæ, quia lux ejusdem est substantiæ cuius

(13) *Præstat ipsa Origenianæ doctrinæ penetralia scrutari. Meminerimus supra notatum esse a nobis, etc.* « Hoc non est ipsa Origenianæ doctrinæ penetralia scrutari (inquit Bullus in *Defens. fidei Nicenæ*, de Fili tñ δρουστε, cap. 9, num. 14), sed ea potius rimari et suspicari, de quibus ipse Origenes ne per somnum quidem unquam cogitavit. Faleor generationem Filii ex Patre illustrari ab Origenè, etiam in libris contra *Celsum*, similitudine radii sive splendoris a sole, sive alio corpore lucido, projecti. Sed quid tum? Annon Patres catholici omnes, tam qui ante, quam qui post concilium Nicenum scripserunt, eodem simili usi sunt? Nonne ipsi Patres Nicenæ, ilque in ipso Symbolo suo, dixerunt, Filium Deum ex Patre Deo nasci, ut lumen de lumine? Et quid denum Epistola ad Hebreos divino scriptori fiet, qui non veritus est Filium Dei nuncupare ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, splendorem paternæ glorie, cap. 1, v. 3? Duo certe porismata, quae ex hac comparatione deducit, Origenie affligit Huettius, a mente Origenis omnino aliena sunt. Primum est, Filium a Patre dividi et separari ut partem divinæ essentiæ a tota, adeoque Dei essentiam in partes sectam esse. Sed quis credat, Origeni, viro sane non indocto, tam insulsam blasphemiam venire in mentem potuisse? Quoties vero in scriptis suis istam blasphemiam expresse repudiavit Adamantius? Sic (ut alia loca sexcenta omittam), in lib. iv contra *Cels.*, num. 14, pag. 510, Epicureos et Stoicos irridet, quod non potuerint τρανωσαι τὴν φυσικὴν τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν, ὡς πάντη αὐθάρτου, καὶ ἀπλού, καὶ ἀτυπέτου, « Clare Dei naturam intelligere, nempe quod is sit omnino incorruptibilis et simplex, nec compositus, nec divisibilis. » Mox addit, Filium Dei in forma Dei, hoc est, in essentia divina subsistere, proinde et ipsum juxta cum Patre immutabilem esse. Nihil autem expressius huic commento repugnat, quam verba Origenis, quæ ex lib. ii sup. *Joan.* citat Pamphilus in *Apologia*, nempe hæc : « Unigenitus ergo Deus et Salvator noster, solus a Patre generatus, natura et non adoptione Filius est. Natus autem ex ipsa Patriis mente, sicut voluntas ex mente. Nou enim divisibilis est divina natura, id est ingeniti Patriis, ut putemus vel divisione, vel immunitatione substantiæ ejus, Filium esse progenitum. » Ad alterum Huettii corollarium quod attinet, nempe Filium ab Origenè Patre inferiore statui, infra suo loco evidenter ostendam (nos vero iam supra ostendimus num. 7) nunquam statuisse Origenem, Patri Filium esse imparem, juxta essentiam, sed tantum originis respectu, nempe quatenus Pater est autor et principium Filii. Verbo dicam : Origenes aliique catholici Patres simile illud solis et radii, lucis et splendoris usurpantes, hanc tantum significare voluerunt, neque alio quidquam ipsi in mentem venit : 1. Patrem esse πτήσην θεότητος, fontem divinitatis, quemadmodum sol fons est et splendoris ex ipso emissi ; 2. Filium esse ejusdem nature ac substantiæ cuius est Pater; utpote de ipsa Patriis

A sol, licet non sit eadem numero substantia : et rursus Filium a Patris substantia et divinitate, ut ait Epiphanius, segregasse ; quia ut a sole per efflum profecta est lux, secreta ab eo et seposita dici potest : præterea Patre inferiore esse Filium, quia sol luce nobilior est et dignitate superior. Creatum dixit, vel eo sensu quo liberi a parentibus procreari dicuntur, ut notavimus ; vel (14) quis materiam e qua conflatus est mundus, quam a Dei substantia ab omni retro ævo emanasse censuit, quemadmodum ostendemus infra creatam, dici sciebat. Id enim tantum discriminis posuit Filii inter et materiæ procreatio-

B essentia genitum, ut lumen ex lumine manat ; 3. Filium neutiquam a Patre suo divisum ac separatum existere ; quemadmodum nec radius a sole, nec splendor a luce disjungitur ; 4. Denique Filium sine alteratione et diminutione divinæ essentia ex Patre nasci. Evidem bos animi nostri conceptus de adoranda generatione Filii Dei, mirum in modum adjuvat similitudo ista ; unde a Patribus Nicenis in ipsa confessione sua adhibita fuit. »

(14) *Vel quis materiam e qua conflatus est mundus, quam a Dei substantia ab omni retro ævo emanasse censuit, quemadmodum ostendemus infra creatam dici sciebat.* Quod ait infra Huettius questi. 42, num. 4, materiam, ex Origenis sententia, ita a Deo, ut lumen a sole proficiat et procreari, cum nullo argumento fidem sui judicii faciat, minuit nobis laborem hujus commenti refellendi. Nisi quis forte in deteriore partem rapiat quod ait Origenes lib. i *De principiis*, cap. 7, num. 6 : « Interdum oculi nostri ipsam naturam lucis, id est substantiam solis intueri non possunt : splendorem vero ejus vel radios fenestrarum forte et quibuslibet luminum brevibus receptaculis infusos intuentes, considerare possumus formes in se fons quantus sit corporei luminis. Ita ergo quasi radii quidam sunt Dei naturæ opera divinæ Providentiae et ars universitatis hujus, ad comparationem ipsius substantiæ et naturæ. Quia ergo mens nostra ipsum per seipsum Deum sicut est non potest intueri, ex pulchritudine operum et decore creaturarum parentem universitatis intelligit. » Utrum hic locus Huettii animo obversatus sit cum tam stulta somnia Origeni tribueret, affirmare non possum : sed liquet creaturas in eo quasi radios quosdam dici divina naturæ, non quod omnia quecumque sint in Deo, sint etiam in creaturis, ut de Filio docet Origenes, sed quod in eis maiestas et omnipotencia Creatoris eluceat. Hoc accedit quod de Filio idem dicit Origenes tom. i in *Joan.*, num. 30, eum ex operibus cognosci ab his qui divinam ejus naturam contemplari non possunt. Quod special ad æternitatem materiæ, sive etiam mundi, fatendum est Origenem, quanvis sapissime eos refellat qui mundum ex materia increata aut ab inferiore quodam Deo creatum volebant ; quanvis lib. iii *De principiis*, cap. 5, num. 1, « de ecclesiasticis definitionibus secundum historiæ nostræ fidem constare deceat quod mundus factus sit et certo tempore coepit, » interdum tamen in absurdam illam opinionem inclinare, ut ante hunc mundum alios quosdam ei dissimiles extitisse non improbet. Utrum has mundorum sibi succedentium vicissitudines æternas duxerit, non examino : sed etiam si æternas duxisset, starent semper suo labore illius de Filii æternitate et divinitate testimonia. Alter enim Filio Dei, aliter rebus creatis æternitatem ascribit ; istis conjicendo et dubitando ; isti affirmando et asseverando : istis quia aliter Deus omnipotens semper luisse non videbitur, nisi aliquid suo dominatu te-

nem, quod ille sit *primogenitus omnis creaturæ*, et quod prius naturis reliquis sit *telœtiatâtē*, ut loquitur Clemens Alexandrinus lib. vii *Strom.*: *Kαὶ ἀγωτάτη, καὶ κυριωτάτη, καὶ ἡγεμονικωτάτη, καὶ βασιλικωτάτη, ἡ Υἱοῦ φύσις ἡ τῷ μόνῳ παντοκράτορι προσεχεστάτη.* « *Perfectissima, et sanctissima, et maxime dominans, et maxime imperatoria ac regia Filii natura, quæ soli Omnipotenti propinquissima est.* » Sed parum interest qua voce *Filli ortum a Patre significaverit*, sive *χτιστὸν appellans*, sive *ποιητόν*, sive *γενητόν*, dummodo de re constet. Manifestum hinc est etiam quo sensu dixerit tom. ii in *Joan.*, num. 2, *Filium e divinitate Patris divinitatem suam haurire et trahere, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρύσαντα, εἰ, σπάσαντα τῆς θεότητος εἰς έκυτόν, hoc est, portionem divinitatem, non divinitatem.* Præterea, quoniam si solem æternum ponas, lucem coæternam ponere necesse est, idecirco coæternum Filio Patrem agnoscit tom. i in *Joan.*, num. 32. « *Οτε δὲ τό· Υἱός μου είσθι, ἐγώ σήμερον τετέρηνηκα σε, λέγεται πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ψάλτης ἐστι τὸ σήμερον· οὐκ ἔντι γάρ ἐσπέρα Θεοῦ· ἐγὼ δὲ ἥγοῦμαι· οὐτὶ οὐδὲ πρῶτα, ἀλλ᾽ ὁ συμπαρεκτείνων τῇ ἀγενήτῳ καὶ διδίψῃ αὐτοῦ ζωῇ, ιν' οὐτως εἶπα, χρόνος, τιμέρα αὐτῷ ἐστι σήμερον, ἐν ᾧ γεγένηται ὁ Υἱός· ἀρχὴς γενέσεως αὐτοῦ οὐτως οὐχ εὐρισκομένης, ὡς οὐδὲ τῆς ἡμέρας· εἰ lib. i. *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 2, num. 10: « *Per Evangelium docetur quia omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* »<sup>26</sup>: et intelligat ex hoc, quia non potest antiquior esse in Deo omnipotentis appellatio, quam Patris: per *Filiū enim omnipotens est Pater*; et capite sequenti de S. Trinitate loquens ait num. 4: « *Ea de quibus loquimur, tractatu quidem sermonis temporaliter nominantur, natura autem sui omnem intelligentiam sensus temporalis excedunt;* » et lib. iv, in *Anacephalæosi*, num. 28: « *Supra omne tempus, et supra omnia sæcula, et supra omnem æternitatem intelligenda sunt ea quæ de Patre, et Filio, et Spiritu sancto dicuntur.* Hæc enim sola Trinitas est quæ omnem sensum intelligentiæ, non solum temporalis, verum etiam æternalis excedit. Cetera vero, quæ sunt extra Trinitatem, in sæculis et in temporibus metienda sunt. » Quæ loca cap. 13 et 19 usurpat scriptor operis *De deitate et incarnatione Verbi*, quod habetur in calce quarti tomī Augustini. His adjunge et istum e lib. i in *Epist. ad Rom.*, cap. 1, num. 5: « *Qui nunquam prædestinatus est**

<sup>26</sup> *Joan.* 1, 3. <sup>27</sup> *Rom.* 1, 4. <sup>28</sup> *Rom.* viii,

neret; isti vero, quia est Deus, Verbum, Sapientia, Veritas, splendor Patris et imago absolutissima cui nihil desit quod quidem sit in Patre. Quin etiam non solus Patris omnipotentia consulti in hac absurdâ opinione, sed ipsius etiam Filii. Metuebat enim ut vel Pater omnipotens, vel Filius aporrhoa illius omnipotentia semper fuisse demonstraretur, nisi existiissent res creatæ in quas Pater et Filius, quibus unam et eamdem omnipotentiam adhibuit, dominarentur. Hæc legere est in lib. i *De principiis*, cap. 2, num. 10. Quamobrem hæc de mundorum

A ut esset Filius, sed semper fuit, et est, sicut et Pater. Quamobrem Athanasius in libro *De decretis Nicænae synodi* sic ait: *Περὶ δὲ τοῦ ἀΐδιως συνεῖναι τὸν Λόγον τῷ Πατρὶ..... ἐξέστω πάλιν ὅμιλος ἀκοῦσαι καὶ παρὰ τοῦ φιλοπόνου Οὐριγένους· et Socrates*, lib. vii, cap. 6, postquam lectitari solitos fuisset dixit Platonem a Georgio, Origenem a Timotheo Ariensis presbyteris: *Θαυμάσαι οὖν μοι, inquit, ἔπειτι πῶς οὗτοι οἱ ἄνδρες τῇ Ἀρειανῷ θρησκείᾳ παρέμειναν, ὃν δὲ μὲν τὸν Πλάτωνα δεῖ μετὰ χειρας εἶχεν· δὲ δὲ τὸν Οὐριγένην ἀνέπνεεν· οὐδὲ γάρ Πλάτων τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον αἴτιον, ὡς αὐτός δυναμάζειν εἰωθεν, ἀρχὴν ὑπάρχειν εἰληφέναι φησι· καὶ Οὐριγένης συναττίδιον πανταχοῦ διδολογεῖ τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ. Verit Epiphanius Scholasticus: « *Mihi tamen videtur admirabile, quomodo tales viri in Ariano rum lege manserint, quorum unus quidem Platoneum semper habebat in manibus, alter spirabat jugiter Origenem: cum nusquam Plato secundam vel tertiam causam (sic ut ipse nominare solet) initium subsistentiæ asserat perceperisse, et Origenes coæternum ubique fateatur Filium Patri;* » et Guido Elnensis in *Summa de heresis*: « *Origenes, inquit, super Epistolam ad Rom. i non est secutus errorem Arii de existentia Filii Dei: Arius enim dicit quod erat tempus quando Dei Filius non erat, quod reprobat Grigores dupliciter, primo exponens illud Rom. i, Qui factus est ex semine David secundum carnem, dicit sic: Factus est autem sine dubio id quod prius non erat secundum carnem: secundum autem spiritum, id est secundum Deitatem, qua Deus est spiritus, prius erat, et non erat tempus quando non erat. Secundo reprobat errorem Arii cum ait: Observandum est enim quia non dicit: Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, sed* »<sup>27</sup> *dicit: Qui destinatus est Filius Dei in virtute ... Destinatur enim ille qui est: prædestinatur vero ille qui nondum est, sicut de his dicit Apostolus: Quos autem præscivit, illos et prædestinavit* »<sup>28</sup>. Præsciri ergo et prædestinari possunt illi qui nondum sunt; ille autem qui est, et semper est, non prædestinatur, sed destinatur... Filius autem Dei semper fuit ab eterno, et non fuit tempus quando non fuerit. Ubi patet quod Origenes errorem Arii clare damnat. Pluribus id probare superfluum est, quod ex gemino Origenis loco satis probavit Athanasius in *Decretis Nicænae synodi*. Porro quæ de Filii generatione*

antiquitate, aut si vis, æternitate opinio, non magis hedit æternitatem Filii quam Patris. Hinc Hermogenes qui adhuc absurdius materiam increatam finiebat, nihil novi de Filiō Dei, teste Tertulliano, effutierat; nec consecrationes quas ex ejus sententia merito eruit Tertullianus, magis in Filium, quam in Patrem injuria sunt. — D. Prud. MARAN *De divinitate Christi*, lib. iv, cap. 14, num. 5. Vide insuper Bululum *Defens. fidei Nicænae de Filii τῷ συναττίῳ*, cap. 5, num. 6.

diximus, eadem de Spiritu sancti processione intelligenda sunt.

Ne quis vero nos solis, solarisque radii exemplum, ad declarandos Origenis sensus gratis ascivisse putet, en ipsius verba hom. ix in *Jerem.*, num. 4 : (15) Εάν οὖν ἐπιστήσω σοι ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος, διὰ οὐχὶ ἐγένησεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν ὁ Πατὴρ ἀπὸ τῆς γενέσεως αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἀεὶ γεννᾶται αὐτὸν παραστήσω καὶ ἐπὶ τοῦ δικαίου παραπλήσιον· Καὶ μεν δὲ τις ἡμῶν ἔστιν ὁ Σωτὴρ. Ἀπαύγασμα δόξης· τὸ ἀπαύγασμα δόξης οὐχὶ ἀπαῦγασμα γεννᾶται, καὶ οὐχὶ γεννᾶται· ἀλλ᾽ οὐσιαν ἔστι τὸ φῶς ποιητικὸν τοῦ ἀπαύγασματος, ἐπὶ τοσοῦτον γεννᾶται τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· ὁ Σωτὴρ ἡμῶν σοφία ἔστι τοῦ Θεοῦ· ἔστι δὲ ἡ σοφία ἀπαύγασμα φωτὸς διδόσιον· εἰ οὖν ὁ Σωτὴρ ἀεὶ γεννᾶται, καὶ διὰ τούτο λέγει· Πρὸ δὲ πάντων βουρῶν γερρῆ με· οὐχὶ δέ· Πρὸ δὲ τῶν πάντων βουρῶν γερρῆ με· ἀλλὰ πρὸ πάντων βουρῶν γερρῆ με, καὶ ἀεὶ γεννᾶται ὁ Σωτὴρ ὑπὸ τοῦ Πατρός. Eadem utitur similitudine Tertullianus *Apologet.*, cap. 21: «Etiam cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa. Sed sol erit in radio, quia solis est radius; nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de Spiritu Spiritus, et de Deo Deus, ut lumen de lumine accensum: manet integra et indefecta materia matrix, et si plures inde traduces qualitatis mutueris. Ita et quod de Deo profectum est, Deus est, et Dei Filius, et unus ambo.» Quibus haec assonant et libro *contra Praxeam*, cap. 9: «Pater tota substantia est: Filius vero derivatio totius et portio sicut ipse profitetur: Quia Pater major me est<sup>37\*</sup>.» Unde liquet quo sensu dixerit *contra Prax.*, cap. 2 et 4: «Patrem, et Filium et Spiritum sanctum unius esse substantiam, et unius status, et unius potestatis, et Filium non allunde deducere se, quam de substantia Patris.» Augustinus ipse comparatione eadem generationem Verbi explicat libro vi *De Trinit.*, ipso initio, sed non eadem inde colligit: «Ipse ARIUS, inquit, dixisse fertur: Si Filius est, natus est: si natus est, erat tempus quando non erat Filius; non intelligens etiam natum esse Deo sempiternum esse, ut sit coeternus Patri Filius: sicut splendor qui

<sup>37\*</sup> Joan. xiv, 28. <sup>38</sup> Joan. 1, 5. <sup>39</sup> Hebr. 1, 3. <sup>40</sup> ibid.

(15) Εάν οὐκέπιστήσω σοι ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος, etc. *Eternam Verbi* Patre generationem statuit hic Origenes, nec aliud quidquam ex hoc loco eroi potest, nisi splendorem tandem existere, quandiu lux ipsa existit. Alium enim sensum pati non possum hæc verba: «Αλλ᾽ οὐσιαν τὸ φῶς ποιητικὸν τοῦ ἀπαύγασματος, ἐπὶ τοσοῦτον γεννᾶται τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.» Quandiu existit lux efficiens splendoris, tandem gignitur splendor gloriae Dei. Minus belle Hieronymus sic reddit: «Quotiescumque ortum fuerit lumen ex quo splendor oritur, toties oritur et splendor gloriae.» Haec ipsa Origenis verba repetere videtur Pamphilus Martyr in *Apologia sua*, cap. 3: «Videamus ergo, inquit, quis sit Salvator noster. Splendor, dicitur, gloriae (Hebr. 1, 3). id est aeternæ lucis splendor: et certum est quod splendor ex lumine inseparabiliter generatur, et donec permaneat lux, permanet semi-

A gignitur ab igne, atque diffunditur, coævus illi est, et esset coeternus, si esset ignis aeternus. Itaque eo discrepabat ab Origene Arius, quod hic Filius diceret esse factum εξ οὐκ ὄντων, hoc est ex nihilo, et cum antea non esset: ille paternæ substantiæ portionem esse et effluvium ab aeterno manans et Patri coeternum. Quo in errore versatos esse Pashyrianos haereticos, Ario prognatos, narrat Theodoreetus in lib. iv *De haer. fab.* Scriptor operis *De deitate et incarnatione Verbi*, ad Januarium, qui ad calcem tomii IV Augustini reperitur, et sere Origenis laciniis suffarinatus est, auctoriis Joanne et Paulo generari Verbum dixit cap. 10, quemadmodum splendor a luce profliscitur: «Est namque, inquit, ita aeterna ac sempiterna genera-  
B tio, sicut splendor generatur a luce;» et cap. 10: «Sed et Joannes indicat quia Deus lux est<sup>41</sup>, et Paulus designat quia Filius Splendor lucis aeterna<sup>42</sup> sit Deus. Sicut ergo nonquam lux sine splendore esse potuit, ita nec Filius quidem sine Patre intelligi potest, qui et figura expressa substantia ejus<sup>43</sup>, et Verbum, et Sapientia dicitur.» Denique symbolum Filium esse decernit «Deum de Deo, lumen de lumine.»

XXV. At non in iis solum, sed in aliis etiam ad Christi generationem, et Spiritus sancti processi-  
men pertinentibus, et hic quem dico Tertullianus, et alii plerique ex antiquissimis doctoribus, et Ni-  
caena synodo anterioribus, Origenis itopietatem dicam an imperitiam vel aequalitatem vel superarunt.

(16) Justinus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Tatianus, ipse Tertullianus et Lactantius, Deum dixerunt cum mundi creationem meditaretur, Verbum suum protulisse, quo administro in rerum molitione uteretur. Gregorium quoque Thaumaturgum Filium dixisse creatum et factum tradit Basilius epist. 64. Leguntur et ista Dionysii Alexandrii, quæ sunt singularis recordia, Filium Dei esse τοῖμα καὶ γενητὸν, ζένον κατὰ οὐσίαν τοῦ Πατρός, ωσπερ ἔστιν ὁ γεωργὸς πρὸς τὴν ἀμπελὸν. «Opus et factum, alienum quoad substantiam a Patre, quemadmodum est agricola ad vitam.» Demum sub-  
jicit: Καὶ γὰρ ὡς ποίημα ὅν, οὐκ ἦν πρὸν γένηται.

D per et splendor. Salvator ergo noster qui Sapientia est (Sapientia autem Dei ipsa est splendor aeternæ lucis), inseparabiliter et indesinenter generatur ex Patre. Sic enim et ipsa de se Sapientia per Salomonem dicit: *Ante omnes colles generat me* (*Prov. vii, 25*); non enim dicit: *Ante omnes colles genuit me*, sed *generat me*. In quo significantia sempiternitatis est.

(16) Justinus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, etc. Quo sensu intelligi debeat quod dixerunt illi antiqui doctores, quos hic et infra citat Hoeftius, Deum, cum mundi creationem meditaretur, Verbum suum protulisse, fuisse exponit dominus Prudentius Maran in suo *De divinitate Christi* libro iv, cap. 4, num. 5; cap. 6, num. 3 et seq.; cap. 7, num. 2; cap. 8, num. 3 et 4; cap. 12, num. 2 et seq.; cap. 22, num. 4 et 5; cap. 23, num. 6; cap. 24, num. 2. Quem vide.

\* Etenim utpote qui sit opus, non erat antequam factus esset. » Theognostum etiam Alexandrinum Origen's associam libro *Hypotyposeon* secundo dixisse narrat Photius Filium esse creatum quamvis ipsius, et Dionysii quoque Alexandrini auctoritate ad Arianos confutandos Athanasius usus sit. Quod allegorice dictum indicavimus ab Origene, tum a Patre productum Filium, quando jussit fieri lucem, id plane et aperte dixit Tertullianus *contra Praeexam*, cap. 3 : « Tunc ipse sermo speciem et ornatum suum sumit, sonum et vocem, cum dixit Deus : *Fiat lux*<sup>41</sup>. » Sed quod in homine horum temporum aequali, quibus nondum quæstiones illæ fuerant ventilatae, excipiendum est minus severe, neutiquam id ferri potest in Ruperto sic loquente lib. 1 *Comment. in Genes.*, cap. x : « Vere enim sine voce natum, et omnia potentialiter continens Verbum tunc Pater actualiter generavit, quando cœlum et terram creavit, quando lucem et cetera fecit. Eructavit ergo cor Patris Verbum bonum<sup>42</sup> et ex utero, id est de suæ substantiæ secreto, ante Luciferum genuit illud<sup>43</sup>, quando dixit : *Fiat lux*. »

XXVI. Est apud Origenem hom. 1 in *Isaiam*, num. 2, duo seraphim quibus solium Dei stipatum vidisse se scribit propheta<sup>44</sup>, ea esse Christum, et Spiritum sanctum. Idem iteratur lib. 1 *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, ubi et auctorem expositionis hujus Hebreum magistrum laudat, et lib. iv, num. 26. Unde Antipater Bostrenus episcopus in *Disputationibus adversus Origenem* : Περὶ μέντοι τῶν χερουθίμ, ἢ τῶν σεραφίμ οὐδὲν δυνάμεθα λέγειν, διὰ τὸ μακεῖν τὸν συγγραφέα παρὰ τοῦ Ἐβραίου, δοτεῖς καὶ ἐστιν δὲ παρ' αὐτοῦ σημαινόμενος Ἐβραῖος, διὰ τὸ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἄγιον σημαντεῖται. « Itaque de cherubinis et seraphinis nihil possumus dicere, quod didicerit scriptor (*Origenes*) ab Hebreo, qui quidem ipse est designatus ab eo Hebreus, Filius, et Spiritum sanctum per eos significari. » Habentur autem illæ Antipatri *Disputationes in Eclogis Iohannis Damasceni*, que nondum editæ in Bibliotheca Claromontana Societatis Jesu servantur. Verba ipsa dat Justinianus in calce *epistolæ ad Menam*. Hieronymo (17) stomachum ita movit hæc interpretatio, ut impia eam et detestandam appelleat. Impia ergo ea quoque est, et detestanda interpretatio homiliæ sequentis num. 4, qua Davidem Christum esse docet. Impia etiam ea quam lib. 1 *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 3, damnatae ab Hieronymo sententias subiunxit. Talis ultraque est : « Ελεγε δὲ ὁ Ἐβραῖος τὰ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ δύο σεραφίμ ἔξαπτέρυγα κεκραγότα ἔτερον πρὸς ἔτερον, καὶ λέγοντα : Ἀγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος Σαβαὼθ, τὸν Μονογενῆ εἶναι τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον. Ἡμεῖς δὲ οἰόμεθα ὅτι καὶ ἐν τῇ φᾶῃ Ἀμβακούμ· Ἐν μέσῳ δύο ζώων γρωσθήσῃ, περὶ Χριστοῦ καὶ ἄγιου Πνεύματος. » Dicebat autem et Hebreus magister

<sup>41</sup> Genes. 1, 5. <sup>42</sup> Psal. XLIV, 2. <sup>43</sup> Psal. CIX, 5.

(17) Hieron., lib. in *Isaiam*, et epist. 63, ad *Pamm.* et *Oce*

A quod duo illa seraphim, quæ in Isaia sensis alis describuntur, clamantia ad invicem, et dicentia : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth<sup>45</sup>, de Unigenito Filio Dei et Spiritu sancto essent intelligenda. Nos vero putamus etiam illud quod in Cantico Habacuc dictum est<sup>46</sup> : *In medio vel duorum animalium, vel duarum vitarum cognosceris*; de Christo et de Spiritu sancto sentiri debere. » Omnis enim scientia de Patre, revelante Filio, in Spiritu sancto cognoscitur, ut ambo hæc quæ secundum prophetam vel animantia, vel vitæ dicuntur, causa scientiæ Dei Patris existant. » Similiter impia et hæc interpretatione, quæ olivæ duæ candelabri aurei, quod vidisse se narrat Zacharias cap. iv, Filius et Spiritus sanctus exponuntur; media vero lampas, Deus Pater (cujus ad dextram et sinistram esse Christum et Spiritum sanctum non sine blasphemia dici posse ait Hieronymus in *Zach.* iv) rami sive spicæ olivarum, incarnatio Christi, et similitudo columbæ Spiritus sancti. Sin ut Davidem Christi typum esse, et ut animalia, vel vitas, vel olivas candelabri, sic et seraphimos Isaia anagogice Christi et Spiritus sancti symbola esse voluit Origenes, ut certe voluit, vanæ sunt Hieronymi querelæ. Clarius id etiam sequentia demonstrant, in quibus per hæc verba : « Plena est omnis terra gloria ejus, » adventus Christi significari scribit Origenes, certum est enim eum cuius gloriæ plena illic esse dicitur terra, hunc ipsum esse Dominum Deum Sabaoth; Christum autem eum esse cuius gloria plena est terra, Origenes censuit. Christum igitur creditur ipsum esse Dominum Deum Sabaoth. Hoc si sit, Christo ipsi astitisse seraphimos, non unum ex illis Christum fuisse Origenes existimaverit. Incassum igitur singlit Haymo Alberstatensis in libro *De rerum ecclesiasticarum memoria*, Origenianis hæc esse operibus inserta a malevolis; vel si Origenem auctorem habent, dubitanter fuisse proposita.

XXVII. Photius cod. viii, errores referens librorum *Περὶ ἀρχῶν*, hos ait libro primo contineri : Διήκειν μὲν τὸν Πατέρα διὰ πάντων τῶν ἐντῶν, τὸν δὲ Υἱὸν μέχρι τῶν λογικῶν μόνων, τὸ δὲ Πνεῦμα μέχρι μόνων τῶν σεσωσμένων. « Pervadere quidem Patrem quæcumque sunt, Filium vero res duntaxat rationis participes, Spiritum autem sanctum ea tantum quæ salutem adepta sunt. » Codice vero cui narrat Theognostum Alexandrinum Origenis dogmata propugnantem libro *Hypotyposeon* secundo dixisse Filium τῶν λογικῶν μόνων ἐπιστατεῖν. « Ratione duntaxat præditis rebus præesse. » Athanasius in libro quem scripsit in *Matt.* XII, 32, ad Novati hæresim hæc accedere docet, Origenemque et ejus sectatorem Theognostum expludit. Amaris etiam defricat ipsum conviciis Theophilus in *Pa-schali*, et ratione ac auctoritate commenta illa cœllit. Quæ et leviter perstringit Hieronymus in

<sup>44</sup> Isa. vi, 2. <sup>45</sup> ibid., 3. <sup>46</sup> Habac. III, 2.

*epist. ad Arit.* Suis vero ipsis verbis coarguit Justinianus ad calcem epistolæ ad Menam, talia e libr. i *Papl. apocrōr.*, cap. 3, num. 5, repræsentans: "Οτι ὁ μὲν Θεὸς καὶ Πατὴρ συνέχων τὰ πάντα φθάνει εἰς ἔκαστον τῶν δυνάμων, μεταδίδοντες ἔκαστῳ ἀπὸ τοῦ ιδίου τὸ εἰναι· ὃν γάρ ἔστιν· ἐλάττων δὲ πρὸς τὸν Πατέρα ὁ Γιῆς φύλακων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά· δεύτερος γάρ ἔστι τοῦ Πατρός· ἔτι δὲ ἡττητὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἄγιους διεκνούμενον. Πάστε κατὰ τοῦτο μεῖζων τῇ δύναμις τοῦ Πατρὸς παρὰ τὸν Γιῆν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον· πλειστὸν δὲ τὴν Γιοῦ παρὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἄγιου Πνεύματος τῇ δύναμις παρὰ τὰ ἄλλα ἄγια. ¶ Quod Deus quidem et Pater omnia continens ad unumquodque entium pervenit, esse unicuique impertiens de suo, ipse enim est qui est: quod vero minor Patre Filius ad sola rationabilia pervenit, est enim secundus a Patre, adhuc etiam minor est Spiritus sanctus ad solos sanctos perveniens. Ita ex hoc major est potestas Patris præ Filio et Spiritu sancto, ampliorque Filii præ Spiritu sancto; ac rursum præstantior sancti Spiritus potestas præ aliis entibus sanctis. ¶ Ex hoc dogmate aptum est illud e tom. ii *Commentar. in Matth.*, pag. 441: Εἰς δὲ ποιμήν τῶν λογικῶν ὁ Λόγος· et istud e tom. xi, pag. 506: Τάχα δὲ καὶ τῶν λόγων Ἰησοῦ εἰσὶ τινες ἀρτοὶ οὓς τοὺς λογικωτέρους, ὡς τέκνοις, ἔξεστι διδόναι μόνοι· ei quod docet tom. vi in *Joan.*, pag. 107, Christum esse αὐτοαλήθειαν τὴν οὐσιώδην, καὶ πρωτότυπον τῆς ἐν ταῖς λογικαῖς ψυχαῖς ἀληθείας· et id quoque e tom. xxxiii, p. 450: "Ολῆς μὲν οὖν οἵμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἀπαύγασμα εἶναι τὸν Γιὲν, κατὰ τὸν εἰπόντα Παῦλον. ¶ Ορ ἦν ἀπαύγασμα τῆς δόξης· φθάνειν μέντοις ἀπὸ τοῦ ἀπαύγασματος τούτου τῆς δόλης δόξης μερικὰ ἀπαύγασματα ἐπὶ τὴν λοιπὴν λογικὴν κτίσιν· et quod ait tom. i in *Joan.*, num. 29, Christum eatenus lucem esse, quatenus mentes rationis participes illustrat. Atque item illud quod in i *Papl. apocrōr.*, cap. 3, num. 5, Rustianus interpretationis reperio: In illis solis arbitror esse opus Spiritus sancti, qui jam se ad meliora convertunt, et per vias Iesu Christi incedunt, id est, sunt in bonis actibus, et in Deo permanent. ¶ Et paulo inferius: Hoc ergo pacto operatio virtutis Dei Patris et Filii indiscrete super omnem protenditur creaturam; Spiritus sancti vero participationem a sanctis tantummodo haberi invenimus. ¶ Et lib. vii in *Epist. ad Rom.*, num. 6: Tantum est quod ille (Christus) pro impiis mortuus est; sic enim et ipse Paulus ostendit, cum dicit: Adhuc enim Christus, cum infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est<sup>47</sup>: sanctus autem Spiritus non

A pro impiis jam interpellat, sed pro sanctis. ¶ Quibus omnibus id sibi vult, Patrem in omnibus que sunt operari, quia totius ὑπότητος, sive existentia (sic enim loqui licet) principium est; Filium, qui et λόγος, hoc est iuxta Origenis expositionem, *ratio*, in iis solum quæ ratione prædicta sunt, vim suam experiri; Spiritus, qui a sanctitate proprium sibi cognomen habet, vim ἀγιαστικὴν ad sanctos duntur pertinere.

**B** XXVIII. (18) Atque hæc ἀποτύμως ita sumpta vis est ut reprehensionem effugiant. At si quis ad mentem potius Origenis quam ad verba attenderit, aliter sentiet. Quamvis enim una eademque sint sacrae Trinitatis extranea opera, et quidquid agit in rebus externis Pater, hoc agat et Filius, hoc et Spiritus sanctus; quædam tamen Patri assignari solent, alia Filio, alia Spiritui sancto. Quemadmodum ergo Patri vulgo attribuitur *creatio rerum*, licet trium peræque personarum sit; ita Filio, qui est Λόγος, omnium λογικῶν curam Origenes ascribit; sanctitudinis vero collationem addicit Spiritui sancto, iuxta Rom. i, 4, et II Thess. ii, 13, quamvis toti Trinitati debeat. Scriptum est i Petr. i, 2: Se cundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis Iesu Christi. ¶ Præscientia Patri, sanctitudinis infusio Spiritui sancto tribuitur. Sic sensisse Origenem ex iis licet existimare quæ extant lib. i *Papl. apocrōr.*, cap. 3, num. 7: Porro autem in Trinitate nihil majus minusve dicendum est, cum unius divinitatis fons Verbo ac ratione sua tenet universa; Spiritu vero oris sui quæ digna sunt sanctificatione sanctificet, sicut in *Psalmo* scriptum est: *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu ori ejus omnis virtus eorum*<sup>48</sup>. Est etiam quædam in operatio Dei Patris præcipua præter illam, quam omnibus ut essent naturaliter præstitit. Est et Domini Iesu Christi præcipuum quoddam ministerium, in eos quibus naturaliter ut rationabiles sint, confert, per quod ad hæc quæ sunt, præstatur eis ut bene sint. Est et alia quoque etiam Spiritus sancti gratia quæ dignis præstatur, ministrata quidem per Christum, inoperata autem a Patre secundum meritum eorum qui capaces efficiuntur. Quod manifestissime indicat apostolus Paulus, unam eamdemque virtutem Trinitatis exponens in eo cum dicit: *Divisiones sunt donorum, idem autem Spiritus: et divisiones sunt ministeriorum, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus secundum id quod expedit*<sup>49</sup>. Ex quo manifestissime designatur quod

<sup>47</sup> Rom. v, 6. <sup>48</sup> Psal. xxxiii, 6. <sup>49</sup> I Cor. xii, 4-7.

(18) Atque hæc ἀποτύμως ita sumpta, vix est, etc. Si sine Patre rationabilia a Filio illuminari, sancta a Spiritu sancto sanctificari diceret Origenes, merito in sanctam Trinitatem injuriosus videretur, atque haec scio an ipsum in Patrem injuriosior. Sed in eo nulla hujus erroris suspicio residet, ac Patris

virtutem in hoc tantum virtute Filii et Spiritus maiorem dicit et latius parentem, quod cum rationabilia a Filio rationem, sancta a Spiritu sanctitatem accipiant, Filius a Patre. Spiritus a Patre et Filio omnia acceperint.— D. Prudentius. *MAPAN De dignitate Christi*, lib. iv, cap. 16, num. 2.

nolla est in Trinitate discretio, sed hoc quod donum Spiritus dicitur, manifestatur per Filium, et inoperatur per Deum Patrem. *Omnia autem operatur unus atque idem Spiritus, dividens unicuique prout vult.* » Quin etiam sanctimoniorum collationem idem Filio assignat; sapientiae vero ac scientiae gratiam Spiritui sancto itidem ut Filio acceptam refert. « Unde, » inquit, ibid. num. 8, « in operatio Patris, que esse prestat omnibus, clarior ac magnificenter invenitur, cum unusquisque per participationem Christi, secundum id quod sapientia est, et secundum id quod scientia est, et sanctificatio est, proficit, et in altiores profectum gradus venit, et per hoc quod participatione sancti Spiritus factus est quis purior atque sincerior, effectus dignus recipit sapientiae ac scientiae gratiam. » Repehit ista cap. 18, auctor libelli *De deitate et incarnatione Verbi*, ad Januarium, qui ad calcem tom. IV Augustini subnectitur. Quæ ne quis a Rusino interprete in Origenis gratiam confita putet, similem adjungemus locum e tom. II in *Joan.*, num. 6: OÙ (Γιοῦ) χρῆσιν έποιε τὸ ἄγιον Πνεῦμα, διαχονούντος αὐτοῦ τῇ ὑποστάσει, οὐ μόνον εἰς τὸ εἶναι, ἀλλὰ καὶ σοφὸν εἶναι, καὶ λογικὸν, καὶ δίκαιον, καὶ πᾶν διτιπούν χρῆ αὐτὸν νοεῖν τυγχάνειν, κατὰ μετοχὴν τῶν προειρημένων ἡμῖν Χριστοῦ ἐπινοῶν· οἷμα δὲ τὸ ἄγιον Πνεῦμα τὴν, ήν οὕτως εἴπω, Σὲλην τῶν ἀπὸ Θεοῦ χαρισμάτων παρέχειν τοῖς διαδικτοῖς καὶ τὴν μετοχὴν αὐτοῦ χρηματίζουσιν ἀγίοις, τῆς εἰρημένης ὅλης τῶν χαρισμάτων ἐνεργουμένης μὲν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, διαχονούμενης δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑφεστώσεις δὲ κατὰ τὸ ἄγιον Πνεῦμα καὶ κινεῖ με εἰς τὸ ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὑπολαβεῖν Παῦλος περὶ χαρισμάτων οὕτω που γράψων διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸν Πνεῦμα καὶ διαιρέσεις διακονῶν εἰσὶ, καὶ δὲ αὐτὸς Κύριος καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶ, καὶ δὲ αὐτὸς ἐστὶ Θεὸς δὲ ἐνεργῶν τὰ πάρτα ἐν πᾶσιν. Purgat et illud Origenem quod in prima ejus in *Isaiam* homelia legitur num. 4: « Denique ut unitatem Deitatis in Trinitate cognoscas, solus Christus in praesenti lectione nunc peccata dimittit; et tamen certum est a Trinitate peccata dimitti. » Purgat et Paschasius diaconus, lib. I *De Spiritu sancto* (19), cap. 9, Origenis sibi sententiam usurpans: « Quantum in Scripturis sanctis, inquit, manifestissime reprehenditur, alia Pater ipse per se, alia specialiter per Filium, alia per Spiritum sanctum, licet sub privilegio potentiae communis, operatur. Quia sumus, ad Patrem proprie referri videtur; in quo, sicut Apostolus dicit<sup>20</sup>: Vivimus, movemur, et sumus. Quod vero rationis, et sapientiae, et justitiae capaces sumus, illi specialiter qui est ratio et sapientia, et justitia, id est Filio deputatur. Quod autem vocali regeneramus, innovati sanctificamur, per divina eloqua persona Spiritus sancti evidenter ascribitur. » Praeclare et ad rem Augustinus lib. xv *De Trinit.*, cap. 47: « Sicut unicum Dei Verbum pro-

<sup>20</sup> I Cor. xii, 11. <sup>21</sup> Act. xvii, 28.

(19) Tōm. VI Bibl. Patr.

(20) Πασαρ μὲν γὰρ δέησιν, etc. Ex hoc testi-

A prie vocamus nomine Sapientiae, cum sit universaliter et Spiritus sanctus, et Pater ipsa Sapientia; ita Spiritus sanctus proprie nuncupatur vocabulo charitatis, cum sit universaliter charitas et Pater et Filius. »

B Pari modo excipimus petitionem alteram, superioris hujus affinem. Queritur Athanasius in Matth. xii, 32, putasse Origenem peccata in Spiritum sanctum ea esse quæ post baptismum admittuntur. Nempe cum in sanctis et Christianis solum operari Spiritum sanctum dixerit, sequitur cum peccant ipsi, peccato ipsorum eam præcipue offendit Trinitatis personam quæ in iis operatur, Spiritum nempe sanctum. Non multum inde abludebat Novatianus, remissionem peccatorum lapsis concedi negans, quod Christianorum peccatis offendit Spiritum sanctum diceret, cuius offensiones nec in hoc sæculo nec in futuro remitti Christus docuit. Sed quemadmodum in Christianis operari creditit Origenes tres Trinitatis personas, etiamsi operatio hæc Spiritui sancto proprie tribui soleat; ita Christianorum peccatis post baptismum admissis fidei proprie ipsum dixit, quamvis Filium quoque et Patrem iisdem offendit sit arbitratus.

C XXIX. Illud præterea in Origene culpatum fuisse commemorat anonymous ille quem pro eo *Apologium* scripsisse tradit Photius cod. cxvii, quod Filium neutiquam invocandum esse pronuntiaverit. Minime quidem orandum cum Patre Filium, non autem simpliciter non orandum sensisse Origenem narrat Augustinus hær. xliii, ad Quodvultdeum, et cur ita senserit causam assert: « Dicit præterea, inquit, ipse Origenes, quod Filius Dei sanctis hominibus comparatus, veritas sit; Patri collatus mendacium; et quantum distant apostoli Christo, tantum Filius Patri. Unde nec orandus est Filius cum Patri, quia non auctor est indulgendarum petitionum, sed supplicator. » Utramque accusationem complexus est Theophilus Alexandrinus Pasch. II, ubi Origenem ait ausum esse dicere, « Non esse orandum Filium, neque cum Filio Patrem; » que quidem absurdum est, et secum pugnans conquestio; nam si Filiū orari vetat Origenes, cur vetuisset Patrem orari cum Filiō, qui neutiquam orandus est?

D Profecto si dicta superius de violata ab Origene Filii maiestate recordemur, quid de ejus invocatione opinari debuerit, facile deprehendemus. Cum enim ad ejus dignitatem quem precibus compellamus, accommodata esse debeat oratio nostra, humiliori Patrem obsecratione venerandum esse quam Filium dicere debuit Origenes, si doctrinæ sue connexionem retinere voluit. Neque conjectura nostra nos fallit, genuinam enim fuisse hanc ejus sententiam declarant libri contra Celsum, quorun quinto num. 4 sic disserit: Πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν (20), καὶ προσευχὴν

monio, et aliis infra adductis, perspicuum esse patet Hucius Filii maiestatem ab Origene violari, ut

καὶ ἐντεῦξιν, καὶ εὐχαριστίαν, ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ Αἴματος Λόγου καὶ Θεοῦ· δεησόμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τῷ πάσι Θεῷ, διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως,

qui Patrem majori prece, Filium minori compellandū doceat, ac Patrem proprie, Filium impropter orari existimet. Sed Origenis sententia ex his verborum spinosis ambagibus evolvenda. Pontificis munus, quod Verbo defert Origenes, quatenus et est propitatio pro peccatis nostris (*I Joan.* ii, 2), cum manifestam habeat cum Incarnatione necessitudinem reprehendi omnino non potest. Quia tamen Origenes cum pluribus in locis, tum in alio ex eodem libro v, num. 11, Verbum ante Incarnationem mediatorem fuisse, et a Patre ad sanctos homines missum declarat his verbis: « Quisquis es tamen, precare Verbum quod sanare te potest, et multo potius precare ejus Patrem (εὐχέσθω τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ διαμένειν αὐτὸν ιάσασθαι· καὶ πολλῷ πλέον τῷ Πατρὶ αὐτοῦ) qui ei ad antiquos justos misit Verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de corruptionibus eorum (*Psal.* cxi, 20); si quis velit hoc pontificis munus ab Origene ante Incarnationem Filio tribui, hæc opinio et multis aliis arrisit (de quibus vid. *Dissert.* in *Cyrill.* novæ edit. Parisiens.), et de Filii divinitate nihil detrahit.

Illud autem non difficile est animadvertere, Origenem his in locis, nec a solita subtiliter et spinose disserendi consuetudine, nec ab ea, quam de substantiæ in personis divinis unitate toties prædicavit, doctrina discedere. Cum multa effutiret Celsus de angelorum, de solis ac lunæ et stellarum cultu, respondet Origenes lib. v, num. 11, solum Deum a Christianis per Filium ejus invocari et coli: et « quemadmodum adoratores solis et lunæ et stellarum nunquam adorarent scintillam ignis, sive lucernam in terra, sic qui animadverunt, quomodo Deus lumen sit, et quomodo Filius ejus lux vera sit illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum (*Joan.* i, 9), quicque illud intelligunt: *Ego sum lux mundi* (*Joan.* viii, 12), immerito adoratores scintillam soles et lunæ ac stellarum, quæ ad lumen veri lumenis Deum, » sive, ut paulo ante appellat, « Denique Patrem veri lumenis parva et exigua est. » Oùz ἀντὶ εὐλόγως προσκυνήσατε τὸν οἰοντί βραχὺν σπινθῆρα, ὡς πρὸς φως τὸν Θεὸν ἀληθινού φωτός, ἐν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις. Ibidem addit Dei opera a se non deprimit, sed exploratum sibi esse « Dei ejusque Unigeniti divinitatem ineffabilē præstantia cæteris omnibus esse superiorem. »

Unam ergo in Patre et Filio divinitatem, unam lucem agnoscit Origenes, atque hoc argumento nütitur, cur Filius cum Patre orandus et adorandus sit, ac nulli porsus rei creatæ eundem habere honorem licet. Similiter in lib. viii, num. 13, quærenti Celso cur cum Christum colerent cum Deo Patre Christiani, ministros Dei colere nollent, sic respondet Origenes, ut angelis non omnem quidem cultum et honorem, sed eum tantum qui soli Deo debetur, abjudicet, hunc autem divinum cultum Filio strenue vindicet. Sic loquitur de angelis: « Si Celsus intelligeret veros Dei ministros, post ipsum Unigeniti, Gabrielem, Michaelem, reliquosque angelos et archangelos, eosque colendos esse dicaret; fortasse expurgantes, et quid cultus nomine intelligendum sit, et quæ sint colentis actiones (ιῶας ἀν τῷ περὶ τοῦ θεραπεύειν αὐτοῦ σηματινόμενον ἔκκλησθραντες καὶ τῶν τοῦ θεραπεύοντος πράξεων) diceremus in hunc locum, ut de tantis rebus disseverentes, quæ de eis cogitando consequi possumus. » Ex quibus patet non displicuisse Origeni, ut quidam existimant, honorem illum, quem beatis spiritibus semper habuit Ecclesia, ac semper habebit, sed eum quem volebat Celsus, qui cum soli Deo debitus sit, sine superstitione angelis deferri non potest. Hunc cultum soli Patri ejusque Filio servat, ac utrumque a Christianis « totis viribus supplicando et precando soli » demonstrat. Cur autem Christiani Christum

καὶ ἐντεῦξιν, καὶ εὐχαριστίαν, αὐτῷ, καὶ εὐχαριστήσουμεν,

cum Deo coleret has assert rationes, ut jam observavi, quod Pater sit in Filio, et Filius in Patre; quod Pater et Filius unum sint et identitate voluntatis; quod fides nostra in Deo consistat per ipsum Filium, qui eam in nobis confirmat; quod Patrem colamus, dum ejus Filiū admiramur, qui est Verbum, et sapientia, et veritas, et justitia, et omnia quacunque esse didicimus, ut ipsum Deum, ita et eum, qui ex tali Patre genitus est. »

Cum ergo æqualitatem Patris et Filii ac unitatem essentiæ tam diserte declaret; cur Patrem magis orandum esse quam Filiū existimat; cur preicationem proprie dictam soli videtur Patri servare? Non id profecto præcipit, ut Patrem sæpius quam Filiū, aut acrius precamur, aut plura a Patre quam a Filio accepturos consideramus; cum Filio omnia tribuat quacunque sunt in Patre, et utrumque « totis viribus supplicando et precando coli » declaret. Neque etiam subtilis illa distinctio preicationis proprie et minus proprie dictæ, aliam in Filio ac in Patre naturam, aut majorem minoremve potentiam designat, cum iisdem de causis, tuni quia sæpe Origenes, ut fatetur Huethius, ad ipsum Filiū preces dirigat, et hoc ipso in loco supplications, gratiarum actiones, et postulationes ei debitas docet. Huc ergo redit tota illa distinctio, ut προσευχὴς sive preicationis nomine eas preces intelligamus, quæ ad ordinem inter divinas personas intercedentem accommodantur, ita ut, cum Pater divinitatis fons et origo sit, ad eum dirigantur. Patrem eo sensu magis precamur quam Filiū, non quia sæpius aut acrius, sed quia per Filiū precamur. Nullum sane aliud discrimen apud Origenem reperias inter eas preces quæ Patri, et eas quæ Filio deseruntur. Atque hæc ejus sententia eo minus vituperanda, quod ex Ecclesia consuetudine et publicarum precum, quæ ad Patrem diriguntur, instituto deducta videatur. Tanti moventi visa res est episcopis Africanis, ut eam comprobent et decernant can. 23 concil. Carthag. III: « Ut nemo in precibus, inquietum, vel Patrem pro Filio, vel Filiū pro Patre nominet. Et cum altari assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicunque sibi preces aliunde describit, non eis utatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit. » Sed Origenis sententia illustranda est ex ejus libro *De oratione*, in quo eam data opera persequitur.

In hoc libro num. 14, 15 et seq., quatuor species orationis a Paulo prescriptas explicare instituit, δεήσεις, προσευχὴς, ἐντεῦξις, εὐχαριστίας, obsecrationes, preicationes, postulations, gratiarum actiones. Obsecrationem definit orationem ab aliquo suppliciter emissam, ut quod ipsi deest consequatur: preicationem vero, eam quæ magnificenter cum glorificatione ab homine in periculis constituto de rebus majoribus emititur. Tertiæ speciem iis, quæ maiore apud D. um fiducia postulantur; quartam denique bonis jam acceptis assignat. Subjicit deinde cujusque speciei exemplia, primæ quidem ex Mardochæi et Estheris; secundæ ex Azariae, Tobie, Anna, Habacuc et Iona; tertiae ex Josue et Samson orationibus; quartæ denique ex his Christi verbis, « Confitor tibi, Pater (*Math. x, 21*), » etc. Statuit gratias Christo agendas esse: ab eo postulandum docet exemplo Stephani, « Domine, ne statuas illis hoc peccatum (*Math. xvii, 14*): » eidem quoque supplicandum et obsecrandum, ut supplicabat pater lunatici, « Obsecro, Domine, miserere filii mei. »

Quod autem spectat ad preicationem, quam appellat προσευχὴν sic suam de ea mentem aperit num. 15: « Εὖ δ' ἀκούσωμεν δι τοτέ ἔστι προσευχὴ, μήποτε οὐδενὶ τῶν γεννητῶν προσευχτέον ἔστιν, οὐδὲ αὐτῷ τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ μόνῳ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων καὶ

καὶ προσευξόμεθα δὲ, ἐὰν δυνάμεθα καταχούειν τῆς περὶ προσευχῆς κυριολεξίας, καὶ καταχρήσεως. Nempe orationem proprie dictam Deo Patri fundi jubet, impropriam vero et καταχρηστικὴν Filio: illi ut summo Deo, honorum datori; huic tanquam μεστῇ, qui

**Pater,** φῶτὸς δὲ Σωτῆρος ἡμῶν προσεύχετο. « Sed si intelligamus quid sit precatio, num forte nulli rei genitae fundenda est, ac ne ipsi quidem Christo, sed soli Deo universorum et Patri, quem et ipse Salvator noster precabatur? » Suan ergo sententiam proponit dubitanter, ut in re longe quæsita magis quam necessaria. Revera allata ab eo exempla obsecrationis et postulationis non minus magnifica sunt quam precatiois; nec Mardochæus divinam majestatem exiliis predicit, cum ait: « Domine, Rex omnipotens (*Esther* xiii, 9), » quam cum Habacuc dicit: « Domine, audivi auditum tuum, et timui (*Habac.* iii, 1). » Cum ergo fateatur gratias Christo agendas, eique supplicandum, et ab eo postulandum; si postea preicationem soli Patri congruere docet, non potuit hanc distinctionem majore, minoreve potentia metiri; sed preicationem orationis quoddam esse genus putabat, in quo Pater, ut fons divinitatis, glorificatur. Hanc sententiam Origenes iis firmat rationibus, quæ nihil aliud ei propositum esse demonstrant, nisi ut ordo inter Patrem et Filium intercedens in preicationibus observetur. Prima est quod ipse Christus Patrem precans sit, et ut eum precaremur, jussit, cum hanc precandi formulam præscripsit: « Pater noster, qui es in cœlis (*Math.* vi, 7). »

Aliam rationem sic exponit: Εἰ γὰρ ἔτερος, ὃς ἐν δόλοις δεῖχνεται, κατ' οὐδαίν καὶ ὑποκείμενος [leg. ὑποκείμενον] ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, etc. Nam si alius esset a Patre Filius, ut alibi demonstratur, secundum essentiam et suppositionem; vel Filius orandus est, non autem Pater, vel eterne, vel solus Pater. Solum Filium orari sine Patre absurdum omnibus visum iri non dubitat: utrumque autem orare incommunum ei videtur, et a Scriptura consueudino alienum; dicendum enim foret plurali numero, *Præbete, benefacite, suppeditate, salvate.* Inde concludit solum Patrem orandum esse, et sed ne hoc quidem absque summo Sacerdote cum jejurando a Patre constituto, secundum illud: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (*Psal. cix, 14*). Hæc confirmat his Christi verbis: « Amen, amen, dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis (*Joan. xvi, 23*). » Nihil sane in hac Origenis doctrina reprehendendum, nec Patrem sine Filiō, nec Filium sine Patre orandum statuentis. Cum autem non deceret, ut preces plurali numero effarentur, Origenes, qui necessarium esse putat ad accuratam precum institutionem, ut Patris et Filii mentio fiat; neutri facit injuriam, cum eas ad Patrem dirigendas docet. Quod autem ait Filium a Patre alium esse secundum essentiam et suppositionem, satis jam superque demonstratum est essentiam ab eo considerari, quatenus certis proprietatibus definita est, et; ut ipse loquitur, circumscripta.

Tertiam rationem ex eo repetit, quod Filius a Patre omnia accepit, et frater noster, suscepta humana natura, factus sit. Sic enim Christum inducit nos alloquenter: « Αρχιερεῖ γὰρ τῷ ὅπερ ὅμῶν καταταῦται ὑπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ παρακλήτῳ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς εἶναι λαβόντι, εὐχεσθαι ὅμᾶς οὐ δεῖ, ἀλλὰ δι' ἀρχιερέως καὶ παρακλήτου.... Αδελφῷ δὲ προσεύχεσθαι τοὺς κατηξιωμένους ἐνδεὸς αὐτοῦ Πατρὸς οὐκ ἔστιν εὐλογον. » Nec eum orare debetis, qui constitutus est pontifex a Patre, et a Patre accepit ut esset advocatus; sed per pontificem et advocationem. Fratrem autem orari ab iis, qui eodem ac ille Patre gloriantur, non est rationi consentaneum. »

Clausulae loco quartam rationem subjicit, ut ec-

A preces nostras Deo offerat: « quia non est auctor, » inquit ex Origenis persona Augustinus, « indulgendarum petitionum, sed supplicator. » Clarius etiam mentem suam aperit lib. viii, num. 43: « Άλλὰ τὸν Θεὸν, καὶ τὸν θεὸν Τίλον αὐτοῦ, καὶ Λόγον, καὶ εἰ-

clesiasticæ preces uni formæ redditantur, nec aliis aliter precantibus discrepant. « Ή σύχλισθεντα, ἐὰν οἱ μὲν τῷ Πατρὶ οἱ δὲ τῷ Υἱῷ εὐχόμεθα· ιδιωτῶν ἀμαρτιῶν κατὰ πολλὴν ἀκεραιότητα διὰ τὸ ἀδαπάνοντος καὶ ἀνεξέταστον ἀμαρτανόντων [leg. ἀμαρτάνοντες] τῶν προσευχομένων τῷ Υἱῷ, εἴτε μετά τοῦ Πατρὸς, εἴτε χωρὶς τοῦ Πατρὸς. » Nonne enim scindimur, si alii Patrem, alii Filium precemur, idem per multam simplicitatem inconsiderate et inexplicate peccantes, ac idiotæ, qui Filium orant vel cum Patre, vel sine Patre? »

B Ex his patet nihil aliud Origeni propositum esse, nisi ut ea precandi ratio observetur, quæ viget in Ecclesia, ut Pater per Filium oreatur. Cum naturam divinam in Filio considerat, fatetur eum obsecrandum esse, ab eo postulandum, gratias ei agendas; sed cum attendit eum a Patre omnia accepisse, et nostra causa incarnatum ac fratrem nostrum factum esse, concludit preces, quas nec plurali numero, nec vario et inconstanti modo efferriri decet, ad Patrem per Filium esse dirigendas. Sed qui Origeni his in locis nihil contra divinitatem Christi excidisse contendit, idem tamen fatebor eum in operosis quæstionibus et minutis ratiocinationibus justo disertorem esse, ac ea statuere, quæ, si nulla restrigantur exceptione, nec cum precibus, quas Origenes ex Scriptura repetit, nec cum illis conciliari poterunt, quæ in ipsis Ecclesiæ primordiis nonnunquam ad Filium dirigeantur; imo nec cum ipsis Origenis principiis, ex quibus sequeretur ipsas etiam obsecrations, postulations et gratiarum actiones, quas Filio deberi fatetur, eodem modo instituendas esse ac ipsam preicationem.

Molestem forte videbitur, quod his Deuteronomii verbis occurrens, quæ sibi objectum iti providebat: « Adorent eum omnes angeli Dei (*Deut. xxxi, 43*): » idem de Ecclesia dictum esse respondeat: « Si quis, inquit, existimat preicationem ipsi Filio fundandam esse, ac reveritus id quod ex adoratione consequitur, ohijiciat nobis illud: *Adorent eum omnes angeli Dei*, quod sine controversia in Deuteronomio de Christo dictum est; dicendum illi est Ecclesiam, quæ Jerusalem a propheta nominatur, adorari a regibus et reginis nutritibus factis et nutritiis, ut patet ex his verbis: *Ecce levabo ad gentes manum meam.... erunt reges nutritii tui, et regiae nutritrices tue: vultu in terram denissimo adorabunt te* (*Isa. xlix, 22, 25*), etc. Cum eadem sit pre candi et adorandi ratio, minime mirum, si Origenes, qui preces ad Patrem, ut ad fontem divinitatis, dirigendas docet, idem de adoratione statuat. Dubium esse non potest ex testimoniosis modo aliatis, quin Christum cum Patre, ut verum Filium et unum cum Patre Deum adorari doceat. Quod si eam distinctionem adhibeat, ut quamvis Pater et Filius, ut unus Deus, simul adorentur, adoratio tamen Patris, ut fonti divinitatis, Filio ut Deo ex Deo defertur; longe distat hæc sententia ab Arianis communis. Quamvis autem in exemplo Ecclesiæ a regibus et reginis adoratae metaphoram admittat Origenes, non inde sequitur pariter admisisse in adoratione quæ Filio defertur; sed hoc tantum contendit, quamvis Pater adoretur, ac Filius adoretur, non idcirco distinctionem utriusque personæ tolli; quippe cum Ecclesia ipsa adorari dicatur. Simili ratione in libro octavo *contra Celsum* ut probet Patrem et Filium non confundi, quamvis unum esse dicantur, utitur exemplo primorum fidelium, quorum cor unum erat et anima una. An inde sequitur ab eo inter Patrem

χόνα, ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ικεσίαις καὶ ἀξιώ-<sup>τη</sup> σεσι σέδομεν, προσάγοντες τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὰς εὐ-  
χὰς διὰ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ πρεπῶν προσφέρομεν  
αὐτάς, ἀξιούντες αὐτὸν, ἵλασμδν ὅντα περὶ τῶν ἀμαρ-  
τῶν ἡμῶν, προσαγαγεῖν ὡς ἀρχιερέα τὰς εὐχὰς, καὶ  
τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἐντεύξεις ἡμῶν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ  
et iusterius, num. 26 : Μόνη γάρ προσευχτέον τῷ ἐπὶ<sup>τῷ</sup>  
πᾶν Θεῷ, καὶ προσευχτέον γε τῷ Μονογενεῖ, καὶ πρω-  
τοτόκῳ πάστης κτίσεως, Λόγῳ Θεοῦ, καὶ ἀξιωτέον αὐ-  
τὸν, ὡς ἀρχιερέα, τὴν ἐπὶ αὐτὸν φύσασαν ἡμῶν εὐ-  
χῆν ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτοῦ, καὶ Θεὸν ἡμῶν.  
Aliquando tamen ad Verbum preces allegari conce-  
dit, non quasi Deo Patri offerendas, sed quasi Filii  
ipius proprias; nec tanquam ad μεσίτην, sed tan-  
quam ad ipsum bona per se hominibus largiri va-  
lentem. Ita lib. v, num. 11 : Καὶ μὴ τηλικοῦτος δέ  
τις ἦ, οὐδὲν ἔττον καὶ διοιοῦτος εὐχέσθω τῷ Λόγῳ τοῦ  
Θεοῦ δυναμένῳ αὐτὸν λάσασθαι, καὶ πολλῷ πλέον τῷ  
Πατρὶ αὐτοῦ, ὡς καὶ τοῖς πρότερον δικαῖοις ἔχα-  
πέτειλε τὸν Λόγον ἔστον, καὶ λάσατο αὐτούς. Multo  
magis rogari jubet Patrem quam Filium, et inten-  
tiori ac humiliori oratione. Atque id sibi volunt Pa-  
tres, cum clamant dixisse illum non esse orandum  
cum Patre Filium; hoc est, non esse orandum ita-  
dem ut Patrem Filium. Nunc facilis est sexento-  
rum locorum intellectus, in quibus Patrem cum Fi-  
lio nulla precationis adhibita distinctione interpel-  
lat: qualis ille est ex homil. 4 in *Jerem.*, num. 6 :  
« Cum autem plenitudo gentium introierit, tunc  
omnis Israel salvus erit <sup>¶</sup>, et fiet unus grex et unus  
pastor <sup>¶</sup>, docens in commune populum suum ma-  
gnificare omnipotentem Dominum cum Christo Iesu; »  
et ille ex homil. 42 in *Ezech.*, num. 5 : « Ut nun-  
quam ad radices nostras ponatur securis, quae in  
Evangelio prædicatur, attentius Jesum Christum  
Dominum nostrum cum Patre suo preceparū; » et  
hic ex homil. 45 in *Luc.* : « Ut igitur et nos stantes  
in templo, et tenentes Dei Filium, amplectantesque  
eum, digni remissione et profectione ad meliora si-  
mus, oremus omnipotentem Deum, oremus et ipsum  
parvulum Jesum, quem alloqui et tenere desidera-  
mus in brachiis; » et after iste ex homil. 48 in eum-

<sup>¶</sup> Rom. xi, 25, 26. <sup>¶</sup> Joan. x, 16.

et Filium non arctiorem conjunctionem, quam in-  
ter fidèles admitti? Nequaque profecto, siquidem  
identitatem voluntatis ibideum in utroque defendit.  
Non magis metuendum hoc loco est, ne debitam  
Filio adorationem laeat petitum ex Isaia adoratio-  
nis exemplum. — D. Prudent. MARAN, *De divinitate  
Christi* lib. iv, cap. 16, num. 7 et 8. Vide insuper  
notas eruditii Angli in librum Origenis *De oratione*,  
sub finem tomī nostri prioris. Vide et *Bullum De-  
fens. fidei Nicanae*, de Filii τῷ ὄμοιοτῷ, sect. 2, cap.  
9, num. 15.

(21) *Prostat commentum illud tom. II in Joan.*,  
num. 6. Eo loco querit Origenes quomodo fieri pos-  
sit, si Spiritus sanctus per Filium exsistit, ut ipse  
Filius apud Isaianam missum se dicat a Domino et Spi-  
ritu ejus. Respondet primo, « missum esse Christum  
a Spiritu, non quod is natura præstantior sit, sed  
propter œconomiam incarnationis Filii Dei Salvato-  
ris qui se infra Spiritum immisit. » Deinde vero,  
ut erat ingenio in ejusmodi rebus exequitandis lu-

A dem: « Quia igitur Salvator Creatoris est Filius, a  
commune Patrem Filiumque laudemus, cuius et  
cujus et templum est; » et homil. 57 in eundem:  
« Propterea Domini misericordiam deprecemor, et  
nobis tacentibus lapides clamitent, sed loquamus  
laudemus Deum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto;  
Orari quidem Patrem jubet et Filium, sed diverso  
genere orationis.

XXX. Postremum hoc objiciendum venit Origeni,  
opinatum eum humani redemptionem generis Spi-  
ritum sanctum potissimum decuisse; atque id mu-  
nus cum obire ac sustinere neutiquam posset, Fili  
imposuisse, utpote qui unus recte quiret provis-  
ciam hanc administrare. Prostat commentum illud  
tom. II, in *Joan.*, num. 6 (21) : « Η τάχα ἔστι καὶ  
τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ἐδεῖτο ἡ κτίσις ὑπὲρ τοῦ ἐλευθερί-  
ζοντος ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φύσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ τὸν  
ἀνθρώπων γένος, μακαρίας καὶ θείας δυνάμεως ἐνε-  
θρωπούσσης, ἥτις διορθώσεται καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ  
ώσπερεὶ ἐπέβαλλέ πως τῷ ἀγίῳ Πνεύματι ἡ πρᾶξις  
αὕτη, ἥτινα ὑπομένειν οὐ δυνάμενον προβάλλεται τὸ  
Σωτῆρα, ὡς τὸ τηλικοῦτον ἄλλον μόνον ἐνεγκεῖν δυ-  
νάμενον. Contra eam opinionem consurgunt universi  
Pati, et præ reliquis Trinitatis sanctæ personis id  
operis Filio præcipue convenisse demonstrant, ca-  
sasque hujus reddunt multiplices et validas, qua-  
rum hic explicandi locus non est. Patrem tamen et  
Spiritum sanctum eodem officio haud secus ac Fi-  
lium defungi potuisse communis est Ecclesiæ catho-  
licæ doctrina, eamque tuerit Thomas part. III, q.  
3, a. 5. Favet nihilominus Origeni Anselmus, qui,  
alio fortasse persuasus arguento non aliam po-  
tuisse carni suæ humanae illigari personam quam  
Filium dixit in eo opere, cui titulum fecit, *Cur Deus  
homo.* « Quoniam ergo, inquit, quodlibet parvum  
inconveniens in Deo est impossibile, non debuit alia  
persona incarnari, quam Filius. »

### QUÆSTIO III.

DE CHRISTO, EJUSQUE INCARNATIONE, ET OECONOMIA.

- I. Plurima de Christo absconsa Origenes opinatus est.
- II. Utrum Christum substantialiter in Moysè, pro-  
phetis et angelis adfuisse senserit. III. Patrum  
multorum assensu et sua ipsius fluctuatione ju-  
vante.

Dux ruranti, hanc conjecturam proponit, ἡ τάχα ἔστι  
καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὅτι ἐδεῖτο ἡ κτίσις, etc. Duplicem  
hic errorē castigat Huettius. Sed vir doctissimus  
minus animadvertis illud ωσπερι, quod Origenem  
figura quadam orationem uti demonstrat, ac nequa-  
quam dicere incarnationem Spiritui sancto potis-  
simum convenisse, eumque hoc munus sustinere  
non potuisse; sed quasi ei conveniret, ac sustinere  
non posset, ita Salvatori detulisse. Nam cum certo  
teneret Origenes Filium Spiritui sancto majorem esse  
ratione originis, nec ab eo mitti posse, quippe cum  
Spiritus sanctus per Filium exsistat, sic Isaia locum  
explicandum putavit, ut Filius non ut a majore, sed  
ut a persona ex ipso procedente et hoc munus ho-  
noris causa deferente missus diceretur. Perabsur-  
dum ergo foret id quod Origenes a se fingi declarat,  
ut germanissimam ejus sententiam accipere. — D.  
Prudent. MARAN, *De divinit. Christi* lib. IV, cap. 16,  
num. 40.

*tur. IV. Quo sensu dixerit Filium Dei, antequam esset homo, mediatorem fuisse. V. In quo et Patrum quorundam consensione se tuetur. VI. Executinur ejus errores de anima Christi. VII. Quibus tamen non pertinaciter adhuc sit. VIII. Non nulli ipsius accusatores retunduntur. IX. Quo sensu Filium et ejus animam unum esse dixerit, quemadmodum Pater et Filius unum sunt. X. Utrum Christum carnem de cælo attulisse persuasum habuerit. XI. An crediderit Christum speciemens in terris apparuisse, non veram carnem gestasse. XII. Soleuntur difficiles ipsius loci duo. XIII. Unde in hanc affici Christo falsi corporis suspicionem venerit, exploratur. XIV. Utrum Christum merum esse hominem existimaverit. XV. An duos Christos finxerit. XVI. Utrum et quo sensu Iesum induisse Filium Dei pronuntiaverit. XVII. Quo sensu Christum dixerit deificasse naturam humanam. XVIII. Quo sensu Christum esse dixerit rurum illum sterilem, de quo Jeremias cap. xxii, vers. 50. XIX. Utrum corpus Christi ubique esse censuerit. XX. Pro quibus passum Christum opinatus sit. XXI. Recensentur Patrum criminationes adversus Origenis sententiam. XXII. Quo ex ipsis verbis proponitur. XXIII. Non satis constat an sape jam pro rebus ratione prædictis, an semel tantum passum, an etiam aliquando passum Christum putaverit. XXIV. Ex supra allatis genuina ipsis opinio elicetur. XXV. Cujus et origo indicatur. XXVI. Nonnulla faciunt pro causa Origenis. XXVII. Utrum Christum in sole corporis suum reliquisse sibi finxerit. XXVIII. Utrum censuerit Christum hominem esse destitisse, postquam mortuus est. XXIX. Quo sensu Christum dixerit etiam nunc lugere peccata nostra. XXX. Utrum regnum Christi desitatum crediderit.*

**I.** Vulgatum, et in scholis receptum theologicarum disputationum ordinem hic deserimus, assectantes Origenem, cujus ut abnormes fuerunt plurimæ de rebus divinis sententiae, ita peculiari, et a consuetis aliena divisione tractantæ sunt. In inferiorem ergo locum rejectis, quæ ad angelos et opificium sex dierum, aliaque his deinceps subiecti solita pertinent, questionibus, Origenis de Verbi ἐνώπιον, et olxovogia perscrutemur decreta, si quæ sunt obnoxia reprehensionibus, et animum possunt offendere lectoris orthodoxi. Ac sunt certe, neque pauca, quæ ab ejus ventilata et confutata adversariis, æterna nomini ejus stigmata imposuerunt.

**II.** Leve illud est præ reliquis mox exponendis, et aliquam habens excusationem, quo Christum docuit, antequam homo fieret, Patri ministrantem, in Moyse, prophetis et angelis hominum salutem promoventibus adfuisse, et quidem substantialiter, atque ita suam quodammodo olxovogia inchoasse. En tibi ipsius verba ex homil. 8 in Genes., num. 8: « Et tamen considerandum est quia angelus haec referunt ad Abraham locutus, et quia in consequentibus evidenter hic angelus Dominus ostenditor. Unde puto quod sicut inter nos homines habitu repertus est ut homo, ita et inter angelos habitu est repertus ut angelus; » et ex homil. 4 in illud Isaiae: *Et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis, et missus est ad me unus de seraphim* <sup>34</sup>: « Non est

A unus, » inquit num. 5, « Domini mei Jesu Christi adventus quo descendit ad terras; et ad Isaiam venit, et ad Moysen venit, et ad populum venit, et ad unumquemque prophetarum venit: neque tu timeas, etiam si jam cœlo receptus est, iterum veniet. Quia autem et ante præsentiam carnalem ad homines venerit, ipsum accipe testem denuntiantem atque dicentem: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui missi sunt ad te, quoties volui colligere filios tuos*<sup>35</sup>? *Quoties volui.* Non dicit: Non vidi te nisi isto adventu; sed dicit: *Quoties volui.* Et per singulos prophetarum convertens se: Ego, inquit, eram Christus qui loquebar per prophetas. Dixi: Neque tu timeas, et nunc militatur Jesus Christus. Non mentitur: *Vobiscum sum,* ait Dominus, omnes dies usque ad consummationem sæculi <sup>36</sup>. Non mentitur: *Ubi duo vel tres collecti sunt in nomine meo, et ego sum in medio eorum*<sup>37</sup>. » His assonat tom. xii in Matth., num. 43: Πρόσχες δὲ εἰ δύνασαι καὶ ταῦτα εἰπεῖν περὶ τῶν κατὰ τὸν τόπον, ὅτι νοήσαντες οἱ μαθηταὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κεχρηματίκεναι Μωῆσεῖ, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν εἰρηκότα· οὐ γάρ θέψεται ἀνθρώπος τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται· et tract. xxvi in Matth., num. 28, pag. 849, exponens illud: *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos sub pennis, et nolwisti?* Quomodo, inquit, hic Dominus Jesus quasi qui frequenter voluit congregare Iudeos, non autem congregavit propter contumaciam nolentium credere, ita dicit: *Quoties volui:* cum sit manifestum semel eum docuisse in corpore Iudeos? Sed non solum in præsentia, verum etiam substantialiter semper Christus præsens fuit et in Moyse, et in prophetis; magis autem et in angelis ministeriis saluti humanæ, et per singulas generationes: et sic impletur: *Quoties volui.* Per singulas enim generationes semper voluit et festinavit perficere voluntatem Patris in eis: etsi non in corpore constitutus, sicut nunc in fine sæculorum, tamen semper festinavit congregare filios Jerusalem. Ipsius enim volentis congregare filios Jerusalem voces habentur in lege et in prophetis: et de ipso scriptum est: *Expandens alas suas accepit eos, et suscepit eos super scapulas suas*<sup>38</sup>: et quotidium opus est Christi congregare filios Jerusalem; de quibus in Isaia et in reliquis prophetis plura dicuntur. Et quotidie Dei Filius congregat dispersos filios Dei, sicut gallina pullos suos sub pennis suas. » In quo cum ait substantialiter præsentem fuisse Christum in Moyse et in prophetis, conjunctionem intelligit σχετικὴν, non vero ὑποστατικὴν. Præterea tom. i in Joan., num. 34: Καὶ περὶ μὲν τοῦ ἀνθρώπου αὐτὸν γεγονέναι οὐδεὶς τῶν πεπιστευκότων διστάζει. Περὶ δὲ τοῦ ἄγγελον, παιθώμεθα τηροῦντες τὰς τῶν ἄγγέλων ἐπιφανείας καὶ λόγους, ὅτε τῆς τῶν ἄγγέλων ἔξουσίας φαίγεται, ἐν τοις τό-

<sup>34</sup> Isa. vi, 5, 6. <sup>35</sup> Matth. xxiii, 37. <sup>36</sup> Matth. xxviii, 20. <sup>37</sup> Matth. xviii, 20. <sup>38</sup> Deut. xxxii, 41.

ποιεις τῆς Γραψῆς ἀγγέλων λεγόντων ὅσπερ ἐπὶ τοῦ · Αὐτῷ ἀγγελος Κυρίου ἐν πυρὶ φλογὸς βάτου,  
καὶ εἶπεν, ἔτώ Θεὸς Ἀδραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ  
Ἰακὼβ· ἀλλὰ καὶ δὲ Ἡσαῖας φησί· Καλεῖται τὸ  
ὄρος αὐτοῦ, μετάλης βουλῆς Ἀγγελος. Et initio  
tomii sequentis docet Filium Dei missum esse a  
Patre ad prophetas; et cum Scriptura ait: *Sermo  
factus est ad Oseam, sic illud intelligendum, Verbum  
Dei missum esse ad Oseam.* Idem habet auctor  
homil. 4 in diversos: « Abrahæ Patri credentium  
tribus horis temporis, licet non per ipsam ineffabilem  
Deitatis substantiam, sed potius per angelicam  
speciem a meridie visus est: nobis triginta tribus  
aunis in terra apparuit, et cum hominibus conver-  
sari dignatus est ». Jacob etiam brevi tempore  
per angelum nihilominus apparuit collectans cum  
eo, » etc.

III. Reprehensum fuisse id in Origene adnotat  
Sextus Senensis lib. v, ann. 105, sed Augustini  
suffragio defendit. Consimilem sane professi sunt  
doctrinam Patres antiqui complures, non Origene  
solum vetustiores, vel coævi, sed recentiores etiam  
et Nicæna synodo posteriores. Horum nomina et  
loca colligit Pamelius in *Paradoxia Tertullianoi*,  
cap. 19: collegerunt subinde et alii. Ex quibus  
locis liquet persuasum his fuisse Patribus morem  
Patri gerentem Filium patriarchis aspectabilem  
sese præbuisse, Deique, angelī, vel Domini nomina  
fuisse sortitum; et quæcunque in Testamento Veteris  
historia a Deo facta legimus, Filium auctorem  
habuisse. Attamen non in ea sibi constat sententia  
noster Origenes, nam easdem quoque partes  
nonnunquam Deo Patri videtur assignare: velut  
homil. 3 in *Luc.*: « Gratia Dei, inquit, fuit ut  
appareret Abraham, vel cæteris prophetis: non  
quod oculus tantum cordis Abraham in causa fuerit,  
ut cerneret Deum; sed quod gratia Dei ultro  
se aspiciendam præbuerit viro justo. Hoc autem  
non solum super Deo Patre intelligas, sed etiam  
super Domino Salvatore, et super Spiritu sancto. »

IV. Qui Filium Dei, priusquam humanum indueret corpus, in angelis, patriarchis et prophetis ad-  
fuisse dixerit; Dei quoque et hominum mediatorem  
tunc fuisse, internuntium, et sequestrum dicere ne-  
cessere est. Hanc dogmatum consequentiam tenuit  
Origenes, et qui prius illud posuerat, alterum quo-  
que hoc decrevit. Verba ipsius debemus *Apologiae Pamphili ex lib. iii in Epist. ad Coloss.*: « Data est  
autem, inquit, lex Moysi per angelos in manu et  
virtute mediatoris Christi », qui cum esset in prin-  
cipio Verbum Dei, et apud Deum esset, et Deus  
esset Verbum », Patri in omnibus ministravit.  
*Omnia enim per ipsum facta sunt* », id est non  
solum creature, sed et lex, et prophetæ; et ipsem est  
mediator Dei et hominum ». Quod Verbum in  
fine quidem sacerdorum homo factus est Jesus  
Christus, sed ante hunc manifestum in carne ad-

<sup>10</sup> Baruch iii, 38. <sup>11</sup> Galat. iii, 19. <sup>12</sup> Joan. i, 1. <sup>13</sup> ibid. 2. <sup>14</sup> I Tim. ii, 5. <sup>15</sup> Rom. viii, 12.

A ventum, mediator quidem erat hominum, sed nondum erat homo. Erat tamen et tunc mediator Dei et hominum: unde et data lex per angelos, sive ipsius mediatoris manibus data esse non dicitur, ut esset *lex sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum* <sup>16</sup>, et omnia haec sacrificarentur a Christo. Non igitur in eo modo intercessor, et pastor Dei et hominum dicitur ab Origene fuisse Christus, antequam de Virgine nasceretur, quo modo deinde fuit, postquam naturam humanam suscepit: nam per utriusque naturæ conjunctionem hominem cum Deo conciliavit, atque ita medium quid inter utrumque fuit, cum utrumque esset, et Deus et homo. Quamvis autem communionis illius, et futuri aliquando consortii, rerumque per illud gerendarum intuitu, in Veteris Testamenti patriarchas et prophetas Deus bonitatis suæ et gratiæ divitias profuderit, et tunc etiam *pastor* Christus quodammodo fuerit, eo tamen non respexit Origenes, sed additiones illas et rediciones crebras ad homines, cum variis indutus formis, et per varias loquens personas mandata illis Dei parentis Christus deferebat; præcipue vero, cum legem Moysi tradidit, juxta illud Apostoli: « Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu Mediato-  
ris. Mediator autem unius non est; Deus autem unus est ».

V. Referendum id esse ad Moysem licet arbitrati sint nonnulli, Christo tamen accommodant Chrysostomus et Hieronymus, qui totam et ipse, illud Pauli interpretans, Origenis doctrinam amplectus est. Sic enim ait: « Postquam ob nostram salutem de Virginis utero dignatus est nasci, Dei et hominum homo Christus Jesus sequester est dictus. Antequam vero humanum corpus assumeret, et esset apud Patrem in principio Deus Verbum, ad omnes sanctos, ad quos factus est sermo Dei, Enoch vide-  
licet, Noe, Abraham, Isaac et Jacob, et postea Moysem et cunctos prophetas, quos Scriptura commo-  
rat, sine additamento hominis, quem neandum assumpserat, Mediator tantummodo nuncupatur. Sed et episcopi illi sex orthodoxi Antiochenæ synodi Origenis expositionem secuti sunt in epistola ad Paulum Samosatenum: « Άλλὰ μή, inquit, καὶ τὸν νόμον ὄφως Μωϋσῆς φαμεν διδάσκει, διακονοῦντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς δὲ Ἀπόστολος διδάσκει λέγων· Τί οὖρ ὁ νόμος; τὸν παραβόσεων χάριν προσετέθη, ἀχρις οὗ ἐλθῃ τὸ σπέρμα ω̄ ἐπῆγγελται, διαταγεῖς δὲ ἀγγέλων ἐρ χεροὶ Μεσίτου. Μεσίτην γάρ ἀλλον οὐκέτι θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, η τοῦτον δὲ διασκόμεθα δὲ καὶ ταῦτα διὰ τοῦ Μωϋσέως. Οὐφθῇ δὲ αὐτῷ ἀγγέλος ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τοῦ βάτου, etc. » Quin etiam et legem similiter Moysi dicimus fuisse datam, ministrante Filio Dei, quemadmodum docet Apostolus dicens: *Quid igitur lex? Transgressionum gratia posita est, [donec veniat se-*

*men cui promissum fuerat, ordinata per angelos in manu Mediatores. Alium enim mediatorem nescimus Dei et hominum præter hunc. Hæc enim discimus a Moyse : visus est autem ei angelus in flamma ignis e rubo <sup>40</sup>. » Aliter autem accepta sunt ab Arianis illa Apostoli, quæ adduximus; ideo enim *Mæstrov* Christum esse dicebant, quod naturam quamdam medium hominem inter et Deum fasset*

(22) *Sententia illius hæc est*, etc. Cum præexistentiam animarum admiraret Origenes, conjectit eum hæc opinio in absurdam de Christi anima sententiam. Statuenti enim animas ante exstissem, quam in corpora mitterentur, integrum non fuit idem de Christi anima non dicere; et eum fides catholica doceat nec animam Christi, nec corpus a Verbo unquam separata exstisset, inducenda fuit ratio animæ cum Verbo ante unionem ejusdem Verbi cum corpore. Sed quoniam ex lib. II De principiis, cap. 6, ubi ea de re fusis disserit, plurimi concludunt sensisse Origenem animam Christi cum a Deo una cum cæteris creata esset, optimo liberi arbitrii usu consecutam esse ut cum Verbo hypothetice conjungeretur, locus ille paulo accurias examinandus est. Postquam igitur num. 2 admonuit Origenes se « suspicione potius quam manifestas aliquas affirmations » allaturum, quod argumento est eum his de rebus nihil statuere ansum esse, hæc addit num. 3 et 4 : « Verum cum pro liberi arbitrii facultate varietas unumquemque ac diversitas habuisset animorum, ut alius ardentiore, alius tenuiore et exiliore erga auctorem suum amore teneretur; illa anima, de qua dixit Jesus, quia nemo auferet a me animam meam (Joan. x, 18), ab initio creature et deinceps inseparabiliter ei atque indissociabiliter inherens, utpote sapientia et verbo Dei et veritati ac luci veræ, et tota totum recipiens, atque in ejus lucem splendoremque ipsa cedens, facta est cum ipso principaliter unus spiritus, sicut et Apostolus his qui eam imitari deberent, premitit, quia qui se jungit Domino, unus spiritus est (I Cor. vi, 17). Hac ergo substantia animæ inter Deum carnemque mediante (non enim possibile era: Dei naturam corpori sine mediatore inseriri) nasclit, ut diximus, Deus homo, illa substantia media existente, cui utique contra naturam non erat corpus assumere. Sed neque rursus anima illa, utpote substantia rationabilis, contra naturam habuit capere Deum, in quem, ut superius diximus, velut in Verbum et Sapientiam, et Veritatem tota jam cesserat. Unde et merito pro eo vel quod tota esset in Filio Dei, vel totum in se caperet Filium Dei, etiam ipsa cum ea quam assumperat carne, Dei Filius et Dei virtus, Christus et Dei sapientia appellatur: et rursum Dei Filius per quem omnia creata sunt, Jesus Christus et Filius hominis nominatur. Nam et Filius Dei mortuus esse dicitur, pro ea scilicet natura, que mortem utique recipere poterat: et Filius hominis appellatur, qui venturus in Dei Patris gloria cum sanctis angelis prædicatur. Et hac de causa per omnem Scripturam tam divina natura humanis vocabulis appellatur, quam humana natura divina nuncupationis insignibus decoratur. Magis enim de hoc quam de ullo alio dici potest, quod scriptum est quia erunt ambo in carne una; et, jam non sunt duo, sed caro una (Marc. x, 8). Magis enim Verbum Dei cum anima in carne una esse, quam vir cum uxore, putandum est. Sed et unus spiritus esse cum Deo, cui magis convenit, quam huic animæ, quæ se ita Deo per dilectionem junxit, ut cum eo unus spiritus merito dicatur? Quod autem dilectionis perfectio, et meriti affectus sinceritas ei

A sortitus, illo quidem inferiorem, homine vero superiorem.

VI. De anima Christi multiplex fuit Origenis error; ac multiplex quoque aduersus eum Patrum querela et criminatio. Sententia illius hæc est (22), quantum ex ejus scriptis licet intelligere, animam Christi cum animabus hominum reliquis longe ante corpora a Deo procreatam, liberoque itidem ut

B hanc inseparabilem cum Deo fecerit unitatem, ita ut non fortuita fuerit, aut cum personæ acceptione animæ ejus assumptio, sed virtutum suarum ei merito delata, audi ad eam Prophetam dicentem: *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiae, præ participibus tuis* (Psal. XLIV, 8). Dilectionis ergo merito ungitur oleo lætitiae, id est, anima Christi cum Verbo Dei Christus efficitur. Ungi namque oleo lætitiae, non aliud intelligitur, quam Spiritu sancto repleri. Quod antem præ participibus dixit, indicat quia non gratis Spiritus sicut prophetis ei data est, sed ipsis Verbi Dei in ea substantialis inerat plenitudo, sicut et Apostolus dixit: *In quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* (Coloss. II, 9). » Fatendum sane est prima specie his in verbis non aliam occurrere sententiam, quam quæ Origeni a plenisque tribuitur, animam Christi non gratuito ad unionem cum Verbo vocatam fuisse, sed id merito suo in mercede loco assecutam esse; unde etiam id Origeni tribuit Huetius: « nos si singularem animam Christi adversus Deum amorem, quo Deum in se recipere merita est, imitemur, Christi quoque pro rata effectum iri participes. » Demus tamen operam ut Origenis sensa investigemus.

C Illud 1<sup>o</sup> observandum est nullum omnino temporis intervallum ponи ab Origene inter animam Christi creationem et ejus unionem cum Verbo. Ei enim « ab initio creaturæ et deinceps inseparabiliter inhærebat. » Quin etiam haud dicere vere nihil cautius vitasse Origenem, quam ne ex ipsis de praexistentia animarum opinione sequeretur animam Christi aliquandiū a Verbo separata fuisse, et instar ceterarum peccare potuisse. Hinc omni asseveratione confirmat num. 5, « animam Christi ita elegisse diligere justitiam, ut pro immensitate dilectionis ei inconvertibiliter inhæret, et nullum sensum vel possibilitatem peccari haberet. » Hanc autem sanctitatem et impeccabilitatem repetit ex unione hypothetica cum Verbo Dei. Huius exemplo massa ferrea, quæ « si semper in igne posita sit, omnibus suis poris, omnibusque venis ignem recipiens et tota ignis effecta, si neque ignis ab ea cesseret aliquando, neque ipsa ab igne separatur, » nunquam poterit frigus recipere. « Hoc ergo modo, inquit num. 6, etiam illa anima, quæ quasi ferrum in igne, sic semper in Verbo, semper in Sapientia, semper in Deo posita est, omne quod agit, quod sentit, quod intelligit, Deus est: et ideo nec convertibilis aut mutabilis dici potest, quæ inconvertibilitatem ex Verbi Dei unitate indesinenter ignis possedit. Ad omnes denique sanctos calor aliquis verbi Dei putandus est pervenisse: in hac autem anima ipse ignis divinus substantialiter requiesce credendus est, ex quo ad ceteros calor aliquis venerit. Denique quod dixit, quia unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiae præ participibus tuis, ostendit quod aliter ista anima oleo lætitiae, id est, Verbo Dei et Sapientia ungitur, et aliter participes ejus, id est, sancti prophetae et apostoli. Illi enim in odore unguentorum ejus cucurrisse dicuntur: ista autem anima vasculum unguenti ipsius fuit, ex cuius fragrantia participantes digni quique

<sup>40</sup> Exod. III, 2; Act. VII, 30.

alias instructam arbitrio, cum eximio auctoris sui amore præ ceteris animabus teneretur; similisque aliarum per naturam, Verbi similis esset per virtutem, tam firmiter ei sese applicuisse, ut tota ab eo recepta, vel totum recipiens, idque substantia liter, unus cum eo spiritus efficeretur: hanc autem conjunctionem ad assumendam carnem aditum Verbo munivisse, cum divina aliqui natura humanae absque medio aliquo adhædere neutquam posset: tam arctum autem fuisse Verbum inter et animam hanc, seu ut habet Damascenus, mentem (quod magis convenit doctrinæ Origenis, nam ex mentibus animas tum solum existimavit fieri, cum ex charitatis ardore refrixerunt, quod de mente,

prophetæ siebant et apostoli.) Cum ergo iam di serie animam Christi nunquam peccare aut mutari potuisse dicat, cumque hanc impeccantiam ex perpetua cum Verbo unione hypostatica repeat, nullum omnino tempus inter creationem animæ et ejus cum Verbo unionem excogitare potuit.

2° Non minus aberat ab Origenis mente impia illa opinio, non posse si Christum imitemur, ad similem cum Verbo unionem pervenire. Hoc enim discri men ponit inter Christum et sanctos, quod unio animæ Christi cum Verbo ab initio indissociabilis et inseparabilis et substantialis fuerit, atque ex hac unione invertibilitatem indesinenter ignita pos sederit; alia autem animæ nec ab initio creationis invocuabilitate cum Verbo unitæ fuerint, nec unquam substantialiter sive hypostaticæ uniri possint. Hypostaticam illam unionem sic explicat Origenes ibidem num. 5: « Unde et merito pro eo vel quod tota esset in Filio Dei, vel totum in se esperet Filium Dei, etiam ipsa cum ea quam as eumpserat carne, Dei Filius et Dei virtus, Christus et Dei sapientia appellatur: et rursum Dei Filius per quem omnia creata sunt, Jesus Christus et Filius hominis nominatur. Nam et Filius Dei mortuus esse dicitur, pro ea scilicet natura quo mortem unice recipere poterat: et Filius hominis appellatur, qui venturus in Dei Patris gloria cum sanctis angelis prædicatur. Et hac de causa per omnem Scripturam tam divina natura humanis vocabulis appellatur, quam humana natura divinae nuncupationis insignibus decoratur. »

3° Si anima Christi ab initio creationis hypostaticæ unita fuit cum Verbo, quomodo hanc unionem mereri potuit? Si ab initio idcirco immutabilis sive impeccabilis fuit quia semper tota fuit unita cum toto Verbo, quomodo hac immutabili sanctitate consecuta est ut cum Verbo uniretur? Num igitur secum pugnare dicemus Origenem, aut ex ejus contextu expungemus quod ait, « dilectionis perfectionem ac meriti affectus sinceritate hanc ei inseparabilem cum Deo fecisse unitatem; ita ut non fortuita fuerit, aut cum personæ acceptione animæ ejus assumptio, sed virtutum suarum ei merito delata? » Neutrum equidem crediderim: neque enim hæc verba ab ejus proposito aberrant. Id unum, ut jam dixi, cavet, ne quis animam Christi in eodem ac alias statu aliquando fuisse, et ex eam numero ad unionem hypostaticam electam fuisse suspectetur. Hæc electio non solum fortuita et cum personarum acceptione facta videtur, sed ipsa etiam anima esset indignissima hac electione. Nam ex unione hypostatica Verbi cum anima aut peccatrice aut quæ peccare et damnari potuisset, sequeretur de Verbo sic ei unito, idem ob communionem idiomatum dici posse. Negat igitur Origenes animam Christi fortuito aut cum personarum acceptione, id est, ex numero similibus animarum et in eodem statu existentium electam, gratuito ele

A seu anima Christi minime opinatus est) vinculum, ut vitii, a quo maxime divina abhorret natura, minime capax esset; atque ita « quod in arbitrio erat positum, longi usus affectu jam versum esse in naturam, » ut a peccato penitus esset immunis: aliter igitur in prophetis et apostolis suis Verbum, aliter in Christo; illis enim per σχετικὴν et moralē conjunctionem, Christo « per immaculatam fœderationem » et hypostaticam adhaesisse: ac nos proinde si singularem animæ Christi adversus Deum amorem, quo Deum in se recipere merita est, imitemur, Christi quoque pro rata effectum iri participes. Quibus asserendis hac Davidis testificatione utitur e psal. XLIV, 8: « Dilexisti justitiam, et

B etiam in ipso creationis momento non negat: et cum electionem ex merito repetit, meriti non sine non præclare facta ante electionem intelligit, sed illam immutabilitatem et impeccantiam, quæ ei in creationis momento ob unionem cum Verbo collata, dignam efficit quæ cum Verbo uniretur. Hæc illustrari possunt ex his quæ docet Hermas in *Past.* lib. III, c. 5, num. 6, « præparatum esse a Spiritu sancto illud corpus in quo Deus habitaret, » ut videlicet dignum esset quod cum Deo Verbo uniretur. Sequitur ex sententiâ Christi corpus non fortuito aut cum personarum acceptione inter alia corpora in eodem statu existentia electum fuisse, sed solum dignum et idoneum fuisse in quo Verbum hypostaticæ habitat. Nihil aliud de anima Origenem dicere fatebitur quisquis in hoc loco non litterarum apices, sed sententiarum seriem et complexionem persequetur. In hoc quidem peccat Origenes quod animas ante corpora creatas crediderit, sed in hoc laudamus quod caverit ne animam Christi a Verbo separaret.

4° Sed quidquid in hac difficultis loci explicatione elaboravi, id ad Rutilium interpretem potius quam Origenem purgandum valebit. Origenis enim contextum mire deformavit Rutilius, dum emendare aggressus est. Quod si illum, prout a Justiniano ad calcem epistole ad Menam servatus est, inspiciamus, animadvertemus Origenem non de animæ tantum, sed de corporis et animæ hypostatica cum Verbo conjunctione loqui, ex qua sit ut Christi humanitas simul cum Verbo et Christi et Unigeniti appellationem et gloriæ societatem sortiatur. Sic igitur Origenes apud Justinianum: Διὸ τοῦτο καὶ ἀνθρώπος γέγονε Χριστὸς ἐξ ἀνδραγαθήματος τούτο τυχὼν, ὃς μαρτυρεῖ ὁ Προφήτης λέγων: Ἡγάπητας δικαιοσύνη, etc. « Επρέπε δὲ τὸν μηδέποτε κεχωρισμένον του Μονογενούς συγχρηματίσαι τῷ Μονογενεῖ καὶ συνδοξούσθηναι αὐτῷ. » Idcirco et homo factus est Christus, sanctitatis merito hoc consecutus, quemadmodum Propheta testatur dicens: *Dilexisti justitiam, etc.* Decebat enim ut qui nunquam ab Unigenito separari potest, cum Unigenito et nomine et gloriam partiatur. » Quod ergo de anima sola dixerat antea, idem nunc de tota Christi humanitate statuit: nec eam dicit sanctitate consecutam esse ut cum Verbo conjungeretur hypostaticæ, sed hac hypostatica conjunctione invertibiliiter sanctificatam. Unigeniti gloriæ et nominis esse participem. Eodem sensu sex episcoli in epistola ad Paulum Samosatenum: Τὸ ἔκ τῆς Παρθένου σῶμα χωρῆσαν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, τῇ θεότητι ἀτρέπτως ἤνωται καὶ τεθεοποιηται. « Corpus ex Virgine, quod capit omnia plenitudinem divinitatis corporaliter, divinitati immutabiliter unitum est et deificatum. » — Hæc D. Prud. MARAN, *De divin. Christi lib. IV, cap. 16, num. 11.*

odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiae præ consortibus tuis. » Totam porro istam Origenis dissertationem iisdem propositum repetitam verbis reperias in postremo capite libelli *De deitate et incarnatione Verbi*, ad Januarium; qui libellus Origenianis fragmentis sere constat, et ad calcem quarti toni Augustini adiungi soiet. Atque hanc doctrinam, quantumvis absonam, avide arripuerunt Pelagiani et propugnaron. Locorum Origenis, quibus ea continetur, primus exstat tom. I in *Joan.*, num. 37: Ἄλλα καὶ ἀνήρ πρὸς τούτοις λέγεται ὅπιστος Ἰωάννου ἐργάμενος, ἔμπροσθεν αὐτοῦ γεγενημένος, καὶ πρὸς αὐτοῦ ὁν, ἵνα διδαχθῶμεν καὶ τὸν ἀνθρώπον τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸν τῇ θεότητι αὐτοῦ ἀνακεραμμένον πρεσβύτερον εἴναι τῆς ἐκ Μαρίας γενέσεως. Alter habetur tomus XX sequenti, num. 47: Οὐκ ἀξήτητον δὲ ἑατέον τὸν τόπον, καὶ εἰς τὸν περὶ ψυχῆς λόγον. Τάχα γάρ ή μὲν τοῦ Υἱοῦ ψυχὴ ἐν τῇ ἑαυτῆς τυγχάνουσα τελεῖται, ἐν Θεῷ καὶ τῷ πληρώματι ἡν, καὶ ἐκεῖνην ἐξεληλυθεῖα, τῷ ἀποστάλθαι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἀνέλαβε τὸ ἐκ τῆς Μαρίας σῶμα. Libro vero II *De principiis*, cap. 6, num. 3 et 4, et lib. I *contra Celsum*, num. 32 et 33, fusius idem tractat argumentum, mentemque suam diserte proponit; quæ quo-niam æquo prolixiora sunt, ut lectorum occurratur fastidio, referre supersedeo. Adducemus ea solum quæ e libro eodem *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 4, depropulsit Justinianus ad calcem epistolæ ad Me-nam: Διὰ τοῦτο καὶ ἀνθρώπος γέγονε Χριστός, ἐξ ἀνδραγαθῆματος τούτου τυχόν, ὃς μαρτυρεῖ δὲ Προφήτης λέγων: Ἡγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀρωματάρ, διὰ τοῦτο ἔχριστε σε δὲ Θεός, δὲ Θεός σου ἑλαιον ἀγαλλιάσως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Ἐπερπετε δὲ τὸν μηδέποτε κεχωρισμένον τοῦ Μονογενοῦς συγγρηματίσαι τῷ Μονογενεῖ καὶ συνδοξοθήναι: αὐτῷ. « Hiccirco et homo factus est Christus, suo merito hoc sortitus, ut Propheta testatur, inquiens: Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiae præ participibus tuis »<sup>47</sup>. Decebat siquidem illum qui nunquam ab Unigenito separatus est, coexistere Unigenito, et una cum ipso conglorificari.

VII. Quod si quis falsis illis Origenis assertiōnibus commovetur vehementius, sic prefatum eum fuisse sciat lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 2, antequam ad explicandum Incarnationis mysterium accederet: « Quae quidem in aures humanas proferre, et sermonibus explicare, longe vires vel meriti nostri, vel ingenii ac sermonis excedit. Arbitror autem quia etiam sanctorum apostolorum super-grediatur mensuram: quinimo etiam fortassis totius creaturæ celestium virtutum eminentior est sacramenti istius explanatio. De quo nos non temeritate aliqua, sed cuomodo ordo loci depositi, ea magis quæ fides nostra continet, quam humanæ rationis assertio vindicare solet, quam paucissimis

A proferemus, suspicenes potius nostras, quam manifestius affirmaciones in medium proferentes. » Quæ a Rufino adiecta suspicarer, si non de rebus obscuris disputaturus Origenes ita præfari soleret.

VIII. Nihilominus tamen ne sic quidem multorum criminationibus fuit immunis. Carpit ipsum Theophilus in *Pasch. epist.*, quod ad animam Christi retulerit istud Pauli Philipp. II, 7: « Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens; » unde concludit Christi animam æqualem Deo Origenem credisse, ac æquales proinde hominum animas, quæ ejusdem sunt substantiae ac anima Christi, ipsumque Verbum neutiquam ad terrena, B sed solam ejus animam venisse. Atque utinam vel ipsa Origenis verba representasset Theophilus, vel ad ipsa loca unde hæc excepta sunt, digitum intendisset; facilius quidem et certius Origenis sensum pervideremus; vereor enim ut vehementi concitatus odio, sic enim erat, satis bona fide cum Adamantio egeri. Certum est, cum « semetipsum exinaniret » Christus, nihil detrimenti passam ejus divinitatem, sed solam humanitatem laboribus suisse obnoxiam; cujus cum præcipua pars anima sit, angustias illa sustinuit et doleres, ac « exinanita » proinde hoc sensu dici potest, et e summo illo felicitatis gradu dejecta, quo potitam fuisse illam censuit Origenes, cum irrupto amoris nexu Deo conjuncta, nondum humano corpori sese immersisset. Quod ait ergo Apostolus: « Hoc intelligat unusquisque in nobis, quod et in Christo Jesu; qui eum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, » facilis negotio explicatur ad mentem Origenis. Christum ait Paulus cum in forma Dei esset, Deoque æqualis, non juxta humanitatem, sed juxta naturam suam divinam, semetipsum exinanivisse, et servi formam accepisse, non juxta divinitatem suam, sed juxta humanam naturam, cujus priorem anima locum tenet. Quo referendum illud Christi: « Tristis est anima mea usque ad mortem »<sup>48</sup>. His in accommodum sensum ita deflexis retunditur Theophili oppugnatio, cum præserit satis aliunde constet pro certo habuisse Origenem Verbum Dei carnem in Christo fuisse factum. Millium instar erit unum id ejus testimonium e procœlio in lib. *De principiis*, num. 4: « Species vero eorum quæ per prædicationem apostolicaū manifeste traduntur, istæ sunt.... quia Jesus Christus ipse qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset (*per ipsum enim omnia facta sunt*<sup>49</sup>), novissimis temporibus seipsum exinaniens, homo factus incarnatus est cum Deus esset, et homo factus mansit quod erat Deus, » etc.; nisi quis forte hæc a Rufino depravata causetur. His

<sup>47</sup> Psal. XLIV, 8. <sup>48</sup> Marc. XIV, 34. <sup>49</sup> Joan. I, 3.

subiectit Theophilus, cum dixerit Origenes φυχὴν A dictam ἀπὸ τοῦ φύκειν, quod animarum amor in Deum et charitas refrixerit, persuasum ei consequenter fuisse anima Christi pristinum remisso amoris in Deum fervorem. Futilis ac nugatoria hominis impotentis cavillatio. Cui consimilem alteram habet Guido Carmelita in *Summa de hær.*, in hæres. Origenist., cuique assonat ista Paganini Gaudentii ratioinatio in lib. *De comparatione dogmat.* *Origenis cum philosophia Platonis*, cap. 35 : « Animæ propter peccata, juxta Origenem, corpora subeunt; anima ergo Christi peccatum admisit. » Ac si quis illud Prophetæ, « Omnis homo mendax »<sup>10</sup>, usurpantem nunc aliquem velut sacrilegum redarguat, quod Christus homo sit, ac mendacem proinde dixerit. Ac si non alias etiam animas ad officia hominibus exhibenda deputasse Deum Origenes sibi finxerit, ut inferius demonstrabimus. Justinianus vero hoc ipsum Origenis delirium exagitans in epistola ad Menam, his Athanasii utitur verbis : Εἰχότως καταγνώσονται ἐστιν πάντες οἱ νομίζοντες πρὸ τῆς Μαρίας εἶναι τὴν ἐξ αὐτῆς σάρκα, καὶ πρὸ ταύτης ἐσχήκεναι φυχὴν ἀνθρωπίνην, τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἐν αὐτῇ πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἀεὶ γεννήσθαι. « Merito sece damnabunt omnes qui existimant ante Mariam esse carnem que ex ea est; ac ante eam habuisse animam humanam Deum Verbum, et in ea ante adventum semper fuisse. » Quibus non tam perstringi videtur Origenes, quam Apelles, aliique qui Christum de cœlo carnem detulisse censebaat. In nefarium autem Origenis, quod exposuimus, dogma secundum suum et tertium intentat anathematismum Justinianus ad calcem epistolæ ejusdem ad Menam. Quod ad illam spectat animarum προσωπεῖται, unde hæc Origenis manaverunt de anima Christi commenta, de ea infra disputabimus. Inde sane pestiferam hæresim suam conflasse videntur Theodorus Mopsuestenus, et post eum Nestorius : inde et adductum Eutychem conjectat Leo papa in epistola ad Julianum Coensem, ut duplum Christi naturam πρὸ τῆς ἐνσωστῶς fuisse affirmaret, quasi animam illius tunc in cœlo crediderit.

Offensionem autem non haberet quod dixit Origenes, quemadmodum homo ille, qui Verbo in una persona conjunctus est, Deum in se suscepit, ita nos quoque pro rata esse posse Dei participes, si gratiæ illud divinae, non propriis meritis acceptum retulisset : sic enim Augustinus lib. *De prædestinatione sanctorum*, cap. 15 : « Sicut ergo prædestinatus est ille unus, ut caput nostrum esset, ita multi prædestinati sumus, ut membra ejus essemus. » Item : « Ea gratia sit ab initio fidei sue homo quicunque Christianus, qua gratia homo ille ab initio factus est Christus. »

#### IX. Memoriam prodidit Theophilus Alexandrinus

<sup>10</sup> Psal. cxv, 44. .

A in prima Paschali, et apud Theodoreum in dialogo cui titulus Ασύρχυτος, censuisse Origenem animam quam assumpsit Filius Dei, et ipsum Dei Filium unum esse, quemadmodum Pater et Filius unum sunt. Hinc illi commoda vexandi pro more suo Origenis ansa, quam ipsi tamen extorquebimus. Nam primum agnoscit ibidem Theophilus de anima Christi dignitate recte aliquando sensisse Origenem, eamque Deo Verbo inferiore credidisse. Præterea cum animam Christi et Verbum unum esse docuit, quemadmodum Pater et Filius unum sunt; non unum esse voluit eadem unitate in specie, sed eadem unitate in genere. Unitas enim Patris et Filii in eo convenit cum unitate Verbi et animæ, quod ad idem genus, unitatem nempe, utraque referatur : in eo autem different, quod unitas Patris et Filii sit unitas naturæ, unitas essentiæ; unitas vero Verbi et animæ, sit unitas hypostatica, unitas personæ. Quemadmodum enim cum solem pulchrum dico, et domum pulchram, utriusque pulchritudinem eamdem dico genere, discrepantem specie; alia quippe est domus pulchritudo, alia solis : pessime enimvero mecum egerit, si quis inde me lumen domini tribuisse, soli fundamentum, contignationes, et fastigium columnietur. Nec fictitiam esse et frivolam hanc distinctionem ostendit illud Athanasii in Symbolo : « Sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. » Nam cum anima constet homo et corpore tanquam partibus unum aliquid efficientibus, Deus autem et homo, non tanquam partes Christum constituant (steri enim non potest Deum esse partem totius alijcujus); falsum erit Deum et hominem unum esse Christum, sicut anima rationalis et caro unus est homo, nisi eamdem repetamus distinctionem quam supra adhibuimus, Deum et hominem unum esse dicentes Christum eadem unitate in genere, qua anima rationalis et corpus est homo ; at non eadem unitate in specie.

X. Gennadius Massiliensis in libro *De dogmatibus*, quem Augustino quidam falso ascriperunt, cap. 2, sic scribit : « Natus est ergo Dei Filius ex homine, et non per hominem; id est, non ex viri coitu, sicut Ebion dicit; sed carnem ex Virginis D corpore trahens, et non de cœlo secum afferens, sicut Marcion, Origenes et Ebion affirman. » Quo si ad examen revocemus, fidem amittent. Falsum quippe est arbitratum Marcionem carnem de cœlo Christum attulisse. Sensit ille quidem, præceptorem suum Cerdonem assetatus, quidquid actum in terris a Christo, et administratum est, specie tantum, non re vera gestum fuisse; nec vera induisse carnem, sed apparentem. Quem errorem in proxime sequentibus cum Gennadius ipse confutet, hic vero intactum pretermittat, intellexit haud dubie verum ac solidum corpus Christo a Marcione fuisse tribu-

tum, contradicturns alioquin hoc quoque loco, si falsum corpus Christo ascripsisse ipsum existimatset. Simile quidpiam de Marcione scriptum reliquit Vigilius lib. iii *contra Eutychem*: « Eutychiana hæresis in id impletatis prolapsa est errore, ut non solum Verbi et carnis unam credit esse naturam, verum etiam hanc eamdem carnem non de sacro Mariæ Virginis corpore assumptam, sed de cœlo dicat, juxta infandum Valentini et Marcionis errorem, fuisse deductam. Ita pertinaciter Verbum carnem asserens factum, ut per Virginem, ac si aqua per fistulam transisse videatur; non tamen ut de Virgine aliquid quod nostri sit generis, assumpsisse videatur. » At falsum esse carnem solidam in Christo Marcionem agnoscisse declarant Tertullianus lib. iii *contra Marc.*, cap. 41, et toto lib. *De carne Christi*, et passim, et Philastrius hær. xliv et xlvi; Epiphanius hær. xli, cap. 4, et hær. xlvi, cap. 2, et Theodoreetus *Hær. fab.* lib. i, cap. 24. Nec verius est persuasum illud fuisse Origeni, quod ei asserit Gennadius; verba siquidem ejus hæ sunt homil. 14 in *Luc.*: « Quod quidem et adversus eos facit, qui negant Dominum nostrum humanum habuisse corpus, sed cœlestibus, et spiritualibus fuisse contextum. Si enim de cœlestibus, et ut illi falso asserunt, de sideribus, et alia quadam sublimiori, spiritualique natura corpus ejus fuerit, respondeant quare, » etc. Homilia quoque 17 in eundem evangelistam, ad id quod habetur cap. ii, vers. 34: *Et in signum cui contradicetur*: « Omnibus quæ narrat historia de Salvatore, contradicitur. Virgo mater est; signum est cui contradicitur. Marcionistæ contradicunt huic signo, et aiunt penitus eum de muliere non esse generatum; Ebionitæ contradicunt signo, dicentes ex viro et muliere ita natum esse, ut nos quoque nascimur. Habuit corpus humanum; et hoc signum est cui contradicitur, alii eum dicunt eum venisse de cœlis. » Hoc vero errore penitus implicatum fuisse Eutychem confirmat Fulgentius respons. 4 ad Ferrandum diacon. Huic præluerat Apelles, cuius insaniam illam exponit Epiphanius hær. xlvi, cap. 2, et Theodoreetus lib. i *Fab. hær.*, cap. 25. Apellitas autem veleno suo Orientem insipientes coercuit Origenes, ut in ejus vita declaravimus, nedum in eorum vecordiam consensit.

XI. Origeni quoque objectum est, fuisse persuasum illi ementitum corpus et specie tenus apparenas gestasse Christum, non verum; et falsis imaginibus illudentem oculis, inanibus miraculorum, laborum, tormentorumque umbris credulos homines inescasse. Proprium id fuit hæreticorum illorum dogma, qui ex eo φαντασταὶ et δοκηταὶ dici meruerunt: post quorum signiferum Simonem Magum primi propugnarunt illud Basilides, Valentinus, Cerdus, Marcius et Manichæus. Inter quos Valentinus spiritale quoddam corpus e cœlo Christum detulisse vole-

A bat, ac per Mariam velut per canalem transisse, nihil inde sumentem. Falsa eos, si quid conjicio, loci hujus interpretatio delusit: « Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de cœlo, cœlestis<sup>11</sup>. » Apelles autem et Christum neque in phantasmate dicit fuisse sicut Marcion, neque in substantia veri corporis, ut Evangelium docet: sed in eo quod e superioribus partibus descenderet, ipso descensu sidereum sibi carnem et aeream contexuisse. Verba sunt Tertulliani lib. *De præscript.*, cap. 51. Idem quoque de Apollinari adnotat Theophylactus in iii *Joan.* Unde a Valentino non multum ablinuisse utrumque planum est. Tres illi tamen τοῖς φαντασταῖς accenseri possunt, ὅτι τὸ αὐτὸ ἔστι, inquit Ireneus, δοκήσει λέγειν πεφηγέναι, καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς Μαρίας εἰληφέναι. Οὐδὲ γάρ ἦν ἀληθῶς σάρκα καὶ αἷμα ἐσχηκώς, δι' ὃν ἡμᾶς ἐξηγοράσσωτο, εἰ μὴ τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Ἀδὰμ εἰς ἑαυτὸν ἀνεκεφαλιώσσωτο. « Quia idem est dicere specie eum apparuisse, et nihil de Maria sumpsisse. Neque enim vere carnem et sanguinem habuisset, per quæ nos redemit, nisi vetus Adami figuratum in sese collegeret. » Hæreticorum porro illorum nequissimiuis consona dixisse Origenem adversarii ejus calumniantur. Quarta (criminatio) post istas est, » Inquit Pamphilus in *Apologia*, « quæ istis omnibus adversatur (cæca enim est malitia), quod dicunt eum dicere δοκηταὶ, id est, putative tantum, et per allegoriam, non etiam secundum ea quæ per historiam referuntur, gesta esse omnia quæ a Salvatore gesta sunt. » Zonaras quoque lib. ii Origenem existimasse negat Christum de virgine Maria carnem sumpsisse. Hanc autem calumniam ipse a se egregie depellit Origenes iis verbis quæ in eodem *Apologia* loco recitantur, probatque ex Scripturis sanctis de semine Abraham et David vere natum fuisse Christum, neque et putative, et per phantasiam et res suas gessisse; neque spiritale corpus, sed carneum et terrenum circumstulisse; nec factum eum per mulierem, sed ex muliere. Faciunt et ea pro ipso quæ scripsit homil. 1 in *Ezech.*, num 4: « Respondeant mihi hæretici, qui nativitatem illius (Christi) ut phantasma elidunt, quare Christus Filius hominis appellatur; » et quæ tract. xxxv in *Matth.*, num. 92, pag. 902: « Suscipiens enim (Christus) naturam carnis humanae, omnes proprietates implevit, ut non in phantasia habuisse carnem existimaretur, sed in veritate; » et homil. 14 in *Luc.*: *Jesus erat induitus vestibus sordidis*<sup>12</sup>. « Quod quidem et adversus eos facit qui negant Dominum nostrum humanum habuisse corpus, sed cœlestibus et spiritualibus fuisse contextum. Si enim de cœlestibus, et ut illi falso asserunt, de sideribus, et alia quadam sublimiori spiritualique natura corpus ejus fuerit, respondeant quare potuerit spiritale corpus esse sordidum; aut quomodo hoc interpretentur quod posuimus: *Jesus erat induitus vestibus sordidis?* » et lib. ii *Hept.*

<sup>11</sup> I Cor. xv, 47. <sup>12</sup> Zach. iii, 5.

*ἀρχῶν*, cap. 6, num. 2 : « Propter quod cum omni ametu et reverentia contemplandum est, ut in uno eodemque ita utriusque naturae veritas demonstretur, ut neque aliquid indignum et indecens in divina illa et ineffabili substantia sentiatur, neque rursum quæ gesta sunt falsis illusa imaginibus existimentur ; » et lib. v in *Epist. ad Rom.*, num. 9 : « Sed hoc non intelligentes quidam haereticorum, conati sunt ex hoc Apostoli loco (*Rom. vi, 5, 6*) asserere quod Christus non vere mortuus sit, sed similitudinem mortis habuerit, et visus sit magis mori, quam vere mortuus sit. Quibus respondere quoniam perfacile est, non puto necessarium ex ceteris vel Apostoli, vel Evangeliorum dictis, ubi simpliciter mors ejus, et non similitudo mortis scribitur, testimoniorum pondus adhibere, cum possimus ad eos dicere : Si similitudo mortis fuit, et non vera resurrectio, et nos ergo videbimus resurgere, et non resurgemus : et videbimus mori peccato, et non vere moriemur : et omne ergo quod gestum est, et geritur, visum est geri, sed non est gestum. Superest igitur ut et quod salutis sumus, visi simus salvari, sed non vere salutis simus. Unde quoniam hæc tam absurdia sunt, ut non indigeant probationibus, nos ad explanationem eorum quæ habentur in sequentia convertamur ; » et lib. ii *contra Cels.*, num. 6, pag. 402 : « Ελαύθε δὲ αὐτὸν τὸ εἰρηκέναι τιὰ τῶν ἐν ταῖς αἱρέσεσι δοκήσει τὸν Ἰησοῦν ταῦτα πεπονθέναι, οὐ πεπονθότα. Οὐ γάρ ἐγνωκώς εἶπε τόσοῦδε γάρ τούτῳ εἴπετε, ὅτι ἐδόκει μὲν τοῖς ἀσεβεσίν ἀνθρώποις ταῦτα πάσχειν, οὐκ ἔπασχε δέ· ἀλλ' ἀντιχρυς παθεῖν ὄμολογεῖται· ἀλλ' ἡμεῖς τὸ δοκεῖν ἐπὶ τοῦ παθεῖν οὐ τάσσομεν, ἵνα μὴ ψευδῆς αὐτοῦ καὶ τῇ ἀνάπτασις ἦ, ἀλλ' ἀληθῆς. Οὐ γάρ ἀληθῶς ἐποδινῶν, εἰ ἀνέστη, ἀληθῶς ἀνέστη. Οὐ δὲ δοκῶν τεθνηκέναι, οὐκ ἀληθῶς ἀνέστη. Hinc illius in Marcionistis opinionis damnanda ac confutandæ partes Adamantio recte tribuit auctor dialogi *De recta in Deum fidè*, sect. 4.

XII. Quæ cum ita sint, mirum videri possit, quid sit cur homil. 17 in *Luc.* ita scripserit Origenes : « Habet corpus humanum (Christus) et hoc signum est cui contradicitur. Alii enim dicunt eum venisse de cœlis ; alii tale quale nos corpus habuisse, ut per similitudinem corporis etiam nostra corpora redimeret a peccatis, et daret nobis spem resurrectionis. » Reprehendit eos Origenes qui Christum dicunt « tale quale nos corpus habuisse ; » ergo corpus nostri dissimile gestasse putavit. In quo autem posita fuerit ea dissimilitudo, ipse edidisset in proœmio librorum *Περὶ ἀρχῶν*, num. 4 : « Incarnatus est (Christus) cum Deus esset, et homo mansit quod Deus erat. Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens quod natum ex Virgine de Spiritu sancto est. Et quoniam hic Jesus Christus natus et passus est in veritate, et non per phantasiam communem hanc mortem sustinuit, vere mortuus est : vere enim a mortuis resurrexit, » etc.

A Trahi quoque illud potest in calumniam quod habet Origenes in *Apologia Pamphili* ex lib. i in *Epist. ad Galat.* : « Sed et circumcisionis ejus ratio nobis quidem non generabit angustiam, dicentibus cum consequenter humano corpore et circumcisum esse, et præpotum ejus terræ mandatum fortassis usque ad tempus ; aut si aliter est, in alia disputatione requiretur. Ille tamen ejus circumcision satis coangustabit eos qui ex diverso sunt (id est, ἑτερόδιξες, qua notione eadem locutio alibi usurpatur) ; spiritale enim corpus quomodo poterat circumcidere ferro terreno ? Propter quod non erubuerunt quidam ex ipsis de præputio circumcisionis ejus etiam libros edere, quibus ostendere conarentur quod in substantiam cesserit spiritalem. Non minus autem angustabuntur etiam illi qui animale corpus dicunt esse corpus Christi. » Ergo animale corpus Christo abjudicat ; sed et humanum, humanum siquidem « corpus animale » juxta Apostolum I Cor. xv, 44 et seq. Verum res aliter putanda est. Valentinianos siquidem perstringit, qui cum triplex hominum genus esse sciscerent, τὸν πνευματικῶν, τὸν φυσικῶν, et τὸν ϕυσικῶν qui et ὄλικοι, et σαρκικοὶ et γῆγοι ab illis dicebantur, et priora duo salutem æternam assequi posse, posterius neutiquam ; Christum non πνευματικὴν solum, sed φυσικὴν etiam naturam assumpsisse definiebant. Testem damus Irenaeum apud Epiphanius hær. xxxi, cap. 20 : διὸ καὶ κόσμον κατεσκευάσθαι λέγουσι, καὶ τὸν Σωτῆρα δὲ ἐπὶ τούτῳ παραγενόνται τὸ φυσικὸν, ἐπειδὴ καὶ αὐτοῖς οὐκέτι εἰστιν, ὅπως αὐτὸν σώσῃ. Όν γάρ Ἐμελλε τῷσιν, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν εἰληφέντας φάσκουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀχαριῶθ τὸ πνευματικὸν, ἀπὸ δὲ τοῦ Δημιουργοῦ ἐνδεδύσθαι τὸ φυσικὸν Χριστὸν, ἀπὸ δὲ τῆς οἰκονομίας περιτεθεῖσθαι αὐτῷ φυσικὴν ἔχον οὐσίαν, κατεσκευασμένον δὲ ἀρρήτῳ τέχνῃ, πρὸς τὸ καὶ δρατὸν, καὶ φηλαρητὸν, καὶ παθητὸν γεγενῆσθαι. Καὶ ὄλικον δὲ οὐδὲ ὅποιον εἰληφένται λέγουσι αὐτὸν. Μή γάρ εἶναι τὴν ὑλὴν δεκτικὴν σωτηρίας. » Quocirca et mundum conditum esse dicunt, et Servatorem ad animale illud devenisse, quoniam libertate arbitrii pollet, ut id servaret. Quibus enim salutem comparaturus esset, eorum primitias assumpsisse dicunt ; ab Achamoth siquidem spiritale, ab Opifice vero animale Christum induisse : propter administrationem autem suam circumpositum ei fuisse corpus animali natura præditum, ineffabili vero arte constructum, ut videri, tangi et pati possit. Nihil autem materia constans illum suscepisse dicunt ; materiam quippe salutis neutiquam esse capacem. »

XIII. Ac cogitanti mihi unde hanc de se violatae humanitatis Christi, eique falsi afficti corporis suspicionem commoverit Origenes, locum unum præter superiores duos reperio, unde haec potuit oriiri criminatio. Is habetur tract. xxxv in *Matt.*, num. 100, pag. 906 : « Venit autem traditio talis ad nos de eo, quoniam non solum duæ formæ in eo fuerunt ; una quidem secundum quam omnes eum videbant ;

altera autem secundum quam transfiguratus est a eorum discipulis suis in monte, quando et resplenduit facies ejus tanquam sol, sed etiam unicuique apparebat secundum quod fuerat dignus. Et cum fuisset ipse, quasi non ipse omnibus videbatur. » Et paulo post : « Et non mihi videtur incredibilis esse traditio haec, sive corporaliter propter ipsum Jesum, ut alio et alio modo videretur hominibus ; sive propter ipsam Verbi naturam quod non similiter cunctis apparet. Si autem hoc ita se habet, possibile est solutionem ejus invenire quod queritur. Quoniam etsi frequenter eum viderunt turbæ venientes cum Iude, nihilominus opus habebant, propter transformationes ejus, qui eum ostenderet eis, habens notitiam ejus familiariorem per multam commemorationem cum eo, ut intelligeret transformationes ejus secundum quas suis apparere solebat. Hoc idem significatur etiam per Joannem evangelistam, ubi sciens Jesus que superventura erant ei, procedens foras dixit : « Quem queritis ? At illi dixerunt, Jesum Nazarenum. Et dixit eis : Ego sum ; et abiérunt, et ceciderunt retrorsum <sup>12</sup>. » Vides quia non eum cognoscebat, cum frequenter vidissent, propter transfigurationes ipsius. » Haec repetere necessum habuimus, ne quid de sententia Origenis decerpatur. Qui ergo frequentem formarum mutationem Christi corpori assignasse Origenem in-

<sup>12</sup> Joan. xviii, 4-6.

(23) Sed clarius etiam tercia uia convellitur ex Celsus, etc. Clare etiam couvellitur ex plurimis contra Celsum locis, quæ collegit doctissimus noster dominus Prudentius Maran in suo *De divinitate Christi* libro iii, cap. 3, num. 2 et seq., et quæ hic referre non inutile ducimus. « Non effugit, inquit, Celsus reprehensionem Origenis, quoties in exponenda Iudaicorum et Christianorum doctrina claudicat; velut cum Iudeum in miracula et visa cœlitus oblatæ, in prædictiones et vaticinia jocantem, aut de Messia futuri divinitate consistentem inducit, (lib. i, num. 43 et 49) aut cum Deum corporeum (lib. vii, n. 36). Christum Creatore majorem a Christianis singi dictitat (lib. viii, n. 15). Sed cum idem Celsus querit cur Deus ad homines venerit (lib. iv, n. 5), cum omnia divina virtute corrigerem posset: cum fieri posse negat (lib. vi, n. 75) ut Deus descendant, aut Filium ac proprium Spiritum mittat; cum non minus repugnare ait (lib. vii, n. 13) ut Deus ovillam et fel edat, aut acetum bibat, quam ut stercore vescatur; nou queritur Origenes falsam opinionem Christianis affligi. Erat tamen Ariana heresis, cuius architectus et parentes fuisse singitur, ad resellendos Celsi jocos percommoda. Ruebant omnia ejus dicteria, si non aeternus et in-creatus Deus homo factus fuisset, aut si non ita arcta cum humanitate conjunctus, ut edisse et bibisse et passus esse merito dicereatur. Non is erat Origenes qui non videret quantum inter hujusmodi Deum intersit, et eum qui nomine tenus Deus sit; aut qui, si quid præter communem Ecclesiæ doctrinam sentire, tam præclaræ facultate oblate dis-simularet. Non ita se gerere solet. Quod enim sibi intemperanti quadam pietate fixerat, inferorum penas non ad aeternam ultionem, sed ad purganda et excoquenda vita pertinere (quam saepe hoc commentum insinuat cum hereticorum impia in Creatoris severitatem convicia refellit) nullus dubito quin idem facturus fuisset, suscepta religionis con-

A tellexerant, adeo ut aliud aliudque singulis apparet, proclive iis fuit existimare mutuationem illud, et ascititia conflatum substantia, non proprium, nec nostri simile, eundem credidisse. Si quem autem offendit commentum illud, varias Christum induisse formas, et sese pro libitu versipellem fecisse; notet ille propositum fuisse hoc ab Origene, tanquam ab aliis sibi traditum, non velut a se consuetum; ut rem minime incredibilem, non quasi compertam, dubitando, non asserendo.

XIV. Inter novem criminationes quas Origeni impingi solitas refutat Pamphilus in *Apologia*, tertia illa est, « quod dicunt eum secundum Arteman vel Panum Samosatenum, purum hominem, id est, non etiam Deum dicere Christum Filium Dei. » Nicæphorus quidem lib. xvii, cap. 27, de Christo dixisse Origenem tradit, ὅτι φίλης ἀνθρωπος ἦν. Cyriacus quoque, apud Simeonem Metaphrastem *Vita* ejus scriptorem, Origenistas Palestinam sexto saeculo insidentes dixisse affirmat « Christum non esse unum ex Trinitate. » Hanc criminationem aliis superius a se commemoratis valde contrarium esse dicit Pamphilus, sed multo magis etiam quartæ repugnat, quam in proxime præcedentibus examini nostro subjecimus; unde alterutris falsitas manifeste eluet; (23) sed clarius etiam tertia illa convellitur ex sexcentis Origenis adversus Ebionem, vel

tra ethnico defensione, si ut ad tollenda poenarum aeternitatis incommoda, ita etiam ad minuendum Dei incarnationi mysterium, quod multo incredibilius videbatur, aliquam viam invenisset. At quo stultus videtur Celso Deum hominem fieri, eo acris hoc mysterium tuetur Origenes, nec aliam adhibet rei explicandæ rationem, quam a Patribus contra Arianos adhibita; nec alia argumenta, quam quæ fidem tanti mysterii facere possint.

« In duobus primis libris refellitur Judeus, quem Celsus loquentem inducit : et quo impudentius iste in Christi divinitatem jocatur, eo acris eam tuerit Origenes. Demonstrat lib. i, num. 34, a prophetis prædictum esse nasciturum ex Virgine, τὸν ἐπώνυμον τοῦ πράγματος, eum qui ex re nomen haberet, quia eo nato nobiscum futurus erat Deus. » Quibus verbis declarat Christum, eis Emmanuel vocatus non sit, re tamen et sententia Emmanuelem esse : et prophetiam, quæ Emmanuel illum vocatum iri predixit, non verbo, sed sensu dijudicandum. Christum Deum esse probat num. 56 ex his psalmi verbis : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi ; unxit te Deus, Deus tuus in aeternum (Psal. xliv, 7, 8), » additique hoc psalmo usum se olim fuisse contra Judeum quendam, qui, cum pedem ex hoc loco referre non posset, illuc evasit, ut ad Deum universorum referri debere contendere. Nemo sane dixerit Origenem tanto astu cum Iudeis decertantem, aliud nihil ab eis exprimere voluisse, nisi ut Christum vere tenus faterentur Deum.

« Ridenti Judeo, num. 58 et 60, quod Chaldæi a Jesu ad eum infantem adorandum tracti dicerebant; respondet magos illos et stellæ novitate perculsus, et Balaam oraculi memores ac forte etiam artis suæ inanitate perspecta nullum jam habentis exitum, venisse in Iudeam, et aurum Christo ut regi, myrrham ut morituro, thus ut Deo oblisces. Addit, quoniam Deus erat is, qui potentior angelis Servator humani generis venerat, angelum pietati

traditam ab Ebione doctrinam argumentis. Quae si A quem e primo Origenis *De principiis* libro Pamphilus adducit.

## XV. Proxime commemoratas columnas hæc ex-

magorum, qui Jesum adoraverant, premium retulisse, ac monuisse ne ad Herodem reverterentur.

« Sic Christum compellat Judæus num. 57 : « Si quisquis singulari Dei providentia genitus est, hunc filium Dei esse dicas; qua in re prestat ceteris? » Respondet Origenes filium quidem Dei esse, quisquis non Jain metu ducitur, sed virtutem propter seipsam amplectitur; at Jesum longe alio sensu Filium Dei esse. Oūtōs δὲ πολλῶ καὶ μακρῷ διαφέρει παντὸς τοῦ διὰ τὴν ἀρετὴν χρηματίζοντος υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· δοτις ὀστερεῖ πηγή τις καὶ ἀρχὴ τῶν τοιούτων τυγχάνει. » Hic vero longe lateque omnibus prestat, quicunque propter virtutem filii Dei appellantur; quippe cum talium fons veluti quidam et origo sit. » Ait paulo post illud Gamalielis præclare dictum : « Si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur; si vero ex Deo est, non poteris dissolvere illud (Act. v, 38, 59), » argumento esse ceteros quidem, qui hunc titulum sibi arrogarunt, nec filios Dei, nec potentias suisse; Jesum autem rere *Filiū Dei* suisse.

« Quod autem spectat ad perpessiones et humilem illum vitæ statum, quem Deo indignum existimat Judæus; non aliam adlibet Origenes nodi solvendi rationem, quam quæ ex duabus Christi naturis repetitur: perpessiones ad corpus et animam referit, fateatur in divinitatem non cadere. Sic num. 66, querenti per iocum Judæo cur Christus in *Ægyptum* fugerit, cum Deum mortem timere non debeat, sic respondet : Ἡμεῖς αὐτῷ πιστεύοντες τῷ Ἰησοῦ περὶ μὲν τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος λέγοντος Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή, καὶ εἰ τι τούτοις παραπλήσιον περὶ δὲ τοῦ ὅτι ἐν ἀνθρωπίῳ σώματι ἦν, ταῦτα φάσκοντι. Νῦν δὲ τετέλεται μετὰ πολλεῖναι ἀνθρώπων, δοτις τὴν ἀλήθειαν ἐν ὑπὲρ λειτάληκα· σώματον τι χρῆμα φαμεν αὐτὸν γεγονέατ. » Nos autem ipsi Jesu eredentes, de divinitate quidem, quæ in eo erat, dicenti: *Ego sum via, veritas et vita* (Joan. xiv, 6), et si quid his simile: de corpore autem in quo erat humano: *Nunc me queritis interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis* (Joan. viii, 40); compositum quiddam eum inuisse dicimus. » Nemini molestum esse debet, quod Jesum ex Deo et homine compositum dicat; nam ipse hanc loquendi rationem, ut minus accurata, lenit num. 60, ubi sic ait de magis, qui Jesum adoraverunt. « Ήχον οὖν ἐπὶ Ιουδαίαν.... φέροντες μὲν δῶρα, ἀ (ινα σύτως ὀνομάσω) συνθέτω τινί ἐκ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου θνητοῦ προσῆγεναν, σύμβολα μὲν, ὡς βασιλεῖ τὸν χρυσὸν, ὡς δὲ τεθνητόν τὴν σμύρναν, ὡς δὲ θεοῦ τὸν λαβανωτόν. » Venerunt igitur in Judæam..... ferentes dona, quæ, ut ita dicam, composito cuidam ex Deo et homine mortali obtulerunt, D non sine aliqua mysterii significatione, aurum videbile ut regi, ut morituro myrrham, thus ut Deo. » Ex quibus patet Origenem non idcirco sic locutum, quod Jesum vere ex Deo et homine compositum existimaret, sed ut arctissimam duplicitis naturæ conjunctionem aptius exprimeret. Similiter ait ibidem eum occultare τι θεότερον τῷ βλεπομένῳ ἀνθρώπῳ, διπερ ἡν κυρίως Υἱὸς Θεοῦ, Θεός Λόγος, καὶ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία. » Aliiquid divinitus sub humana specie, quod quidem erat proprie Dei Filius, Deus Verbum, et virtus et Dei sapientia. » Eadem duplicitis naturæ distinctione uitur Origenes pluribus alijs locis, sive cum Judæus lib. II, num. 9, indignum Deo esse dicit fugere et capi, et a discipulis prodi; sive cum Christum vituperat num. 24, quod eslicem deprecatus sit; sive cum Christianos exagitat num. 51, quod Verbum Dei Filium pollerti hominem turpi supplicio affectum obtrodant.

« Adeo exploratum erat Origeni de duabus Christi

naturis, ut divinam non minus certo quam humanam Scripturis decerni existimet. Sic enim occurrit lib. II, num. 53, Judeo sive Celsus iis abutenti, quæ humanam Christi naturam demonstrant, iis autem, quæ divinam non credenti. » Άλλὰ ἔτι ποτε μὲν τοῖς Εὐαγγελίοις δὲ Κέλτος διπον κατηγορεῖν καὶ Χριστιανὸν οἰτεται, ἀπιστῇ δὲ ἐπὶ τῶν συνιστάντων τὴν ἐν Ἰησοῦ θεότητα· φήσομεν αὐτῷ. » Ω οὐτος, η πάσιν ἀπιστας καὶ μῆδε ἐγκαλεῖν νόμιμες· η ποτεντον πᾶς θαύμαζε θεον Λόγον ἀνανθρωπήσαντα καὶ διο τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὁφελήσας βουλγθέντα. » Sed si Celsus Evangelii quidem credit, ubi Christians ea facere existimat, minime autem credit, ubi divinitatem Christi commendant; dicemus: Aut oīnibus bus fidem deroga, nec contra nos facere existima; aut omnibus credens, admirare Verbum Dei hominem factum, ut universo hominum generi prodesset.»

« Hæc duplicitis nature distinctio, quæ post Origenem magno usui fuit in refellendis Arianis, satis illa quidem inepti Judæi, sive Celsi cavillationibus facit: sed tamen difficultatem ex magnitudine mysterii ortam non tollit, cur Deus humanum corpus assumperit, illudque dolori et ignominiae objecerit. In re tam abstrusa obmutescit secundum Origenis ingenium: nihil afferre potest, quo intelligamus predicationes prophetarum, Christi miracula, in primis toius orbis ad Deum conversionem. Judæo majores suos excusant quod Christum pro Deo non habuissent, respondet nihil eos habere excusationis, quippe cum eorum prophete testimonium ei dederint. » Εγκαλούμενον οὖν, inquit lib. II, num. 9: Ιουδαῖος τούτον μὴ νομίσας Θεόν ὑπὸ τῶν προφητῶν πολλαχοῦ μιμαρτυρημένον, ὡς μεγάλην δύναμιν καὶ Θεόν. » Judæos igitur incusamus, quod hunc non crediderint Deum, quem multis locis prophetæ magnam virtutem et Deum esse testantur. » Hæc prophetarum oracula satis argumenti esse censemus. 37, cur eum aquos rerum aestimator et Christum et Filium Dei esse assentiatur.

« Quærat multis locis Judæus, quid magni Christus fecerit, ut pro Filio Dei merito habeatur: miracula et totius mundi ad Deum conversionem obicit Origenes. » Ejus divinitatis, » inquit lib. I, num. 67, « testes sunt tot hominum ecclesie, qui e vitiorum luto emerserunt, et Creatori adhaerent, ac omnia eo referunt, ut ei placeant. » De hoc mirabili opere sic loquitur lib. II, num. 79: « Άλλ᾽ ἐπεὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς ἡν, καὶ σοφία τοῦ Πατρὸς, διὰ τοῦτο ταῦτα ἐποίησε καὶ ἔτι ποτε. » Sed quia virtus erat Pei Christus et sapientia Patris, propterea hæc fecit, et adhuc facit. »

« Nemo est sane qui, si hanc Origenis doctrinam attinet consideret, non eam adversa fronte cum errore Ariano pugnare faleatur. Nam 1<sup>a</sup> an Arianismi nomine suspectus, qui Christum non metaphorice, non adoptione, sed vere *Filiū Dei* esse tam acriter contendit? 2<sup>a</sup> An hujus erroris affinis esse possit, qui divinitatem Christi in scripturis Novi Testamenti non minus evidenter quam ipsam humilitatem describi, in prophetis autem adeo testimoniis et confirmatam, ut Judæis nulla sit relicta excusatio quod eum non crediderint Deum. 3<sup>a</sup> Denique nemo ad Arianismum delabi possit, nisi ut tanti mysterii magnitudinem minuit, et opinatam pugnam inter divinitatem et carnem conciliet. At Origenes tanti mysterii cogitatione obstupescit: horretur ethnicos ut admiretur *Verbum Dei hominem factum*; nedum altam eorum et sublimem de Verbo et Filio Dei ac Deo notioiem minueret tentet: nec aliam rei explicandæ rationem reperit, nisi quæ ex duabus naturis hypostaticæ conjunctis petitur; nec

cipit in laudata toties *Apologia*: « Quinta illa criminatio est, qua asserunt eum duos Christos prædicare. » Fuit ea vox improbi primum Marcionis, alterum Christum Tiberianis ortum temporibus

alia argumenta, nisi quæ ad fidem tam stupendi mysterii faciendam pertinent.

« Posquam Judæus peroravit, novus quodammodo Celsus pugnam suo nomine redintegrat, ac non solum in Deum crucifixum jocatur, sed etiam evertere conatur quæ Christiani ad defensionem hujus mysterii afferebant. Mirificus Origenes et in exponendo mysterio et in defendendo. Ridenti Celso quod Christiani Deum ex mortali corpore constantem crederent, id quæ pie sibi facere viderentur, sic respondet lib. III, num. 41: « Ιστωσαν οἱ ἀγκαλοῦντες ὅτι ὃν μὲν νομίζουμεν καὶ πεπίστευθα ἀρχῆθεν εἴναι Θεὸν καὶ Γένον Θεοῦ, σύντος δὲ Λύτολόγος ἔστι καὶ ἡ αὐτοσοφία, καὶ ἡ αὐτολήθεια. Τὸ δὲ θυντήδην αὐτοῦ σώμα καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν τῇ πρὸς ἔκεινον οὐ μάνον κονιωνίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον καὶ ἀναρρέπει τὰ μέγιστα φαμεν προσειληφέντα καὶ τῆς ἔκεινου θεότητος κακοιωνηχότα εἰς Θεὸν μεταβεβηκέντα. » Sciant igitur eriminatores quem credimus et persuasum habemus esse ab initio Deum et Dei Filium, eum ipsum Verbum esse, ipsam sapientiam, ipsam veritatem: ejus autem mortale corpus, et humana in eo animam, non solum communicatione cum Verbo, sed etiam unione et permistione, maxima dicimus accepisse, et ejus divinitatem participiam in Deum evasisse. » Contendit igitur Origenes nihil mortale aut creatum a Christianis colit, sed aeternum Deum et Dei Filium: atque hunc Deum et Dei Filium, non ut res creatas, participem esse rationis et sapientiae et veritatis, sed esse ipsam Rationem, ipsam Sapientiam, ipsam Veritatem.

« Cum autem Celsus de Christi carne admodum in honesto loqueretur, minime mirum si eam commendat Origenes ex arctissima cum Verbo conjunctione. Sed molestum esse non debet quod hanc conjunctionem appellat permisionem. Hæc enim loquendi ratio multis aliis scriptoribus, iisque accuratissimis usurpata, ut demonstrat Petavius tom. III *Dogm. theol.* Nam si per illam necessitudinem, quæ nobis cum Filio Dei et Deo Verbo intercedit, nulli Dei efficiuntur, si natura humana, ut docet Origenes lib. III, num. 28, in iis, qui vitam ad Christi præcepta dirigunt, divina efficitur; quanto magis idem de natura humana cum Verbo hyposiaticè conjuncta dicere potuit sine ulla naturarum confusione? Multa alia proferri possent ex his libris de aeternitate Verbi, æqualitate et substantia identitate eum Patre dicta mirifice: sed his in alium locum reservatis, nunc videndum quemadmodum Origenes demonstrationes hujus mysterii a Christianis adhiberi solitas confirmet, ratiunculas Celsi refusat (a).

« Solebant Christiani Deum incarnatum ex miraculis et prophetiis demonstrare: Christum sua voluntate passum esse dicebant, idque humanæ salutis causa. Non alia suppetebat tanti mysterii explicandi ratio. Hac omnia a Celsi exagitata in his libris vindicat Origenes. Cum Celsus objecisset Aristæum Proconnesium et Abaridem Hyperboreum mira fecisse, nec tamen pro diis haberet; opponit Origenes lib. III, num. 50, his futilibus prodigiis totius orbis terrarum a superstitione ad verum Dei cultum conversionem, Christi adventus tam uberes fructus effloruisse ait, ut conciones apud ethnicos et senatus et magistratus, si mores spectentur et Deo placendi studium, ne minimæ quidem ex parte conferri possint cum ecclesiasticis Christianorum et senatu ecclesiastico et magistratibus Ecclesie. Tum

A agnoscentis; futurum alterum, in Judæi status restitutionem destinatum censem, uti commemorat Tertullianus lib. IV *contra Marcion.*, cap. 6. Nihil autem huic consentaneum vel simile fuisse

sic rationem concludit: « Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, πῶς οὐκ εὔλογον μὲν νομίζειν περὶ τοῦ Ἰησοῦ τοσαῦτα συστῆσαι δεδυνημένου, δὲ οὐκ ἡ τυχοῦσα θεότης ἣν ἐν αὐτῷ. » Quod si hæc ita se habent, quomodo non rationi consentaneum de Jesu, qui tot ac tanta perficere potuit, existimare non qualemcumque divinitatem in eo fuisse?

« Sic Christianos loquentes inducit Celsus lib. VI, num. 40, 41: « Crede hunc, de quo te doceo, esse Filium Dei. Crede, si vis salvus fieri, aut abi. » Item lib. VII, num. 2: « Ita oportebat fieri; hæc enim olim prædicta. » Demonstrat Origenes nihil Christianis credendum proponi sine certissimis credendi momentis, nec levem operam in simplicioribus erudiendis insumi solere. Quod autem spectat ad prophetas, qui Filium Dei venturum prædixerant; eorum oracula certo credi demonstrat, tum quod prophetæ viri longe sanctissimi fuerint, ac omnis eorum sermo ad verum Dei cultum, ad veram pietatem pertineat; tum maxime quod eorum prædicationis eventu confirmatae fuerint. Hinc firmissimam Christianorum fidem multis locis demonstrat, velut cum ait: « Οὐκ ἀν μεταπείσταται τις ἡμᾶς ὅτι οὐκ Υἱὸς δὲ τοιοῦτος τοῦ ἀγεννήτου Θεοῦ ἔστι καὶ Πατρός. » Nemo nobis persuaserit hunc ingenitum Dei et Patris Filium non esse. » Et num. 75, magistratus ait apud Christianos ad hoc munus capessendum invitatos cogi instante magno Rege, quem « persuasum habemus, inquit, Filium Dei esse Deum Verbum: » Οὐ πεπίστευθα εἴναι Υἱὸν Θεοῦ Λόγον Θεόν.

« Similiter vindicat a Celsi cachinnis quod Christiani dicere solebant, Christum summa sua voluntate et nostræ salutis causa passum esse. « Qui quorundam præceptorum causa miserat Filium, » inquit Celsus, lib. VIII, num. 41, « permisit eum tam crudeliter una cum suis præceptis perire, et toti iam saeculis rem dissimulat? Quis Pater est tam impius? Dices illum passum, quia sic voluit. » Demonstrat Origenes num. 43, nec Judæorum scelus impunitum fuisse, nec mandata, propter quæ Christus venerat, id est, imaginem cum eo periisse, sed potius ad illa cognoscenda homines ab eo adductos fuisse; tum sic concludit: « Itaque pius est Pater Iesu Pater, qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus illum tradidit, Agnum suum, ut tollat peccatum mundi pro toto mundo mortuos: quapropter non coactus, sed libens pertulit illatas sibi injurias. » Nihil frequentius exagitat Celsus, quam quod Christiani dicere solebant, Deum in hunc mundum venisse humanæ salutis causa, « ac

D ipsi quidem Deo opus non fuisse cognosci, sed propter nostram salutem voluisse cognitionem sui præstare; ut qui eam receperint, jam boni facti salventur: qui vero non receperint, nequit in convicti puniantur. » (lib. IV, num. 7.) Nimurum Celsi videbatur hominum salus, quos vermis et ranis præstare negat num. 23, exilius quidpiam et minutus, quam ut Deo causam afferret descendendi e corlo et carnis suscipienda. Sed quo magis hæc ridicula Celsi videntur, eo libentius prædicat Origenes. Præter ea quæ iam attuli, sic loquitur num. 9: « Ηλύεν οὖν, καὶ μὴ βούληται Κέλσος, μετὰ πολλοὺς προφήτας, ἐπανορθουμένους τὰ τοῦ Ἰσραὴλ ἔκεινου, ἐπανορθωτὴς ὅλου τοῦ κόσμου δὲ Χριστὸς μη δεόμενος κατὰ τὴν προτέραν οἰκονομίαν τῆς κατὰ ἀνθρώπων χρήσεως μαστίγων, καὶ δισμῶν καὶ βασανιστηρίων. » Ήρχε γάρ τη διδασκαλία. » Venit igitur, quamvis

(a) Vide supra not. in quest. 2, num 2 et seq.

Origeni objectum liquet ex Pamphili response. At deinde Nestorius cum dupli Christum persona constare prolixeretur, doce Christos induxisse, ipso licet reclamante, dictus a Patribus et creditus est. Nec satis existat parne aliquid vel diversum Adamantio afflictum sit. Hanc certe qualecumque criminacionem, cum superioribus pugnantem, tribus Origenis ipsius testimonis infringit Pamphilius. In congerendis ex magna copia pluribus, que unicuique obvia sunt, frustra labor impenderetur a nobis; cum prasertim in Origenianis que supersunt lucubrationibus, ne vel minimum quidem erroris hujus vestigium reperisse meminerim.

XVI. Catenae in Psalmos a Balhahare Corderio edita, ad versum 5 psalmi XII, exhibet verba haec ex Origene: «Ἔχομεν Ἀρχαιότερά μέγαν Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐνθουμένον. » Habemus Pontificem magnum Jesum, qui induitus est Filio Dei. Quæ locutio sane male sonat, et eam heresim sa-

Celsus nolit, post multos prophetas, qui res Israelis emendaverant, emendator totius mundi Christus, non opus habens secundum priorem dispensationem flagellis, vinculis et tormentis in homines uti. Sufficiebat enim doctrina. Ait etiam lib. VIII, num. 29: Συμφέρον ἡν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει παραδέξασθαι αὐτὸν ὡς Υἱὸν Θεοῦ Θεὸν ἐληλυθόν ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ καὶ σώματι. Utile erat humano generi eum suscipere ut Filium Dei Deum venientem in humana anima et corpore.

« Crucifixum Deum et natum sic maledictis Celsus et diceris appetit, ut interdum mutationem a Christianis in Deum conferri, interdum nihil in Christo preter corpus et animam coli videatur singere. Rationis ab Origene in utroque refellendo adhibitat panca subiectum exempla. Sic loquitur lib. IV, num. 5: Μήτα ταῦθ' ὁ γενναιότατος Κέλσος ἐπαπορεῖ πρὸς ἡμᾶς ὡς λέγοντας, ὅτι αὐτὸς κάτειποι πρὸς ἡμᾶς δὲ Θεός· καὶ οἰταὶ ἀχολουθεῖν τούτῳ τῷ τὴν ἑαυτοῦ ἔδραν αὐτὸν καταλίπειν. Οὐ γάρ οἶδε δύναμιν Θεοῦ, καὶ ὅτι Ἰησὺς Θεοῦ πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γράπτος ἔχει φωνῆς. Όυδὲ συνιέναι δύναται τὸ, Οὐχὶ τὸν οἴρανδρον καὶ τὴν γῆν ἄγω πληρῶ, λέγει Κύριος; Όυδὲ βλέπει ἔτι κατὰ τὸν Χριστιανὸν λόγον οἱ πάντες ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα καὶ ἔσμεν, ὡς καὶ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους δημητροφίᾳ ἐδίδαξε. Καὶ δὲ Θεὸς τοῖνυν τῶν ὀλον τῇ ἑαυτοῦ δύναμει συγκαταβαλεῖ τῷ Ἰησοῦ εἰς τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον· καὶ δὲ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεὸν Λόγος, Θεὸς καὶ αὐτὸς ὁν, ἔργεται πρὸς ἡμᾶς, οὐκ ἔξεδρος γίνεται, οὐδὲ καταλίπει τὴν ἑαυτοῦ ἔδραν, ὡς τινα μὲν τόπον κενὸν αὐτὸν εἶναι, ἔτερον πλήρην οὐ πρότερον αὐτὸν ἔχοντα. » Postea egregius Celsus, nescio unde occasionem nactus, dubitationem contra nos instituit, quasi dicamus ipsum Deum ad homines descendere; cui rei consequens esse puta, ut suam ipse sedem relinquit. Nam nec virtutem Dei novit, nec illud: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum; et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.* (Sap. 1, 7.) Neque etiam illud potest intelligere: *Nonne cælum et terram ego impleo, dicit Dominus?* (Jerem. xxiii, 24.) Nec videt secundum Christianorum doctrinam omnes nos in eo vivere, moveri et esse, quemadmodum et Paulus in concione ad Athenienses docuit. Sive igitur Deus universorum sua virtute cum Iesu ad vitam hominum descendat; sive illud Verbum, quod in principio erat apud Deum, quod et ipsum Deus est, ad nos veniat; sede sua non caret, nec eam relinquunt, ita ut loens aliquis eo vacuus fiat, alias autem eo impleatur, a quo antea aera.

A pit, quam deinde propugnavit Nestorius. Nam si Verbi divinitas humanitati Christi circumposita, ei humanitas divinitate induita intelligitur, ut ex voce Ἰησοῦ πρέπει intelligi decet; impellitur utique ex eo animus ad singendam sibi σχέτιν duntaxat quamdam, et σχετική utiusque naturæ convenientiam; qui fuit Nestorii error. At si Verbi divinitatem dies assumpsisse et induisse humanitatem Christi, significabitur hypostatica ἐνοτία. Quia ergo hic ad defensionem Origenis prescriptione uteatur? communis illa scilicet, et que hoc opere saepè nobis usurpanda est; cum res hac zetate nondum fuissent dissertationibus illustrata et excussa, in lubrico versatum Origenem lapsus veniam mereri. Adde Catenam unde fragmentum hoc petitum est, alias quæ generis ejus collectiones pene omnes levis admodum esse fidei, ut alio loco demonstramus.

XVII. Progedicamus ad aliud Origenis pensandum dogma, quod tract. XXVII in Matth., num. 53,

« Contendenti Celso lib. IV, num. 14, Deum mortari non posse, nec proinde ad homines venisse, quia id sine mutatione fieri non potest, respondet Origenes multo exploratus esse Christianis de Dei immutabilitate, quam philosophis; tum addit num. 16: Τὸ δὲ καταβοτόχος εἰς ἀνθρώπους ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπῆρχε, καὶ διὰ φύσινθρωπίαν ἐκυρώθη, οὐ γερμήνας ὑπὲρ αὐτὸν δυνηθῆ, οὐ δῆπου δὲ ἐξ ἀγαθῶν εἰς κακὸν γέγονεν αὐτῷ μεταβολή. » Quid autem ad homines descendit, in forma Dei erat, et propter amorem humani generis seipsum exinanivit ut possit capi ab hominibus. Ei vero nulla ex bonis accedit in malum mutatio. » Et paulo post: Εἰ δὲ σῶμα θνητὸν καὶ δυνὴν ἀνθρωπίνην ἀναλάσσειν δὲ ἀδιάνατος θεός, Λόγος, δοκεῖ τῷ Κέλσῳ ἀλλάσσεσθαι καὶ μεταπλάσσεσθαι μανθανέτω ὅτι δὲ Λόγος τῇ οὐσίᾳ μένων Λόγος, οὐδὲν μὲν πάσχει ὃν πάσχει τὸ σῶμα, η τὴν φυσήν. « Quod si Immortalis Deus, Verbum, quia corpus et animam humanam assumpsit, mutantum Celso et transformatum videtur; discat Verbum substantia Verbum manens, nihil eorum pati, quæ corpus aut anima patitur. »

« Ex allatis testimoniosis Origenes ab omni prorsus suspicione liberatur. Nam 1º non dubium quin veri Dei incarnationem a versus ethnicos defendat. Omnia Celsi argumenta ex veri Dei natura petuntur: negat salutem humanam tanti esse posse ut Deus descendat; Dei immutabilitatem et immensitatem incarnatione fidei contendit. Litem non movet Origenes de hac Verbi natura: sed illud vere hominem factum esse confirmat, nec tamen quidquam de sua immutabilitate et immensitate amississe. 2º Nec in tanto communis fidei studio residet ulla voluntatis a communis doctrina aliena suspicio: nec minus absurdum est Origenem, dum videt in Ecclesia miracula et prophetias ad Christi divinitatem demonstrandam indesinenter citari, ac Scriptura testimonia citra ullam metaphoram exponi, dumque ipse eam docendi viam sequitur, non plus Christo, quam creature præstantissime tribuisse, et ab aliis deferri existimasse. Nec objicias Origenem a communis de poenis aeternis doctrina discessisse. Nam non solum a communis sententia, sed etiam a communis loquendi ratione discessit. At si aeternitatem poenarum testimonis Scriptura demonstrasset, si profligasset hujus dogmatis obtructatores, et arguimenta a Christianis adhiberi solita confirmasset; nemo suspicaretur eum nec poenarum aeternitatem credidisse. nec ab aliis credi existimasse. »

pag. 853, continetur : « Quidam autem de publicis quidem et manifestis capitulois non dissentiant; ut pata, de uno Deo, qui legem et Evangelium dedit; aut de Christo Iesu primogenito universæ creaturæ, qui in fine sœculi secundum prædications prophetaum venit in mundum, et suscepit in se veram humanæ carnis naturam, ut etiam nativitatem subiret ex Virgine, et mortem crucis suscepit, et surrexit a mortuis, et deificavit quam suscepérat humanam naturam. » Quo sensu *deificatum* a Christo naturam humanam dixerit, dubitari potest: nam si vocem illam *deificare* ita accipiamus quasi Verbum in naturam humanam conversum, et naturam proinde corpoream in Deum esse mutatam, ejusdemque esse ac Verbum substantiæ voluerit Origenes, manifestus erit utique capitalis illius erroris, quem Apollinaris in Ecclesiam invexit; vel hujus erit potius flagitiæ reus, quod in se Eutychianorum secta quædam concepit, dum humanam Christi naturam in divinam post mortem ejus et resurrectionem transisse decerneret. At si humanam Christi naturam, exuta post mortem infirmitate, divinam quædam suscepisse qualitatem modo significavit, ecquid invidiam illi vel movebimus, vel moveri hoc nomine patiemur? Atque eo propius spectant verba Origenis. Verisimile sane est veterem Origeniani in *Matthæum Commentarii* interpretēti vocem hanc, *deificavit*, qua utitur, e Græco ἐθέωσεν vel θεοποιήσει reddidisse. Atqui humanam naturam in Christo statim post conceptum θεωθῆναι, et θεοποιηθῆναι complures Ecclesiæ Patres pronuntiarunt. Gregorius Nyssenus in Iambicis :

Οὗτος τὸ θεῶσαν, καὶ θεωθὲν, εἰς Θεός.  
τα *quod deificavit*, *et quod deificatum est*, *unus est*  
*Deus*.

Chrysostomus homilia 2 *De ascensione*, in qua Christum dicit πρὸς ἡμᾶς ἐλθεῖν, καὶ ἡμῶν φύσιν ἀναλαβεῖν, καὶ θεῶσαι. « Venisse ad nos, et nostram naturam assumpsisse ac deificasse. » Joannes quoque Damascenus lib. iii *De fide orthod.*, cap. 12, σάρκα ὑπὸ τοῦ λόγου θεωθῆναι asserit. Vocem θεοποιηθῆναι eadem notione usurpavit Athanasius orat. 4, cum θεοποιηθῆναι ἀνθρώπον in Christo, et Christi jam resurgentis θεοποιηθεῖσαν carnem dixit. Atque illud est quod sibi vult Augustinus lib. *Contra sermon. Arianorum*, cap. 8, cum ait: « Ergo et ista humanitas illius divinitatis nomen accipit. » Huic ipsi igitur naturæ, quæ θεωθῆσα, et θεοποιηθῆσα, simul ut eam assumpsit, et in terris versatus est Christus, dicta est, aptius etiam voces istæ convenienti, postquam *mortem crucis suscepit*, et *surrexit a mortuis*. Nam per mortem mortalium corporum imbecillitatem depositus ipsius corpus, et virtutem quædam divinam suscepit. Ille Origeniani loci, quam damus, expositionem confirmat ipsius Origenis ad Celsi cavillationes responsio :

<sup>74</sup> Matth. xxiv, 26 seq.

A Td δὲ θνητὸν, inquit lib. iii, num. 41, αὐτοῦ σῶμα, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν, τῇ πρὸς ἔκεινον οὐ μόνον κοινωνίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐνώσει, καὶ ἀνακράσει τὰ μέγιστά φαμεν προσειληφέναι, καὶ τῆς ἔκεινου θεότητος κεκοινωνήστα εἰς Θεὸν μεταβεβηκέναι. Tum Christi corpus cum materia confert, omnium per se qualitatum experie, eas vero recipiente, quascunque ei opifex rerum indere voluerit; deinde addit: Τί θαυμαστὸν τὴν ποιότητα τοῦ θυητοῦ κατὰ τὸν Ἱησοῦν σώματος προνοὶ θεοῦ βουληθέντος, μεταβαλεῖν εἰς αἰθέριον καὶ θεῖαν ποιότητα. Et paulo post, num. 42: « Οὐας δὲ καὶ πρὸς τοῦτο φήσομεν διὰ εἴπερ δυνατὸν ἀμείβειν ποιότητας τὴν ὑποκειμένην πάσας ποιότησιν ὅλην, πῶς οὐ δυνατὸν καὶ τὴν σάρκα τοῦ Ἰησοῦν ἀμείψασαν ποιότητας γεγονέναι τοιαύτην, ὅποιαν ἔχρην εἶναι τὴν ἐν αἰθέρι, καὶ τοὺς ἀνωτέρω αὐτοῦ τόποις πολιτευομένην, οὐκέτι ἔχουσαν τὰ τῆς σαρκικῆς ἀσθενείας ἴδια.

B C XVIII. Est apud Hieronymum in *Jerem.* xxii, Jechoniam filium Joachim, qui annulo comparatur, et vas contritum, ac vir sterilis appellatur, ad Christum retulisse Origenem lib. v *Stromat.*, quæ interciderunt. Optime Sixtus Senensis lib. v *Bibl.*, adnot. 234: « Credibile e libris qui exstant, Origenem hæc utpote allegorice exponentem protulisse de Christo, eo sensu quo Paulus ausus est dicere Christum factum pro nobis peccatum, maledictum, execrationem, hoc est, oblationem pro peccato, et maledictionem cui eramus obnoxii. » Quod si quis præterea hæc Jeremias ad Isaiae LII, 14, et LIII, 2, 3, expenderit, Origenis interpretationem minime mirabitur.

XIX. Cum Patrum aliquot testimoniis sese tucantur Ubiquistæ, quorum verba vel male intelligendo pervertunt, vel male interpretando corrumptunt; pari quoque jure Origenis patrocinium asciscere poterant, quo tractat. xxxiv in *Matth.*, num. 70, pag. 887, scriptum id reliquit: « Non aliquo quidem loco apparebit Filius Dei, cum venerit in gloria sua, in altero autem non apparebit; sed siue ipse secundum comparationem fulguris exeuuntis adventum suum voluit demonstrare dicens: Si dixerint vobis: Ecce in deserto, nolite exire; ecce in domo, nolite credere. Sicut enim fulgur egreditur ab oriente, et apparet usque ad occidentem, sic erit adventus Filii hominis <sup>74</sup>. » Sicut ergo fulgur egrediens ab oriente, et propterea quod omnia implet appetat usque ad occidentem; sic cum venerit Christus in gloria sua, propter quod ubique futurus est, et ipse in conspectu omnium erit ubique, et omnes ubique erunt in conspectu ipsius, et sic constituent ante sedem gloriæ ejus, hoc est, ante regnum ejus et potestatem dominationis ipsius. » Id solvere se putat Genebrardus, seu quisquis verba hæc ad oram attexuit: « Ubique futurus Christi adventus, sed successive. » At repugnat fulgur exemplum, quod non successive, sed eodem ferme

puncto temporis orientem et occidentem collustrat, » propterea quod omnia implet. » Ego vero non humanitatis Christi corporeis usurpandæ oculis, sed divinitatis menti apparituræ præsentiam significari censeo. Faciunt ideo quæ proxime præcedunt: « Quanto magis recte dicuntur omnes gentes ante eum congregandæ et constituendæ, quando palam omnibus tam bonis quam malis, tam fidelibus quam infidelibus fuerit factus manifestus, ante oculos mentis eorum jam non fidei aut diligentiae alicuius inquisitione repertus, sed ipsius divinitatis sue manifestatione prælatus. » Fidem quoque faciunt, quæ tractatu in *Matthæum* superiore leguntur, num. 65, pag. 882, 883, in quo edisserens, *Homo quidam peregre proficiscens*, etc., querit qui peregrinari dici possit Christus, quem ubique esse litteræ sacrae demonstrant; tum subjicit Christum, qua est Deus Verbum, et Sapientia, et Justitia, et Veritas, corporeo ambitu non circumcludi, et secundum divinitatem suam ac virtutem ubique esse, sed « secundum dispensationem corporis quod suscepit, » peregrinari. Idem astruit homil. 6 in *Luc.*, et Christum, qua virtus est Dei, omnia pervadere docet, cœlestia, terrestria et inferna. Et lib. viii in *Epist. ad Rom.*, num. 2, pag. 622, postquam Christum non alicuius loci terminis circumscribi, sed ubique penetrare, et per omnia diffundi declaravit; « sed ita, inquit, debes sentire de Christo, tanquam de Verbo, et Veritate, et Sapientia, et Justitia Dei. Hæc autem omnia non in loco queruntur, sed ubique adsunt, neque ab infernis locis evocantur, sed mente sola intellectuque capiuntur. » Atque ita intelligendus tom. ii in *Joan.*, num. 29, cum ait: Μετὰ δὲ ταῦτα ἄλλη μαρτυρίᾳ τοῦ αὐτοῦ Βαπτιστοῦ περὶ Χριστοῦ ἔστι, τὴν προηγουμένην αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐτιθήκουσα, θιήκουσαν ἐπὶ πάντα τὸν κόσμον, κατὰ τὰς ψυχὰς τὰς λογικὰς, δὲ φησι· Μέσος ὑμῶν ἔστηκεν ὁ εἰδεῖς οὐκ οἰδατε, ἔπειτα μου ἐρχόμενος.

**XX.** Sequitur placitum aliud Origenis de morte Christi, non hominibus solummodo utili, sed angelis etiam, et sideribus, ac rebus creatis quibuscumque. Ab eo si quis alienum penitus fuisse Origenem pertendere velit, candorem ille omnem ac pudorem projiciat necesse est, cum hanc in eo sententiam castigent ac coarguant veteres plerique, et eam claris ac iteratis testimoniosis consignatam reliquerit. Sed quoniam res intricata est et perplexa, accuratius videtur perscrutanda.

**XXI.** « Theophilus epistola Paschal. 2, sensisse eum queritur » Christum pro dæmonibus ac spiritualibus nequitiis apud superos affligendum cruci; » atque haec dicendo deinde amplificans pro more suo et extendens, multa inde pestifera consequi ostendit. Ac hujus deinde auctoritate et verbis ad eundem profligandum errorem usus est Hincmarus in lib. *De prædestinatione*, cap. 27. Non aliter Hie-

A ronymus *Apolog. adversus Rufinum*, lib. i, cap. 5. « Origeni tuo, inquit, licet Christum dicere sibi passum, et sæpius passurum, ut quod semel profuit, semper propositum; » et epist. 61, ad Avit. cap. 4: « Cumque dixisset (Origenes) juxta Joannis Apocalypsim, Evangelium sempiternum, id est, futurum in celis, tantum præcedere hoc nostrum Evangelium, quantum Christi prædicatio legis veteris sacramenta; ad extremum intulit (quod et cogitasse sacrilegum est) pro salute dæmonum Christum etiam in aere et in supernis locis esse passurum. Et licet ille nou dixerit, tamen quod consequens sit intelligitur: sicut pro hominibus homo factus est, ut homines liberaret; sic et pro salute dæmonum Deum futurum quod sunt hi, ad quos venturus est liberandos. » Tum verba ipsa Origenis exhibet, unde accusationi suæ robur addat, et nos ea quoque infra referemus. Notandum interim diserte affirmare Hieronymum neutriquam dixisse Origenem Christum pro salute dæmonum dæmonem futurum, quod neque apud illum legerat Theophilus; sed ex Origenis dictis id uterque ratione collegt; cum Christum tamen angelis et cœlestibus virtutibus in sua quibusque forma apparuisse scripserit, ut ostendemus paulo post. Superiorum etiam similis est Orosii apud Augustinum adversus Origenistas conquestio in *Commentorio*, quod inter Augustini Opera, in capite libri contra Priscillianistas et Origenistas edi solet: « De corpore vero Domini sic tradiderunt, quia cum usque ad nos veniens Filius Dei post tot millia annorum otiosus eo usque non fuerit, sed prædicans remissionem angelis, potestatibus atque universis superioribus, cum qualitatem formæ eorum quos visitaret assumeret, usque ad palpabilitatem carnis assumptionis specie transivisse. » Ex eo quoque potissimum Origeni confitasse invidiam Ægypties episcopos refert Posthumianus apud Sulpicium Severum *Dialog. 1*, cap. 3, quod in ejus libris legetur, « quia Dominus Jesus, sicut pro redemptione hominis in carne venisset, crucem pro hominis salute passus, mortem pro hominis aeternitate gustasset, ita esset eodem ordine passionis etiam diabolum redempturus: quia hoc bonitati illius, pietatique congrueret, ut qui perditum hominem reformasset, prolapsum quoque angelum liberaret. » Hinc Bernardus serm. 44 in *Canticorum*: « Denique, inquit, operatus est salutem in medio terræ<sup>75</sup>; nunquid et in medio aeris? Hoc adversum Origenem, qui in aere Dominum gloriæ denuo pro dæmonibus impudenti crucifixit mendacio; cum hojus conscius mysterii Paulus affirmet, quod resurgens ex mortuis jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur<sup>76</sup>; » et Albertus Magnus in epistolam 8 Dionysii: « Non quod futurum sit Christum iterum pati, secundum Origenis errorem. » Pejus quid ex ipsis Origenis ver-

<sup>75</sup> Psal. LXXXIII, 12. <sup>76</sup> Rom. vi, 9.

bis repræsentat Justinianus imperator in epistola ad Menam, futurum nempe ut pro dæmonibus crucifigatur Christus, idque sæpenumero per sæcula futura. Tum in subjectis huic epistolæ anathematis Origenem tangit, cum eos damnat qui dixerint Verbum Seraphimum factum esse Seraphimis, et similem reliquis cœli virtutibus; et cum addit anathema esse qui dixerit Christum in sæculo futuro crucifixum iri pro dæmonibus, sicut et pro hominibus. Unde Nicephorus lib. xvii, cap. 27, inter hæreses Origeni ascriptas damnataam illam fuisse refert: « Oti ὑπὲρ δαιμόνων δεῖ τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι, καὶ πολλάκις τοῦτο εἰς ἐσομένους αἴδνας παθεῖν ὑπὸ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας τὸν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. » Oporiere Christum crucifigi pro dæmonibus, et sèpius in futuris sæculis idem perpeti a spiritibus nequitæ qui sunt in cœlestibus. Horribile vero est et execrandum quod Joannes Damascenus in libro *De hæresibus* Origeni persuasum fuisse ait, nempe « Christum una cum diabolo a Rege gubernatum iri, eumque in crucem actum dæmonibus falsa denuntiaturum. »

XXII. Nunc, ritis omissis, ex ipso fonte hauriamus. Origenes homil. 10 in *Luc.* ex eo probat Jesu Christi adventum Veteris Testamenti Patribus profuisse, quod cœlestibus profuerit, juxta Apostolum Coloss. 1, 20. Quo Pauli loco in eamdem abutitur sententiam hom. 1 in *Levit.*, num. 3, et lib. 7 in *Epist. ad Rom.*, num. 10, pag. 568. Hoc autem cœlestium nomine, non angelorum modo ordines, sed sidera quoque notavit, utpote quæ non anima modo, sed ratione etiam prædicta censuerit. Quæcunque autem ratione pollent, peccato esse obnoxia, ac proinde purgatione indigere arbitratus est; purgationis vero officium illis morte sua exhibuisse, salutemque procurasse Christum, ἀπροσδεῆ παντὸς οὐτιγοσῦν, πλὴν τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας, γαλ παντὸς λογικοῦ. Sic error errori cohaeret. Rationalia porro enumerans tom. 1 in *Joan.*, num. 34, angelos in iis, homines ac dæmones collocavit. Astris autem animam addidit, e supernis nimirum cœlum ordinibus depromptam, ad quam peræque mortis Christi beneficium pertinuerit. Commenta illa palam profert tom. 1, num. 40 in *Joan.*, Christumque asserit magnum esse pontificem, non pro hominibus modo, sed pro omni etiam quod rationis esset capax; atque ita demum concludit: Καὶ γὰρ διπον ὑπὲρ ἀνθρωπίνων μὲν αὐτὸν φάσκειν ἀμαρτημάτων γεύσασθαι θανάτου, οὐχέτι δὲ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς περὶ τὸν ἀνθρωπὸν ἐν ἀμαρτήμασι γεγενημένου, οἷον ὑπὲρ ἀστρων, οὐδὲ τῶν ἀστρων πάντων καθαρῶν θντιων ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐν τῷ Ἱώδ ἀνέγνωμεν· ἀστρα δὲ οὐκαθαρὰ ἐνώπιον αὐτοῦ· εἰ μὴ ἅρα ὑπερβολικῶς τοῦτο εἴρηται. Simile quid innuit tom. 1 in *Joan.*, num. 16, cum Christum lucem esse ait, non hominum duntaxat, sed et eorum omnium qui rationis capaces sunt. Nec his

A finibus mortis Christi pretium et valorem circumscripsisse visus est, sed ad res creatas omnes porrèxisse: ait enim tom. xiii in *Matth.*, num. 8, Christum passum ὑπὲρ ἀνθρώπων, ή καὶ διου τοῦ κόσμου, et tom. ii in *Joan.*, num. 6: « Η τάγα ἔστι καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ἐδεῖτο ἡ κτίσις ὑπὲρ τοῦ ἐλευθερωθῆναι ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, μακαρίας καὶ θείας δυνάμεως ἐναγθρωπούστης, ἥτις διορθώσεται καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. »

XXIII. Non satis vero ipse sibi videtur constare, cum rationem modumque explanat, quo res rationis compotes a corruptionis servitute Christus liberavit. Nam singulis angelorum ordinibus, in sua uniuersa forma apparuisse, Evangelium predicasse, B et in cœlo denique mortem pro iis obiisse sciscere videtur aliquando. Velut cum ait hom. 8 in *Genes.*, num. 8: « Considerandum est quia angelus hæc resertur ad Abraham locutus, et quia in consequentibus evidenter hic angelus Dominus ostenditur. Unde puto quod sicut inter nos homines habitu repertus est ut homo, ita et inter angelos habitu est repertus ut angelus. » Et cum tomo xv in *Matth.*, num. 7, angelos Christi discipulos appellari posse asserit: Φθάνειν γάρ ἐπὶ τοιαύτας δυνάμεις τὸ τῶν μαθητῶν Ἰησοῦ δνομα εὐλογον, ήτα μὴ μόνον οἱ ἁνθρωποι αὐτῷ μαθητεύωνται, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄγγελοι οἵς ὡφῆ, καὶ εἰ τις αὐτῷ πιστεύειν βούλεται ἀπὸ παντὸς δνδματος δνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰώνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Et cum tom. viii contra *Cels.*, Christum dicit πολλῇ δυνάμει ἐπεσπαρκέναι τὸν καθαρὸν, τῆς θεοσεβείας λόγον τῇ πάσῃ τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένη· οὐ φεύσομαι δῆ, inquit, προστιθεὶς καὶ λέγων, ὅτι καὶ τῶν διλλων λογικῶν καὶ δεσμένων διορθώσεως, καὶ θεραπείας, καὶ μεταβολῆς τῆς ἀπὸ τῆς κακίας. Et cum primo in *Joannem* tomo, num. 34, Servatorē ait factum omnia omnibus, ut omnes lucifaceret, qui cunque salutem adipisci poterant, quod rationis essent participes; tum res ratione pollentes recenseret, earumque triplicem constituit seriem; ac primam angelis assignat, et dubitat deinde posterioresne partes ascribat hominibus, an τοῖς καταχθιοῖς, quorum e numero dæmones, vel omnes, vel aliquos esse antumal. Et cum libro primo *Commentariorum* in *Epistolam ad Rom.*, num. 4, querit an non Christus « manifestatus in carne, cum apparuerit angelis, » juxta Apostolum, eis absque Evangelio non apparuerit: tum subjicit deinde: « Si ergo cum apparuit nobis hominibus, non sine Evangelio apparuit, consequentia videtur ostendere, quod etiam angelico ordini non sine Evangelio apparuerit, illo fortassis quod æternum Evangelium a Joanne memoratum » supra edocuimus. Si vero etiam in reliquis cœlestibus ordinibus tale aliquid gestum esse ab eo suspicendum sit, in ea qua singuli quaque sunt forma apparens eis, et annontians

<sup>11</sup> Apoc. xiv, 6.

pacein, quoniam quidem per sanguinem crucis suæ pacificavit non solum quæ in terra, sed et quæ in cœlis sunt <sup>18</sup>, etiam tu apud temetipsum discutito. » Et cum homil. 4 et 2 in *Levit.*, Christum « in cœlestibus vitalem corporis sui virtutem, velut corporale quoddam sacrificium immolasse » ait, et cœlestia eatenus pacificasse per sanguinem suum, quatenus in cœlis pro munere oblatus est.

At contra una morte in terris obita rebus universis ratione instructis salutem promeruisse Christum pluribus locis decernit. Nam præter magnum eorum partem qui supra deprompti sunt, unde id facile colligas, et hunc præsertim tomus in *Joannem* prioris, num. 40, in quo Christus dicitur μέγας ἀρχιερεὺς, οὐχ ὑπὲρ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντος λογικοῦ, τὴν ἀπαξ θυσίαν προσενεγκθεῖσαν ἐκτὸν ἀνενεγκόν· et istum præterea e tom. viii contra *Cels.*, num 17, pag. 706 : Υπέμεινεν ὡς σοφὸς καὶ τέλεος, ὅπερ ἔχρην ὑπομεῖναι τὸν ὑπὲρ πάντος τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἢ καὶ τῶν λογικῶν πάντα πράττοντα· unus ille pro omnibus esse possit, qui habetur in fine lib. v in *Epist. ad Rom.*, num. 10, pag. 568, ubi mirari se dicit « quosdam contra hanc evidentissimam Pauli sententiam velle asserere, quod in futuris iterum sacerulis vel eadem vel similia pati necesse sit Christum, ut liberari possint etiam hi quos in præsenti vita dispensationis ejus medicina sanare non potuit. » Et paulo post : « Sed ad hæc, inquit, nos breviter prout possumus respondebimus. Manere quidem naturæ rationabili semper liberum arbitrium non negamus; sed tantam esse viam crucis Christi, et mortis hujus, quam in sacerolorum fine suscepit, asserimus, quæ ad sanitatem et remedium non solum præsentis et futuri, sed etiam præteriorum sacerolorum; et non solum humano huic nostro ordini, sed etiam cœlestibus virtutibus ordinibusque sufficiat. Secundum sententiam namque ipsius Pauli apostoli Christus pacificavit per sanguinem crucis suæ, non solum quæ in terra sunt, sed et quæ in cœlis : » vel ille e libro II *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 5. « Docet autem, inquit, sanctus Apostolus quod Christus in eo seculo quod ante hoc fuit, non est passus, sed ne in illo quidem quod ante ipsum fuit : et nescio si enumerare sufficiam quanta fuerint anteriora sacerda in quibus passus non est. Ex quibus autem sermonibus Pauli ad occasionem hujus intelligentiae venerim, proferam. Ait enim : Nunc vero semel in consummatione sacerolorum ad refellendum peccatum per hostiam sui manifestatus est <sup>19</sup>. Semel enim ait hostiam effectum, et in consummatione sacerolorum ad refellendum peccatum esse

<sup>18</sup> Coloss. i, 20. <sup>19</sup> Hebr. ix, 26. <sup>20</sup> Apoc. xiv, 6.

(24) Sed et quod super illud, etc. Vitiosam, quæ in Genebrardi editione est, lectionem sequitur Huetius : vera est autem illa quam editio nostra ex fide omnium codicium manuscriptorum sic exhibet : « Sed et quod supernum altare quod est in cœlis, ubi et Ecclesia primitivorum est, idem ipse

A manifestatum. » Sed Rusini tamen perfidiam denuo recordemur.

At vim eam licet morti quondam in terris Christo illatae tribuant loci supra adducti, que hominum angelorumque servandis ordinibus sufficeret; iterum tamen in sequentibus sacerulis passurum Christum videtur affirmare hom. I in *Levit.*, num. 3. « Nisi quia forte, inquit, hoc intelligi voluit (Moyses) quod sanguis Jesu non solum in Jerusalem effusus est, ubi erat altare, et basis ejus, et tabernaculum testimonii ; (24) sed et quod super illud altare, quod est in cœlis, ubi et Ecclesia primitivorum est, idem ipse sanguis asperserit. » Manifestus vero erroris hujus locus ille est quem exhibet Justinianus in epist. ad Menam et lib. iv. *Περὶ ἀρχῶν*, num. 25. Sic ille vulgo editus est : « Οτι καὶ ὑπὲρ δαιμόνων δεῖ τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι, καὶ πολλάκις τούτο εἰς τοὺς ἑστομένους αἰῶνας· ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ πάθους τις ζητήσῃ, τολμηρὸν δέξει ποιεῖν περὶ τῶν οὐρανῶν τόπων αὐτὸν ζητῶν· ἀλλ' εἰ έστι πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς οὐρανίοις, ἀρά εἰ διπερ ἐνθάδε οὐκ αἰδούμεθα σταυρόμενον δημολογεῖν ἐπὶ καθαιρέστε, ὃν καθεῖται διὰ τοῦ πεποθέναι· οὐτω τὸ κάκει παραπλήσιον διδόντες γίνεσθαι τὰ καὶ ἔχεις, ἔως τῆς συντελείας τοῦ πάντος αἰῶνος, οὐ φοβηθῆσθε. Quem locum aliquando ampliorem et Latino sic conceptum sermone repræsentat Hieronymus in epist. 61, ad *Avit.* cap. 4 : « Sicut enim per umbram Evangelii umbram legis C implevit ; sic, quia omnis lex exemplum et umbra est cæremoniarum cœlestium, diligentius requirendum, utrum recte intelligamus legem quoque cœlestem, et cæremonias superni cultus plenitudinem non habere, sed indigere Evangelii veritate, quod in Joannis Apocalypsi Evangelium legimus sempiternum <sup>20</sup>, ad comparationem videlicet hujus nostri Evangelii, quod temporale est, et in transitu mundo ac sacerculo prædicatum. Quod quidem etiam si usque ad passionem Domini Salvatoris inquirere voluerimus : quanquam audax et temerarium sit in cœlo ejus querere passionem ; tamen si spiritualia nequitiae in cœlestibus sunt, et non erubescimus crucem Domini confiteri propter destructionem eorum, quæ sua passione destruxit ; cur timemus etiam in supernis locis, in consummatione sacerolorum aliiquid simile suspicari, ut omnium locorum gentes illius passione salventur ? » Ex hac Hieronymi interpretatione liquet perperam a Justiniano accepta fuisse verba Origenis ; nam quod apud eum legitur : « Εως τῆς συντελείας τοῦ πάντος αἰῶνος, tamne supine et negligenter intellexisse credemus Hieronymum, ut verteret, « in consum-

sanguis asperserit. » Ex hac genuina lectione perperam inferretur Christum juxta Origenem iterum in sequentibus sacerulis passurum. Id unum colligi potest, Christi mortem non solum terrestribus, sed et cœlestibus profuisse : quod docuisse Origenes passum videtur.

matione sæculorum? » Potius est ut dicamus legendum, ἐπὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰώνος, facili litterarum permutatione: nam et lib. v in Epist. ad Rom., num. 10, pag. 568, ubi vertit Rufinus, « mortis hujus, quam in sæculorum fine suscepit, » verisimile est scripsisse itidem Origenem, ἐπὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰώνος. Id si ita est, Origeniano huic loco lemma hujusmodi Justinianus immerito præfixerit: « Οὐτι καὶ ὅπερ διαιρόνων δεῖ τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι, καὶ πολλάκις τοῦτο εἰς τοὺς ἁσμένους αἰώνας. » Oportere Christum etiam pro dæmonibus crucifigi, idque sæpius in futuris sæculis: » quod cum extra ordinem in fronte describendum esset, male sequentibus in unam seriem attextum est.

**XXIV.** Certe de morte a Christo oppedita aliter sensisse Origenem ac vulgo in eum jactatur, ex perspectis attenta consideratione ejus verbis conjecturam capio; neque enim persuaderi possum tantum in eo fuisse recordæ, ut iterata Christum vel passum, vel passurum esse crederet supplicia, aut in cœlo, aut in aere; vel angelii, vel dæmonis indutum forma. Calumniæ huic præbuisse videtur ansam unus ille locus quem proferunt Justinianus et Hieronymus. Nam aliud nullum expressis hæreseos hujus notis insignem apud eum reperio, nec ullos in iis extitisse lucubrationibus verisimile est quæ interciderunt; nec eos quippe intactos adversarii ejus prætermisissent. At locum hunc Justiniani corruptum fuisse demonstravimus. Quod si Hieronymi interpretationi adhæreamus, non tam aperta erit sententia, ut inde consequi demus id voluisse sibi Origenem, Christum pro dæmonibus iterum mortem appetiurum. Maximam præterea et præcipuam dogmatis hujus partem, quæ pro salute dæmonum dæmonem futurum Christum statuit, minime in Origenis extare libris fatetur Hieronymus epist. 61 ad Avit., cap. 4, sed ex ejus tantum pronuntiatis necessario profluere arbitratus est; itidem ut Alexandrinus ille Theophilus, quemadmodum dixi, cum eorum accusationes recenserem. Genuinam ergo de morte Christi doctrinam Origenis banc fuisse censeo: semel omnino Christum obiisse, in terris nimirum, cum a Pontio Pilato morti addictos est: postquam autem cruento illie mactatus sacrificio hominum peccata eluit, spirituali quodam sacrificio cœlestium, aliarumque rerum, quæ rationis compotes essent, noxas abstersisse. « Nisi quia forte, » inquit hom. I in Levit., num. 3, « hoc intelligi voluit (Moyses) quod sanguis Jesu in Jerusalem effusus est, ubi erat altare, et basis ejus, et tabernaculum testimonii; sed et quod supernum altare quod est in cœlis, ubi et Ecclesia primitivorum est, idem ipse sanguis asperserit, sicut et Apostolus dicit: *Quia pacificavit per sanguinem crucis suæ, sive quæ in terra sunt, sive quæ in cœlis* <sup>41</sup>. Recte ergo secundo nominat altare, quod est ad ostium tabernaculi testimonii, quia non solum pro-

A terrestribus, sed etiam pro cœlestibus oblatus est hostia Jesus, et hic quidem pro hominibus ipsam corporalem materiam sanguinis sui fudit: in cœlestibus vero ministrantibus (si qui illi inibi sunt) sacerdotibus, vitalem corporis sui virtutem, velut corporale quoddam sacrificium, immolavit. » Addit deinde duplē in eo fuisse hostiam, unam terrestribus convenientem, aliam aptam cœlestibus; et cum dupli illo veſtimente, quod commemorat Paulus in Epistola ad Hebreos <sup>42</sup>, caro Christi, et cœlum quod ipse penetravit, significentur, duplex proinde intelligendum esse sacrificium per quod terrestribus et cœlestibus salutem comparari. Hæc attente perspecta expositionem quæ ad oram adjecta est, manifesto responuent, qua cœlestis illud sacrificium Eucharistiam esse, terrestre vero toleratam in cruce mortem asseritur. Præterea non pro peccato, sed pro munere oblatum in cœlo Christum pronuntiat hom. II in Levit., num. 5: « Vide ergo, inquit, ne forte Jesus, quem Paulus <sup>43</sup> dicit pacificasse per sanguinem suum non solum quæ in terris, sed et quæ in cœlis sunt, idem ipse sit vitulus, qui in cœlis quidem non pro peccato, sed pro munere oblatus est: in terris autem, ubi ab Adam usque ad Moysem regnavit peccatum <sup>44</sup>, oblatus sit pro peccato: et hoc est passum esse extra castra. » Quomodo autem unicuique in sua forma apparuerit, exponit ipse tom. I in Joan., num. 34, et hominem hominibus factum esse docet, quando « manifestatus est in carne; » <sup>45</sup> Angelum angelis, quando patriarchis et prophetis visus est, Moysi puta in rubo; inferis autem, quando « Factus est inter mortuos liber <sup>46</sup>. » Prædicasse quoque angelis Evangelium, diæ potest, quando futuræ incarnationis mysterium ipsis aperuit; subterraneis vero, quando « Peretravit omnes inferiores partes terræ, et inspexit omnes dormientes, et illuminavit omnes sperantes in Domino <sup>47</sup>; » quando « mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu, in eo his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando exspectabant Dei patientiam in diebus Noe <sup>48</sup>; » quando « mortuis evangelizatum est, ut judicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum in spiritu <sup>49</sup>. » Vel tunc etiam angelis doctrinam suam prædicasse dicendus est, cum ad homines verba faciens, præsentes quoque angelos est allocutus. Id innuit Origenes homil. 23 in Luc. : « Docet igitur Salvator noster, et Spiritus sanctus qui locutus est in prophetis, non solum homines, sed etiam angelos, et virtutes invisibles; » et deinde: « Venit enim non Joannes et prophetæ tantum, sed etiam ipse Salvator, et hominibus, et angelis, et virtutibus cœteris salutarem penitentiam prædicare, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum <sup>50</sup>. » Angelos quippe peccatis ohnoxiis esse censuit, ut dicemus

<sup>41</sup> Coloss. 1, 20. <sup>42</sup> Capp. vi, 20; x, 20. <sup>43</sup> Coloss. 1, 20. <sup>44</sup> Rom. v, 44. <sup>45</sup> I Tim. iii, 16.  
<sup>45</sup> Psal. LXXXVII, 5, 6. <sup>46</sup> Eccl. xxiv, 45. <sup>46</sup> I Petr. iii, 1<sup>1</sup>. <sup>47</sup> II Petr. iv, 6. <sup>48</sup> Philipp. ii, 10.

**infra.** Nec Christum duntaxat, sed et prophetas, et apostolos, quotiescumque ad homines orationem de divinis rebus habuerunt, ad angelos quoque habuisse eadem homilia declaravit. Ita autem et angelis, et subterraneis, et hominibus Christum apparnisse putavit, ut unicæ suæ mortis in corpore humano tolerata beneficium iis applicaret, non ut assumptis illorum formis novas mortes sustineret. Quod autem alicubi sentire videtur, Christum non pro rebus modo ratione præditis obiisse mortem, sed pro creatis etiam quibuscumque facile explicabimus, si meminerimus refragari id doctrinæ ipsius contextui et sequelæ, nam rationis capacia omnia perpetuum habere libertatis usum opinatus est; quæ libera autem, ea peccatis obnoxia; quæ peccati rea, ea purgatione egere; purgationem vero conferre solam Christi mortem potuisse. At res rationis expertes libertate carere, ac proinde non peccare censuit, nec indigere purgatione, propterea quæ mortis Christi fructum neutiquam percipere. Per *xtlōv* igitur, ratione prædicta Dei opificia significasse ipsum dicendum est, posito genere pro specie.

**XXV.** Pater itaque ex priore hoc segmento, quo perpetuum libertatis usum rebus omnibus ratione præditis ascripsit, eo fuisse perpusum Origenem, ut reconciliatione opus illis esse putaret; hoc autem ipsis beneficium mortem Christi contulisse. Eodem ipsum adduxerunt duo Pauli loci, alter ex Epist. ad Ephes., cap. 1, vers. 10, alter ex Epist. ad Coloss., cap. 1, vers. 20, quem sepe nobis oggerit. Hunc rectius multo ac melius interpretatur homil. 4 in *Levit.*, num. 4. « Sed et sanctorum, inquit, socios nos dicit Apostolus, nec mirum. Si enim cum Patre et Filio dicitur nobis esse societas, quomodo non et cum sanctis, non solum qui in terra sunt, sed et qui in cœlis? quia et Christus per sanguinem suum pacificavit cœlestia, et terrestria, ut cœlestibus terrena sociaret »<sup>1</sup>. » Quæ verior est dicti hujus apostolici expositio, et quam tuerit Augustinus in *Enchiridio ad Laurent.*, cap. 61. Quod si olim quoque passurum Christum, re ipsa, nli fertur, autumnavit Origenes, opinionem suam fundaverit super dictum illud “Ανωθεν μέλλω σταυροῦσθαι», quod in *Actis Pauli Christo tribuitur*, ut ex Origene ipso discimus tomo xx in *Joan.*, num. 42.

**XXVI.** Neque vero in eo primum hæc de morte Christi damnata est opinio: consultat eam Tertullianus lib. *De carne Christi*, cap. 14: « Sed angelum, aiunt, gestavit Christus. Qua ratione? Quia et hominem. Eadem ergo est et causa, ut hominem gestaret. Christus salus hominis fuit; causa scilicet ad restituendum quod perierat. Homo perierat, hominem restitui oportuerat. Ut angelum gestaret Christus, nihil tale de causa est, nam etsi angeli perditio reputatur in ignem præparatum diabolo,

B et angelis ejus, nunquam tamen illis restituenda re promissa est. Nullum mandatum de salute angelorum suscepit Christus a Patre. Quod Pater neque re promisit, neque mandavit, Christus administrans non potuit. » Hanc autem Origenis sententiam in *Commentarios suis in Epist. ad Ephes.* translatam Hieronymus, cuius hæc verba sunt lib. 1, in cap. 1, vers. 22: « Cur autem omnia, id est angelorum, throni, dominationes, potestates et virtutes ceteræ, quæ nunquam fuerunt contrariae Deo, ejus pedibus subjiciantur, videtur obscurum. Posse itaque responderi quod absque peccato nullus sit, et sidera ipsa non sint munda coram Deo, omnisque creatura paveat Creatoris adventum. Unde et crux Salvatoris non solum ea quæ in terra, sed etiam ea quæ in cœlis erant, purgassem perhibetur; » et in cap. 11, vers. 14: « Cæterum qui illud Apostoli legit, de Christo memorantis: Pacem faciens per sanguinem crucis suæ his quæ in terra erant, et his quæ in cœlis »<sup>2</sup>. . . . . hanc totam intelligentiam ad angelos, virtutesque celestes, et ad animas temperabit humanas . . . . atque ita fieri putabit, ut erit Domini non solum terra, sed et cœlo proficerit; non solum hominibus, sed et angelis, et omni creatura Domini sui cruore purgata sit; » et lib. II in ejusdem Epistolæ cap. III, vers. 10, crucem autem Christi, non solum nobis, sed et angelis, cunctisque in cœlo virtutibus profuisse, per eam quippe illis, itidem ut nobis, revelatam fuisse multiplicem Dei sapientiam; et in cap. IV, vers. 10, « Neque enim, inquit, scire possumus, quomodo et angelis, et his qui in inferno erant sanguis Christi profuerit, et tamen quin profuerit nescire non possumus. » Quod quod absque confutatione protulisset Hieronymus, a Rusino reprehensus est lib. 1 *Invectiv.*, sed in *Apologia nihilominus* valide se tuetur. Facit quoque ad excusationem Origenis Cyrillus lib. IX *De adoratione*, ubi sic loquitor: Χριστοῦ γὰρ μάτοξος πᾶσα ἑστίν δρατή, καὶ δόρατος κτίσις. Ἀγγελοι τε γὰρ, καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ τὰ ἔτη τούτων ἐπέκεντα, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ χερουβίμ, οὓς ἐτέρως ἄγια πλήθη διὰ μόνου Χριστοῦ ἐν ἀγίᾳ Πνεύματi. Christi enim particeps est omnis asperabilis, et non asperabilis creatura. Angeli quippe, et archangeli, et quæconque præterea sunt, et ipsa quoque cherubim, non aliter sancta sunt, quam per unum Christum in sancto Spiritu. » Et Augustinus lib. I, *De consensu evangelistarum*, cap. 33, ubi mentes omnes rationis compotes, sive angelorum, sive hominum, non nisi Christi, qui sapientia est, participatione sapientes esse definit, Christumque « congrua saluti nostræ dicendo et faciendo; patiendo et sustinendo, factum esse et deorsum hominibus exemplum redeundi, et eis qui sursum sunt angelis exemplum manendi. » Ecclesie sane decretis neutiquam repugnat hæc propositio; primam gratiam angelis, ac deinde perseverantiae donum Christum sanguine suo pro-

<sup>1</sup> Coloss. 1, 20. <sup>2</sup> ibid.

meruisse, ut eo sensi angelorum quoque conservator, et ut loquitur Tertullianus, Salutificator dictum possit. Minime vero Didymi suffragium hic prætendo, quippe qui Origenismi causa male audierit; hec nihilominus verba ipsius proferam e *Commentario in I Petr.* iii, quæ Origeniano fermento turgent: « Sicut enim homines abstinentes a peccatis subjecti sunt; ita et superiora rationalia correcta spontaneis culpis, quæ forsitan habuerunt, ei subjecta sunt, completa dispensatione habita pro salute cunctorum. »

Huc addet, quæcumque fere super eo argumento proposuit Origenes, basitando et inquirendo, non affirmando proposuisse: velut in illo insigni loco ex homil. i in *Levit.*, num. 3: « Sed et hoc fortasse, inquit, non sine causa sit, » etc. Item paulo infra: « Nisi quia forte hoc intelligi voluit, » etc., et in altero ex homil. 2, num. 3: « Vide ergo ne forte Jesus, » etc. Tunc in eo qui petitus est e tom. i in *Joann.*, num. 34, quomodo subterraneis similis factus sit, dubie inquirit. Apertissime vero fluctuationem suam exprimit lib. i in *Epist. ad Rom.*, num. 4, cum varias illas Christi apparitiones recenset: « De quibus, inquit, quamvis periculosum videatur chartulis committere sermonem, tamen non otiose prætereunda sunt dicta sapientium, et ænigmata », sed subtili admodum mentis acie (in quantum res patitur) velut per quoddam speculum contemplanda; ne forte is qui verbum caro factus apparuit positus in carne, » etc.

**C**XXVII. Inter sacrilega Manichæorum dicta refert insigne illud Augustinus lib. xx *contra Faustum*, esp. 2. Christum qui Dei virtus et sapientia est, quasi hipertitum in sole et luna habitare; ac in sole quidem, qua Dei virtus est; in luna vero, qua sapientia. Philastrus item hær. LV. et Augustinus ad Quodvultdeum, hær. LIX, Seleucum et Hermiam argount, negantes e Salvatorem in carne sedere ad dextram Patris, sed exsoliisse carnem, et posuisse in sole estimarint; hoc adductos prophetæ psalm. xviii, 6, « In sole posuit tabernaculum suum. » Criminis ejusdem Hermogenem compellat Theodoretus lib. i *Hæret. fabul.*, cap. 19, a quo verisimile est virus hujusmodi, ut alia multa, Manichæos suxisse; non ab Origene, quem tamen insimulat Serapion Tmuensis, cognomento *Scholasticus*, quasi erroris hujus Manichæos auctor fuerit, utpote qui proxime laudatum Davidis locum illustrans Christum scriperit, cum in cœlum ascenderet, obdormisse, et deposito in sole corpore, animam in cœlum ad dextram Patris intulisse. Hec quidecum in libro Serapionis *adversus Manichæos* haberit scribit Sixtus Senensis *Biblioth. sanct.* lib. v, et post ipsum Genebrardus in *Collectaneis* Origeni p̄f̄xis. At nihil hujusmodi reperio in hoc Serapionis opere, prout editum reperitur in *Bibliotheca Patrum*. Biatus vero in libello *De salute Origenis* hoc ipsum

A scripsisse refert Serapionem in *Commentario in psalm. xviii*. Profecto Origenistas quosdam non multum absimilis culpæ insimulat Orosius in *Commentorio ad Augustinum*; pertendere eos dicens Christum antequam in terras descenderet, remissionem angelis, assumptio eorum quos adibat corpore, prædicasse; ac tandem humanum corpus induisse, « hoc passione et resurrectione determinantem, rursus donec usque ad Patrem veniret, ascendendo tenuasse: ita neque depositum unquam fuisse corpus, nec in corpore ullo regnantem circumscribi Deum. » Quæ cum in libro Augustini *contra Priscillianistas et Origenistas*, ut alii eorumdem errores ipsi ab Orosio propositi, nusquam confutata appareant, concludo partem aliquam libelli B hujus intercidisse.

Qui autem in ea versari sententia potuit Origenes, quem hæc scripsisse refert Pamphilus in *Apologia*: « Quid est quod dixit: *In sole posuit tabernaculum suum* »? Quidam quidem dicebant quod Salvator noster ascensens e terris ad cœlum, et corpus suum assumens, pervenit usque ad eum cœlum qui solis zona nominatur; et ibi, aiunt, posuit tabernaculum corporis sui: non enim ultra erat possibile id progredi. Sed hæc illi ita sentiunt, pro eo quod allegoriam nolunt in Scriptura divina recipere, et ideo puræ historiæ deservientes, hujusmodi fabulas et figmenta componunt. Tum locum hunc prophetæ postmodum ita interpretatur, tabernaculum Christi esse Ecclesiam; solem vero, Deum, qui lux æterna est, et sol justitiae. Quin etiam Hermogenem hujus propugnatorem insanæ confutasse Origenem tradit Theodoretus *Hæret.* lib. i, cap. 19. Placet ergo Sixti Senensis et Genebrardi conjectura, delirium illud a Manichæis fuisse Origeni afflatum, corruptosque ejus libros ad conciliandam impietati sue fidem. Minime vero placet altera Genebrardi responsio, negari simpliciter id posse, quia Origenis liber non exstat: nam quo recidet Serapionis auctoritas, quem extollit Hieronymus?

**D**XXVIII. Difficilius sententia hæc affinis priori illius excusari potest, quam homil. 29 in *Luc.* consignavit Origenes. « Quod si, inquit, tentatus, illum (Christum) imitatus fueris qui pro te tentatus est et omne viceris tentamentum, habebis spem cum eo qui tunc homo fuit, nunc autem homo esse cessavit. Nam si qui quandam hominem erat, postquam tentatus est, et recessit ab eo diabolus, usque ad tempus mortis a mortuis resurgens ultra non morietur; omnis autem homo morti subjacet: iste ergo qui nequaquam moritur, jam non est homo, sed Deus est. » Dixi sententiam hanc prioris illius esse affinem; nam si persuasum revera habuisset Origenes corpus suum in sole Christum deposuisse, consecrarium erat eum quoque humanitate exutum arbitrari. Similis propemodum fuisse fertur Mar-

<sup>a</sup> Prov. 1, 6. <sup>b</sup> Psal. xviii, 6.

apud Patrem, sicut Joannes symmysta ipsius pronuntiat dicens : *Quia etsi quis peccaverit, adoccum habemus apud Patrem Iesum Christum justum, et ipse est repropitatio pro peccatis nostris*<sup>\*\*</sup>. » Quæ non aliter sane quam de Christo possunt intelligi. Merito ergo hic accusatum a Bernardo Origenem candide fateamur.

XXX. Videndum nunc est an Christi regnum post resurrectionem desitum senserit. Id quidem criminis dat ipsi Theophilus Alexandrinus epist. *Pasch.* 2, dat et Epiphanius in *Anacephalosēi*, Augustinus in libro *contra Priscillianistas et Origenistas* idipsum, ut ab Origenistis assertum, impugnat cap. 7. Quod cum in *Commonitorio Orosii*, cui hoc libello respondebat Augustinus, inter alias adversus Origenistas criminationes hodie non exstet, aliqua sui parte multatum esse conjecterim. Justinianus quoque in epistola ad quintam synodum, quam refert Cedrenus, futurorum rerum omnium ἀποκατάστασιν Origenistis objiciens, arbitrari eos ait, *sore ut impii quilibet eum Deo conjungantur, eodem modo quo ipsi conjungitur Christus, ita ut prius conjuncti erant.* Ως μηδεμίαν εἶναι διαφοράν τῷ Χριστῷ πρὸς τὰ λοιπὰ λογικὰ παντελῶς, οὔτε τῇ οὐσίᾳ, οὔτε τῇ γνώσει, οὔτε τῇ δυνάμει, οὔτε τῇ ἐνέργειᾳ. « Adeo ut nulla re differat Christus a reliquis ratione præditis, neque substantia, neque cognitione, neque virtute, neque operatione. » Jaquant hoc idem adversus Origenem et Origenistas Sophronius Hierosolymitanus episcopus in epistola ad Sergium patriarcham Constantinopolitanum, et anonymous ille Photii cod. cxvii, et Joannes Damascenus in lib. *De hæres.*, et Zonaras lib. II *Histor.*, et Guido Carmelita, in *Hæresi Origenistarum*.

Idem fuit post Origenem Marcelli Aneyrani, eiusque discipuli Photini error; qui ut humanitatem relictum a Christo ac depositum iri, ac regnum proinde quod ad Christum qui homo est pertinet, dimittendum ab eo sentiebant; ita Origeni, post attributam deserendæ olim a Christo carnis sententiam, ut supra diximus, nunc altera quoque illi consecutaria, abiciendi aliquando ab eodem regni, ascribitur. Quanquam nonnihil utriusque discrepat causa; nam regia potestate humanitati sue conjuncta exutum iri Christum sentiebat Marcellus; Origenem vero regnum, quo tanquam Deus potitur, abdicaturum eum censuisse Theophilus credidit, quemadmodum ex ejus confutatione liquet, in qua Patris et Filii unitatem probat. Quia quænam atrocior accusatio intendi potest? Si putasse dixisset Origenem regio dominatu, quo Christi humanitas prædicta est, privatum iri post resurrectionem Christum; aliquibus fortasse argumentis accusationem suam utcunque confirmasset; eo, puta, quod ex afficta Origeni sententia depositi in sole Christi corporis et humanitatis peti poterat.

Verum in Origenianarum lucubrationum reliquiis

A manifesta alterutrius hæreseos vestigia nusquam reperi. Itaque vel ex ipsius dictis tale aliquid consequi crediderunt ejus adversarii, vel in iis existabat operibus quæ vetustate abolita sunt. Quemadmodum autem nullus suppetit Origenis locus, unde accusationi huic fides fieri possit; ita vix ullus exstat, unde facile dilui illa possit. Nonnulla quidem coegerit Halloxius, sed infirma et levia, et ad rem parum apposita, qualis est solemnis illa homiliarum Origenis clausula : *et Domino Iesu Christo, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum.* Scripsérat enim Græce Origenes : *Eἰς τοὺς ἀλόνας τῶν ἀλόνων· αἱ νοῖς ἐναὶ σημεῖαν εἰσιν·* nec semper aeternitatem sine carentem notari infra probabimus.

B Ac Theophilus quidem nescire se dicit unde insaniam ejusmodi Origenes hauserit. Ego vero liquidо jurare possum hæc Apostoli quæ leguntur *I Cor. xv, 24* et seq., perperam accepta, causam Origeni erroris hujus dedisse, si modo ei adhaesit; nam et in eamdem inde sententiam impulsi sunt Marcellus, et popularis ejus Photinus; et alterius quoque consingendi dogmatis ab Ecclesiæ decretis absoni causam inde Origenes arripuit, ut in sequentibus observabimus. Verum frustra id quæri a nobis, et labis hujus expertem fuisse Origenem conjicere possumus ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi *xv*, qui hæresim illam in Marcello et Photino uinciscens recens illam exortam dicit, προτεράτως ἀναρρέεσσαν, quod utique non dixisset, si jam inde fuisse ab Origenis temporibus propagata. Reliquam adversus id commentum Theophili dissertationem prætermitto, quæ maledictis tantum pugnat, nec quidquam profertseria responsione dignum.

#### QUÆSTIO IV.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

I. *Utrum Christum et beatam Mariam Virginem purgatione post partum opus habuisse Origenes existimatuerit.* II. *Utrum clausum virginitatis beatæ Mariæ in partu reservatum opinatus sit.* III. *Utrum beatam Mariam peccatis obnoxiam putaverit.*

D I. Geminam, enque amplius, unica homilia, quæ numero decima quarta est in *Lucam*, reprehendendi sui causam dedit Origenes : priorem cum Christum asservit et Mariam purgatione post partum opus habuisse; alteram, cum apertum fuisse claustrum virginitatis beatæ Mariæ in partu docuit. Utrumque suo ordine ventilabimus; et nunc quidem de priore. Origenes, Lucæ caput II interpretans, in hæc verba versus 22 : *Kαὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, κατὰ τὸν γέμυρον Μωύσεως*, sic perorat : « Propter purgationem, inquit, eorum. Quorum, eorum? Si scriptum esset propter purgationem ejus, id est, Mariæ quæ pepererat, nihil questionis oriretur, et audacter diceremus Mariam, quæ homo erat, purgatione indiguisse post partum. Nunc vero in eo quod ait, dies purgationis eorum, non videtur unum signifi-

\*\* I Joan. II, 1, 2.

celli Aneyrani doctrina, futurum credentis, ut car-nem post resurrectionem Christus abjeceret, ac homo proinde et rex esse desineret. At alia fuit Origenis ratiocinatio, nam neque Christum a suo corpore sejunctum esse putavit (de triduo jam non loquor, quo in sepulcro mortuum ipsius corpus ja-cuit), ut demonstravimus; et eum jam hominem idecirco esse negat, quia quisquis morti non subja-cet, nequam hominem esse censem. In quo quam-quam circa hominis nomen quæstio versetur, cum de re constet, fatendum nihilominus temerariam esse vocem hanc, ideoque repudiandam.

XXIX. Celebris est Bernardi adversus Origenem querela, in sermone qui inscribitur, *De verbis Origenis*, in quo graviter eum incessit, quod ho-mil. 7 in *Levitice*, num. 2, Christum dixerit etiam nunc lugere peccata nostra; Christum quippe dum viveret, ejusmodi affectionibus fuisse obnoxium, sed postquam celo successit, jam non dolore tangi; gaudientibus quidem adgaudere, sed cum mœrentibus non mœrere; quamvis efficaciorum pro delin-quentibus habeat affectum, quam qui pro flentibus flent, aut animam ponunt: idemque de Beatis esse sentiendum. Respondet Genebrardus *Collect.* cap. 6, pio sensu id ab Origene dictum frustra a Bernardo reprehendi, cum Paulus ipse Rom. viii, 26, dixerit « Spiritum postulare pro nobis gemitibus in-enarrabilibus. » (25) At parum mihi probatur haec

A responsio, nam Christum pro peccatis vero do-loris, sensu torqueri voluit Origenes, et aperte ac iterato affirmavit. Tale autem quidam persenti-scere Spiritum sanctum minime Paulum intellexisse puto; nec certe putant interpretes. Sic locum ex-ponit ipse Origenes lib. vii in *Epist. ad Rom.*, num. 6: « Sanctus Spiritus ubi oppugnationibus carnis perturbari nostrum spiritum viderit, et nescientem quid orare debeat secundum quod oportet, ipse velut magi-ster orationem præmittit, quam noster spiritus, si tamen discipulus esse sancti Spiritus desiderat, prosequatur: ipse gemitus offert, quibus noster spiritus discat ingemiscere, ut repropriet sibi Deum. » Confirmat hanc expositionem illud Pauli Galat. iv, 6: « Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba, pater; » et aliud simile Rom. viii, 15. Nihilo magis arridet Sixti Senensis excusatio (26). Origenis verba ita accipientis, etenim Christum lugere pec-cata nostra, quatenus in membris suis peccata nostra luget, dum electis suis fletum et compas-sionem alienæ iniquitatis infundit. » Ad Christum, non ad Christi membra pertinere sententiam Ori- genis haec ipsius verba ostendunt hom. 7 in *Lexit.*, num. 2, pag. 221: « Salvator meus luget etiam nunc peccata mea. Salvator meus lamentari non potest, donec ego in iniquitate permaneo. Quare non potest? Quia ipse est advocatus pro peccatis nostris

(25) *At parum mihi probatur haec responsio, etc.* C Ipse Origenes mentem suam aperit horum. 23 in *Numeros*, num. 2, pag. 357, ubi ait quemadmodum boni actus nostri, et virtutum profectus, letitiam festivitatemque Deo Patri, Domino nostro Iesu Christo et Spiritui sancto, et angelis parvunt, ita malam conversationem nostram non solum terris, sed et celo, et ipsi Deo lamentationes luctumque inducere; sed haec omnia in quibus vel lugere, vel gaudere, vel odisse, vel lamentari dicitur Deus, tropico et humano more accipienda esse a Scriptura dici: alienam quippe esse divinam naturam ab omni passionis et permutationis affectu, in illo semper beatitudinis apice immobilem et inconcus-sam perduranteam. « Habet ergo, inquit, Deus dies festos suos? Habet. Est enim magna festivitas hu-mana salus. Ego puto quod per singulos quosque credentium, per singulos qui convertuntur ad Deum, qui proficiunt in fide, festivitas oriatur Domini. Quomodo putas letitiat eum, cum qui fuerat impudicus, sit castus, et qui fuerat injustus, justitiam colit, et qui fuerat impius, efficitur pius? Ista omnes singularium quorunque conversiones, festivitates generant Deo. Nec dubium autem quin et Dominus noster Jesus Christus, qui pro salute nostra etiam sanguinem suum fudit, agat festivi-tatem maximam, cum opere pretium videt esse quod se humiliavit, et formam servi suscipiens factus est obediens usque ad mortem. Agit festa pariter et Spiritus sanctus, ubi plura sibi videt in iis qui convertuntur ad Deum, tempora preparata. Nam et de angelis quid dicam, ad quorum festi-vitatem letantium dicuntur accedere omnes, qui con-vertuntur ad Dominum? Aut non est illis magna festivitas, cum letantur in celo super uno pecca-tore penitentiam agentem, magis quam super non-a-ginta novem justis, qui non indigent penitentia (*Luc. xv, 7*)?.... Sed sicut boni actus nostri, et virtutum profectus, letitiam festivitatemque Deo et

D angelis gignunt: ita vereor ne mala conversatio nostra non solum terris, sed et celo lamentationes inducat et luctus, et fortassis etiam ipsi Deo luctum incitant humana peccata. Aut non lugentis est illa vox cum dicitur: *Pœnitet me, qui feci hominem super terram* (*Gen. vi, 6*)? Sed et illa Domini et Salvatoris nostri in Evangelio, ubi dicit: *Jerusalem, Jerusalem, quæ lapidas prophetas et occidis eos mis-sos ad te, quoties volui congregare filios tuos, quem-admodum gallina congregat pullos suos sub aliis sis, et noluisti?* (*Matt. xxiii, 37*.) Sed et illa hu-manum genus lamentantis Dei vox est, qua dicitur per prophetam: *Heu me* (*Mich. vi, 1, 2*), *quoniam factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, et sicut racemus in vindemia, quia non est spica, neque bostrus ad edendam primogenita!* *Hei mihi anima mea!* *quoniam perire revertens a terro, et qui corrigat in hominibus non est.* Domini sunt iste voces genus humanan lugentis.... Certum est quod ubi pro bonis gaudia aguntur, ibi pro contrariis lamentetur: si ergo gaudent pro converso, necesse est ut lugeant pro peccante.... Haec autem omnia in quibus vel lugere, vel gaudere, vel odisse, vel lamentari dicitur Deus, tropico et humano more accipienda sunt a Scriptura dici. Aliena porro est divina natura ab omni passionis et permutationis affectu, in illo semper beatitudinis apice immobilia et inconcessa perdurans. » Id sibi vult Origenes Christum etiam-num lugere peccata nostra, quemadmodum luget Pater, luget et Spiritus sanctus: porro lugere Pa-trem et Spiritum sanctum tropico solummodo more hic profitetur: non ergo Christum pro peccatis vero doloris sensu etiamnum torqueri, sed tropico more lugere voluit eodem modo quo ait Paulus « Spiritum postulare pro nobis gemitibus inenar-rabilibus; » ac proinde frustra a Bernardo accu-satum eum fuisse fatendum est.

(26) Sixt. Sen. lib. v *Bibliothecæ.*

apud Patrem, sicut Joannes symmysta ipsius pronuntiat dicens : *Quia etsi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum justum, et ipse est reproprietatio pro peccatis nostris*<sup>22</sup>. Que non aliter sane quam de Christo possunt intelligi. Merito ergo hic accusatum a Bernardo Origenem candidè fateamur.

XXX. Videndum nunc est an Christi regnum post resurrectionem desitum senserit. Id quidem criminis dat ipsi Theophilus Alexandrinus epist. Pasch. 2, dat et Epiphanius in *Anacephalæosi*, Augustinus in libro *contra Priscillianistas et Origenistas* idipsum, ut ab Origenistis assertum, impugnat cap. 7. Quod cum in *Commonitorio Orosii*, cui hoc libello respondet Augustinus, inter alias adversus Origenistas criminationes hodie non extet, aliqua sui parte multatum esse conjecterim. Justinianus quoque in epistola ad quintam synodum, quam refert Cedrenus, futurorum rerum omnium & πονητάστας Origenistis objiciens, arbitrari eos ait, *fore ut impii quilibet cum Deo conjungantur, eodem modo quo ipsi conjungitur Christus, ita ut prius conjuncti erant*, Ός μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν τῷ Χριστῷ πρὸς τὰ λοιπὰ λογικὰ παντελῶς, οὔτε τῇ οὐσίᾳ, οὔτε τῇ γνώσει, οὔτε τῇ δυνάμει, οὔτε τῇ ἐνέργειᾳ. Adeo ut nulla re differat Christus a reliquis ratione præditis, neque substantia, neque cognitione, neque virtute, neque operatione. Jactant hoc idem adversus Origenem et Origenistas Sophronius Hierosolymitanus episcopus in epistola ad Sergium patriarcham Constantinopolitanum, et anonymous ille Photii cod. cxvii, et Joannes Damascenus in lib. *De hæres.*, et Zonaras lib. II *Histor.*, et Guido Carmelita, in *Hæresi Origenistarum*.

Idem fuit post Origenem Marcelli Aneyrani, eiusque discipuli Photini error; qui ut humanitatem relictum a Christo ac depositum iri, ac regnum proinde quod ad Christum qua homo est pertinet, dimittendum ab eo sentiebant; ita Origeni, post attributam deserendæ olim a Christo carnis sententiam, ut supra diximus, nunc altera quoque illi consecaria, abiciendi aliquando ab eodem regni, ascribitur. Quanquam nonnihil utriusque discrepat causa; nam regia potestate humanitati suæ conjuncta exutum iri Christum sentiebat Marcellus; Origenem vero regnum, quo tanquam Deus potitur, abdicaturum eum censuisse Theophilus credidit, quemadmodum ex ejus confutatione liquet, in qua Patris et Filii unitatem probat. Quia quænam atrocior accusatio intendi potest? Si putasse dixisset Origenem regio dominatu, quo Christi humanitas prædicta est, privatum iri post resurrectionem Christum; aliquibus fortasse argumentis accusationem suam uteunque confirmasset; eo, puta, quod ex afficta Origeni sententia depositi in sole Christi corporis et humanitatis peti poterat.

Verum in Origenianarum lucubrationum reliquiis

A manifesta alterutrius hæreseos vestigia nusquam reperi. Itaque vel ex ipsius dictis tale aliquid consequi crediderunt ejus adversarii, vel in iis exstabat operibus quæ vetustate abolita sunt. Quemadmodum autem nullus suppetit Origenis locus, unde accusationi huic fides fieri possit; ita vix ullus exstat, unde facile dilui illa possit. Nonnulla quidem coegit Halloxius, sed infirma et levia, et ad rem parum apposita, qualis est solemnis illa homiliarum Origenis clausula : « Domino Iesu Christo, cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. » Scripserat enim Graece Origenes : Εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων at vocibus illis non unam esse significationem, nec semper aeternitatem sine carentem notari infra probabimus.

B Ac Theophilus quidem nescire se dicit unde insaniam ejusmodi Origenes hauserit. Ego vero liquidо jurare possum hæc Apostoli quæ leguntur I Cor. xv, 24 et seq., perperam accepta, causam Origeni erroris hujus dedisse, si modo ei adhaesit; nam et in eamdem inde sententiam impulsi sunt Marcellus, et popularis ejus Photinus; et alterius quoque confingendi dogmatis ab Ecclesiæ decretis absoni causam inde Origenes arripuit, ut in sequentibus observabimus. Verum frustra id queri a nobis, et labis hujus expertem fuisse Origenem concidere possumus ex Cyrilii Hierosolymitani catechesi xv, qui hæresim illam in Marcellio et Photino uincens reeens illam exortam dicit, προτράπατος ἀναρρέσσαν, quod utique non dixisset, si jam inde fuisse ab Origenis temporibus propagata. Reliquam adversus id commentum Theophili dissertationem prætermitto, quæ maledictis tantum pugnat, nec quidquam profert serua responsione dignum.

#### QUÆSTIO IV.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

- I. *Utrum Christum et beatam Mariam Virginem purgatione post partum opus habuisse Origenes existimatuerit.*
- II. *Utrum clausorum virginitatis beatæ Mariæ in partu reseratum opinatus sit.*
- III. *Utrum beatam Mariam peccatis obnoxiam putaverit.*

D 1. Geminam, eoque amplius, unica homilia, quæ numero decima quarta est in *Lucam*, reprehendendi sui causam dedit Origenes : priorem cum Christum asseruit et Mariam purgatione post partum opus habuisse; alteram, cum apertum fuisse claustrum virginitatis beatæ Mariæ in partu docuit. Utrumque suo ordine ventilabimus; et nunc quidem de priore. Origenes, Lucæ caput II interpretans, in hæc verba versus 22 : *Kαὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ μέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, κατὰ τὸν ρύμον Μωνσέως*, sic perorat : « Propter purgationem, inquit, eorum. Quorum, eorum? Si scriptum esset propter purgationem ejus, id est, Mariæ quæ pepererat, nihil quæstionis oriretur, et audacter diceremus Mariam, quæ homo erat, purgatione indiguisse post partum. Nunc vero in eo quod ait, dies purgationis eorum, non videtur unum signifi-

<sup>22</sup> I Joan. II, 1, 2.

care, sed alterum, seu plores. » Legerat nempe, ut nunc quoque legitur, τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν· quam lectionem interpretationes Syriaca, Ἀθiopicā, et Persica, et Patres aliquot, ac codices bene multi tuentur. Alii, neque pauci habent αὐτὸν, sed legendum omnino αὐτῆς, juxta Vulgatam et Arabicam interpretationem Erpenianæ editionis. Uni siquidem puerpera purgationem fuisse adhibitam, non etiam infantis constat ex Levit. ii. Corrupta itaque vocis illius αὐτῆς lectio Origeni lucum fecit, et Christum itidem ut Mariam purificatione opus habuisse persuasit. Christo itaque ut reliquis hominibus applicabat dictum Jobi, « Neminem esse mundum a sorde: ne si unius quidem diei fuerit vita ejus ». Sordes autem a peccato hic distinxit, atque sordescere animam putavit, cum mortale subit corpus e vili et sordida concretum materia; ac sese proinde inquinasse Christi animam cum corpus in muliebris uteri angustiis delitescens sibi adjunxit. Sic ille in eadem homilia: « Unde et Salvator loquitur: Ego sum vermis, et non homo, opprobrium hominum, et abjectio plebis ». Videbat in matris utero immunditiam corporum, visceribus ejus hinc inde vallatus, terrenæ fecis patiebatur angustias: unde assimilat se vermis et dicit: Ego sum vermis, et non homo. »

At Tertullianus libro *De carne Christi*, cap. 4, et lib. iii contra Marcion., cap. 11, de Domini nostri corporatione agens, pejora etiam deblatterat, nam præter « spurcitas genitalium in utero elementorum, humoris et sanguinis, foœna coagula carnis ex eodem cœno alenda per novem menses; partus quoque immunda et pudenda tormenta, et ipsius exinde puerperii spurcos, anxijs, ludicos exitus singit. » Quæ ab Hæreticis objecta neutiquam ipse diffitebatur, sed Deo indigna esse negabat, contra Marcionitas.

Sanctam vero Virginem cum more aliarum seminarij per vulvæ reservationem Christum enixam esse sibi Origenes fluxerit, ut mox disputabimus, credi quoque posset profusam ab ea, itidem ut ab aliis, partus colluviem existimasse, unde minime mirum foret purgandam quoque fuisse ipsum asseverasse; sed omnino istud, nisi me mea fesellit diligentia, in Origene expressum non est. Sui ergo ei sufficiunt errores, nec alieni temere huic affingendi sunt. Hanc potius Sixti Senensis adnotationem 136, quæ lib. vi *Biblioth.* intexta est, admittamus: « Intelligit fortasse Origenes, non de purgatione ab immunditiis et sordibus partus, quibus nulli dubium est Mariam non fuisse obnoxiam, sed de ritibus et ceremoniis, quibus Moyses puerperas iustrari jussérat: has necesse erat servari a matre illius, qui legem impleturus venerat, non destructurus. » Illud ex eo confirmatur, quod homil. 8 in *Levit.*, num. 2, scribit Origenes eas soluq mulieres in partendo esse immundas, quæ semine admisso conci-

A piunt et pariunt; quæ vero semine neutiquam suscepio peperit, eam vero immundam non esse. Quorum ea germana sunt, quæ repræsentant Catenæ ex Origene in *Levit.* xxii, 2: Γυνὴ ἡτις σπερματίσθη καὶ τέκοι ἄρσεν· παρέλκειν δόξει τό· ἐὰν σπερματίσθῃ, προτασσόμενον τοῦ· καὶ τέκη ἄρσεν· δὲλλ' ἐφίστημι μήποτε ἵνα προφητικῶς ἡ Μαρία οὐκ ἐκ τοῦ ἐσπερματίσθαι τεκούσσα ἄρσεν μὴ νομισθῇ ἀκάθαρτος εἶναι γεγεννηκυῖα τὸν Σωτῆρα, εἰρηται δλον τοῦτο. Addamus denique insignem locum ex homil. 12 in *Levit.*, num. 4, quo generationis Christi et virginalis Mariae corporis mundities disertissime prædicatur: « Omnis qui ingreditur hunc mundum in quadam contaminatione effici dicitur. Propter quod et Scriptura dicit: Nemo mundus a sorde, ne si unius diei fuerit vita ejus ». Hoc ipso ergo quod in vulva matris est positus, et quod materiam corporis ab origine paterni seminis sumit, in patre et in matre contaminatus dici potest. Aut nescis, quia cum quadraginta dierum factus fuerit puer masculus, offeratur ad altare, ut ibi purificetur, tanquam qui pollutus fuerit in ipsa conceptione, vel paterni seminis, vel uteri materni? Omnis ergo homo in patre et in matre pollutus est; solus vero Jesus Dominus meus in hanc generationem mundus ingressus est, in matre non est pollutus. Ingressus est enim corpus incontaminatum. Ipse enim erat qui et dudum per Salomonem dixerat: Magis autem cum esset bonus, veni ad corpus incoquinatum ». Non est ergo contaminatus in matre, sed ne in patre quidem. Nihil enim Joseph in generatione ejus præter ministerium præstitit et affectum. »

Sic autem de sacro Marie puerperio sentit catholicæ Ecclesiae, antiquorum Patrum dogmatis imbuta eti eterus de die in diés insolesceret ( placet enim Tertulliani verba lib. *De carne Christi*, cap. 4, repudiata licet ipsius sententia, retinere) gravem tamen, anxiū, incertum libidinibus fastidiū et guæ neutiquam fuisse; foras vero insautem non cum suis impedimentis profusum et oblitum, quemadmodum aliis omnibus puerperis solet contingere, sed absque ullis inquinamentis et sordibus prodiisse. Quamobrem canone 79 synodi quinisextæ abrogatur consuetudo a nonnullis observari solita illis temporibus, similam coquendi post diem nativitatis Christi, et eam sibi invicem impertiendi, et honoris scilicet prætextu secundinarum impollutæ Virginis matris: rationem reddit synodus, esse quippe ἀλόχουτον τὸν ἐκ τῆς παρθένου θελον τόκον, ως καὶ ἀσπάρως συστάντα. Secundinis carentem Virginis divinum partum, ut qui semine caruerit. »

II. Alia quoque ac gravior criminatio ex his ejusdem homiliis 14 in *Lucam* verbis oritur: « Quemcunque de utero effusum marem dixeris, non sic aperit vulvam matris suæ, ut Dominus Jesus; quia omnium mulierum non partus infantis, sed viri coitus vulvam reserat. Matris vero Domini eo tempore

<sup>14</sup> Job. xiv, 4. <sup>15</sup> Psal. xxi, 7. <sup>16</sup> Job. xiv, 4, 5. <sup>17</sup> Sap. viii, 20.

vulva reserata est, quo et partus editus, quia sanctum uterum, et omni dignatione veneracionis venerandum ante nativitatem Christi masculus omnino non tetigit. » Per reservationem vulvae Christum editum censet. Par est Tertulliani cespitatio in libro *De carne Christi*, cap. 23; ibi quippe beatam Mariam virginitatis decus (integritatis nempe ejusdam corporis, quæ virginibus inesse solet, et primo viri congressu obteritur ac violatur) reserata in partu vulva amississe docet. Post alia vero sic disserit: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum vocabitur Domino*<sup>1</sup>. « Quis vere sanctus, quam Dei Filius? Quis proprie vulvam adaperuit, quam qui clausam patefecit? Ceterum omnibus nuptiae patefaciunt. Itaque magis patefacta est, quia magis erat clausa. Utique magis non virgo dicenda est quam virgo, saltu quodam mater antequam nupta. Et quid ultra de hoc retrahendum est? cum hac ratione Apostolus non ex Virgine, sed ex muliere editum Filium Dei pronuntiavit, agnovit adaperiae vulvae nuptiam passionem. » Eamdem postmodum opinionem amplexus est Jovinianus haereticus, et eam hodieque tuerunt heterodoxi nostrates, utrum virgineum Christo transeunti reseratum quidem, patens iter præbuisse docentes, sed mox divulsas partes Dei nutu pristinas repetuisse sedes, et in unum coalusse. Nec multum hinc abludit Durandus a Sancto Porciano, inviolatum quidem perseverasse virginitatis sigillum definiens, sed amplificatos meatus viam patefecisse.

Origenianæ sententiae contraria decernuntur in prima homiliarum in diversos, quæ auctorem non habere Origenem vel hinc potest existimari. Sic illa: « Quemadmodum Danieli intra lacum leonum inclusus<sup>2</sup>, claustris non apertis allatum est ei prandium ab Habacuc; ita et hæc Virgo sancta genuit Dominum, sed intacta permansit; mater effecta est, sed virginitatem non amisit; genuit infantem, et, ut dictum est, virgo permansit. Virgo ergo genuit et virgo permansit: mater Filii facta est, et castitatis sigillum non perdidit. » Atque illud est optimæ Patrum, tum Græcorum, tum Latinorum partis, et Ephesini præterea concilii decretum, perpetuo Ecclesiæ catholice consensu comprobatum, et hoc Ezechielis prophetæ oraculo corroboratum: « Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit: non aperietur, et non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, critque clausa principi<sup>3</sup>. » Quo illibatam et in conceptu et in partu Mariæ virginitatem futuram, Christique corpus clavis uteri repagulis eodem modo foras proditurum, quo ad discipulos obseratis foribus penetravit, prænuntiari affirmant Patres plerique.

Verum Origenis reprobacioni intercedit Genebrardus *Collect.* cap. 6, et Ambrosii ac Hieronymi auctoritatem et exemplum prætexit, quorum uterque claustrum virginitatis a Christo in partu aperatum fuisse dicit. Adjungere poterat Athanasium,

A Basilium et alios præterea, qui de virginæ vulvæ apertione similiter disserunt. Sed ea omnibus iis exceptio adhibenda est, qua ad solendum Ambrosii locum usus est Thomas p. III, q. 28, a. 2, ita nempe locutos Patres illos, cum illud evangelistæ exparent: « Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur<sup>4</sup>; » quod quidem ex vulgata loquendi consuetudine usurpatum est, non ad significandam virginæ claustræ apertione, sed exitum duntaxat prolis de utero. Thomæ responsionem defendunt alii Ambrosii et Hieronymi loci, quibus irruptum perseverasse in puerperio virginitatis sigillum manifeste tradunt, qualis ille est Ambrosii e libro *De institutione virginis*, cap. 7: « Porta igitur Maria, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu, et genitalia virginitatis claustra non solvit. Mansit intemeratum septum pudoris, et inviolata integratæ duravere signacula, cum exiret ex Virgine; » et ille ipse Hieronymi e lib. II *contra Pelagianos*, quem Origeniano similem esse vult Genebrardus, quicunque ei ex diametro oppositus est. En illum: « Solus Christus clausas portas vulvae virginalis aperuit, quæ tamen clausæ jugiter permanerunt. » Utilius ergo suam Origeni excusando navasset operari Genebrardus, si dixisset de Mariæ virginitate haudquaquam ab Origene fuisse detractum, etiamsi perfractas in pariendo virginitatis fores crediderit (quod ipsum tamen ab Ecclesia reprobatum est); non in integritate quippe carnis, sed in constanti voluntatis proposito virginitatem consistere: nam « Integritas corporalis membra per accidens se habet ad virginitatem, in quantum scilicet per hoc quod ex proposito voluntatis abstinet quis a delectatione venerea, remanet integritas in membro corporeo. Unde si contingat quod per alium modum aliquo casu membra integritas corrumpatur, non magis præjudicat virginitati, quam si corrumpatur manus aut pes. » Verba sunt S. Thomæ 2-2, q. 152, a. 1: « Notandum sane, » inquit Eligius Noviomensis homil. 2, « quod dicitur: *Omne masculinum adaperiens vulvam*, quia his verbis evangelista morem consuetæ nativitatis expressit. Et non sic intelligi voluit, sicut latrant haeretici, quod Christus uterum matris nascendo virginitate privaverit; cum mulier non tunc virginitatem anittat, quando parit, sed quando cum viro dormit. » Huc consert quod tractat xxvi in *Mauth.*, num. 25, pag. 843, ex traditione quadam litteris mandavit Origenes de morte Zachariæ idecirco illata, quia Mariæ, postquam Servatorem enixa est, in quadam templi loco virginibus destinato consistere permisisset, et dixisset « prohibentibus eam, quoniam digna est virginum loco, cum sit virgo. »

III. Beatam Virginem nullum unquam in se conceperisse peccatum, hodie Ecclesiæ ratum est, et Tridentini concilii firmatum auctoritate decretum. Quo

<sup>1</sup> Luc. ii, 23. <sup>2</sup> Dan. xiv, 36. <sup>3</sup> Ezech. xliv, 2. <sup>4</sup> Luc. ii, 25.

acquiescendum potius est, quam veterum dietis, si qui secus sentire visi sunt. Inter illos numerandus Origenes, qui legi peccati Mariam Christi matrem non obnoxiam fuisse modo, sed et paruisse pronuntiavit his verbis : « Quid? Putamus quod scandalizatis apostolis Mater Domini a scando fuerit immunis? Si scandalum in Domini passione non passa est, non est mortuus Jesus pro peccatis ejus. Si autem omnes peccaverunt, et eagent gloria Dei, justificati gratia ejus, et redempti<sup>8</sup>, utique et Maria illo tempore scandalizata est. Et hoc est quod nunc Simeon prophetat, dicens : *Et tuam ipsius animam*<sup>9</sup>, quæ scis absque viro peperisse te virginem, quæ audisti a Gabriele : *Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*<sup>10</sup>, pertransibit infidelitatis gladius, et ambiguitatis muerone ferieris. » Jacent illa in homil. 17 in *Luc.*, que αὐτολέξει propemodum in epistolam 317 retulit Basiliscus; gladio enim illo dubitationem quandam a Simeone notatam esse scribit, quæ Mariæ animam in partes, mortem patiente Christo, divisura erat, juxta Christi oraculum : « Omnes scandalizabimini in me<sup>11</sup>: » alioquin ad eam mortis Christi fructum non fuisse perventurum. Eodem verba Simeonis detorquent Titus Bostrenus, Amphilochius orat. 3 *De occurrso Domini*, Chrysostomus in *psal. xiii*, Cyrillus in *Joan.*, auctor libri *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, Augustino ascripti, quæst. 73 et Theophylactus in *Luc.* ii. Quorum nonnulli Virginem post fluctuationem illam animo confirmatam fuisse dicunt, Basilium hujus auctorem sententiae pressius assectati.

Origenes itidem homil. 20 in *Luc.* dubiae et incertæ fidei Mariam ita accusat : « Simul et illud attendite, quod quandiu in possessione Patris sui fuit (Jesus), sursum erat, quia needum plenam filiem Joseph et Maria habebant, propterea sursum cum eo manere non poterant. » Et paulo post : « Maria autem conservabat omnia verba haec in corde suo<sup>12</sup>. Plus aliquid quam de homine suspicabatur. » Eamdem exiguae fidei culpam Marie affligit Tertullianus lib. *De carne Christi*, cap. 7: « Sed quæ ratio responsi, inquit, matrem et fratres ad præsens negantis, discat etiam Apelles. Patres Domini non crediderunt in illum, sicut et in Evangelio ante Marcionem edito continetur. Mater æque non demonstratur adhæsisse illi, cum Martha et Maria alia in commercio ejus frequententur. Hoc denique in loco apparet incredulitas eorum, cum is doceret viam vitæ, cum Dei regnum prædicaret, cum languoribus et vitiis medendis operaretur, extraneis defixis in illum tam proximi aberant. » Sed causam pro eo dicit Pamelius, et totam incredulitatem notam in fratres transfert; et Matrem Christem non adhæsisse eatenus tantum dici vult, quatenus non omnibus Christi concionibus interfuit. Laudabilis quidem, sed irritus est Pamelii conatus : ec-

A quenam enim adversus tam apertam sententiam valeat exceptio? Nam ait « hoc in loco apparuisse incredulitatem eorum, » cuncti prædicaret Christus regnum Dei, et extraneis in illum defixis abessent proximi. Atqui virginem dixit non æque adhæsisse Christo ac Martham et Mariam. Virginem igitur, itidem ut Domini fratres, incredulitatis arguit. Origenem quoque contra Rhenanum idem ipsi crimen objicientem defendere parat Pamelius hoc argumento, quod beatam Virginem immaculatam appellat. Commodius locum ex homil. 20 in *Luc.* proxime adductum exponere satagit Sixtos Senensis lib. v *Biblioth.*, adnot. 140: « Puto, inquit, Origenem vocabulo plene fidei intellexisse plenam cognitionem omnium mysteriorum divinitatis et humanitatis B Christi, quam Maria Virgo nondum eo tempore habebat; quanvis ea omnia, quæ tum de Christo novaret, certissima et inconcussa fide teneret. » Ad priorem vero ex homil. 17 diluendum locum conducere poterat Thomæ solutio, dubitationem illam, admirationem et discussionem interpretantis, si non rejicula illæ scandali et infidelitatis vocis occurrerent. Porro absoula hæc, et ab Ecclesiæ placitis discrepans veterum aliquot de Maria sententia, aliasque ejusmodi nonnullæ, quas brevitatibus consulentes prætermittimus, causam dederunt Lutheranis et Calvinistis, cur beatam Mariam reliquorum more hominum ceccasse sciserent.

## QUÆSTIO V.

## DE ANGELIS.

- I. Vix certi quidquam Origenis acta de angelis fuerat definitum. II. Quæritur quo tempore angelos et rationis compotes naturas reliquas a Deo conditas, et in peccatum delapsas ratus sit. III. Utrum angelos corporatos esse censuerit. IV. Sibi videtur aliquando non constare. V. Sed concilianur discordantes loci. VI. Utrum animam illis inesse, an ipsos esse animas dixerit. VII. Angelorum inter et dæmonum corpora discrimen aliquod tenuitatis constituit. VIII. Consentientes habet Patres bene multos. IX. Origenianæ sententia radix investigatur. X. Utrum aquas quæ supra et infra firmamentum sunt, angelos esse arbitratus sit. XI. Ecquid de angelorum libertate, meritis, gratia, remuneracione ac panis statuerit. XII. Patrum multorum adversus hanc ipsius doctrinam convicia. XIII. Utram priorem crediderit hominum an dæmonum naturam, exploratur. XIV. Ex ipsis Origenis verbis sententia illius super angelorum libertate ac meritis aperitur. XV. In qua tamen videtur non nunquam titubare. XVI. Causæ huic Patres aliquot suffragantur. XVII. Origeni favent alia quædam. XVIII. Utrum angelos ab hominibus erudiri persuasum habuerit. XIX. Expenditur ejus sententia de angelis judicandis. XX. Cuius fundamenta appearuntur. XXI. Eam frustra excusare conatur S. Thomas. XXII. Quo tempore extrema supplicia dæmonibus vel inflictæ vel infligenda Origenes crederit. XXIII. Origeni assentiuntur Patres plerique. XXIV. Utrum hominum sanctitate florentium animas angelos esse senserit. XXV. Nonnullorum criminalibus opinionis hujus causa fuit obnoxius. XXVI. Ventilatur ejus sententia de tutelaribus angelis; ac primum gentium, XXVII. Ecclesiastarum, XXVIII. Hominum singulorum,

<sup>8</sup> Rom. iii, 23, 24. <sup>9</sup> Luc. ii, 35. <sup>10</sup> Luc. i, 35. <sup>11</sup> Marc. xiv, 27. <sup>12</sup> Luc. ii, 51.

**XXIX.** Et rerum anima carentium. **XXX.** Utrum unicuique genti et homini angelos duos, bonum unum, malum alterum simul assistere putaverit. **XXXI.** Fons Origenianarum de angelis tutelaribus sententiarum ostenditur. **XXXII.** Astipulatores Patres recensentur. **XXXIII.** Ex et ex Origenis fluctuatione excusari possunt. **XXXIV.** Quid de angelis ψυχοπομποῖς opinatus sit, indagatur. **XXXV.** Quaritur quid senserit de angelis remuneracionum et pœnalarum adiunistris. **XXXVI.** Utrum angelos neutiquam invocando esse putaverit. **XXXVII.** Utrum et quomodo cherubinos Filii cogitationes esse dixerit. **XXXVIII.** Utrum dæmones nidore et sanguine pasci existimaverit.

**I.** Origenianam de angelis doctrinam, iter institutum prosequentes, explicemus. Ac angelorum nomine, tum bonos angelos, tum malos, qui dæmones appellantur, comprehendimus, quoniam permista sponte sua et cohærens est utrorumque notitia. Horum naturam suis temporibus nondum satis aperte fuisse cognitam, nec Ecclesiæ definitionibus explanatam scribit Origenes in proœmio librorum *Hæpl ἀρχῶν*, num. 10: « Est etiam illud in ecclesiastica prædicatione, esse angelos Dei quosdam, et virtutes bona, qui ei ministrant ad salutem hominum consummandam; sed quando isti creati sint, vel quales, aut quomodo sint, non satis in manifesto designatur. » Et paulo superius num. 6: « De diabolo, et angelis ejus, contrariisque virtutibus ecclesiastica prædicatio docuit, quoniam sunt quidem haec: quæ autem sint, aut quomodo sint, non satis clare exposuit. Apud plurimos tamen ista habetur opinio, quod angelus fuerit iste diabolus, et apostata effectus quamplurimos angelorum secum declinare persuaserit, qui et nunc usque angelii ipsius nuncupantur. » Proclivis ergo erat Origeni in re lubrica et incerta lapsus, prompta et facilis in tenebris offensio. Et fuit sane multiplex, dum ingenio suo nimis confusis extra olearia nonnunquam divagatur. Singula hic enucleate discutienda sunt.

**II.** Quærendum priore loco illud est, quo tempore angelos a Deo conditos Origenes statuerit; neque angelos duntaxat, sed rationis etiam participes naturas omnes, sive dæmones, sive humanas animas, sive alias quascunque (nam et alias plerasque rationis compotes esse sensit) quoniam ejusdem eas omnes esse inter se naturæ, et eodem tempore a Deo conditas, tuncque fuisse νόσις, hoc est, *mentes*; deinde vero propter varios illarum motus, ac diversum liberi arbitrii usum in varios ordines, sive angelorum, sive hominum, sive dæmonum distributas, constanti et iterata Origenes assertione prodidit, ut saepe in sequentibus ostendimus. At quoniam vulgo ignorari scribit, quo tempore create illæ sint a Deo, nec quidquam aperte super ea re definitivit, conjecturis duntaxat utendum est. Probabile mihi quidem sit naturas hujusmodi ab æterno creatas a Deo Origenem existimasse; quemadmodum nunquam non sine luce sibi coeva, licet a se productæ sol fuit. Demonstrabimus quippe infra, persuasum fuisse illi mundum idci

A conditum, ut nature illæ rationales in eum pro meritis demitterentur. Atqui sine mundo Deum nunquam fuisse idem opinabatur; ait enim lib. iii *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 5, num. 3: « Si cœpit mundus ex tempore, quid ante faciebat Deus, quam mundus inciperet? Otiosam enim et immobilem dicere naturam Dei, impium est simul et absurdum, vel potare quod bonitas aliquando bene non fecerit, vel omnipotencia aliquando non egerit potentatum. » Igitur ne rationales quidem naturæ ex tempore esse cœperunt. Unde necessario sequitur eas ab omni ævo conditas a Deo fuisse; tum variis modis voluntatis libertate usas, has recte, male illas egisse, statimque sceleribus carum expiandis mundum fuisse fabrefacium in quem detruderentur, adeo ut haec re licet diversa, simul tamen contingint. Quod ut Adamantium ita sensisse putem, facit Platonicorum recentiorum auctoritas, quorum consimilis erat propemodum hisdem de rebus sententia, ut est apud Augustinum lib. x *De civit. Dei*, cap. 31. Facit et iste Hieronymi locus ad cap. i Epist. ad Titum: « Sex millia needum nostri orbis implentur anni; et quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas sæculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes, ceteræque virtutes servierint Deo, et absque temporum vicibus atque mensuris Deo jubente substiterint? » Hæc Origenismum sapiunt, qualia multa Commentariis suis Hieronymus asperserat. Facilius nunc est Leontii Byzantii intellectus, cum ait *Scholior.* act. 10: « Καὶ οὕτως, inquit, περὶ τῆς προπάρκεως ἐδέξαζεν (Ὀριγένης) οὕτως, ὅτι πρὸ τῶν αἰώνων νόσι ἡσαν πάντες καθαροί, καὶ οἱ δαιμονες, καὶ αἱ ψυχαὶ, καὶ οἱ ἄγγελοι λειτουργοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ τὰς ἑντολὰς αὐτοῦ ποιοῦντες. Οἱ δὲ διάβολος εἰς ὧν, ἐπειδὴ τὰ αὐτεξόσιον εἶχεν, ἕρουλήθη ἀντιστῆναι τῷ Θεῷ, καὶ ἀπώσατο αὐτὸν δ Θεός· συναπίστησαν δὲ αὐτῷ πάσαις αἱ ἄλλαι δυνάμεις, καὶ οἱ μὲν πάνω διαμαρτήσαντες δαιμονες ἔγένοντο· οἱ δὲ Εἴτι Ελατον, ἄγγελοι· οἱ δὲ Εἴτι Ελατον ἀρχάγγελοι· καὶ οὕτως ἐφεξῆς ἔκαστος πρὸς τὴν οἰκείαν ἀμαρτίαν ἀπέλασεν· ὑπελείποντο δὲ αἱ ψυχαὶ, αἵτινες οὐδὲ τοσαῦτα ἡσαν ἀμαρτήσασαι, ἵνα δαιμονες γένωνται· οὐδὲ πάλιν οὕτω κουφοτέρως, ἵνα ἄγγελοι γένωνται· ἐποίησεν οὖν τὸν παρόντα κόσμον, καὶ τὴν ψυχὴν συνέδησε τῷ σώματι πρὸς κύλασιν. » Atque ita interim de præexistentia (Origenes) sentiebat, antea sæcula mentes fuisse puras omnes, et dæmones, et animas, et angelos ministrantes Deo, ejusque mandata exsequentes. Diabolum autem, cum unus esset, quoniam arbitrii libertate pollebat, Deo resistere voluisse, eumque a Deo fuisse expulsum; unaque cum ipso descivisse omnes alias virtutes, et quæ plus peccassent, dæmones evasisse; quæ minus, angelos; quæ minus etiam, archangelos; et ita consequenter unumquemque pro suo peccato receperisse præmium: reliquas autem fuisse animas, *ποτὲ* *ποτὲ* peccaverant, ut dæmones fierent; ita leviter, ut angelii evaderent;

mundum itaque hunc condidisse, animamque superplicii causa corpori colligasse. » Creationem inter, et peccatum, et pœnam, momentum fere unicum intercessisse intellige, atque haec πρὸ τῶν αἰώνων, id est ab aeterno, contigisse. Ad Origenis sententiam accedit auctor *Commentarii in Job*, quem vertit Perionius; ait enim: « In diabolo autem principium formationis intelligendum est, non quod omnium quæ ratione et animo intelliguntur, primus sit effectus; sed quod sine tempore, quemadmodum locus ille declarat. »

III. Videndum deinde angelosne corporatos esse, an corpore carere Origenes arbitratus sit. Non satis autem explicata, et certa videtur prima fronte ejus ratio; nam pugnantia secum esse dicas, quæ diversis libris super eo argumento disservit. Qui cunque tamen animum ad ejus verba attenderit diligenter, aliter judicabit. Rata quippe fuit ejus et constans opinio angelos corpore esse induitos, sed subtili et tenui: nam lib. I *De principiis*, cap. 6, num. 4, pronuntiat « solius Dei, id est Patris, et Filii, et Spiritus sancti naturæ id proprium esse, ut sine materiali substantia, et absque ulla corporeæ adjectionis societate intelligatur subsistere. » Quem locum assert S. Thomas p. I, q. 51, a. 4, eamque opinionem ab antiquis philosophis Origenem hausisse asseverat. Clariora etiam proloquitur lib. II ejusdem operis, cap. 2, num. 1, et postquam quæsivit an summam beatitudinem adeptæ ratione pollentes naturæ corpus penitus exuere possint, sibique id « difficultimum et pene impossibile » videri dixit; addiditque, quod et sequenti capite iterum usurpat, necesse fore in nihilum redigi corpoream naturam, quemadmodum de nihilo fuit procreata, si utilis esse desineret; tum subdit num. 2: « Si vero impossibile est hoc ullo modo affirmari, id est, quod vivere praeter corpus possit ulla alia natura, præter Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, necessitas consequentia ac rationis coarctat intelligi, principaliter quidem creatas esse rationabilis naturas; materialem vero substantiam opinione quidem et intellectu solum separari ab eis, et pro ipsis, vel post ipsas effectam videri, sed nunquam sine ipsa eas vel vixisse vel vivere: solius namque Trinitatis incorporea vita existere recte putabitur. » Haec insectandi Origenis viro magno præbuerunt argumentum, quod cum angelos et rationis capaces animas longo intervallo corporibus caruisse alibi dixerit, id tamen fieri non posse hic affirmaverit. Verum res aliter se habet; (27) nam corporeos quidem angelos et animas revera

(27) *Nam corporeos quidem angelos et animas, etc.* Vide paulo infra observationes nostras in num. 5.

(28) *Semper autem, etc.* Hujus contextus posteriore partem utpote erroneam, et a Rusino dissimulatam sic exhibet Hieronymus in epist. ad Avitum: « Si quis autem potuerit ostendere incorporealem rationabilemque naturam, cum expoliaverit se corpore, vivere per semetipsam, et in pejori

A esse Origenis opinio fuit, sed ea tamen propter insignem subtilitatem, cum reliquis mundi corporibus comparata, spiritualia, ut ostendemus paulo post, et incorporeas dici posse: quamvis ergo ante mundi hujus corporei opificium condita ea fuerint, corpore tamen sui generis fuisse instructa; ac ne in primo quidem illo statu diu perseverasse, sed admisso statim postquam creata sunt peccato, in crassiora continuo corpora supplicij causa fuisse immersa. Præter superiora testimonia quibus angelis corpus affligitur, recitanda quoque ea quæ locum Origenis supra allatum excipiunt: « Ut ergo, inquit, superius diximus, materialis substantia hujus mundi habens naturam, quæ ex omnibus ad omnia transformatur, cum ad inferiores quosque trahitur, in crassiorum corporis statum solidiorumque formatur, ita ut visibles istas mundi species, variasque distinguat: cum vero perfectioribus ministrat et beatioribus, in fulgore cœlestium corporum micat, et spiritualis corporis indumentis vel angelos Dei, vel filios resurrectionis exornat. » Sed et lib. IV, in anacephalæosi, num. 35: « (28) Semper autem erunt rationabiles naturæ, quæ indigent indumento corporeo: semper ergo erit natura corporea, cuius indumentis uti necesse est rationabiles creature. Nisi quis potest posse se ullis assertionibus ostendere quod possit natura rationabilis absque ullo corpore vitam degere. Sed quam difficile sit, et quam pene impossibile intellectui nostro, in superioribus singula disserentes ostendimus. » Quapropter et Photius cod. cvi, Theognostum Alexandrinum libro quarto *Hypopyposeon* ex mente et sententia Origenis scripsisse refert, angelis et dæmonibus exilia corpora esse circumposita.

IV. Sed quamvis rationabilibus naturis corpus diserte et liquido affinxerit Origenes, a se diversus abire, videtur aliis locis, et corpus iisdem naturis detrahere. Sic homil. I in *Genes.*, num. 2: « Cum enim ea quæ facturus erat Deus, ex spiritu constarent et corpore, ista de causa in principio et ante omnia cœlum dicitur factum, id est omnis spiritualis substantia, super quam velut in throno quodam, et sede Deus requiescit. Istud autem cœlum, id est firmamentum, corporeum est. » Ubi cum spiritalem substantiam opponat corporeæ, sequitur esse incorpoream; et tom. I *Commentar. in Joan.*, num. 17: « Καὶ ἀναγκαῖον ἐπιστῆσαι εἰ δύλοι πάντι καὶ ἀσώματον ζωὴν ζώντων ἐν μακαρότητι τῶν ἀγίων, ὁ καλούμενος δράκων ἔξιος γεγένηται ἀποπεσὼν τῆς καθαρᾶς ζωῆς, πρὸ πάντων ἐνδιθήνας ὅλη καὶ σώματα: εἰ τομῷ XX, num. 22, Πάντως γοῦν καὶ τούτῳ

conditione esse quando corporibus vestitur; in meliori, quando illa deponit: nulli dubium est corpora non principaliter subsistere, sed per intervalla et ob variis motus rationabilium creaturarum nunc fieri, ut qui his indigent, vestiantur: et rursum cum illa depravatione lapsum se ad meliora correxerint, dissolvi in nihilum: et hac semper successione variari. »

Ἔχει ὁ διάβολος δόγμα ἀληθὲς περὶ ἑαυτοῦ ἐννοῶν ὅτι λογικός ἔστι, καὶ ὅτι τὸ τοιόνδε μὲν ἀνθρωπός ἔστι, τὸ τοιόνδε ἄγγελος, καὶ τὸ τούτῳ μὲν σῶμα, καὶ ποίον σῶμα, ἀλλο δέ τι ἔτερον σῶματος. Item lib. I *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 7, num. 4 : « Manifeste ergo in Christo et per Christum facta esse omnia, et creata pronuntiat (Paulus Col. i, 16) sive visibilia, quæ sunt corporalia; sive invisibilia, quæ non alia etiam arbitror, quam incorporeas, spiritualesque virtutes; » et lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 6 : « Non enim idem intelligitur quod dicit ea quæ non videntur, et ea quæ invisibilia sunt. Ea namque quæ sunt invisibilia, non solum non videntur, sed ne naturam quidem habent ut videri possint, quæ Græci ἀσώματα, id est *incorporea* appellantur. Hæc autem de quibus Paulus dicit: *Quæ non videntur*<sup>10</sup>, naturam quidem habent ut videri possint, nondum tamen videri ab his quibus promittuntur exponit; » et istud. e lib. III, cap. ult., num. 7 : « Omnis igitur hæc ratio hoc continet, quod duas generales naturas condiderit Deus; naturam visibilem, id est corpoream, et naturam invisibilem, quæ est incorporeæ, » et hoc omnium apertissimum lib. IV *operis ejusdem*, num. 27 : « Sed et rursum per Christum creata dixit esse omnia visibilia et invisibilia. Per quod declaratur esse etiam in creaturis quædam invisibiles secundum proprietatem suam substanzias. Sed hæc quamvis ipsæ non sint corporeæ, utuntur tamen corporibus, licet ipsæ sint corporeæ substanzia meliore. Illa vero substantia Trinitatis, quæ principium est, et causa omnium, ex qua omnia, et per quam omnia, et in qua omnia, neque corpus, neque in corpore esse credenda est, sed ex toto incorporeæ. » Sed et lib. VI *contra Cels.*, num. 71 : « Ήμεῖς δὲ, inquit, ἀσώματον φύσιαν οὐκ θεμεν ἐκπυρουμένην

<sup>10</sup> II Cor. iv, 18.

(29) *Nam angelos ita corporeos esse vult, ut spiritales nihilominus esse velit, quod spiritus nihil sint aliud quam summa exiguitatis corpora, etc. Ex supra allatis sequentibusque ac similibus locis, non sequitur Origenem naturam animæ et aliorum spirituum in corpore quantumvis subili posuisse. Id solum conflictit ipsum juxta ac Platonios putasse animas, aliasque substanzias rationabiles, natura sua incorporeas et invisibilis, corporibus tamen quasi indumento et vehiculo circumvolvi, neque iis unquam omnino nudari, utpote quæ nuda comprehendendi non possint, nec in ullo corporeo loco consistere, quin indigeant corpore ad naturam loci illius accommodato; sed præter crassum hoc corpus quo in hac vita induuntur animæ, certo quodam eas connexas esse aero corpore quod eas ubique sequitur, quod servant etiam deposito crassiori, quod denique vocatur a Porphyrio et Plotino « spiritale et interior animæ indumentum. » Imo præter duplex hocce corpus, Philoponus tertium agnoscit subtilius et purius quod vocat σῶμα ὑπέραντον, αὐθέραν, et αὐγοεῖδες, quodque animabus tribuit quæ ab affectibus corporeis liberæ sunt. Proclus et Hierocles illud vocat τὸ πνευματικὸν ὕγμα τῆς λογικῆς ψυχῆς, « spiritale vehiculum rationabilis animæ. » At valde peregrinum in Platonicorum scriptis eum esse oportet, qui in hocce duplice interiori vel alterutro vehiculo eos potaverit animæ naturam posuisse. Aperte sententiam suam de animarum natura exprimit Origenes*

A οὐδὲ εἰς πῦρ ἀναλυομένην τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν, η̄ τὴν ἀγγέλων, η̄ θρόνων, η̄ κυριοτήτων, η̄ ἀρχῶν, η̄ ἔξουσῶν ὑπόστασιν. Ideo Sophronius Jerosolymitanus in epistola ad Sergium scribit Origenem, ipsiusque sequaces dixisse animas ante corpora carne et corpore carentem vitam egisse in cœlo nondum creato.

V. In his secum licet pugnare videatur Origenes, facile tamen discordantes loci conciliantur: (29) nam angelos ita corporeos esse vult, ut spiritales nihilominus esse velit, quod spiritus nihil sint aliud quam summa exiguitatis corpora, cuiusmodi sunt angelica; asserit quippe loco supra allato et materiale substantiam hujus mundi, spiritualis corporis indumentis vel angelos Dei, vel filios resurrectionis exornare; ut hominum quoque corpora post resurrectionem spiritualia fore declarat Paulus I Cor. xv, 44. Angelos porro cum propter eximiam corporum subtilitatem spiritales dixerit, incorporeos quoque quodammodo, et καταχρηστικῶς dici posse censuit, habita præsertim corporum nostrorum ratione, que crassa sunt. Id ipse manifeste indicat in proœmio librorum *De principiis*, num. 8, cum enim appellationem ἀσώματον in Scripturis neutiquam usurpari dixisset, objicit sibi locum quendam ex apocrypho libello, qui *Petri Doctrina* inscribitur, in quo discipulis dicit Christus se non esse « dæmonium incorporeum. » Respondet Origenes inter ecclesiasticos libros *Petri Doctrinam* non haberi; tum addit: « Quod etiam si ipsum concederetur, non idem sensus ibi ex ipso sermone ἀσώματον indicatur, qui a Græcis et gentilibus auctoribus ostenditur, cum de incorporeæ natura a philosophis disputatur. In hoc enim libello incorporeum dæmonium dixit, pro eo quod ipse ille quicunque est habitus,

B lib. VII *contra Celsum*, num. 32: « Quoniam, inquit, resurrectionis dogma ideo Celsus irridet, quia non intelligit, nec audivit nisi ab imperitis qui nullo illud argumento astruere poterant, utile fuerit, præter ea que de re supra dicta sunt, hoc unum observare, quæ de resurrectione tradimus, ea non proficiisci, ut Celsus putat, ex male intellecta animarum et corporibus in corpora migratione; sed quia scimus animam, natura incorpoream et invisibilem, in nullo corporeo consistere loco, quin indigat corpore ad naturam illius loci accommodato: quod corpus modo quidem gestat, exuto priori quod antea necessarium, postea inutile fit; modo autem super illud quod prius habebat, induitur meliore quo indiget ut ad puriores, aethereos, cœlestesque locos perveniat. Sic in hac vita nascent, membranam exuit qua eam in vulva matris obvolvi utile erat, quandiu in ea fuit; sed antequam illam exuat, corpus induit quod erat in terra victuro necessarium, » etc. His præmissis, facile discordantes Origenis loci conciliantur. Quando igitur incorporeos angelos et animas dicit, non ad imperitorum captum sese accommodat, sed natura sua incorporeos existimat: et quando corporeos eos dicit, non eos ita esse natura sua putat, ac proinde non vult spiritus nihil aliud esse, quam summa exiguitatis corpora, sed vult eos subili et aero corpore, quod vocat *spiritale*, quasi indumento et vehiculo exterior circumvolvi. Vide paulo infra quest. 6. *De anima*, num. 3 et 13.

vel circumscriptio dæmonici corporis, non est similis huic nostro crassiori et visibili corpori : sed secundum sensum ejus qui composuit illam scripturam intelligendum est quod dixit ; id est non se tale corpus, quale habent dæmones, quod est naturaliter subtile, et velut aura tenue, et propter hoc vel putatur a multis, vel dicitur incorporeum, sed habere se corpus solidum et palpabile. In consuetudine vero hominum omne quod tale non fuerit, incorporeum simplicioribus vel imperitoribus nominatur : velut si quis aerem istum quo fruimur, incorporeum dicat, quandoquidem non est tale corpus, ut comprehendendi ac teneri possit, urgentique resistere. » Si quando igitur angelos dixit incorporeos, ad imperitorum capitum sese accommodasse, et juxta vulgi consuetudinem locutum fuisse credamus.

VI. Nec corpoream angelis naturam attribuisse contentius, animam iis insuper ascripsit lib. II *Peripl. ἀρχῶν*, cap. 8, num. 1 : « Superest de angelico ordine requirere, utrum et ipsi animas habeant, an animæ sint, vel de ceteris divinis, coelestibusque virtutibus, sed et de contrariis potestatisbus. Auctoritatem quidem divinæ Scripturæ usquam nullam iuvenimus, quod vel angeli, vel si qui sint divini spiritus ministri Dei, vel animas habere, vel animæ dicantur : animantia tamen esse a quamplurimis sentiuntur. » Hieronymus epist. 65 ad Pamphach., cap. 5 : « Nec Origenes unquam dixit ex angelis animas fieri, eum ipsis angelos nomen esse officii doceat, non naturæ; in libris enim *Peripl. ἀρχῶν* et angelos, et thronos, et dominationes, potestates et rectores mundi et tenebrarum, et omne nomen quod nominatur non solum in præsenti sæculo, sed in futuro, dicit animas esse eorum corporum, quæ vel desiderio, vel ministerio suscepserint. » Profecto non est promptum dictu quanam ratione animam angelis inesse posse senserit : nam quereretur, anima illa corporeane sit, an contra. Corpoream dixisset utique, nam nihil præter Deum incorporeum ducit. Tenui ergo et monogrammum corpus ab alio longe tennissimo et simplicissimo corpore animatum esse dicere debuisset. Sed paulo post, num. 2, angelos decernit meras esse animas. « De eo vero quod Dei anima in Scripturis nominatur, qualiter intelligi debet, et sentire, et proferre difficile est; semel enim simplicem illam naturam, et absque ullius abjectio-  
nis permistione profitemur : tamen quoquomodo sentiendum est, nominari interim Dei anima videtur ; de Christo vero non dubitator. Et ideo non mihi videtur absurdum etiam de sanctis angelis, cæterisque coelestibus virtutibus tale aliquid vel dicere, vel sentire : siquidem definitio illa animæ etiam in ipsis videtur incurrere. Quis enim rationabiliter sensibiles eos esse, vel mobiles poterit denegare ? Quod si recta ista videtur esse definitio, quod substantia rationabiliter sensibilis, et mobilis anima dicitur, videtur haec eadem definitio etiam ad angelos pertinere. Quid enim aliud in illis quam sensus rationabilis et motus est ? Quorum autem una defini-

A nitionis ratio est, horum sine dubio et eadem substantia est. » Tale aliquid habet lib. II in *Cantic. cantor.*, pag. 58 : « Et adhuc agnitionem sui anima requirat, si est aliquis ordo, aut sunt aliqui spiritus ejusdem substantiae cum ipsa, alii vero non ejusdem, sed diversi ab ea, id est, si sunt et alii spiritus rationabiles, ut ipsa est, et alii carentes ratione : et si eadem est ipsius quæ et angelorum substantia, quoniam rationabile a rationabili nequaquam differre creditur. »

VII. Angelorum autem inter et dæmonum corpus discrimen aliquod tenuitatis constituit, quoniam graviora, vel subtiliora corpora, pro criminum modo, mentibus addita fuisse opinatus est, ut diximus. Postquam enim ob nequitiam dæmones cælo sunt exturbati, crassiore quodam corpore circumseptos esse existimavit. Sic ille tom. I in *Joan.*, num. 17 : « Οἱ καλούμενος δράκων ἄξιος γεγένηται ἀποπεσὼν τῆς καθαρᾶς ζωῆς, πρὸ πάντων ἐνδεθῆται ὅλῃ καὶ σώματι. Quod de diabolo statuit, de omnibus quoque demonibus intelligendum est. Atque hoc corpus crassius licet angelico, esse tamen dicit proœmio lib. *Peripl. ἀρχῶν*, num. 8, « naturaliter subtile, et velut aura tenui, » ex aere nimis rariore contextum. Quod in eo redarguit Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 1. At eam tamen corporum diversitatem citra ultimam naturæ discrimen Origenes admittit. Diabolum quippe inter et angelum ullam oīσιας differentiam esse negat tom. XX in *Joan.*, num. 20. Nec repugnat quod scripsit lib. III in *contra Gels.*, num. 37 : « Οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ θεῖοι καὶ ἄγιοι: ἀγγελοι διλῆται εἰσὶ φύσεως, καὶ προσιρέσεως παρὰ τοὺς ἐπὶ γῆς πάντας δαιμόνας. Aliud est enim φύσις, aliud οὐσία. »

VIII. Atque singula haec placita Patrum numerus defendit, qui ut in re incerta, neque definitionibus Ecclesiæ circumscripta, animo suo morigerati sunt. Corporeos esse angelos quinam ex illis putaveris, partim laudamus in observationibus nostris ad pag. 815 tonii XVII *Comment. Origenis in Matth.* Quibus addi possunt Justinus in *Dialog. cum Tryph.*; Clemens Alexandrinus *Pædag.* lib. I, cap. 6; Macarius hom. 4; Methodius apud Photium, cod. CCCXXIV; Cyrillus lib. IX in *Joan.*; Gennadius lib. *De dogmat. Eccles.*, cap. 11 et 12; Bernardus lib. V *De consideratione ad Eugenium*, et alii complures. Quid quod eamdem sententiam in *Actis septimæ synodi œcumenicæ*, non definitam quidem, sed tamen expressam reperimus : adeo trita usu, et vetustissimorum theologorum consensu tralatitia fuit ea opinio.

Notavimus Origenem corpora licet angelis affingentem, eadem ipsis aliquando detrahere visum. Idem observare licet in Basilio qui quamvis corporeos angelos dixerit lib. *De Spiritu sancto*, cap. 16, et alibi, eosdem tamen corporis expertes esse lib. IV in *contra Eunom.* affirmat. Unde vero orta est in Origene observata a nobis discrepantia, indidem illa quoque Basili profecta est, ex vorum nempe abusu, et crassiorum corporum respectu. Optime Cæsarius *Dialog.* I, interrog. 48. Λεωφότος μὲν

ων ἄγγελοι καθ' ἡμᾶς, τῶμα δὲ καθ' ἑαυτοὺς, ὡς  
ἔνεμος, ή πῦρ, ή καπνὸς, ή ἀέρα τῶματα γάρ  
ὑπάρχουσι λεπτὰ, καὶ ἄηλα, ἐξω τῆς ἡμετέρας πα-  
χύτητος τῶματα γάρ ἐπουράνια, καὶ τῶματα ἐπ-  
γείᾳ φησιν ὁ ἄγιος Ἀπόστολος. » Incorporei quidem  
sunt angeli secundum nos; corpus vero sunt secun-  
dum se, ut ventus, vel ignis, vel fumus, vel aer.  
Corpora enim sunt tenuia, materiæ expertia, extra  
nostram crassitudinem. Corpora enim coelestia, et  
corpora terrestria dicit sanctus Apostolus<sup>11</sup>. » Cui  
simillimum illud est Cassiani Collat. vii, cap. 15:  
« Licet enim pronuntiemus nonnullas esse spiritua-  
les naturas, ut sunt angeli, archangeli, ceteraque  
virtutes, ipsa quoque anima nostra, vel certe aer iste  
subtilis; tamen incorporeæ nullatenus æstimande  
sunt. Habent enim secundum se corpus, quo sub-  
sistunt, licet multo tenuius quam nos. Nam sunt cor-  
pora secundum Apostoli sententiam ita dicentes: Et  
corpora coelestia, et corpora terrestria<sup>12</sup>. » Apposite item Gregorius Magnus Moral., cap. 3: « Com-  
paratione quidem nostrorum corporum angelos spi-  
ritus esse dicit; sed comparatione summi et incir-  
cumscripti Spiritus esse corpus. » Cui paria succinit Damascenus lib. ii De orthod. fid., cap. 3. Hinc Au-  
gustinus sexentis licet locis corpoream angelorum  
esse naturam propugnaverit, aliquando tamen spi-  
rituale, et intellectuale eam appellat, quemadmo-  
dum Cassianus et Bernardus, qui non aliam tamen  
quam Augustinus opinionem persecuti sunt. Ipse  
quoque Tertullianus lib. De carne Christi, cap. 6,  
angelos et naturæ substantia spiritualis; et si cor-  
poris alicuius, sui tamen generis, esse declarat.

Hæsitatio quoque illa Origenis, qua dubitat an  
præter corpus animam quoque angelis assignet, de-  
fenditur auctoritate Claudiani Mamerti Viennensis,  
et Fulgentii, quorum ille pronuntiat « constare an-  
gelum ex corpore et spiritu principia inter creaturas  
dignitate formato; » hujus vero verba hæc sunt in  
libro De Trinitate: « Plane ex duplice eos (ange-  
lo-) esse substantia asserunt magni et docti viri. id  
est ex spiritu incorporeo, quo a Dei contemplatione  
nunquam recessunt: et ex corpore, per quod ex tem-  
pore hominibus apparent. » At Augustinus præditos  
animis angelos esse negat, et post Augustinum Fa-  
ustus Reiensis, qui hac ratione reprehenditur a Ma-  
merto Viennensi, quod corpus sponte sua vivere non  
possit, nisi vitali spiritu ad vitam excitetur. Sed  
Mamertum sua videtur felicissime ratio, nam vitalem  
ipsum spiritum vel incorporeum esse dicet, vel cor-  
poreum; si incorporeum esse velit, quare non totam  
itidem angelī naturam pro incorporeis admittat,  
causa non est; si corporeum, at nullum corpus ex  
eius sententia sponte sua vivere potest, ergo alio  
spiritu excitante vivescat necesse est. Eadem porro  
de tertio illo spiritu, atque idem de quarto, et sic  
in infinitum recurreret quæstio.

Quod angelos autem tenuioribus primum et æthe-

A reis, post lapsum vero crassioribus illigatos suis  
corporibus definitivit Origenes, in eo consentientes  
habet Minutum Felicem, qui « istos spiritus sim-  
plicitatem substantiæ suæ perdidisse » decernit, et  
Augustinum qui sic disserit lib. iii De Genes. ad lit.,  
cap. 10: « Si autem transgressores illi, antequam  
transgredierentur, coelestia corpora gerebant, neque  
hoc mirum est, si conversa sunt ex pœna in aeream  
qualitatem. »

Nunc vero, etsi expresse ab Ecclesia definitum non  
est, utrum angelii corporibus implicati sint, com-  
mune tamen hoc est ac receptum, et theologorum  
omnium consensu approbatum dogma, quod omni-  
tios corpore spoliat, ut contrarium quisquis hodie af-  
firmaverit, pro temerario et præsidenti habendus  
sit: postquam in id decretum consensit Lateranense  
concilium cap. 1: « Creator omnium invisibilium  
et visibilium, spiritualium et corporalium, qui sua  
omnipotenti virtute simul ab initio temporis utram-  
que de nihilo condidit creaturam, spiritualem et  
corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac  
deinde humanam, quasi communem ex corpore et  
spiritu constitutam. » Quo decreto Origenistas peti-  
S. Thomas existimabat.

IX. Porro quidquid de angelis tradidit Origenes,  
vel sacris vel profanis auctoribus utcunque de-  
fendere potuit. Corpus angelis ascribi videtur psal.  
cm. 4: « Qui facis angelos tuos spiritus, et mini-  
stros tuos ignem urentem. » Quæ quamvis aliter  
C exponi possint, Deum nempe vento et igne, tan-  
quam ministris et angelis, aliquando uti; et vento  
quidem, velut cum Josaphati et Ochosia: naves con-  
trivit<sup>13</sup>; vel cum adversus Jonam in Tharsis su-  
gientem « misit ventum magnum in mare, et facta  
est tempestas magna in mari<sup>14</sup>; » igne autem, velut  
cum « Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham  
sulphur et ignem<sup>15</sup>; » vel cum « ignis egressus a  
Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui  
offerebant incensum<sup>16</sup>: » nihilominus tamen ita  
exponitur a multis Davidicum illud: Qui angelis  
tuis spiritalem naturam et igneam tribuisti. Sic in-  
tellexit Tertullianus lib. ii contra Marcion., cap. 8;  
sic Hieronymus in vii Daniel.; sic Severianus  
Gabalitanus homil. 4; sic ipse Origenes lib. ii  
Hepl ἀρχῶν, cap. 8, num. 3. Confirmat interpreta-  
tionem hauc nomen ΜΙΧΡΑ, quod primo angelorum  
ordini tribuitur. Vertit vocem illam Dionysius cap. 3  
et 7 De coelesti hierarch., ἐμπρηστάς, et θερμανο-  
τάς. Gregorius vero homil. 34, incendentes, et ar-  
dentes, ut et Isidorus lib. vii Origin., cap. 5. Hinc  
Severianus homil. 1 De opificio mundi, angelos  
ignem esse dicit: Οὐ γάρ μόν, inquit, τοῦτο τὸ  
πῦρ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ αἱ δύο δυνάμεις πῦρ εἰσι, καὶ  
συγγενές ἔστι τὸ δῶν πῦρ τούτου τοῦ παρ' ἡμῖν.  
» Non enim solus est hic ignis, sed et superiores  
virtutes ignis sunt, et cognatus est superior illa  
ignis hujus nostri. » Eodeas quidem refert illud

<sup>11</sup> I Cor. xv, 40. <sup>12</sup> ibid. <sup>13</sup> II Par. xx, 57. <sup>14</sup> Jon. i, 4. <sup>15</sup> Gen. xix, 24. <sup>16</sup> Num. xvi, 55.

prophetæ Joannes Damascenus lib. ii *De orthoia*, cap. 3; sed spiritum et ignem materie ac corporis expertem angelos esse pertendit. Ex hoc psalmo inductus videatur Origenes ut ignea corpora angelis tribueret, cum præsertim deos Plato igneos esse decrevisset, ut est apud Laertium in *Platone* et *Aristotele*, qui subdit tamen paulo post asseverasse ipsum corpore Deum et anima carere, quod et alibi iterat. Atque hæc ita conciliari possunt, summum omnium conditorem ac moderatorem Deum corpore destitutum esse, secus autem inferiores deos supremi illius ministros. Quod plane ab Origene expressum est, cum Deo detrahit corpus, angelis adjunxit. Cætera ejus de angelis dogmata, e Platonicorum fere exedris derivata sunt.

X. Offensionem quoque habuit quod Genesim explanans dixit, aquis quæ supra firmamentum sunt, et quæ infra, coelestes infernasque virtutes tropice significari; atque hinc aquas illas ad laudes Domini dicendas provocari psal. cxlviii, 4, et Dan. iii, 60. Hæc quamvis allegorice dicta agnoscat Basilius homil 3 in *Hexaem.*, repudiavit nihilominus, et tanquam somniorum conjecturis et anilibus fabulis similia redarguit. Redarguit et Epiphanius in epistola ad Joannem Jerosolymit., cap. 5, et hær. lxiv, cap. 4. Redarguit et Hieronymus epist. 61 ad Pamphach., cap. 3. Redarguit et ex Basili verbis Justinianus in epistola ad Menam, et in ea hunc contorquet anathematismum: Εἰ τις λέγει οὐρανὸν, καὶ φύλον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας, καὶ ὄχατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἐμψύχους καὶ θλικάς (lege, λογικάς, quod vidit Gaudentius) εἶναι τινας δυνάμεις, ἀνάθεμα ἔστω. Si quis dicit cœlum, et solem et lunam et stellas, et aquas quæ super cœlos sunt, animatas et rationales esse quasdam virtutes, anathema sit. Quod et a Sophronio in epistola ad Sergium damnatur.

(30) Hujus quidem doctrinæ vestigia quædam reperisse mihi videor homil. 23 in *Luc.*: « Prophetæ quoque ipsi, inquit Origenes, et apostoli omne quod resonant, non solum hominibus, sed et angelis prædicant. Quod ut scias verum: Attende, inquit, cœlum, et loquar<sup>17</sup>; in conspectu angelorum psallam tibi<sup>18</sup>;» et: «Laudate, cœli cœlorum, et aquæ quæ super cœlos sunt, nouen Domini<sup>19</sup>.» Attamen in prima in *Genesim* homilia, num. 2, quæ de aquis illis superioribus et inferioribus agit, simile nihil offendas, sed consimiles allegorias, quibus cœlo et firmamento spiritualia et corporea significari vult; aquis vero quæ sunt supra firmamentum, rerum cœlestium mysteria. Certe Nicetas lib. iv *Thesaur. orthodox. fid.*, hær. xxxi, aquas illas cum angelicis ordinibus Origenem nusquam contulisse ait,

<sup>17</sup> Deut. xxxii, 4.

<sup>18</sup> Psal. cxxxviii, 1.

<sup>19</sup> Psal. cxlviii, 4.

(30) Hujus quidem doctrinæ vestigia quædam, etc. Catenæ in psal. xxviii, 5, aliud fragmentum exhibent, in quo clarius doctrina hæc exprimitur: Φωνὴ μὲν Κυρίου ἀπλῶς ἐπὶ τῶν ὄχατων, αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἐπὶ ὄχατων πολλῶν. Λογικάς δὲ φύσεις νῦν οηματικά τὰ ὄχατα. Επενθήτω, φησι, τὸ στερέωμα

A sed cum synagogis gentium: « Nec vero mirum, inquit, quod Origenes pleraque in Deum minus convenientia commentus et prolocutus, paradisum quoque et aquas, quæ tam infra quam supra firmamentum esse dicuntur, allegoricōs exponat (hoc enim de ipso non parvus professorum veritatis numerus asserit); nec aquas cum nonnullis doctoribus Hebreis, tam priscis quam recentioribus, ad angelicos ordines refert, sed gentium synagogis accommodat, quæ quidem scaturientibus aquis similes in multijugas fides, et multisidas derivatae et effusæ sunt, donec in unam Synagogam Christi apparitione per angusta confragosaque loca fluentes coalescerunt. » Quod palam de Origene prædicarunt viri graves, id inficiatur Nicetas, si modo fides interprætationi Latinæ adhibenda est. Notetur interim aquarum ἐπουρανίων expositionem ab Hebreis magistris profluxisse.

Ex superioribus colligi potest, hæc diversis modis ab Origene fuisse exposita; multiplicibus et variis sensibus ex simplici litteræ contextu pro tempore erutis et evolutis, non delecto tamen et abolito litteræ sensu. Si minus ea placet excusatio, admittetur forsitan hæc altera, angelos intelligi ab Origene qui aquis præsunt, sicut universarum rerum præsides angelos fixit. Legatur decima ejus in *Jeremiām* homilia, num. 6, in qua doctrinam hanc explicat, aique ita concludit: Οὐτως δῆ ἐρῶ, καὶ γῆν λέγεσθαι τὸν ἐπὶ τῆς τεταγμένον ἄγγελον, καὶ ὅδωρ λέγεσθαι τὸν ἐπὶ ὄχατος τεταγμένον ἄγγελον, καὶ δὲ ὁ λέξεται· Εἴδοσάρ σε ὄχατα, σ Θεός, εἰδοσάρ σε ὄχατα.

In Origenis sententiam fere concedit Gregorius Nyssenus lib. in *Hexaemeron*; nam aquas illas quas ab aquis inferioribus Deum divisisse narrat Moyses secundo creationis die, coelestes virtutes interpretatur; at inferiores aquas pro malis angelis neutriquani accipere se declarat. Placuit quoque opinio isthac Augustino lib. xiii *Confess.*, cap. 15. Tale etiam aliquid ad Origenis exemplum commentus est Isidorus *Origin.* lib. vii, cap. 5. « Unde, inquit, et post cœli creationem in principio reperitur: *Fiat firmamentum, et vocatum est firmamentum cœlum*<sup>20</sup>; nimirum ostendens quod post ruinam angelorum malorum hi qui permanerunt, firmitatem æternæ perseverantiae consecuti sunt, nullo jam lapsu aversi, nulla superbia cadentes, sed firmiter in Dei amore et contemplatione manentes, nihil aliud dulce habent, nisi eum a quo creati sunt. »

XI. De angelorum libertate, meritis, gratia, remuneratione ac pœnis multa Origenes ab Ecclesiæ norma deflexa excogitavit. Naturas quippe omnes ratione præditas unius esse ejusdemque speciei

<sup>17</sup> Gen. i, 6, 8.

ἐν μέσῳ τοῦ ὄχατος, καὶ ἔστω διαχωριζόν. Vox quidem Domini simpliciter est super aquas; ipse autem Dominus super aquas multas. Rationabiles nature hoc loco aquis significantur. *Fiat*, inquit, *firmamentum in medio aquæ*, et sit dividens. » Haec existant nostræ editionis tom. II, pag. 639.

credidit. Angelos autem bonos et malos, et animas A hominibus ac sideribus iudicas in eum censem re-tulit, ut supra ostensum est. Haec ante mundum naturas a Deo conditas fuisse ratus est, ac bene vel male agendi facultate instructas, qua prius quam uterentur, νόσος, hoc est *mentes* fuisse; sed statim ea usas, et diversis quidem modis, cum aliæ in vitium, in virtutem aliæ ferrentur, pro meritis esse habitas, et partim admisso scelere in profundum perturbatas, partim etiam propter leviores noxas e superioribus ordinibus dejectas ad inferiores transiisse, et ad animanda quoque hominum corpora esse demissas; adeo ut quocunque loco sint, acceptum id meritis suis referre debeant: ψυχής autem, hoc est *animas*, tunc evasisse, postquam ab amore Dei fuerunt ἀποφυγεῖσαι, hac vero arbitrii libertate etiamnum naturas illas rationales ita frui, sive humanis corporibus implicant, sive dæmones factæ sint, sive angelicum ordinem retineant, ut nova subinde peccata in se concipient, vel virtutem amplectantur, et pro recte aut nequiter gestis, vel deprimantur in inferiora, vel ad superiora condescendant: permittari ergo ordines illos, et ex angelis homines, ex hominibus dæmones, et vicissim alios, aliosque evadere: diabolum a nequitia quidem ad meliora posse converti, sed nolle, et in perfidia sua destinatum obdurare. Gratiae vero auxilium, quod angelos in sanctitate confirmat, et a peccatis prohibet; vel ejusdem gratiae defectum, quo sit, ut a nequitia dæmones non emergant, nullo modo videtur agnoscere. Futurum autem aliquando potest, ut naturæ illæ omnes, sive angelorum, sive dæmonum, sive hominum, causam dicant coram Deo, et rerum a se gestarum rationem reddant, ac pro meritis exornentur; interim tamen varios illos ordines ac status pro virtutibus ac vitiis consequi.

XII. Summa hæc est Origenianæ de angelorum natura et meritis doctrinæ, quam conviciis suis Ecclesiæ Patres perfuderunt; Methodius præcipue in libro *De resurrectione*; Theophilus Alexandrinus *Paschal.* 1 et 2; Epiphanius in epist. ad Joan. Jerosolym., cap. 2, et hæres. *LXIV.*, cap. 4; Nemesius *De natura hominis*, cap. 5; Leontius Scholior. *Act.* 10, cujus verba supra adduximus; Hieronymus cum aliis saepe, tum maxime epist. 59, ad Avit., cap. 4, p ubi præter alia insigne istud, habet: «Comique omnia vario sermone tractasset (Origenes) asserens diabolum non incapacem esse virtutis, et tamen necdum velle capere virtutem; ad extreimum sermone latissimo disputavit angelum, sive animam, aut certe dæmonem, quos unius asserit esse naturæ, sed diversarum voluntatum, pro magnitudine negligentia et stultitia jumentum posse fieri: et pro dolore pœnarum, et ignis ardore, magis eligere ut brutum animal sit, et in aquis habitat et fluctibus, ac corpus assumere hujus vel illius percoris: ut nobis non solum quadrupedum, sed et piscium corpora sint timenda. » Atque hanc de naturis rationalibus in jumentorum corpora demitten-

A dis opinionem inter præcipuos errores Origeni exprobri solitos enumerat auctor anonymus apud Photium cod. cxvii. Enumerat et istum: «Οτι ἔχ καταπτώσεως ἡλθον οἱ ἄγιοι (lego ἄγγελοι) εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐ δι' ἐπέρων θεραπείαν. » Angelos in mundum ex lapsu, non propter aliorum obsequium venisse. » Justinianus præterea in epistola ad quintam synodum, quam recitat Cedrenus, et Sophronius in epistola ad Sergium, ejusdem criminis Origenem arcessunt; arcessit denique et S. Thomas p. 1, q. 64, a. 2, et in Expositione aurea in *Jobi caput iv.* cavendum ait ab hoc ejus errore, quo spiritus quoscunque creatos instabiles asserruit, et posse ad pravitatem perduci.

XIII. Consulendus ad hæc Maximus martyr in scho-B liis ad cap. 6 Dionysii *De ecclesiastic. hierarch.*, ubi animadversione dignum est quod ait ex Origene, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς παρατροπῆς ἔκαστην τῶν οὐρανῶν ταγμάτων σώμασιν ἐνδεθῆναι λεπτοτέροις. « Pro cri-minis ratione unumquemque ordinum cœlestium corporibus tenuioribus illigari. » Contraria Maximo tradit Augustinus lib. xi *De civit. Dei*, cap. 23, sensisse dicens Origenem ἄνimas pro ratione pecca-torum suorum graviora corpora induere; quod ita impugnat, id si sit, gravius dæmoni adjungi debere corpus quam homini, utpote qui plus peccarit. Dubitat profecto Origenes ultra inferior sit demonis natura, an hominis (quam angelica etiam præstan-tiorem esse Tertullianus lib. ii *contra Marcion.*, cap. 8, autumavit) prout indeque definire non potest utram suscipit, qui graviorum scelerum reus sit: «Ἐπίστησον δὲ, inquit tom. 1 in *Joan.*, num. 54, πότερον ἀνθρώπος ἐστι τὸ ἐσχατον, ή τὰ καλούμενα καταχθόνια, ὃν εἰσὶ καὶ οἱ διάβολοι, ήτοι πάντες, ή τινες. Et paulo superius: Οὕτω καὶ τῷ λογικῷ κα-tabatέον ἐπὶ ἐσχατον λογικὸν, τάχα οὐκ ἄλλο τι τοῦ ἀνθρώπου τυγχάνον. Postremum hic locum homini-bus assignat. Contra tom. xv in *Matt.*, num. 27, priorem locum angelis, posteriorem dæmonibus, medium hominibus tribuit: Οἱ δὲ ἀνθρώποι, δοσον εἰς σύγκρισιν ἀγγέλων ἐσχάτων τυγχάνοντες, γίνονται ἀγγέλων πρώτοι, τῶν μὴ τηρησάντων τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν. Cum hominibus ergo quandoque dæmones, homines vero quandoque postponat dæmonibus, naturas rationales pro gravitate scelerum huma-nam induere naturam, et gravissimum corpus sub-ire nonnunquam statuit, nonnunquam vero dæ-monum naturam, subtiliusque corpus asciscere. Quin etiam dæmones novis admissis sceleribus ho-mines fieri, et homines vicissim novarum colparum reos in dæmonum naturam et corpus transire asserit apud Hieronymum epist. 59 ad Avit., cap. 1: «Ita cuncta, inquit, variari (arbitramur) ut et qui nunc homo est, possit in alio mundo dæmon fieri; et qui dæmon est, et negligentius egerit, in crassi-ora corpora relegeatur, id est, ut homo fiat. » Idem Hieronymus in illud Jerem. xxix, 14: «Et redi-eam captivitatem vestram, et congregabo vos J2 universis gentibus, et de cunctis locis ad me

expuli vos, dicit Dominus. Et reverti vos faciam A de loco ad quem transmigrare vos feci. » Originem, quem delirum interpretem appellat, somniare ait ruinam cœlestis Jerusalem his significari, et eos spectare vaticinium, qui inde dimissi in hoc mundo versantur, futurumque ut post LXX annos in locum pristinum restituantur, si modo id bonis suis operibus promeriti sint, utpote qui sponte in hæc corpora descendentes recte egerint : qui autem ad terrena hæc sese sponte demittere, et fratres suos imitari noluerint, id ipsum passiros quod Sedecize ipsiusque populo comminatur Dominus, futurum nempe ut mittat in eos gladium, et famem, et pestem ; et det in vexationem universis regnis terræ, quo scilicet nequam homines, sed sicut aereæ potestates, et sint apud cunctos angelos qui præsint singulis provinciis in maledictionem, et in stuporem, in sibilum, et in opprobrium cunctis gentibus ; et hoc eos idcirco passuros, quia verba prophetarum in cœlesti Jerusalem audire noluerint, qui eos hortabantur ut ad terrena descenderent, et corpus humilitatis assumerent, et acta pénitentia post verum sabbatum locum pristinum possiderent. »

XIV. Erroribus porro illis aspersa sunt Adamantii opera quæ exstant, quos si sigillatim indicare sat agamus, abutemur otio nostro, et lectori fastidium movebimus. Illustra tamen seligenda sunt quædam, quo dictis nostris fides adjungatur. Tertio ergo libro *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 5., num. 4., sic disputat : « Unius namque naturæ esse omnes rationabiles creaturas ex multis assertionibus comprobatur; per quod solum Dei justitia in omnibus earum dispensationibus defendi potest, dum unquamque in semetipsa habet causas, quod in illo vel in illo vitæ ordine posita sit. » Hinc triplex enumerat rationabilium naturarum genus hoc delapsarum, earum scilicet quæ gestis suis id fuerint præmerita; aliarum quæ aspectabilium cupiditate raptæ sint; et illarum demum quæ etiam invitæ ad officia aliis exhibenda a Deo deputatae sint, et in hac loca relegatae. Quibus hominum animas significat; tum angelos illos qui mulieres adamasse crediti sunt a plerisque<sup>11</sup>; ac angelos denique tutelæ hominum præfectos, vel eos quos a Deo non missos, in hunc mundum, doctrinam vel prophetiam promittentes venisse ait tom. xx in *Joan.*, num. 17. Priore autem *Περὶ ἀρχῶν* libro, cap. 6., num. 2.: « Ex his sane, inquit, qui in illo initio permane- runt, quod futuro fini simile esse descripsimus, quidam ex ipsis in ordinatione ac dispensatione mundi ordinem angelicum sortiuntur, alii virtutum, alii principatum, alii potestatum... quæ omnia eis pro merito, et profectibus sois, quibus in Dei participationem imitationemque profecerant, a quo justoque judicio divina contulit Providentia. Illi vero qui de statu primæ beatitudinis moti quidem sunt, non tamen irremediabiliter moti, illis quos

B supra descripsimus sanctis beatisque ordinibus subjecti sunt ac regendi: quorum adjutorio usi, et institutionibus ac disciplinis salutaribus reformati, redire ac restitu ad statum beatitudinis pos- sunt. Ex quibus existimo, prout ego sentire possum, hunc ordinem humani generis institutum, qui utique in futuro sæculo, vel supervenientibus sæculis, cum cœlum novum, et terra nova secundum Isaiam erit<sup>12</sup>, restituetur in illam unitatem, quam promittit Dominus Jesus. » Et mox num. 3: « Scindum tamen est quosdam, qui ex uno principio, quod supra diximus, delapsi sunt, in tantam indignitatem ac malitiam se dedisse, ut indigni habitu sint institutione hac, vel eruditione, qua per carnem humanum genus adjutorio virtutum cœlestium instituitur atque eruditur; sed e contrario etiam adversarii atque repugnantes his qui erudiuntur atque imbuuntur, existunt. » Tom paulo inferius: « Interim tam in his quæ videntur, et temporalibus sæculis, quam in illis quæ non vi- dentur, et æterna sunt, omnes isti pro ordine, pro ratione, pro modo, et meritorum dignitatibus dis- pensantur, ut alii in primis, alii in secundis, non nulli etiam in ultimis temporibus, et per majora ac graviora supplicia, necon et diurna, ac multis, ut ita dicam, sæculis tolerata, asperioribus emendationibus reparati, et restituti eruditionibus primo angelicis, tum deinde etiam superiorum graduum virtutibus, et sic per singula ad superiora prove- cti, usque ad ea quæ sunt invisibilia et æterna perveniant, singulis videlicet quibusque cœlestium virtutum officiis quadam eruditionum specie per- agratis. Ex quo, ut opinor, hoc consequentia ipsa videatur ostendere, unamquamque rationabilem naturam posse ab uno in alterum ordinem trans- euntem per singulos in omnes, et ab omnibus in singulos pervenire, dum accessus profectuum de- defectuumve varios pro motibus vel conatibus pro- priis unusquisque pro liberi arbitrii facultate per- petetur. » Nonnulla ex his Graece descripta reperies in fine epistolæ Justiniani ad Menam et apud Maximum Constantinopolitanum, loco proxime citato. Has quoque conversiones et dignitatem ac ordinum permutationes statuit tom. xv in *Math.*, num. 27. D Tomo vero xiii, pag. 594, intricato licet, et a libra- riis fortasse corrupto sermone adversarias potesta- tes propter offensiones hominibus præbitas corpora humana subire, in eoque poenas luere tradit. Ideo cap. 8 libri primi *Περὶ ἀρχῶν*, num. 1 et 4, paria repetendo, inuleat e angelorum officium non nisi ex merito constare; » dæmones vero, « pro motibus suis et profectibus, quibus in seclere profecerunt, hos malitiae sortitos esse gradus, » atque ita sese nequitiae dedisse, ut jam libidini sit ac delectationi peccatum, et e ut revocari nolint, magis quam non possint, » Deo pro sua benignitate omnia ad beatitudinem attrabente et provocante: e rationalium

<sup>11</sup> Gen. vi, 2. <sup>12</sup> Isa. lxvi, 22.

vero naturarum ordine ad humanum genus explendit animas seligi, quæ post pie administratum vite tempus, in angelorum ordinem iterum assumuntur. De diabolo iterum lib. iii Peri dpxw̄r, cap. 6, num. 5 : « Destruji sane, inquit, novissimus inimicus ita intelligendus est, non ut substantia ejus, quæ a Deo facta est, pereat, sed ut propositum, et voluntas inimica, quæ non a Deo, sed ab ipso processit, intereat. » Homilia 23 in Luc. angelos illos, de quibus agitur Apoc. ii et iii peccasse, ideoque fuisse a Joanne reprehensos ait, ipsisque eum a hominibus salutarem pœnitentiām prædicasse, quemadmodum et Servatorem. Hinc homil. 4 in Ezech., num. 1, pag. 370, « Quando ergo, inquit, angeli prævaricantur, et alii sunt qui Dei præcepta custodiunt, et judicium præstolantur, non solum hominum, verum etiam Dei, ut frequenter diximus, tam de his quæ in Apocalypsim conscripta sunt, quam ex aliis innumerabilibus ; quare, inquam, nou terræ et aeris judicium sit futurum ? » In Catenis regiis in Psalmos, ad psalm. xxxii, 6, verba hec ipsi tribuuntur : Οὐ γάρ νήπιοι κτισθέντες κατ' ὅλιγον μελέτη τῆς τοῦ πνεύματος ὑποδοχῆς γεγόνασιν δέξιοι ἀλλ᾽ ἐν τῇ πρώτῃ συστάσει καὶ τῷ οἰοντι φυράματι τῆς οὐσίας αὐτῶν συγκαταβληθεῖσαν ἔσχον τὴν ἀγίοτητα· διὸ καὶ δυσμετάθετοι πρὸς κακίαν εἰσιν, εὐθὺς οἰοντεὶ βαφῇ τῷ ἀγιασμῷ στομωθέντες. Et illa quoque ad psalm. cxviii, 89, quæ aliae tamen Catenæ Didymo ascribunt : Εἰ δὲ περὶ ἀγίων δυνάμεων φῆς, ἀγγέλων φημὶ καὶ ἀρχαγγέλων, καλῶς φῆς, ἀκίνητοι γάρ, μᾶλλον δὲ δυσκίνητοι εἰσι πρὸς τὸ κακόν· τούτῳ γάρ πειθεῖ με λέγειν ὁ πεσὼν ἐωσφόρος δι' ἐπαρτιν. Sexcentis ad hæc locis angelos hominum custodiae præfectos munus sibi imposuit negligerter nonnunquam obire, et peccatorum ab hominibus admissorum conscientes esse ac reos, proptereaque pœnis addictum iri definit. Illustris vero præ reliquis locis ille est e tom. xv in Matth., num. 27, ubi postquam angelos non hominem solum, sed et reliquo mundi opificio præstantiores et antiquiores esse dixit : Τόλμησαι, inquit, ἀποφῆνασθαι ὅτι πολλοὶ μὲν ἀγγέλων, οἱ πρώτοι ἡσαν ἀνθρώπων νίνονται τινῶν ἀνθρώπων ἔσχατοι· πολλοὶ δέ καὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ ἔσχατοι τῇ φύσει τυγχάνουσι τῶν ἀγγέλων, γίνονται διὰ τὸν βίον, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, τινῶν ἀγγέλων ἐν πρώτοις μὲν τεταγμένων, γενομένων δὲ ἐκ τινῶν αἰτιῶν ἔσχάτων, πρώτοι. Quibus reliqua consentiunt. Illustris et iste e tom. ii in Joan., num. 17, in quo angelii et hominis nomen eidem subiecto nonnunquam attribui dicit, adeo ut homo angelus aliquando, et angelus vicissim homo appelletur. Tunc subjicit : Καὶ ἔτι μᾶλλον παραμυθίσεται ὅτι ἐπὶ τῶν κρειττόνων δυνάμεων τὰ ὄντα ματα οὐχὶ φύσεων ζῶντας ἔστιν ὄντα ματα, ἀλλὰ τάξεων, ἵν τις, καὶ τὸν λογικὴν φύσις τέτευχεν ἀπὸ Θεοῦ· θρύνος γάρ οὐκ εἰδος ζώου, οὐδὲ ἀρχῆ, οὐδὲ κυριότης, οὐδὲ ἔξουσία, ἀλλὰ ὄντα ματα πραγμάτων, ἐφ' ᾧ

A ἔτάχθησαν οἱ οὗτα προταγορευόμενοι, ὃν τὸ ὑποκείμενον οὐκ ἀλλο τι ἔστιν ἢ ἀνθρωπος, καὶ τῷ ὑποκείμενῷ συμβέβηκε τὸ θρόνη εἶναι, ἢ κυριότης, ἢ ἀρχῆ, ἢ ἔξουσία· καὶ ἐν τῷ Ἱησοῦ δὲ τῷ τοῦ Ναυῆ κεῖται τό· « Παρθεν τῷ Ἱησοῦ ἀνθρωπος ἐν Ἱεριχῶ, δις φησιν· Ἔγὼ ἀρχιεπίστατηγος Κυρίου δυνάμεως νυν παραγέγονα. Inde lux huic loco Hieronymi epist. 61 ad Pamphil., cap. 5 : « Nec Origenes unquam dixit ex angelis animas fieri; cum ipsos angelos nomen esse officii doceat, non naturæ. » Hoc est, non per naturæ conversionem angelus anima efficitur, ejusdem quippe naturæ sunt; sed per officii commutationem, et quasi in aliud domicilium migrationem. Sed et tom. xviii in Joan., num. 58, existimare se ait divinitate Iesu stupefactos quosdam e dæmonibus, pœnitentia ductos ad ipsum confugisse, quippe qui virtutis capaciores sint, quam homines; cum spiritualis naturæ sint, homines vero corporeæ et crassioris. In primis vero perlegi velim locos Originis ab Hieronymo depromptos epist. 59 ad Avit., cap. 1, in quibus rationis participes naturas jumentorum corporibus colligari propter delicta asserit: dæmonum, hominum angelorumque naturas simul permutari ac permutisci; siderum ipsorum animas, utpote ratione prædictas, ob peccata his fuisse adjunctas corporibus, quæ vel plus, vel minus luceant, prout recte vel male se gesserunt.

C Quod autem scribit Epiphanius in synopsi tom. I, lib. ii, cap. 18, docuisse Origenem desituros aliquando angelos, sic intelligendum est, futuram olim rerum omnium conversionem et ἀποκατάστασιν, reddituraque ad pristinum statum omnia, angelosque adeo ac dæmones eodem futuros loco quo fuerunt, antequam virtutibus suis vel peccatis ad angelorum, dæmonumque naturam adjungi meruerint. Recte id iuxta Origenis sententiam exponit Justinianus in epistola ad quintam synodum, quam recitat Cedrenus.

XV. Verumtamen, perspicuis licet et illustribus testimonio deliramenta ejusmodi Adamantius saepè prodiderit, aliquando tamen, quasi Penelopæ telam retexens, priora videtur retractare. « Vide ergo, » inquit homil. 2 in Levit., num. 3, « ne forte Jesus, quem Paulus <sup>22</sup> dicit pacificasse per sanguinem suum, non solum qua in terris, sed et qua in celis sunt, idem ipse sit vitulus, qui in celis quidem non pro peccato, sed et pro munere oblatus est : in terris autem, ubi ab Adam usque ad Moysen regnavit peccatum, oblatus sit pro peccato. Et hoc est passum esse extra castra. » Ex hujus loci contextu, si quis attendat, efficitur illud, in celo peccatum non admitti. Homilia quoque in Num. xiiii, num. 7, cum quasiisset, cur ne a Balacino dæmones invocentur, prohibet Deus; respondet idcirco factum illud, quod vel arbitrii fuisse dæmonibus relinquenda libertas, corumque furoribus et intemperis permittendus populus Dei; vel arbitrii

<sup>22</sup> Coloss. i, 20.

libertate spoliandi fuissent iidem, ne in Israëlitas impotenter deservirent. Postremum hoc si fuisset, et hoc erat, inquit, damnasse rationabilem creaturam, et ante tempus intulisse judicium, et impedisse omnibus, qui adversum eos in agone poterant coronari. » Quasi dæmones in judicio adversus se olim statuendo jus libertatis tandem aliquando amissuri sîrt. Quod quamvis non liquido ex superioribus, neque necessaria consequentia cogatur, eo tamen videtur loci hujus inclinare sententia, et a prioribus placitis recedere. Cum præsertim lib. I *Hepl ἀρχῶν*, cap. 6, num. 4, de angelorum libertate accurios acturus, et dogmata supra ventilata fuse propositurus, ita proloquatur : « Quæ quidem a nobis etiam cum inagno metu et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus, quam pro certo ac definito statuentibus. Indicatum namque a nobis in superioribus est, que sint de quibus manifesto dogmate terminandum sit, quod et pro viribus nos fecisse puto, cum de Trinitate loqueremur. Nunc autem disputandi specie magis, quam definiendi, prout possumus, exercemur; » cumque cap. 8, num. 3, hujus libri sic disputet : « Secundum nos vero nihil est in omni rationabili creatura, quod non tam boni quam mali sit capax : sed non continuo quia dicimus nullam esse naturam que non possit recipere malum, idcirco confirmamus omnem naturam recepisse malum, id est, malam esse effectam : sicut est dicere quod omnis hominis natura recipit ut possit navigare, non tamen ex eo etiam omnis homo navigabit : et iterum omni homini possibile est discere artem grammaticam et medicinam ; non tamen idcirco ostenditur omnis homo vel medicus esse, vel grammaticus : ita si dicimus nullam esse naturam que non possit recipere malum, non tamen continuo etiam recepisse malum designatur. Secundum nos namque ne diabolus quidein ipse incapax fuit boni ; non tamen idcirco quis potuit recipere bonum, etiam voluit, vel virtuti operam dedit : » et paulo post, num. 4 : « Et est alter iste ordo rationabilis creaturæ, qui se ita præceps nequitia dedit, ut revocari nolit magis quam non possit, dum scelerum rabies jam libido est, et delectat ; » et cum lib. V *Commentar. in Epist. ad Rom.*, num. 10, pag. 568, postquam libertatis voluntate præditam esse naturam quamlibet rationis compotem confessus est, noui ea perinde uti doceat : « Quid autem sit, inquit, quod in futuris saeculis teneat arbitrii libertatem, ne rursum corruat in peccatum, brevi nos sermone Apostolus docet, dicens : *Charitas nunquam cadit*<sup>33</sup> ; idcirco enim et fide et spe major charitas dicitur, quia sola erit per quam delinqui ultra non poterit ; » deinde subjiciat : « Et ideo mérito charitas, quæ sola omnium major est, omnem creaturam confinebit a

A lapsu. Tunc erit Deus omnia in omnibus<sup>34</sup> ; » quod Apostoli auctoritate confirmat, qui nulla re, quantumlibet gravi et molesta, a Christi charitate sese divelli posse declarat : cunque tomo xvii *in Matthæum*, num. 30, cum quereret annon homines pietate insignes angeli evadant, dubitante se et incertum hac perscrutari dicat : cunque alio loco, postquam de angelis quid sentiret explicavit, talia subneciat : « Hæc juxta nostram sententiam non sint dogmata, sed quæsita tantum, atque projecta, ne penitus intractata viderentur (31). »

XVI. Jam vero ecclsiæ damnosæ huic causæ suffragentur, inquiramus. Ac primum angelos et homines hypostasi quidem discrepare, at eamdem habere naturam dixit Joannes Damascen. lib. *De duabus voluntatibus*. Ejusdem vero esse angelos inter se naturæ tanto consensu Patres affirmarunt, ut hanc fuisse Ecclesiæ universæ doctrinam a nonnullis proditum sit : bene autem vel male agere posse angelos et dæmones, post Origenem viri graves opinati sunt. Ambrosius hunc exponens Pauli locum ad Ephes. III, 10, dæmones ab errore revocari posse per Ecclesiam, et a diaboli consortio segregari censuit. Hieronymus in ejusdem Epistolæ cap. 4, vers. 22 : « Cur autem omnia, inquit, id est angelii, throni, dominationes, potestates, et virtutes cæteræ, quæ nunquam fuerunt contrariae Deo, ejus pedibus subjiciantur, videtur obscurum. Potest itaque responderi quod absque peccato nullus sit<sup>35</sup>, et sidera ipsa non sint munda coram Deo<sup>36</sup>, omnisque creatura paveat Creatoris adventum. Unde et crux Salvatoris non solum ea quæ in terra, sed etiam ea quæ in cœlis erant purgasse prohibetur ; et paulo superius in hujus capitilis vers. 20 : « Si autem sunt principatus, et potestates, et virtutes, et dominationes, necesse est ut et subjectos habeant, et timentes se, et servientes sibi, et eos qui sua fortitudine roborentur. Quæ distributiones officiorum, non solum impræsentiarum, sed etiam in futuro saeculo erunt, ut per singulos profectus, et honores, et ascensiones, et descensiones, vel crescat aliquis, vel decrescat, et sub alia atque alia potestate, virtute, principatu et dominatione fiat. » Atque hæc cum Rusini reprehensionibus et censuris exagitata fuissent, sic excusare conatur Hieronymus (32) : « Sin autem putat et idcirco me Origenem sequi, quia profectus et honores, ascensiones et descensiones ; incrementa et imminutiones in expositione mea posui, sciat multum interesse, de angelis, et seraphim, et cherubim dicere dæmones, et homines fieri, quod affirmat Origenes, et ipsos inter se angelos diversa officiorum genera esse sortitos, quod Ecclesiæ non repugnat. Quomodo et inter homines ordo dignitatum ex laboris varietate diversus est, cum episcopus et presbyter, et omnis ec-

<sup>33</sup> I Cor. XIII, 8. <sup>34</sup> I Cor. XV, 28. <sup>35</sup> Job XV, 14.

<sup>36</sup> Job XXV, 5.

(31) Origen. apud Hier. epist. 59 ad Avit., cap. 1.

(32) Apol. adv. Ruf. lib. I, cap. 6.

clesiasticus gradus habeat ordinem suum, et tamen omnes homines sunt : sic et inter angelos merita esse diversa, et tamen in angelica omnes persistere dignitate, nec de angelis homines fieri, nec rursum homines in angelos reformari. » Hoc Origenis inter et Hieronymi doctrinam interest, quod unius esse naturæ angelos et animas ille autumarat : at pro meritis, gradibus suis diversis constitutos, et varia obiisse officia, quæ tamen subinde pro meritorum ratione permittentur, vel altius ascendendo, vel ad inferiora prolabendo : atque hujus vicissitudinis gradus esse angelorum, hominum ac dæmonum naturam. Hieronymus vero angelorum quidem naturam ab humana secrevit, sed varios illos gradus et ordines angelis pro virtutibus et meritis ita assignatos existimavit, ut ad superiora etiamnum aspirent, et bene agendo perveniant, vel male agendo ad inferiora devolvantur, et alii aliisque vel potestati, vel principati subjiciantur, futurasque etiam hujusmodi permutationes in aeternum, sed intra naturæ angelicæ fines.

Angelos ægre quidem, sed peccare tamen posse sciscit Basilus homil. in psalm. xxxii : Δισμετάθετους είγατε πρὸς κακίαν, τὸ μόνιμον εἰς ἀρετὴν τῇ δωρεῇ τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἔχοντας. » *Ægre ad malitiam converti posse, constantiam illam in virtute beneficio sancti Spiritus habentes.* » Maximus in cap. 11 Dionysii *De eccl. hierarch.*, quod gratiae divinæ acceptum erat referendum, ad angelorum affectum, et comparatum quemdam habitum retulit, quod plane Origenianum est : "Εστιν οὖν, inquit, ἐπιχειρήσαντα εἰπεῖν εὐσεβῶς, ὅτι ὁ Θεὸς προεῖδὼς αὐτῶν τὴν τῆς ἐφέσεως κίνησιν, καὶ τὰς αὐτῶν τάξεις ἀξίας αὐτῶν παρήγαγεν· ἐξ ὧν οὐκ ἂν εἴποι τις αὐτὰς δύνασθαι ἐκπεσεῖν, διὰ τὴν ἔξιν τινὰ κτήσισθαι πρὸς τὸ ἀγαθὸν, διὰ τῆς ἣγαν θελήσεως· τοὺς δὲ ἀγγέλους, τουτέστι τοὺς τελευταίους διακόσμους ἐνδέχεσθαι λουσι, καὶ ἐπὶ τὸ χείρον τραπῆναι· εἰπεν αὐτοὺς γάρ περικοσμούς, ἐξ ὧν οἷμαι, καὶ τὸν διάβολον ποτε εἶναι πρὸ τοῦ μὴ ἐκπεσεῖν. » *Licet enim pie dicere aggredi, Deum illorum cupiditatis motum prævidentem, ordines illorum ipsis dignos induxisse : ex quibus nemio quidem dixerit excidere ipsos posse ; propterea quod habitum quemdam ad bonum obtinent ex vehementi desiderio : angelos vero, postremos nempe ordines ad nequitiam fortasse converti posse. Eos quippe dixit circummundanos ; ex quibus existimo fuisse aliquando diabolum, priusquam decideret.* » Quæ e Gregorio Nazianzeno aliqua ex parte Maximus videtur transtulisse : is enim cum alibi, tum orat. 38, μὴ ἀκινήτους, ἀλλὰ δυσκινήτους angelos esse vult, quod a Deo valde ob propinquitatem illustreruntur : hæc autem inferiora quæ peccatis obnoxia sunt, secundaria tantum luce frui. Simile est illud Nemesii lib. *De natura hominis*, cap. 41 : Πάλιν δὲ τούτων τῶν ἀλλων δσται μὲν τοῖς περιγείοις εἰσὶ τῇ κοινωνίᾳ τῇ πρὸς τοὺς ἀγθρώ-

A ποὺς περὶ τὰ πρακτέα καταγινόμεναι, μᾶλλον εἰσι τῶν ἄλλων τρεπταλ· δσται δὲ δι' ἀκρότητα φύσεως τῷ Θεῷ κατὰ σχέσιν πλησιάζουσι, καὶ τῇ τούτου κατανοήσει τὸ μακάριον καρποῦνται πρὸς ἑαυτὰς καὶ τὸν Θεὸν μόνον ἐστραμμέναι, των μὲν πρακτῶν καὶ τῆς Ήλης παντάπαισιν ἑαυτὰς ἀπῆλοτρίωσαν, τῇ δὲ θεωρίᾳ καὶ τῷ Θεῷ προσφεγέωσαν, μένουσιν ἀτρεπτοι. » Rursum ex his quæ materiæ expertes sunt, quæcunque in locis terræ propinquis versantur, ob societatem quam habent cum hominibus circa res gerendas occupantur, cæteris mutabiliores sunt. Quæcunque autem propter naturæ præstantiam ad Deum per affectum accedunt, et per illius contemplationem beatitudine fruuntur; ad seipso et Deum solum conversæ, a rebus agendis et materia omnino se ipsæ segregarunt; contemplationi vero et Deo se conjunxerunt, immutabiles manent. » Quid quod Joannes Damascenus lib. iii *De orthod. fid.*, cap. 4, angelum eum peccasse et in tartarum detrusum fuisse docet, qui terrestris ordinis principatum tenebat, cuique custodiendæ terræ cura a Deo commissa fuerat? Germanissimum vero Origenismum sapient illa Evagrii : "Ἐκαστον τάγμα τῶν οὐρανῶν δυνάμεων, η̄ δλον ἐκ τῶν κάτω, η̄ δλον ἐπὶ τῶν ἀνω, η̄ ἐκ τῶν ἀνω καὶ ἐπὶ τῶν κάτω συνέστηκε. » Unusquisque ordo virtutum cœlestium, aut totus ex inferioribus, aut totus ex superioribus, vel ex superioribus et inferioribus constat. » Multo vero magis illa : "Εξ ἀγγελικῆς καταστάσεως καὶ ἀρχαγγελικῆς ψυχικῆς καταστάσις γίνεται· ἐκ δὲ τῆς ψυχικῆς διαμοιώσης καὶ ἀνθρωπίνη· ἐκ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ἀγγελοι πάλιν καὶ δαίμονες γίνονται. » Ex angelico ordine, et archangelico animalis ordo exsistit : ex animali autem dæmoniacus et humanus : ex humano autem angeli rursus dæmonesque sunt. » Utrumque locum adducit Maximus in cap. 6 Dionysii *De eccl. hierarch.* Favet eidem opinioni de angelorum progressibus et conversionibus sententia quedam Tertulliano ab Augustino (53) affecta, quæ animas hominum nequam post mortem in dæmones conversionem iri decernit. Quanquam in Tertullianistas crimen istud derivat Isidorus lib. viii *Origin.*, cap. 6. Hic ipse quem dico Hispalensis Isidorus nonnulla habet Origenismum olenia lib. vii *Origin.*, cap. 5, « Angelorum autem vocabulum, officii nomen est, non naturæ, » cuius pronuntiali rationem banc affert, « Semper enim spiritus sunt, sed cum milituntur, vocantur angeloi. » Vere, sed de nomine quæstionem habet Isidorus. Origenes autem eamdem locutionem alio sensu usurpavit; id enim sibi voluit naturas illas quæ angelica dignitate fruuntur, non id natalium jure fuisse consecutas, sed virtutibus suis fuisse promeritas. Subdit deinde Isidorus : « Unicuique etiam, sicut prædictum est, propria officia sunt injuncta, quæ eos promeruisse in mundi constat exordio. » Plane Ωριγενικῶς.

XVII. Nec suffragii modo, sed ratione etiam pu-

(53) August., lib. *De haeres.*, cap. 86.

gnare potest Origenes, et aliqua saltem doctrinæ suæ capita defendere. Nam ordinum et graduum illa, quæ dixi, permutatio eatenus admitti potest, si servato naturarum in hominibus et angelis discrimine, homines per gratiam, parem angelis beatitudinis et gloriae gradum consequi posse dicamus. Probat autem istud angelicus doctor part. I, quæst. 108, atque illud esse dicit, « Homines ad ordines angelorum assumi. » Huius vero Hieronymi criminationi, qua eo progressum Origenem queritur, ut rationis participes animas in brutorum corpora devoluti opinatus sit, opponi posset illud Origenis testimonium e lib. I *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 7, num. 4, pag. 76, nisi Rustici interpretis dubia esset fides : « Illa sane nos nequaquam recipienda censemus, quæ et a quibusdam superfluo vel requiri vel astrui solent, id est, quod animæ in tantum sibi decessum veniant, ut naturæ rationalis ac dignitatis oblitæ etiam in ordine irrationalium animalium, vel bestiarum, vel pecudum devolvantur .... Quæ nos non solum non suscipimus; sed et omnes has assertiones eorum contra fidem nostram venientes refutamus atque respiciamus. » Atque hæc enucleatius perseguuntur infra, cum Origenis de metempsychosi documenta scrutabimur.

Ex superioribus Adamantii circa angelici arbitrii libertatem, et etiamnum perseverantem bene vel male agendi facultatem placitis consecataria videntur illa duo; aliorum adhortationibus, exemplis, et institutionibus ad meliora proficere posse angelos, et mortis Christi beneficio gaudere; alterum, gestorum rationem olim reddituros, et extremo examini ac iudicio subditum iri. Prius illud partim jam supra attigimus, cum ageremus de taxatione sanguinis Christi (ut scholastico more loquar) et utrum ad angelos effusi Christi sanguinis gratiam prorogaverit Origenes quereremus. Nunc vero quid alienis preceptis informari eos, et ad virtutem arrigi, vel institutionibus erudiri automaverit, perpendamus.

XVIII. Pauli apostoli ad Ephesios scribentis verba hæc sunt<sup>28</sup>: « Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus, evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo qui omnia creavit, ut innotescat nunc principatibus et potestatibus in coelestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. » Hæc antiquis Ecclesiæ Patribus causam dederunt, cur crederent pleraque Dei mysteria angelos per Ecclesiam diliguisse, non ea quidem quæ Dei naturæ necessario insunt; illa siquidem cognoverunt omnes, cum semel illa conuenienti Dei facultas concessa est; sed quæ libero Deo et fortissimus operatur, eorum demum cognoscere fuisse per Ecclesiam adeptos. Gregorius Nyssenus homil. 8 in *Caanic.* ita Pauli locum interpretatur, summum et admirabilem Dei potestatem, quæ immensæ uirtutis solo verbo condidit, angelos qui-

A dem absque Ecclesiæ ope intellexisse: cognovisse vero per Ecclesiam Incarnationis, redemptionis, crucis et mortis Christi mysteria. Tum dubitans proponit quid in Ecclesia quæ Christi corpus est, utpote ejus sponsa, sponsum ipsum hactenus sibi non visum conspicerint. Chrysostomus præterea, cum alibi, tum memoratam Pauli sententiam commentariis suis illustrans, liquido declarat angelos rerum sibi antea occultarum et ignotarum notitiam ex ipso apostolorum ore comparasse, et in iis rebus præcipuam fuisse gentium ad Christi fidem conversionem, angelis antea ignorataam. Accedit ad eamdem opinionem Hieronymus lib. II in *Epist. ad Ephes.*, cap. III, v. 10, et multiplicem illam sapientiam angelis ignoratam vitæ Christi mysteriis contineri docet. Hos alii complures secuti sunt. At cum nonnulli ex iis sic eruditos crediderint per Ecclesiam angelos, quasi rerum testes et consciens, quæ sententia ad veritatem proprius accedit; alii quasi discipulos; posterioris hujus dogmatis auctor fuisse videtur Origenes. Sic enim perorat homil. 23 in *Luc.*: « Docet igitur Salvator noster, et Spiritus sanctus qui locutus est in prophetis, non solum homines, sed etiam angelos et virtutes invisibil'es. Quid loquar de Salvatore? Prophetæ quoque ipsi et apostoli, omne quod resonant, non solum hominibus, sed et angelis prædicant. Quod ut scias verum: Attende, inquit, cælum, et loquar<sup>29</sup>; In conspectu angelorum psallam tibi<sup>30</sup>; et: Laudate Dominum, cæli cælorum, et aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini<sup>31</sup>; et: Laudent eum angeli; et: In omni loco potestatis ejus benedic, anima mea, Domino<sup>32</sup>. Invenies in plurimis locis, et maxime in Psalmis, et ad angelos sermonem fieri, data homini potestate, ei tamen qui Spiritum sanctum habet, ut et angelos alloquatur. E quibus unum exemplum donam, ut sciamus angelos quoque humanis vocibus erudiri. Scriptum est in Apocalypsi Joannis<sup>33</sup>: Angelo Ephesiorum Ecclesiæ scribe: Habeo aliquid contra te; et rursum<sup>34</sup>: Angelo Ecclesiæ Pergami scribe: Habeo quidpiam contra te. Certe homo est qui scribit angelis, et aliquid præcepit. » Item lib. VIII in *Epist. ad Rom.*, num. 10: « Nunquidnam tanquam servus bonus et fidelis<sup>35</sup>, qui in pauca fuerat fidelis, sciebat se super multa constituendum, et Apostolum futurum etiam post exitum suum, non solum gentium; sed et Israelitarum, et aliorum fortassis invisibilium, ibi ubi benedicunt spiritus et anime justorum Dominum<sup>36</sup>, hymnum dicunt, et superexaltant eum in sæcula? » De doctrina illa angelis a Christo tradita supra jam disputavimus; de ea vero quam a prophetis et apostolis acceperunt ipsi, sic pio unicuique sentiendum est, non quidem hominibus prius revelatum fuisse et reiectum quam angelis Incarnationis mysterium, quod cum Scripturæ sacrae testimonii manifeste pugnat; sed non integrum cognitionem;

<sup>28</sup> Rōm. viii, 30. <sup>29</sup> Deut. xxxii, 4. <sup>30</sup> Psal. cxxxviii, 4. <sup>31</sup> Psal. cxl.

<sup>32</sup> Apoc. viii, 13, 4. <sup>33</sup> Ibid. 14. <sup>34</sup> Matth. xxv, 21. <sup>35</sup> Dan. iii, 86.

bonorum autem quæ ex eo consequi debebant, gentium puta conversionis Chrysostomo memoratae, fere nullam; temporis vero postremi judicii nullam omnino habuisse.

XIX. De judicio autem in angelos reddendo quodcunque decernit Origenes, ad angelos hominum custodiæ prefectos fere pertinet. Nam sive quibus Ecclesiæ gubernatio commissa est, sive quibus gentium, vel singulorum hominum deputata est custodia, eos administrati muneris rationem, haud secus ac homines, reddituros definit. Duplicis autem generis judicia in illos a Deo exerceri docet; alia, quotiescumque homines curæ suæ permissi recte, maleve se gerunt; aliud vero, cum supremo arbitrio de rerum universarum summa Deus judicabit. Utrique autem judiciorum generi suas videtur assignasse pœnas, sua præmia; ac prioribus quidem, pro obito recte officio, laudes et gloriam; pro re male gesta, ignominiam et dederus: posteriori vero, pro meritorum ratione, diuturniorem et clariorem, vel obscuriorem et breviorem, vel nullam, vel æternam Dei visionem. Quæ quanquam non distinete apud illum expressa invenias, ex ejus tamen assertionibus facile deducuntur. Homilia in *Num.* xx, num. 3, pluribus argumentum illud edisserit, et angelos unicuique nostrum gubernando delegatos, ant Ecclesiæ regimini adhibitos, vel pro hominum sibi traditorum bene gestis collaudatum, vel pro peccatis culpatum ac confutatum iri affirmat; idque ex eo probat Apocalypses capite II, in quo Asiaticarum Ecclesiæ angeli laudibus et reprehensionibus pro meritis excipiuntur: « Venient enim, » inquit *num.* 4, « angeli ad judicium nobiscum, et stabunt pro nobis ante Solem justitiae, ne forte aliquis etiam ex ipsis causæ fuerit, quod nos delinquimus; ne forte minus erga nos operis et laboris expenderint, quo nos a peccatorum labe revocarint. » Eadem probationibus confirmat, et repetit homil. 43 in *Luc.*, atque ita concludit: « Porro frequenter evenit ut nobis laborantibus ipsi suum officium non expleant, et in culpis sint. » At homilia in idem *Evangelium* 35, non hominum omnium angelos faciem Patris qui in cœlo est videre dicit, sed eorum duntaxat qui Ecclesiæ nomen dederunt; tum ait postmodum: « Quomodo enim si per curam eorum et industriam salus hominibus comparatur, faciem Patris semper attendunt: sic si per negligentiam eorum homo corruerit, etiam sui periculi rem esse non ne- sciunt. » Et paulo inferius: « Ignominia angelo est, si homo justus creditus fuerit, et peccaverit: ut e contrario gloria est angelo, si creditus sibi saltem minimus in Ecclesia fuerit. Videbunt enim non aliquando, sed semper faciem Patris qui est in cœlis, cum alii semper non videant. Secundum meritum enim eorum, quorum angeli sunt, aut semper, aut

A nunquam, vel parum, vel plus faciem Dei angeli contemplabuntur. »

At non angelos solum tutores, sed alios etiam quicunque peccatis se alligant in judicium sistendos pronuntiat homil. 4 in *Ezech.*, num. 1, pag. 370: « Quando ergo, inquit, angelii prævaricantur, et alii sunt qui Dei præcepta custodiunt, et judicium præstolantur, non solum hominum, verum etiam Dei, ut frequenter diximus tam de his quæ in Apocalypsi conscripta sunt, quam et ex aliis innumerabilibus, quare, inquam, non terræ et aeris judicium sit futurum? »

XX. Angelos reprehensionibus ac conviciis incessi, cum provinciam susceptam male administrant, eur crederet Origenes, ex eo videtur adductus, quod B Apocalypsis secundo et tertio capite scriptum est, uti notavimus. Cur autem postremum quoque subituros judicium existimaverit, causæ fuisse videtur locus ille Pauli, quem protulimus ex I Cor. vi, 3, « Nescitis quoniam angelos judicabimus? » qui de bonis tamen angelis nihilo magis intelligendus est, quam ille Petri, ex altera ejus Epistola, cap. II, v. 4: « Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandois in judicium reservari; » et ille Jude vers. 6: « Angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit. » Retulit tamen ad angelos bonos Pauli- C num istud Tertullianus in libro *De fuga*, cap. 10: « Times hominem, inquit, Christiane, quem timeri oportet ab angelis, siquidem angelos judicaturus es: quem timeri oportet a dæmoniis, siquidem et in dæmones accepisti potestatem. »

XXI. Origenis sententiam mollire satagit S. Thomas part. I, quæst. 413, art. 7, et post illum Genebrardus in *Collectaneis*, cap. 6, quasi id sibi voluerit, « angelos duci in judicium pro peccatis hominum, non quasi reos, sed quasi testes, ad convincendum homines de eorum ignavia. » Hanc responsionem fulcire conatur Genebrardus homilia Origenis undecima in *Num.*, num. 3, in qua habentur nonnulla superioribus dissona: in extremo nempe judicio adfuturos quidem angelos cum hominibus, sed examen et judicium nequaquam subituros. Operat pretium fuerit verba ipsa adducere. « Igitur unusquisque angelorum in consummatione sæculi aderit in judicio, educens eos secum quibus præfuit, quos adjuvit, quos instruxit, pro quibus semper vidi faciem Patris qui in cœlis est. Et puto eliam ibi inquisitionem futuram, non quidem an culturæ hominum angelus defuerit, sed an culturæ angelicæ nequaquam digne segnitia humana responderit (34). » Tum deinde locum illum Paul exponit I Cor. vi, 5, ex quo ad figmentum illud de judi-

D eos qui hereditatem capiunt salutis, an eorum qui ab iis juvantur ignavia tam multi lapsus vite humanae proveniant. » Haec si legisset Ilueius, non tam fidenter asseruissest in his Origenem pro more suo

(34) Post verbum, « responderit, » in mss. codicibus additur: « Erit ergo et in hoc judicium Dei, utrum negligientia aliqua ministrorum spirituum qui ad ministerium et adjutorium missi sunt propter

gnare potest Origenes, et aliqua saltem doctrinæ suæ capita defendere. Nam ordinum et graduum illa, quæ dixi, permutatio eatenus admitti potest, si servato naturarum in hominibus et angelis discrimine, homines per gratiam, parem angelis beatitudinis et gloriae gradum consequi posse dicamus. Probat autem istud angelicus doctor part. I, quæst. 108, aique illud esse dicit, « Homines ad ordines angelorum assumi. » Huic vero Hieronymi criminatio, qua eo progressum Origenem queritur, ut rationis participes animas in brutorum corpora devolvit opinatus sit, opponi posset illud Origenis testimonium e lib. I *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 7, num. 4, pag. 76, nisi Rufini interpretis dubia esset fides : « Illa sane nos nequaquam recipienda censemus, quæ et a quibusdam superfluo vel requiri vel astrui solent, id est, quod animæ in tantum sui decessum veniant, ut naturæ rationalis ac dignitatis oblitæ etiam in ordine irrationalium animantium, vel bestiarum, vel pecudum devolvantur .... Quæ nos non solum non suspicimus ; sed et omnes has assertiones eorum contra fidem nostram venientes refutamus atque respnuimus. » Atque hæc enucleatius pérsequemur infra, cum Origenis de metempsychosi documenta scrutabimur.

Ex superioribus Adamantii circa angelici arbitrii libertatem, et etiamnum perseverantem bene vel male agendi facultatem placitis consecatoria videntur illa duo ; aliorum adhortationibus, exemplis, et institutionibus ad meliora proscire posse angelos, et mortis Christi beneficio gaudere ; alterum, gestorum rationem olim reddituros, et extremo examini ac iudicio subditum iri. Prius illud partim jam supra attigimus, cum agerenuus de taxatione sanguinis Christi (ut scholastico more loquar) et utrum ad angelos effusi Christi sanguinis gratiam prorogaverit Origenes quereremus. Nunc vero equeid alienis præceptis informari eos, et ad virtutem arrigi, vel institutionibus erudiri automaverit, perpendamus.

XVIII. Pauli apostoli ad Ephesios scribentis verba hæc sunt<sup>28</sup> : « Mihi omnium sanctorum minimus data est gratia hæc in gentibus, evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo qui omnia creavit, ut innotescat nunc principatis et potestatis in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. » Hæc antiquis Ecclesiæ Patribus causam dederunt, cur crederent pleraque Dei mysteria angelos per Ecclesiam didicisse, non ea quidem quæ Dei naturæ necessario insunt ; illa siquidem cognoverunt omnes, cum semel iis conueni Dei facultas concessa est ; sed quæ libere Deus et forinsecus operatur, eorum demum cognitionem fuisse per Ecclesiam adeptos. Gregorius Nyssenus homil. 8 in *Cantic.*, ita Pauli locum interpretatur, summam et admirabilem Dei potestatem, quæ omnia de nihilo solo verbo condidit, angelos qui-

A dem absque Ecclesiæ ope intellexisse : cognovisse vero per Ecclesiam incarnationis, redemptionis, crucis et mortis Christi mysteria. Tum dubitans proponit equeid in Ecclesia quæ Christi corpus est, utpote ejus sponsa, sponsum ipsum hactenus sibi non visum conspicerint. Chrysostomus præterea, cum alibi, tum memoratam Pauli sententiam commentariis suis illustrans, liquido declarat angelos rerum sibi antea occultarum et ignotarum notitiam ex ipso apostolorum ore comparasse, et in iis rebus præcipuam fuisse gentium ad Christi fidem conversionem, angelis antea ignoratam. Accedit ad eamdem opinionem Hieronymus lib. II in *Epist. ad Ephes.*, cap. III, v. 10, et multiplicem illam sapientiam angelis ignoratam vitæ Christi mysteris contineri docet. Illos alii complures secuti sunt. At cum nonnulli ex iis sic eruditos crediderint per Ecclesiæ angelos, quasi rerum testes et consciens, quæ sententia ad veritatem proprius accedit ; alii quasi discipulos ; posterioris hujus dogmatis auctor fuisse videtur Origenes. Sic enim perorat homil. 23 in *Luc.* : « Docet igitur Salvator noster, et Spiritus sanctus qui locutus est in prophetis, non solum homines, sed etiam angelos et virtutes invisibil'es. Quid loquar de Salvatore ? Prophetæ quoque ipsi et apostoli, omne quod resonant, non solum hominibus, sed et angelis prædicant. Quod ut scias verum : Attende, inquit, cælum, et loquar<sup>29</sup> ; In conspectu angelorum psallam tibi<sup>30</sup> ; et : Laudate Dominum, cæli cælorum, et aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini<sup>31</sup> ; et : Laudent eum angeli ; et : In omni loco potestatis ejus benedic, anima mea, Domino<sup>32</sup>. Invenies in plurimis locis, et maxime in Psalmis, et ad angelos sermonem fieri, data homini potestate, ei tamen qui Spiritum sanctum habet, ut et angelos alloquatur. E quibus unum exemplum donam, ut sciamos angelos quoque humanis vocibus erudiri. Scriptum est in Apocalypsi Joannis<sup>33</sup> : Angelo Ephesiæ scribe : Habeo aliquid contra te ; et rursum<sup>34</sup> : Angelo Ecclesiæ Pergami scribe : Habeo quidpiam contra te. Certe homo est qui scribit angelis, et aliquid præcipit. » Item lib. VIII in *Epist. ad Rom.*, num. 10 : « Nunquidnam tanquam servus bonus et fidelis<sup>35</sup>, qui in pauca fuerat fidelis, sciebat se super multa constituendum, et Apostolum futurum etiam post exitum suum, non solum gentium, sed et Israelitarum, et aliorum fortassis invisibilium, ibi ubi benedicunt spiritus et animæ justorum Dominum<sup>36</sup>, hymnum dicunt, et superexaltant eum in secula ? » De doctrina illa angelis a Christo tradita supra jam disputavimus ; de ea vero quam a prophetis et apostolis acceperunt ipsi, sic pio unicuique sentiendum est, non quidem hominibus prius revelatum fuisse et reiectum quam angelis Incarnationis mysterium, quod cum Scripturæ sacrae testimoniis manifeste pugnat ; sed non integrum tamen hujus cognitionem ;

<sup>28</sup> Ephes. III, 8-10. <sup>29</sup> Deut. xxxii, 4. <sup>30</sup> Psal. cxxxviii, 4. <sup>31</sup> Psal. cxlviii, 4, 5. <sup>32</sup> Psal. cxii, 22. <sup>33</sup> Apoc. II, vers 1, 4. <sup>34</sup> ibid. 14. <sup>35</sup> Matth. xxv, 21. <sup>36</sup> Dan. iii, 86.

bonorum autem quæ ex eo consequi debabant, gentium puta conversionis Chrysostomo memoratae, fere nullam; temporis vero postremi judicii nullam omnino habuisse.

XIX. De judicio autem in angelos reddendo quodcunque decernit Origenes, ad angelos hominum custodie praefectos fere pertinet. Nam sive quibus Ecclesiarum gubernatio commissa est, sive quibus gentium, vel singulorum hominum deputata est custodia, eos administrati muneric rationem, haud secus ac homines, reddituros definit. Duplicis autem generis judicia in illos a Deo exerceri docet; alia, quotiescumque homines curæ suæ permissi recte, maleve se gerunt; aliud vero, cum supremo arbitrio de rerum universarum summa Deus judicabit. Utique autem judiciorum generi suas videtur assignasse poenam, sua præmia; ac prioribus quidem, pro obito recte officio, laudes et gloriam; pro re male gesta, ignominiam et dedecus: posteriori vero, pro meritorum ratione, diuturniorem et clariorem, vel obscuriorem et breviorem, vel nullam, vel æternam Dei visionem. Quæ quanquam non distinete apud illum expressa invenias, ex ejus tamen assertionibus facile deducuntur. Homilia in Num. xx, num. 3, pluribus argumentum illud ediscerit, et angelos unicuique nostrum gubernando delegatos, aut Ecclesiarum regimini adhibitos, vel pro hominum sibi traditorum bene gestis collaudatum, vel pro peccatis culpatum ac consutatum iri affirmat; idque ex eo probat Apocalypses capite ii, in quo Asiaticarum Ecclesiarum angeli laudibus et reprehensionibus pro meritis excipiuntur: « Venient enim, » inquit num. 4, « angeli ad judicium nobiscum, et stabunt pro nobis ante Solem justitiae, ne forte aliquis etiam ex ipsis causæ fuerit, quod nos delinquimus; ne forte minus erga nos operis et laboris expenderint, quo nos a peccatorum labore revocant. » Eadem probationibus confirmat, et repetit homil. 43 in Luc., atque ita concludit: « Porro frequenter evenit ut nobis laborantibus ipsi suum officium non expleant, et in culpis sint. » At homilia in idem Evangelium 35, non hominum omnium angelos faciem Patris qui in celo est videre dicit, sed eorum duntaxat qui Ecclesia nomen dederunt; tum ait postmodum: « Quomodo enim si per curam eorum et industria salus hominibus comparatur, faciem Patris semper attendunt: sic si per negligentiam eorum homo corruerit, etiam sui periculi rem esse non ne- sciunt. » Et paulo inferius: « Ignominia angelo est, si homo justus creditus fuerit, et peccaverit: ut e contrario gloria est angelo, si creditus sibi saltem minimus in Ecclesia fuerit. Videbunt enim non aliquando, sed semper faciem Patris qui est in celis, cum alii semper non videant. Secundum meritum enim eorum, quorum angeli sunt, aut semper, aut

(34) Post verbum, « responderit, » in mss. codicibus additur: « Erit ergo et in hoc judicium Dei, utrum negligentia aliqua ministrorum spirituum qui ad ministerium et adjutorium missi sunt propter

A nunquam, vel parum, vel plus faciem Dei angeli contemplabuntur. »

At non angelos solum tutores, sed alios etiam quicunque peccatis se alligant in judicium sistendos pronuntiat homil. 4 in Ezech., num. 1, pag. 370: « Quando ergo, inquit, angeli prævaricantur, et alii sunt qui Dei precepta custodiunt, et judicium præstolantur, non solum hominum, verum etiam Dei, ut frequenter diximus tam de his quæ in Apocalypsi conscripta sunt, quam et ex aliis innumerabilibus, quare, inquam, non terra et aeris judicium sit futurum? »

XX. Angelos reprehensionibus ac conviciis incessi, cum provinciam susceptam male administranti, cur crederet Origenes, ex eo videtur adductus, quod B Apocalypsis secundo et tertio capite scriptum est, uti notavimus. Cor autem postremum quoque subituros judicium existimaverit, causæ fuisse videtur locus ille Pauli, quem protulimus et I Cor. vi, 3, « Nescitis quoniam angelos judicabimus? » qui de bonis tamen angelis nihil magis intelligendus est, quam ille Petri, ex altera ejus Epistola, cap. ii, v. 4: « Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in judicium reservari; » et ille Jude vers. 6: « Angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit. » Retulit tamen ad angelos bonos Pauli C num istud Tertullianus in libro *De fuga*, cap. 10: « Times hominem, inquit, Christiane, quem timeri oportet ab angelis, siquidem angelos judicaturus es: quem timeri oportet a dæmoniis, siquidem et in dæmones accepisti potestatem. »

XXI. Origenis sententiam mollire satagit S. Thomas part. i, quæst. 413, art. 7, et post illum Genebrardus in *Collectaneis*, cap. 6, quasi id sibi voluerit, « angelos duci in judicium pro peccatis hominum, non quasi reos, sed quasi testes, ad convincendum homines de eorum ignavia. » Hanc reponsionem fulcire conatur Genebrardus homilia Origenis undecima in Num., num. 3, in qua habentur nonnulla superioribus dissona: in extremo nempe judicio adfuturos quidem angelos cum hominibus, sed examen et judicium nequaquam subituros. Operæ pretium fuerit verba ipsa adducere. « Igitur unusquisque angelorum in consummatione sæculi aderit in judicio, educens eos secum quibus præfuit, quos adjuvit, quos instruxit, pro quibus semper vidit faciem Patris qui in celis est. Et puto etiam ibi inquisitionem futuram, non quidem an culturae hominum angelus defuerit, sed an culturae angelicæ nequaquam digne cognititia humana responderit (34). » Tum deinde locum illum Paul exponit I Cor. vi, 3, ex quo ad segmentum illud de judi-

eos qui hereditatem capiunt salutis, an eorum qui ab iis juvantur ignavia tam multi lapsus vitae humanae proveniant. « Hec si legisset Huelius, non tam fidenter asseruissest in his Origenem pro more suo

cio in angelos statuendo procedendum fuit inductus :   
 « Quod si ita est, inquit, erit ergo etiam inter angelos et homines judicium Dei; et fortassis judicabuntur aliqui cum Paulo, et conferentur laboribus ejus, et fructibus qui ex multitidine credentium veniunt : et forte invenietur in laboribus superior etiam aliquibus angelis; et ideo nimis dicens : *An nescitis quia angelos judicabimus?*<sup>27</sup> Non quod ipse Paulus judicet angelos, sed quod opus Pauli quod egit in Evangelio, et erga animas credentium, judicabit aliquos : non enim omnes, sed aliquos angelorum. » Quorum germana sunt et ista et tunc.   
 ¶ in Matth. vi, num. 43 : *Tούτοις δὲ οὐκ ἀχολουθεῖ,* διπερούσι τινες, διτι καὶ τῶν ἄγγελῶν ἀγγέλων εἰσι κρέπτους οἱ ἀνθρώποι οἱ ἐν Χριστῷ σωζόμενοι· πᾶς γάρ δύνανται οἱ ὑπὸ ἄγγελῶν ἀγγέλων εἰς ἄγγη βαλλεμενοί τοις βάλλουσιν εἰς τὰ ἄγγη παραβάλλεσθαι, ὑπὸ τὴν ἔκεινων τεταγμένοι ἔξουσιαν; Ταῦτα δέ φαμεν οὐκ ἀγνοοῦντές τινας ἄγγέλων, τῶν μὴ τοιαύτην οἰκουμείαν ἐγκεχειρισμένων, ἀλλ' οὐδὲ τούτων πάντων διαφέρειν τοὺς ἐν Χριστῷ σωθησομένους ἀνθρώπους· ἀνέγνωμεν γάρ καὶ τό· εἰς δὲ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι, ἐνθα οὐκ εἴρηται, πάντες διγέλοι. Οὐδαμεν καὶ τό· ἄγγέλους χρινοῦμεν, διπον μὴ λέλεκται, πάντας ἄγγέλους. In his Origenes prodit animi sui levitatem et inconstantiam pro more suo. Quisquis autem ad locum alterum, quem sua responsum diluere conatur Thomas, caute attenderit, ejus exceptionem parum probabit. Talia illa sunt homil. 24 in Num., num. 3 : « Sæpe diximus animarum, quæ in Ecclesia Dei sunt, curia procurationemque haberi per angelos, quosque etiam ad judicium venire cum hominibus ostendimus, ut illo divino constet examine utrum sua desidia peccaverint homines, an monitorum custodumque negligentia. » Nam si ut testes tantum, non ut reos statim iri angelos significatum voluissest Origenes, quod contendit Thomas, non utique de eorum negligentia perinde ut de hominum desidia quæstionem habitu iri dixisset. De alienis quippe facinoribus testimonium dicunt testes; ipsorum vero causa non agitur.

XXII. Ex duabus, quos attulimus, Petri et Judæ locis, et altero illo Matthæi vñ, 29 : « Et ecce clamaverunt dicentes : Quid nobis, et tibi Jesu, Fili Dei? venisti hic ante tempus torquere nos? » in eam prolapsus est sententiam Origenes, nullas nunc dæmonibus irrogari pœnas, neque porro iri irrogatum, donec extremo iudicio suppliciis æternis addicantur. Id proponit dogma homil. 8 in Exod., num. 6, et ex Matth. viii, v. 29, confirmat, pœnasque inter hominum et dæmonum id interesse vult, quod illi castigentur in hoc mundo, et ut purgatores ad futurum sæculum pergaunt, et ultra diabolico socii non efficiantur in pœna; hi vero neque corcipiantur pro peccato, neque flagellentur; omnia

<sup>27</sup> I Cor. vi, 3. <sup>28</sup> Psal. vi, 2.

animi sui levitatem et inconstantiam prodere; nihil enim hic dicit quod iisdem fere verbis nou exstet

A namque eis servata esse in futurum; » cuius hanc rationem subdit : « quoniam indigni sunt qui in præsenti sæculo corripiantur, sed in futuro recipient quæ merentur. » Consentanea sunt que ex Origene subministrant Catenæ in Exod. xx, 5, pag. 127 : *Τοσούτῳ χρόνῳ, inquit, ὁ διάβολος ἀμαρτίαις ἀπὸ κτίσεως καὶ καταβολῆς κόσμου, καὶ οὗτε πῦρ, οὗτε μάστιξ. Οὐ γάρ δέξις ἔστι τῶν κολάσεων τῶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, οὐ γάρ δύναται εἰπεῖν ὁ διάβολος. Κύριος, μὴ θηγῷ σου ἐλέγης με, καὶ τὰ δέξια. Έξαστος οὖν συνειδὼς ἐκυρῖ� ἀμαρτίας, εὐχέσθω κολασθῆναι· καλὸν μὲν γάρ τὸ μηδὲν δέξιον κολάσεως πεποιηκέναι. Εἰ δέ τι δέξιον κολάσεως πεποιηκάμεν, οὕτω κολασθῶμεν, ὅπερ ἐνθάδε μὲν ἀπολαβεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τοὺς κόλπους Ἀβραὰμ ἀναπαύσασθαι.* B « Tandiu est ex quo peccat diabolus a creatione ac mundi constitutione, nec ei ignis nec flagellum. Non enim pœnarum dignus est quæ a Deo infliguntur, nec potest diabolus dicere : *Domine, ne in ira tua arguis me*<sup>28</sup>, etc. Quisquis ergo sibi peccati conscius est, oret ut puniatur. Praestat quidem nihil commisisse quod pœnam mereatur. Sin autem pœna dignum quidpiam egimus, sic puniamur, ut præsenti quidem ævo recipiamus, post hæc vero in sinu Abrahæ requiescamus. » Aliam adducit causam homil. 13 in Num., num. 7, postquam eumdem Matthæi locum ad testimonium citavit : « Et ob hoc, inquit, neque diabolum removit a principatu sæculi hujus, quia adhuc opus est opera ejus ad perfectiōnem eorum qui coronandi sunt; opus est adhuc C opera ejus ad exercitia certaminum et victorias beatorum. » Subjungit postmodum Balaami idcirco incantamenti Deum intercessisse, quia alterum alioquin evenire necesse erat, vel populum Dei perditum dari, si dæmonibus a Balaamo accersitis arbitrii sui facultati libere obsequi licuisset; vel si arbitrii sui libertate deminuti fuissent, fuisse hoc, et damnasse rationabilem creaturam, et ante tempus intulisse iudicium, et impeditisse omnibus, qui aduersum eos in agone certantes poterant coronari. Si enim dæmonis auseratur libertas arbitrii, nullum ultra impugnaturum athletas Christi; nullo autem impugnante, nec certamen aliquod futurum; et sublato certamine, nullum futurum pœnum, nullam victoriam. » At homilia 15 in Jos. num. 6, novum D quid ac memorabile communiscitur : quotiescumque enim dæmon aliquis post paratas homini pio insidiis, victus est ab eo, pugna excedentem cæstus armis reponere, et apud inferos, vel destinatum sibi locum abeuntem non amplius hominibus ad nequitiam sollicitandis operam suam conferre: hinc immunito dæmonum tentatorum numero faciliores esse ad Christi fidem aditus, pluresque ad Denm converti, quam cum integris copiis nefarii illi hostes decertabant; id quod Scripturarum demum auctoritate conatur probare. Cum ait autem Adamantius

homilia 24 in Numeros, cuius locum paulo infra adducit clarissimus præsul.

homil. 55 in *Luc.*, « Neque enim omnes omnium A sunt adversarii, sed singuli singulos habent, qui ubique eos sequantur, et sint comites, » id ita conciliari potest cum superioribus : quos vici ab hominibus, et vicos dixit tentandis iis absistere, eos significavit qui per intervalla faciunt impressiones et bellum adversus homines movent; qui autem perpetui comites hominibus assignati adhaerent, iis vero jus suum integrum etiam superatis et hominum pietate confutatis remanere. Planissime vero sensus super hoc argumento suos enarrat lib. I *Hegel dρχων*, cap. 6, num. 5, quem locum jam supra produximus : « Interim tamen in his quae videntur, et temporalibus saeculis, quam in illis quae non videntur, et aeterna sunt, omnes isti pro ordine, proportione, pro modo, et meritorum dignitatibus dispensantur, ut alii in primis, alii in secundis, non nulli etiam in ultimis temporibus, et per majora ac graviora supplicia, neenon et diurna, ac multis, ut ita dicam, saeculis tolerata, asperioribus emendationibus reparati et restituti eruditionibus, primo angelicis, tum deinde etiam superiorum graduum virtutibus, et sic per singula ad superiora proiecti, usque ad ea quae sunt invisibilia et aeterna perveniant, singulis videlicet quibusque celestium virtutum officiis quadam eruditionum specie peragratis. »

XXIII. Vanus sane esset ac supervacaneus labor, Patrum omnium nomina et verba producere, quotquot post admissum scelus non statim in Tartarum detrusos angelos sensere, sed danni licet paena, ut vocant, affectos, paenae tamen sensus ac suppliciorum esse expertes. Consulatur Bellarminus lib. I *De beatit. sanctor.*, cap. 6. Gravius illud est, quod Patrum illorum complures sensisse refert Eusebius *Hist. eccles.* lib. IV, cap. 18, ne aeternis quidem cruciatibus sese damnatum scivissem diabolum, aut eum publice illud Christus ac palam predicassem. Atque hinc in omne nequitiae genus prorupisse, passimque haereses disseminasse narrat Isidorus Pelusiota, lib. II, epist. 90 : « Ακούσας καὶ τῆς καὶ ἐκατοῦ ἀποφάσας τὸν ὄρον, σφρόδρωρον ἔπεινες καὶ τὴν ἡμῶν, καὶ τὰς αἱρέσεις ἔτεκε. » Audito sententiā adversum se latere decreto, acrius spiravit in nos, et haereses periperit. Origenizat ipse Eusebius lib. VII *De preparat. Evang.*, in eo capite quod inscriptum est. *Hegel ἀντικειμένων δυρδύων*, ubi, postquam daemones propter impietatem in Tartarum precipitatos fuisse dixit, partem exiguum ad exercendum piorum hominum sanctitatem circa terram ferisse moram, ac idolatriam in hominem invexisse tradit. Origenizat et Cassianus *Collat.* VII, cap. 17, ubi profligari daemones, et pugna excedere statuit, quotiescumque ab hominibus vitia ea expugnantur, quibus ipsi praesunt. Ut autem careret his Patrum subsidiis Origenes noster, haereses nota nondum decreto illi apposita est, quod paenam sensus a demonibus removet, donec postremo iudicio in abyssum relegentur.

PATROL. GR. XV

XXIV. Diximus supra opinatum fuisse Origenem rerum omnium ratione pollutum unam esse eamdemque naturam, easque pro meritorum inaequalitate vel eveni ad angelorum ordines, vel in humana corpora deprimi, vel daemones etiam evadere. Aliud quid excogitavit praeterea nostra commemoratione et disquisitione dignum, hominum nempe sanctitate conspicuorum animas ipsos esse angelos, non propter peccata in hominum ordinem redactos, sed aliis de causis extraordinaria illuc legatione a Deo missos. Prostant doctrinæ hujus monumenta tom. XI in *Matth.*, num. 30, ubi ait, quemadmodum humanae Christi naturæ Verbum conjunctum est, ita proportione quadam angelos, tanquam Verba sese prophetis adjunxisse : Καὶ πρόστηξε, Inquit, εἰ δύνασαι B ἐν τούτοις τοὺς πρότερον παθόντας προφήτας ἀναλογίαν φάσκει ἐσχηκέναι πρὸς τὸν μὴ ἔχοντα εἶδος, μηδὲ κάλλος Λόγου. Ναπέρ δὲ ἐρχεται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, οὗτος ἄγγελοι γινέμενοι οἱ ἐν προφήταις λόγοι, μετ' αὐτοῦ παραγίνονται, τὴν ἀναλογίαν σώζοντες τῆς ἐσυτῶν δόξης. Tomo quoque secundo in *Joan.*, num. 24, Joannem ait non aliam habuisse causam cur in mundum veniret, quam ut de luce testaretur; et addit paulo post, num. 25, angelos Christi imitatores humanum induisse corpus, quo Christi in homines amorem emulantes, promovenda ipsorum saluti inservirent : Καὶ ἐπει ἀπάξαπλῶς ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἰωάννου ἐτέλεν λόγῳ ζητοῦντες αὐτοῦ τὴν ἀποστολὴν, οὐδὲ ἀκάριως ὑπόνοιαν τιμετέραν, τὴν περὶ αὐτοῦ Ἐχομένην, προσθήσομεν. ἐπει γάρ ἀνέγνωμεν περὶ αὐτοῦ προφητείαν. Ιδού ἐγώ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸς προσώπου σου, δις κατασκευάσαι τὴν ἔσορη σου ἐμπροσθέτη σου. Εἰρίσταμεν μήποτε εἰς τῶν ἀγίων ἄγγελων τυγχάνων ἐπὶ λειτουργίᾳ καταπέμπεται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρόδρομος· καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως ἐνσωματουμένου κατὰ φιλανθρωπίαν ζηλινάς τινας καὶ μιμήτας γεγονέναι. Χριστοῦ, ἀγαπήσαντας τὸ διά τοῦ σώματος ὑπηρετῆσαι τῇ εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ χρηστότητι. Hec deliramenta deinde libri eviudam apocryphi, cui titulus est *Precatio Josephi*, approbare nititur, et ex eo etiam quod exultavit Joannes in Elizabetha utero, quodque Jacob inter et Esau discrimen illud a Deo constitutum est, futurum ut major serviat minori. Nec multo superius hæc leguntur in iisdem *Commentariis*, num. 17 : Πλὴν ὁ τοῦτο νομίζων ἐρεῖ διε τὰ παρὰ τοῖς ὅμοιογουμένοις ἀνθρώποις εἰσιν ἄγγελοι, ὡς ὁ *Zaycharias* λέγων. Ἀγγελος Θεοῦ ἐγώ μεθ' ὑμῶν εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Καὶ διατάσσει περὶ οὐ γέγραπται. Ιδού ἐγώ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸς προσώπου σου· οὕτω καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι παρὰ τὸ ἔργον τοῦτο χρηματίζουσι, καὶ οὐ παρὰ τὴν φύσιν ἄνδρες κληθέντες.

XXV. Hoc Adamantii dogma couellit Cyrillus in *Joan.* 1, 6, multosque ait iam ante Origeneum, ipsumque adeo Joannem evangelistam, credidisse Joannem Baptistam non hominem fuisse, sed angelum, ejusdem tendi causa ascripsisse Joannem

Evangelii scriptorem: *Fuit homo. Anonymus apud Photium cod. cxvii Origeni objectum refert, dixisse illum, οτι εκ καταπτωσεως ήλθον οι ἄγιοι εις τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐ δι' ἑτέρων θεραπείαν.* Pro ἄγιοι legit Andreas Schottus, ἄγιοι ἄγγελοι. vertit enim: « Sanctos angelos delapsos in mundum venisse, non ad aliorum obsequium. » Quoquo modo legatur, appareat calumnia. At Hieronymus priorem Origenis locum e tom. n in *Joan.* tangit in *Aggai*: « Qui-dam putant, inquit, et Joannem Baptistam, et Malachiam, qui interpretatur *angelus Domini*, et Aggaum quem nunc habemus in manibus, fuisse angelos, et ob dispensationem et jussionem Dei assumpsisse humana corpora, et inter homines conversatos. Nec mirum hoc de angelis credi, cum pro salute nostra etiam Filius Dei humanum corpus assumpserit. Et B ob hanc causam etiam de apocryphis præbent testimonium, ubi dicitur quod Jacob qui postea vocatus est Israel, angelus fuerit, et propterea supplantaverit fratrem in ventre matris sue; Joannem quoque ad vocem Mariae matris Domini exultasse in utero Elizabeth; et omnium rationabilium unam esse naturam, et ob hanc causam homines qui placuerunt Deo, æquales angelis fieri. Hoc illi sentiunt. Ceterum nos nuntium Domini, id est *angelum*, qui Hebraice dicitur ἄγγελος, simpliciter prophetam dictum recipiamus; ab eo quod Domini voluntatem populo nuntiaverit. » Sic et proemio *Commentariorum in Malachiam*: « Nec putandum est juxta quorundam opinionem, angelum venisse de cœlo, et assumpsisse corpus humanum ut Israeli quæ a Domino sunt mandata loqueretur. » Et paulo post dogma illud Origeni nominatum ascribit: « Scripsit, inquit, in hunc librum Origenes tria volumina; sed historiam omnino non tetigit, et more suo totus in allegoria interpretatione versatus est, nullam Esdræ faciens mentionem, sed angelum putans fuisse qui scripsit, secundum illud quod de Joanne legimus: *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam*<sup>29</sup>. Quod nos omnino non recipimus, ne animarum de cœlo ruanam suscipere compellamus. » Idem in epistola 126, quæ est ad Evagrium: « In fronte Geneseos, in prima homiliarum Origenis reperi scriptum de Melchisedech; in qua multiplici sermone disputans, illuc devolutus est, ut eum angelum diceret, iisdemque pene argumentis, quibus scriptor tuus de Spiritu sancto, ille de supernis virtutibus est locutus. Transivi ad Didimum sectatorem ejus, et vidi hominem pedibus in magistri isse sententiam. » Longe ergo ab hoc errore absuit Hieronymus, cui ipsum tamen in *Comment. ad psalm. xxiii* favisce suspicatur Genebrardus. Quod certe ita non esse reprehendet, quisquis totam psalmi hujus enarrationem curiosis oculis perlustraverit. Hieronymo id quoque exprobravit Rulius *Invect.* 1, his communis quæ in *Ephes. 1, 4*, scriptum habent illius *Commentarii*. Sed culpam hanc a se deprecatur *Apolog. 1 adv. Rusin.*, cap. 5 et 6.

A Cæterum immerito culpat Origenem Sixtus Senensis, quod homil. 23 in *Luc.* septem Ecclesiarum episcopos, quos Joannes in *Apocalypsi* ratione officii angelos appellat, vere fuisse angelos, veramque angelorum naturam habuisse dixerit; nec harum enim Ecclesiarum episcopos illic putavit significari, sed earum gubernationi præfectos angelos.

XXVI. De angelis tutelaribus paradoxæ quoque multa habet, quorum omittenda nobis non est disquisitio. In cantico Mosis extat comma illud: « Quando dividebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israel. Pars autem Domini, populus ejus: Jacob funiculus hereditatis ejus<sup>30</sup>. » Hæc Hebreis consonant; at ex lectionis varietate; quam alio loco expendimus, verterunt Septuaginta Interpretes: Κατὰ &ριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Hos cum alibi passim, tum hic secutus est Origenes, atque inde sibi fixit tunc primum gentibus, cum in varias linguas variosque populos ad turrim Babel dissipatae sunt, assignatos fuisse angelos, ut curam earum pastorum instar gererent, et primitias ex iis Deo offerrent, homines nimirum qui meritis præcellerent et virtute, eorumve pias cogitationes; et ut hominibus sibi destinatis ad comparandam salutem auxilio essent: quo graviori autem scelere sese in communi hac perduellione unaquaque gens alligasset, eo durioris angeli, pœnæ causa, imperio fuisse subjectam; Deum autem ipsi regendam suscepisse gentem hanc quæ antiquam loquelam retinuit; sed ita tamen ut si minus ei dicto audientem se præberet, ad angelorum præfecturam transiret; atque aliae itidem gentes asperiorum angelorum experientur imperia, si leniorum jussa detrectassent; mollioribus interim dominis, ad sarcendam commissorum sibi hominum jacturam, alias særiorum principum imperio subtrahentibus, et ad sese convertentibus; hinc exhaereditatis Israëlitis ascitas a Christo gentes fuisse; angelos quoque pro meritorum suorum ratione harum illarumve gentium regimen fuisse sortitos, deosque appellari, quod a Deo dati sint, dominos quod a Domino potestatem acceperint: παταρώματα hæc prodit Origenes non uno loco. Videlatur homil. 16 in *Genes.*, num. 2, et homil. 41 in *Num.*, num. 4, in qua supra commemoratis hæc adjungit, alios quoque fortasse extrinsecus esse angelos, qui ex universis gentibus fideles quosque congregent, eosque gubernent, cum a Christo ipsi gubernentur, qui « non tam rex dicatur, quam Rex regum; et non tam Dominus, quam Dominus dominantium; » additique paulo inferius magnam sollicitudinem angelos adhibere iis excoledidis, quos studio suo ac diligentia ab erroribus ad fidem traduxerint. Sed et homiliam 23 in *Josue*, num. 5, adiri jubeo, et duodecimam in *Lucam*, in qua nationum præsides angelos sub imposito sibi onere faticentes

<sup>29</sup> Malach. iii, 1; Matth. xi, 10. <sup>30</sup> Deut. xxxii, 8, 9.

lævi, ac labori impares, Christi adventantis auxilio A num. 5; sed asseverantius etiam homil. 4 in suis sublevatos affirmat: ac librum i. *Hespl. ἀρχῶν*, cap. 8, num. 1, et librum iii, cap. 3, num. 2, ubi principem Tyri, et principem Persarum, et principem Graecorum, quorum mentio fit Ezech. xxviii et Dan. x, virtutes quasdam spiritales esse asserit; bonasne, an malas, hoc loco non definit; at definit homil. 53 in *Luc.* et principes illos dæmones interpretatur. Neque sane in eo consentilunt inter se Patres, dæmones eas esse decernentibus aliis, aliis angelos, eorumque concertationes a Daniele expositas in rectum sensum trahentibus.

At enim difficilis videtur Origenianæ hujus commentationis ratio; nam si « constituit Altissimus terminos populorum, juxta numerum angelorum Dei, » fuerit angelorum numerus oppido exiguis; non multæ siquidem gentes orbem incolunt. Verum expedita est responsio; nec enim quidquid uspiam angelorum est, orbi huic regendo deputatum intellegit Adamantius, sed selectis aliquibus ex inferioribus ordinibus angelis id muneris fuisse impositum; ex iis porro nonnullos totis praefectos gentibus; alios provinciis; urbibus alios, Ecclesiis, artibus, disciplinis, singulis quoque hominibus, et rebus etiam inanimis, ut mox demonstrabimus; illosque in hoc etiam munere sibi succedere invicem; et plures nonnunquam homini uni assistere, et omnia angelis plena esse.

**C**XXVII. Dixi Ecclesiarum etiam regimen angelis Origenem assignasse: geminum siquidem unicuique Ecclesiae præesse decrevit episcopum, aspectabilem alium, alium sub oculis neutiquam cadentem; suadente Apocalypsis secundo capite, ubi multa de angelis Ecclesiarum Asiaticarum curæ praefectis disseruntur. Quæ sententia, quoniam tralatitia est, et Patrum consensu subnixa, addemus ea solum Origenis verba ex homil. 23 in *Luc.*: « Ego non ambigo et in cœtu nostro adesse angelos, non solum generaliter omni Ecclesiae, sed etiam sigillatione: de quibus Salvator ait: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est* ». Duplex hic adest Ecclesia, una hominum, altera angelorum. Si quid juxta rationem, et juxta Scripturarum dicimus voluntatem, latentur angelii, et orant nobiscum. Et quia præsentes angelii sunt in Ecclesia, in illa duntaxat quæ meretur, et Christi est, propterea orantibus feminis precipitur<sup>44</sup>, ut habeant velamen super caput propter angelos, utique illos qui assistant sanctis, et latentur in Ecclesia. »

**D**XXVIII. At de angelis hominum custodiaz præfctis, quid sentiret Origenes, certum non habuit. Nam primum relinquit dubium, singulism hominibus, an Christi fidem solum professis, et sanctis custos angelus assignetur. Rosterius illud tueri videtur homil. 20 in *Num.*, num. 3, et homil. 23 in *Jos.*,

A num. 5; sed asseverantius etiam homil. 4 in *Ezech.*, num. 7: « Non sufficit, inquit, unum cœlum aperiri: aperiuntur plurimi, ut descendant, non ab uno, sed ab omnibus cœlis angeli ad eos qui salvandi sunt. » Et mox: « Quando autem viserunt principem militiae celestis in terrestribus locis commorari, tunc per apertam viam ingressi sunt sequentes Dominum suum, et parentes voluntati ejus, qui distribuit eos custodes credentium nomini suo. Tu heri sub dæmonio eras, hodie sub angelo. Nec multo post: « Omnia angelis plena sunt: veni, angele, suscipe sermone conversum ab errore pristino, a doctrina dæmoniorum, ab iniquitate in Altum loquente: et suscipiens eum quasi medicus bonus confove atque institue. Parvulus es; hodie nascitur senex repuerascens: et suscipe tribuens ei baptismum secundæ regenerationis, et advoca tibi alios socios ministerii tui, ut cuncti pariter eos qui aliquando decepti sunt, erudiatis ad fidem. » Animadvertisendum et illud est e lib. ii *Hespl. ἀρχῶν*, cap. 40, num. 7: « Potest autem et tertio sensu illud intelligi de divisione ista, ut quoniam unicuique fidelium, etiamsi minimus sit in Ecclesia, adesse angelus dicitur, qui etiam semper videre faciem Dei Patris a Salvatore prohibetur; et hic qui utique unum erat cum eo cui praeraat, si is per inobedientiam efficiatur indignus, auferri ab eo Dei angelus dicatur: et tunc pars ejus, id est humanae naturæ pars avulsa a Dei parte cum infidelibus deputatur, quoniam commonitiones appositi sibi a Deo angeli non fideliter custodivit. » Tomo quoque xiii in *Matth.*, num. 6, solis iis angelicam videtur assignare tutelam, qui ea se dignos præstiterint: « Ινα ἐνεργήσῃ, inquit, πνεῦμα ἀκάθαρτον εἰς τὸν διάτινας αἵτιας παραδίδομενον αὐτῷ, καὶ μὴ ποιήσαντα ἔκπτων δξιὸν φρουρᾶς ἀγγελικῆς: et tomo sequente, num. 21, annon anima quæ angelii tutelam fuerit promerita, ei nobat, ita inquirit, ut id affirmare videatur; additque eam hujusmodi præsidii gratis posse excidere, si qua labo foedata reperiatur; alterique subjici angelo, atque item alteri, prout eorum opus et consortio indignam se præstiterit; nec angeli, a quo semel repudiata est, patrocinium iterum sibi spondere posse. Utitur ad haec libri *Pastoris* auctoritate, qui homines Christum professos Michaeli subjici docet, sed propter voluptatis studium, in tutelam alterius, qui deliciis præstet, transire, tum alteri tradi qui penis, ac ei demum quæ pœnitentia præfectus est. Rursum homil. 23 in *Luc.* angelos præsentes esse docet in ea solum Ecclesia « quæ meretur, et Christi est. » Sed et mihi pene illud exciderat, quod ait homil. 5 in *Num.*, num. 3, « Justi enim sunt, qui indigent adjutorio angelorum Dei, ut ne a dæmonibus subruantur, et ne corda eorum sagitta volante in tenebris terebrentur; » et quod lib. viii *contra Cels.*, num. 36, ubi datum esse dæmoni adversum impios potestatem et

<sup>44</sup> *Matth.* xviii, 46. <sup>45</sup> *1 Cor.* xi, 10.

imperium fatetur ; sanctos autem a Christo protegi, qui contra demonum assoltus angelos suos tutores iis addidit. Id quod suasisse videtur Origeni Davidicu*m* illu*m* psalmi xxxiii, 8 : « Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos. »

In contraria autem alibi discedit, et neminem asserit angelico carere prasidio : puta tomo xiii in *Matth.*, num. 5, ubi lunatico huic, quem curavit Dominus, angelum bonum adfuisse docet, tum etiam cum a dæmone vexaretur, et nondum salutarem Christi opem sensisset : Πατήρ δὲ τοῦ σεληνιαζομένου τάχα ἀ λαζάνων αὐτὸν ἄγγελος εἴτε πάσαν λεπτίον ἀνθρωπίνην ψυχὴν ὑπὸ τούτου τετάχθαι ἀγγέλων. Illustrior e iam est locus alter ex homil. 55 in *Luc.* in quo parvolorum qui Ecclesiae dederunt nomen, angelos faciem cœlestis Patris semper videre asseverat; qui vero ab Ecclesia alieni sunt, eorum angelos ad cœlestis Patris faciem oculos attollere non audere; et pro hominum sibi subditorum meritis ac virtutibus, plus minusve, vel semper, vel nunquam Dei vultum contemplari posse. Quin etiam unicuique angelos duos, bonum unum, malum alterum adesse non uno loco pronuntiavit, ut paulo inferius ostendimus.

Dubitab *præterea* Origenes utrum ab ipso statim ortu angelus comes homini electio, et saluti destinato adjungatur a Deo, an a baptismo. Prostat locus tomo xiii in *Matth.*, num. 26, ubi illud evangelista<sup>13</sup> explanans : « Videte ne contemnatis unum ex his pusillis, » querit annos qui in Christo parvuli sunt et imperfecti, angelorum custodia egeant; maiores autem et perfecti, Christi ipsius. Tum quæstionem commemoratam proponit, ecquid postquam nati sunt infantes, an postquam renati, angelorum custodum consortio fruantur. Utramque locis e Scriptura quæsitus fulcit sententiam, sed priorem pluribus; posteriori vero consequens esse agnoscit, angelis Satanae subditum esse hominem, quandiu fidem Christi non suscepit. Insoleus autem ac damnosum est quod adjicit, angelum fortasse homini nascenti custodem additum, malum initio esse; Christi deinde doctrinam capessente pueru, eosdem facere progressus angelum, et faciem demum cœlestis Patris spectare: vel fortasse angelum homini, vel hominem angelo salutis auctorem existere; nonnullos vero e tutelarium angelorum numero Patris cœlestis aspectu semper frui. Deinde opponit eibi quod in Actis apostolorum scriptum est<sup>14</sup>, pulsante ostium Petro, qui intus erant, ipsius esse angelum pronuntiasse; non ergo perfectis Christum, sed angelum itidem ut reliquis assistere; respondet pro dogmate sententiam illorum neutiquam esse habendam, qui sic sentiunt. Itaque homil. 24 in *Num.*, num. 3, justis et electis ipsum adesse Dominum, inferioribus vero angelos disertis verbis affirmat. Sic ipse tamen homil. 11 in *Num.*, num. 4 : « Quam-

A vis et ipsi apostoli angelis utantur adjutoribus ad explendum prædicationis scæ munus, et opus Evangelii consummandum. Sic enim dicebatur in Actibus apostolorum<sup>15</sup>, quia angelus Petri esset, qui pulsaret ad ostium. Similiter ergo intelligitur esse et alias Pauli angelus, sicut est Petri, et alijs alterius apostoli, et singulorum per ordinem. » Quorum similia habet homil. 23 in *Jos.*, num. 3.

**XXIX.** Præter homines hominumque conventus ac societas, tum ecclesiasticas, tum politicas, angelorum curæ permittas, alia quoque inanima regimini ipsorum subdita esse decrevit, variaque hæc illos meritis suis sortitos officia, ut si qui bestiis præsint, ferinis id actibus sint consecuti; qui vero sanctorum preces Deo offerre jussi sint, sua pietate id muneris promeruerint: hinc Raphaeli medicinae studium fuisse commissum, pro sua in homines charitate; Michaeli, orationum Deo offerendarum mandatum fuisse munus; Gabrieli, bellorum administrationem. Legenda in eam sententiam homil. 14 in *Num.*, num. 2, pag. 323, qua plantis, animalibus, animaliumque fetibus, exercitiis, rebusque alijs terrenis, sed et sanctis operibus, rerumque divinarum tradendæ scientiæ angelos præesse asserit, cavendumque sancit ne terrenis dediti actibus et corporeis, inter deputatos iis administrandis angelos reperiamur. Legenda et homil. 23 in *Jos.*, num. 3, et homil. 10 in *Jerem.*, num. 6, et cap. 8 libri i *Hæpl ḍρχῶν*, num. 1, et liber viii contra *Cels.*, num. 31, quo Epicureum illum confutans philosophum, rerum omnium, quæ in his inferioribus geruntur locis, procriptionem in dæmones transribentem, angelis quasi ex jure manu consertum reperit, mala solum, et incommoda, et quæ humano generi noxia sunt, sterilitates puta, calamitates, siccitates, pestilentiam, aliaque id genus ad autores dæmones referens, divino judicio certis temporibus hanc adversum homines potestatem nanciscentes, sed adversus impios præsertim, et a Dei cultu alienos. Verumtamen libro *Hæpl ḍρχῶν*, cap. 3, num. 2, 3, disciplinarum et artium potestatem spiritualibus quibusdam mundi hujus energiis ac virtutibus ascribit; atque inde existere furores poeticos, divinationes et magiam arbitratur. Quæ sane ex *Græcorum*, Musas quasdam doctrinarum praesides, et deos μοναρχας ἰngentium, theologia videntur esse patita.

**XXX.** Hactenus de alterutra angelorum vel bonorum vel malorum stipatione, gentibus, hominibus, et inanimis etiam rebus addita, juxta Origonis sententiam disseruimus. Nunc de utroqueque, bonorum simul et malorum angelorum gentibus et hominibus assistantium comitatu quænaon ab eo tradita sint, disputemus. Malos angelos haud sacra ac bonos in gentes tenere potestatem scitum est Origenis lib. viii contra *Celsum*, num. 54, et homil. 12 in *Luc.* : « Neque enim, inquit, fas est credere

<sup>13</sup> *Matth.* xviii, 10. <sup>14</sup> *Act. xii*, 13, 15. <sup>15</sup> *ibid.* 43.

malos angelos suis præesse provinciis, et bonos non easdem provincias habere permittas. » *Léges similia lib. iii in Papl ἀρχῶν*, cap. 5, num. 2, 3, et hom. 9 *in Genes.*, num. 5, in qua apostolis verbum Dei prædicantibus ad iracundiam concitatos fuisse dicit angelos illos, qui singulas quaque nationes Imperio premebant. Cui astruendo citatum usurpat locum e cantico Mosis, *Deuteroni. xxxii, 8, 9*, quem et homil. 55 *in Luc.* ad eosdem malos angelos interpretando convertit. Eundem vero homil. 8 *in Exod.*, tituli. 2, super hoc argumento proferens, non satis apparet ad malosne, an ad bonos angelos pertinere velit. Ad bonos vero aperte refert tom. xiii *in Joán.*, num. 49.

Hominibus vero singulis geminos adesse angelos, bonum alterum, alterum malum decernit lib. i *in Epist. ad Rom.*, num. 18, et ex Scripturis sanctis sæpe id se docuisse ait homil. 25 *in Jos.*, num. 5, et per Genitum principis, quem dæmonem esse dicit ipsi nascenti appositum, Jurati vetat lib. viii *contra Cels.*, num. 63, Αποθανάτεον ἔστι μᾶλλον, inquit, τὴν ὑπὲρ τοῦ μὴ ὄμβαται μοχθηρὸν διάμονα καὶ ἀπίστον πολλάκις συνέχαμαρτάνοντα ὡς ἔλαχεν ἀγρόποι, η̄ καὶ πλέον αὐτοῦ ἀμφιστάνοντα. Dogmati huic præsidium asciscit ex Hermæ *Pastore*, et Barnabæ epistola (qui libri ad hanc diem supersunt, eamque continent doctrinam), lib. iii *De princip.*, cap. 2, num. 4, et homil. 35 *in Luc.*, ubi ait adversarium, et insidiatorem a nobis nusquam recedere, sed ad principem gentis nimirum præsidem dæmonem nos deducere, et a se servatos adversus principis alterius, raperē nos volentis, insidias sistere: Christam autem principes omnes viciisse, et terminos eorum transeuntem captivos populos ad se in salutem transtulisse. Addit deinde: « Neque enim omnes omnium sunt adversarii, sed singuli singulos habent, qui obique eos sequantur, et sint comites. »

Quid quod singulis hominibus non unicum tantummodo angelum, unicunque dæmonem, sed totas angelorum dæmonumque cohortes adjungit homil. 4 *in psalm. xxxvi*, num. 3, pag. 675. « Numquam enim, inquit, solus est justus, sed ne unius quidem, aut duorum, vel trium tantummodo angelorum societate submixus est, sed exercitus ei virtutum celestium præsto est: » quod non ad spiritualia tamen bona conferenda restringit, sed ad corporeta etiam prorogat homil. 20 *in Jos.*, num. 4: « Constat ergo multas esse virtutes intra nos, quibus vel animarum nostrarum, vel corporum cura permissa est; » cui defendendo utile scripturæ quadam apocrypha, quæntur *Enochi librum* esse suspicari possit, homil. 35 *in Luc.*, « Legimus, inquit, si tamen cui placet hujusmodi scripturam recipere, justitiae et iniquitatis angelos super Abrahæ salute disceptantes, dum utraqne turnus suo eum volunt cœtui vindicare. » *Ex dæmonie autem, cui nomen Legio, miseri illius in sepulcris habitantis corpus occupante, a plurimis simul dæmonibus nos probat circumcidit* — e

A vitio unicunque præesse dæmonem usum, cibis subjectos esse dæmones complures, qui ad vitium hæc propagandum subserviant, omnes autem principes, peccatorum incremento præfectos, supremum unum ducem, vélut militiæ suæ magistrum habere. Cum autem multis simul laborare possit vitiis homo, et labore persæpe, tunc a multis eum simul dæmonibus insideri. Quod ita tamen ab Origene intellectum puto, temporarias esse has complurium dæmonum angelorumque affectiones; constantem autem et per totius curriculum vitæ perseverantem certi alicujus angeli itidem et dæmonis stipationem, nascenti cuilibet homini decretam et attributam.

Porro post administratum tutela nostræ munus, statuim iri angelos in judicio, et impositæ sibi provinciæ rationem reddituros ipsius persuasio fuit. Quam quoniam jam ante excussimus, properemus ad alia, et placita sua super angelorum tutela unde hauserit, et quodnam sibi patrocinium spohdere possit, exquiramus.

XXXI. Præixerunt illi in ea opinione de hominis uniuscujusque socio ac stipatore genio gentiles philosophi, qui hominum et locorum præsides genios, non e superioribus deorum, sed ex deorum de plebe ordinibus accessitos confessi sunt; Plato vero præcipue, ut Clemens Alexandrinus agnoscat, cum aliibi, tunc in lib. x *De republ.*, versus finem. Cujus doctrinam ita edisserit Plotinus *Enn. 5*, lib. iv, ut qui ea perspexerit attente, dubitare minime possit, quin sua e Platone Platonicorum lucubrationibus Origenes transiulerit; nam et dæmonis præsidium animæ largitur, et secundum animæ mutationes, mutari dæmonem putat, et eum animæ dæmonem, postquam corpore soluta est, imminere censem, qui eam rexit dum corpus animaret; et externos præterea ac internos animæ unicuique adesse dæmones, ex ejus verbis perspicuum est. Hinc Apuleius in libello *De deo Socratis*: « Ex hac ergo, inquit, sublimiore dæmonum copia Plato autunat singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos additos, qui nemini conspicui semper adsint, omnium non modo actorum testes, verum etiam cogitatorum. Ac ubi vita edita remeandum est, eundem illum, D qui nobis prædictus fuit, raptare illico et trahere veluti custodiā suā ad judicium: atque illic in causa dicenda assistere; si qua commentiatur, redarguere, si qua vera dicat, asseverare; prorsus illius testimonio ferri sententiam. » Itaque summa religione genius ab antiquis colebatur: Censorinus cap. 5 *De die natali*: « Genio igitur potissimum per omnem ætatem quotannis sacrificamus. Quantum non solum hic, sed et alii sunt præterea di complures hominum vitam pro sua quisque portione adminiculantes, quos volentem cognoscere *Indigitamentorum* libri satis edocebunt; sed omnes hi semel in unoquoque homine numinum suorum effectum repræsentant: quocirca non per omne vitæ spatium novis religionibus arcessuantur. Genius ex-

imperium fatetur; sanctos autem a Christo protegi, qui contra dæmonum assultus angelos suos tutores iis addidit. Id quod suasisse videtur Origeni Davidicum illud psalmi xxxiii, 8: « Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos. »

In contraria autem alibi discedit, et neminem asserit angelico carere præsidio: puta tomo xiii in Matth., num. 5, ubi lunatico huic, quem curavit Dominus, angelum bonum adfuisse docet, tum etiam cum a dæmonie vexaretur, et nondum salutarem Christi opem sensisset: Πάτηρ δὲ τοῦ σεληνιαζομένου τάχα ἡ λαχῶν αὐτὸν ἄγγελος εἴτε πάσσων λεκτέον ἀνθρωπίνην ψυχὴν ὑπό τινι τετάχθαι ἀγγέλῳ. Illustrior e iam est locus alter ex homil. 55 in Luc. in quo parvolorum qui Ecclesiae dederunt nomen, angelos faciem cœlestis Patris semper videre asseverat; qui vero ab Ecclesia alieni sunt, eorum angelos ad cœlestis Patris faciem oculos attollere non audere; et pro hominum sibi subditorum meritis ac virtutibus, plus minusve, vel semper, vel nunquam Dei vulnus contemplari posse. Quin etiam unicuique angelos duos, bonum unum, malum alterum adesse non uno loco pronuntiavit, ut paulo inferius ostendemus.

Dubitat præterea Origenes utrum ab ipso statim ortu angelus comes homini electo, et saluti destinato adjungatur a Deo, an a baptismio. Prostat locus tomo xiii in Matth., num. 26, ubi illud evangeliæ stœ<sup>43</sup> explanans: « Videte ne contempnatis unum ex his pusillis, » quærerit annou qui in Christo parvuli sunt et imperfecti, angelorum custodia egeant; maiores autem et perfecti, Christi ipsius. Tum questionem commemoratam proponit, ecquid postquam nati sunt infantes, an postquam renati, angelorum custodum consortio fruantur. Utramque locis e Scriptura quæsitus fulcit sententiam, sed priorem pluribus; posteriori vero consequens esse agnoscit, angelis Satanæ subditum esse hominem, quandiu fidem Christi non suscepit. Insolens autem ac damnosum est quod adjicit, angelum fortasse homini nascenti custodem additum, malum initio esse; Christi deinde doctrinam capessente pueru, eosdem facere progressus angelum, et faciem demum cœlestis Patris spectare: vel fortasse angelum homini, vel hominem angelo salutis auctorem existere; nouinnullos vero e tutelarium angelorum numero Patris cœlestis aspectu semper frui. Deinde opponit eibi quod in Actis apostolorum scriptum est<sup>44</sup>, pulsante ostium Petro, qui intus erant, ipsius esse angelum pronuntiassse; non ergo perfectis Christum, sed angelum itidem ut reliquis assistere; respondet pro dogmate sententiam illorum neutiquam esse habendam, qui sic sentiunt. Itaque homil. 24 in Num., num. 5, justis et electis ipsum adesse Dominum, inferioribus vero angelos disertis verbis affirmat. Sic ipse tamen homil. 11 in Num., num. 4: « Quam-

A vis et ipsi apostoli angelis utantur adjutoribus ad explendum prædicationis scæ munus, et opus Evangelii consummandum. Sic enim dicebatur in Actibus apostolorum<sup>45</sup>, quia angelus Petri esset, qui pulsaret ad ostium. Similiter ergo intelligitur esse et alias Pauli angelus, sicut est Petri, et alias alterius apostoli, et singulorum per ordinem. » Quorum similia habet hom. 25 in Jos., num. 3.

XXIX. Præter homines hominumque conventus ac societas, tum ecclesiasticas, tum politicas, angelorum curæ permittas, alia quoque inanima regimini ipsorum subdita esse decrevit, variisque hæc illos meritis suis sortitos officia, ut si qui bestiis præsint, ferinis id actibus sint consecuti; qui vero sanctorum preces Deo offerre jussi sint, sua pietate id munera promoverent: hinc Raphaeli medicinæ studium fuisse commissum, pro sua in homines charitate; Michaeli, orationum Deo offerendarum mandatum fuisse munus; Gabrieli, bellorum administrationem. Legenda in eam sententiam homil. 14 in Num., num. 2, pag. 523, qua plantis, animalibus, animaliumque felibus, exercitibus, rebusque aliis terrenis, sed et sanctis operibus, rerumque divinarum tradendæ scientia angelos præsesse asserit, cavendumque sancit ne terrenis dediti actibus et corporeis, inter deputatos iis administrandis angelos reperiamur. Legenda et homil. 25 in Jos., num. 3, et homil. 10 in Jerem., num. 6, et cap. 8 libri 1 Hepl ἀρχῶν, num. 1, et liber viii contra Cels., num. 31, quo Epicureum illum confutans philosophum, rerum omnium, quæ in his inferioribus geruntur locis, procurationem in dæmones transribentem, angelis quasi ex jure manu confertum reperit, mala solum, et incommoda, et quæ humano generi noxia sunt, sterilitates puta, calamitates, siccitates, pestilentiam, aliaque id genus ad autores dæmones referens, divino judicio certis temporibus hanc adversum homines potestatem nanciscentes, sed adversus impios præsertini, et a Dei cultu alienos. Verumtamen libro Hepl ἀρχῶν, cap. 3, num. 2, 3, disciplinarum et artium potestatem spiritualibus quibusdam mundi hujus energiis ac virtutibus ascribit; atque inde exsistere furores poeticos, divinationes et magiam arbitratur. Quia sane ex Græcorum, Musas quasdam doctrinaram præsides, et deos μούσας ἁγιαց̄ ſingentium, theologia videntur esse potita.

XXX. Hactenus de alterutra angelorum vel hominum vel malorum stipatione, gentibus, hominibus, et inaninis etiam rebus addita, juxta Origenis sententiam disseruimus. Nunc de utrorumque, bonorum simul et malorum angelorum gentibus et hominibus assistentium comitatu quænam ab eo tradita sint, disputemus. Malos angelos haud sacerdos ac bonos in gentes tenere potestate scitum est Origenis lib. viii contra Celsum, num. 54, et hom. 12 in Luc.: « Neque enim, inquit, fas est credere

<sup>43</sup> Matth. xviii, 10. <sup>44</sup> Act. xii, 13, 15. <sup>45</sup> ibid. 45.

malos angelos suis præesse provinciis, et bonos non easdem provincias habere permittas. » Léges similia lib. iii *In Epist. ad Corin.*, cap. 5, num. 2, 3, et hom. 9 *In Genes.*, num. 5, in qua apostolis verbum Dei prædicantibus ad iracundiam concitatos fuisse dicit angelos illos, qui singulas quasque nationes Imperio premebant. Cui astruendo citatum usurpat locum e cantico Mosis, *Deuteronom. xxxii*, 8, 9, quem et homil. 55 *In Luc.* ad eosdem malos angelos interpretando convertit. Eundem vero homil. 8 *In Exod.*, num. 2, super hoc argumento proferens, non satis apparet ad malosne, an ad bonos angelos pertinere velit. Ad bonos vero aperte refert tom. xiiii *In Joán.*, num. 49.

Hominibus vero singulis geminos adesse angelos, bonum alterum, alterum malum decernit lib. i *In Epist. ad Rom.*, num. 18, et ex Scripturis sanctis sæpe id se docuisse ait homil. 25 *In Jos.*, num. 3, et per Genitum principis, quem dæmonem esse dicit ipsi nascenti appositum, Jurati vetat lib. viii *contra Celos.*, num. 63, Αποθανάτεον ἔστι μᾶλλον, inquit, ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ ὄμβαται μοχθηρὸν δαιμόνα καὶ ἀπίστον πολλάκις συνεξαμορτάνοντα φύλαχεν ἀνθρώποι, τὸν καὶ τύλον αὐτοῦ ἀμαρτάνοντα. Dogmati huic præsidium asciscit ex Herme Pastore, et Barnabæ epistola (qui libri ad hanc diem supersunt, eamque continent doctrinam), lib. iii *De princip.*, cap. 2, num. 4, et homil. 35 *In Luc.*, ubi ait adversarium, et insidiatorem a nobis nusquam redere, sed ad principem genitum nimurum præsidem dæmonem nos deducere, et a se servatos adversus principis alterius, rapere nos volentis, insidias sistere: Christum autem principes omnes viciisse, et terminos eorum transeuntem captivos populos ad se in salutem transtulisse. Addit deinde: « Neque enim omnes omnium sunt adversarii, sed singuli singulos habent, qui ubique eos sequantur, et sint comites. »

Quid quod singulis hominibus non unicum tantummodo angelum, unicative dæmonem, sed totas arietorum dæmonumque cohortes adjungit homil. 4 *In psalm. xxxvi*, num. 3, pag. 673. « Nonquād enim, inquit, solus est justus, sed ne unius quidem, aut doborum, vel triūm tantummodo angelorum societate subinxus est, sed exercitus ei virtutum celestium præsto est: » quod non ad spiritualia tamen bona conferenda restringit, sed ad corporeta etiam prorogat homil. 20 *In Jos.*, num. 4: « Constat ergo multas esse virtutes intra nos, quibus vel animarum nostrarum, vel corporum cura permissa est; » cui defendendo utitur scripturæ quādam apocrypha, quārum *Enochi librum* esse suspicari possit, homil. 55 *In Luc.*. « Legimus, inquit, si tamen cui placet hujusmodi scripturam recipere, justitiae et iniquitatis angelos super Abraham salutē disceptantes, dum ultraque turbae suo enim volunt cœtui vindicare. » Ex dæmonie autem, cui nomen *Legio*, miseri illius in sepulcris habitantis corpus occupante, a plurimis simul dæmonibus nos probat circumscideri, quippe

A vitio unicunque præesse dæmonem unum, eique subjectos esse dæmones complures, qui ad vitium hunc propagandum subserviant, omnes autem principes, peccatorum incremento præfectos, supremum unum ducem, velut militiae sue magistrum habere. Cum autem multis simul laborare possit vitiis homo, et labore persæpe, tunc a multis cum simul dæmonibus insideri. Quod ita tamen ab Origene intellectum puto, temporarias esse has complurium dæmonum angelorum affectiones; constantem autem et per totius curriculum vitæ perseverantem certi sicutius angeli itidem et dæmonis stipationem, nascenti cuiilibet homini decretam et attributam.

B Porro post adiunxit tutele nostra munus, statum iri angelos in judicio, et impositæ sibi provinciæ rationem reddituros ipsius persuasio fuit. Quam quoniam jam ante excussimus, properemus ad alia, et placita sua super angelorum tutela unde hauserit, et quodnam sibi patrocinium spōndere possit, exquiramus.

C XXXI. Praeiverunt illi in ea opinione de hominis uniuscujusque socio ac stipatore genio gentiles philosophi, qui hominum et locorum præsides genios, non e superioribus deorum, sed ex deorum de plebe ordinibus accessitos confessi sunt; Plato vero præcipue, ut Clemens Alexandrinus agnoscit, cum aliis, tum in lib. x *De republ.*, versus finem. Cujus doctrinam ita edisserit Plotinus *Enn.* 5, lib. iv, ut qui ea perspicerit attente, dubitare minime possit, quin sua e Platone Platoniconve lucubrationibus Origenes transtulerit; nam et dæmonis præsidium animæ largitur, et secundum animæ mutationes, mutari dæmonem putat, et eum animæ dæmonem, postquam corpore soluta est, imminere censem, qui eam rexit dum corpus animaret; et exteros præterea ac internos animæ unicuique adesse dæmones, ex ejus verbis perspicuum est. Ille Apuleius in libello *De deo Socratis*: « Ex hac ergo, inquit, sublimiore dæmonum copia Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos additos, qui nemini conspicui semper adsint, omnium non modo actorum testes, verum etiam cogitatorum. Ac ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis prædictus fuit, raptare illico et trahere veluti custodiam suam ad judicium: atque illic in causa dicenda assistere; si qua commentiatur, redarguere, si qua vera dicat, asseverare; prorsus illius testimonio ferri sententiam, » Itaque summa religione genius ab antiquis colebatur: Censorinus cap. 5 *De die natali*: « Genio igitur potissimum pér omnem ætatem quotannis sacrificamus. Quanquam non solum hic, sed et alii sunt præterea dii complures hominum vitam pro sua quisque portione adminiculantes, quos volentem cognoscere *Indigitamentorum* libri satis edocebunt; sed omnes hi semel in unoquoque homine numinum suorum effectum repræsentant: quo circa non per omne vitæ spatium novis religionibus arcessuntur. Genius ac-

tem ita nobis observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat, sed ab interno matris exceptos ad extremum vitæ diem comitetur. Nota præter perpetuum genii comitatum, deorum complurium ministerio vitam humanam juvari priscos illos putasse, quod Origenianis sententiis consonat. Alque ea sane persuasio ad veteres illos e sacris voluminibus profecta primum, sed profanis subiude figmentis deformata manavit. Hæc ipsa quoque indidem in Ecclesiam, Ecclesiæque Patres, sed purior et defæcator profluxit.

XXXII. Verba Mosis e Deuteronom. xxxii, 8, 9, eodem propemodum deflexit Eusebius ac Origenes. Universis quippe gentibus angelos præsides a Deo appositos docebat. Filium autem Dei suscepisse regendum Israelem, quicunque nempe patriarchæ Jacobi pietatem imitati, nomine ejus appellari meruerunt. Atque hæc *Demonstrationis evangelicæ* lib. iv, cap. 7. Tum in sequentibus scribit angelos illos, sive potius angelorum tutelæ commissos homines a dæmonibus oppugnari fuisse cœptos, magnaue ex parte in eorum potestatem fuisse redactos; quoad laborantibus et oppressis succurreret Christus, impiorumque dæmonum tyrannidem proligare. Ita et Augustinus in *Psalm. lxxxviii*: « Non clausit Deus fontem bonitatis suæ etiam in alienigenas gentes, quas sub angelis constituerat, portionem sibi faciens populum Israel. »

Ne conflictus quidem illos angelorum inter se, et prælia, homines sibi commissos invicem subtrahere, sibique subjicere volentium sine astipulatōribus proposuit Origenes: quos inter recensendi sunt, quotquot citatum Danielis decimum caput ad bonos angelos converterunt. Nam si princeps regni Persarum, angelus quippe bonus, cum Michaele velitatus est, angelos bonos inter se dimicare satendum est. Præincipes autem regni Persarum, et Graecorum bonos esse angelos existimarent complures; velut Theodoretus in hoc Danielis caput; Isidorus Pelusiota lib. II, epist. 85; Joannes Chrysostomus in homiliæ cujusdam in *Christi Natalem* fragmento, quod exhibet Photius cod. CCLXXVII; sed imprimis S. Thomas, p. I, q. 413, art. 8, qui quomodo inter se discordare possint angelii, exponit.

Varia autem hæc ipsis injuncta fuisse pro meritis officia, post Origenem Isidorus quoque Hispanensis affirmavit. « Unicuique etiam, » inquit lib. vii *Origin.*, cap. 5, « sicut prædictum est, propria officia sua injuncta, quæ eos promernisse in mundi constat exordio. Nam quia angeli et locis et hominibus præsunt, per prophetam testatur angelus dicens: Princeps regni Persarum restitit mihi<sup>\*\*</sup>. Unde apparet nullum esse locum, cui angeli non præsint: præsunt enim et auspiciis operum omnium. Hic est ordo vel distinctio angelorum, qui post lapsum malorum in cœlesti vigore steterunt. »

*Refractariis adversus angelorum jussa hominibus*

A asperiores imponi duces definivit Adamantius: si minus novos ascribi principes rebellantibus hominibus, at priores certe detrahi Basilis censuit. Sic enim habet in *Isaiæ* v, 5: Μήποτε δὲ καὶ ἡμῶν ἔκαστος ἔχων ἀγγελὸν ἄγιον τὸν παρεμβάλλοντα κύκλῳ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον, ἐν ἀμαρτίαις ἔξετασθεὶς ὑπόδικος γένηται τῇ ἀπειλήθεισῃ πληγῇ, καὶ γυμνωθῇ τοῦ τείχους τῆς ἀπὸ τῶν ἀγίων δύναμεων ἀσφαλεῖας. « Fortasse autem unusquisque nostrum habens angelum sanctum, castrametantem in circuitu timentium Dominum, in peccatis deprehensus, obnoxius fiat intenitæ sibi plague, et spoliatur muro, custodia scilicet sanctorum virtutum. » Neque desunt sane, quibus ne nunc quidem satis liquet idemne perpetuus homini unicuique comes angelus adhaerat, an alios alii in eo munere excipiunt.

Origeni rerum omnium, etiam inanimarum custodiā angelis deleganti sicut Chrysostomus homil. in *Natal. Christi*, apud Photium cod. CCLXXVII, « Εστησεν δὲ Θεὸς ἀγγέλους κατὰ τὰ κλίματα τῆς οἰκουμένης, ἵνα ἔκαστον ἐπιτροπεύειν, ὡς καὶ Μωϋῆς λέγει, ἐνδὲ ἔκαστου ἔθνους. » Εστησε δὲ, ἵνα τὴν ἄψυχον κτίσιν χαλινώσωσιν, τὴν καὶ σελήνην, καὶ θάλασσαν, καὶ γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ὑπηρετεῖν τῇ τοῦ ἀνθρώπου ἀπολαύσει. « Constituit Deus angelos secundum climata orbis, ut singuli curam gererent, quemadmodum ait et Moyses, singularum gentium. Constituit autem ad inanimam creaturam regendam, solem, et lunam, et mare, et terram, et quæ in iis sunt, ut hominum usibus inservirent. »

De gemini angelii, boni nimirum et mali satellitio, quam tradidit doctrinam, hanc non ab Hermæ solum et Barnaba, sed a dictatore etiam suo Platone accepert, cuius verba hæc e libro *x Legum* refert Theodoretus serm. 3 *De churand. Græcor. effect.*: Ψυχὴν δὲ διοικοῦσαν, καὶ ἐνοικοῦσαν πᾶται τοῖς πανταχῷ κινουμένοις λέγοντός σου, καὶ τὸν οὐρανὸν διοικεῖν ἀνάγκη φάναι· τι μήν; μίαν δὲ πλεῖσμας; ἐγὼ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποχρινοῦμαι· δυοῖν μὲν οὖν γέπου εἰλάτω μὴ τιθῶμεν, τῆς τε εὐεργέτιδος, καὶ τῆς τάναγτια δύναμένης ἐργάσασθαι. « Cum autem dicis animam gubernantem, et insitam omnibus quæ ubique moventur; eascum quoque gubernare illam necessario dicendum est. Quid igitur? unamne animalia plures? Ego vobis respondebo. Ne pauciores duabus statuimus, eam quæ bona conferat, et eam quæ contraria possit efficiere. » In eo autem Adamantius plurimos habuit consentientes, sed Cassianum præsertim *Collat.* VIII, cap. 17, et lib. XIII, cap. 42, qui idem Hermæ testimonium adducit; atque dogmatis hujus tanquam falsi et errore implicati nomine, et hunc, et illum, et Origenem præterea Bellarminus castigavit in lib. *De script. eccles.*, in lib. *Pastor.*, quod non fecisset fortasse, si in eadem esse causa Gregorium Nyssenum meminisset. Eadem quoque Cassiano prævit Origenes, cum unicuique virtutum præside esse attributum definit; quod licet

\*\* Dab. x, 45.

parum habere videatur probabilitatis, ab insignibus tamen aliquot scholasticis non omnino repudiatum est.

Ad excusandum Origenis errorem de judicio in angelos tutelares olim statuendo aliqua superius proposuimus; nunc quoniam Patrum suffragiis et auctoritate pugnamus, ad elevandam opinionis hujus invidiam Hieronymum Origenis suffragatorem adducemus. Is in illud Michæx, cap. vi, vers. 1, 2, « Audite quæ Dominus loquitur: Surge, contendit judicio adversum montes, et audiunt colles vocem tuam. Audiunt montes judicium Domini, et fortia fundamenta terræ: » montibus illis significari putat angelos, quibus rerum humanarum commissa procuratio est, juxta Denter. xxxii, 8, et Hebr. 1, 14, atque eos, si populos curæ sua permissos male rexerint, culpatum iri, velut Apocal. ii et iii. Hinc Origenis non sententiam modo, sed verba fere ipsa usurpat. « Sicut enim, inquit, interdum episcopi culpa est, interdum plebis, et saepe magister peccat, saepe discipulus, et nonnunquam patris vitium est, nonnunquam filii, ut vel bene vel male erudiantur: ita in judicio Dei, vel ad angelos crimen referetur, si non egerint cuncta, quæ ad suum officium pertinebant; vel ad populum, si illis universa facientibus, ipsi audire contempserint. » Quæ merum Origenismum redolent.

XXXIII. Sed missis aliorum suffragiis, Adamantius sua quoque ipsius dubitatio satis patrocinatur. Illa autem vel ex eo maxime appetet, quod quas a communi theologorum sensu maxime abhorrentes visus est amplecti sententias, iisdem ex adverso contrarias quasdam proposuit. Ac de angelis primum in hominum totelam deputatis, tanta ejus dubitatio est, ut statuere minime possit, quemadmodum diximus, an ab ortu, an a baptismo hominum curam suscipiant. Nec absque dubitatione tradit angelos nobis regendis delegatos, eosdem nobiscum in fide facere progressus. Insertus similiter est animi, angelusne homini, homone angelo salutem procuret et conciliet. Nihilo magis sibi constat, cum justos ipsos a Christo, qui vero in pietate inferiores sunt ab angelis custodiri decernit, sicut a nobis observatum est: cunctis quippe alias angelorum tutelam assignat. Neminem angelorum praesidio carere docet aliquando; solis illud aliquando Christianis concedit. Tam constantem nonnunquam singit stipationem angelorum, ut quos in hoc mundo regendos susceperint, iisdem in futuro praesesse minime desinant: at contra homines sibi in custodiā traditos eripere invicem, et ad se transferre nonnunquam angelos docuit. Quod si recte ergo et ex æquo cum Origene agere velimus; quidquid in re obscura, nec ullis Ecclesiæ sanctionibus determinata proponuit, velut ab homine, non tam certum aliquid pronuntiante, quam veritatis studio incerta expendente profectum accipiemus. Neutiquam vero Antiph-

A patrum Bostrensem imitabimur, qui Origenis doctrinam de angelorum tutela, Origenemque ipsum, sic tanquam effatis suis pertinaciter adiacentem, non quasi conjecturas timide proponentem, traducit et suggillat. Nihil licet falso ipsi affingat, cum ait censuisse eum angelos pro suis peccatis, cum prius mentes essent, angelos et archangelos evasisse; leviorumque culparum reos in eos qui graviora designassent crimina imperium accepisse; tutelamque ipsis eorum hominum traditam, qui ad salutem eternam erant promovendi; cum ipsi tamen salutem sibi promereret, et ad pristinum gradum recuperandum deberent eniti, eidemque judicio ac homines curæ suæ commissi essent olim subjiciendi. Habentur Antipatri hujus fragmenta inter *Elogias Joannis Damasceni*, quæ manuscriptæ asservantur in bibliotheca Claramontana Patrum Societatis Jesu, et quæcum excerpta ad me officiose transmisit eruditissimus et humanissimus Gabriel Cossartius.

XXXIV. Nec vita hujus mortalis finibus angelorum ministerium hominibus præstandum Adamantius coercet, sed prorogat etiam ad ea quæ antecedunt hominum vitam, quæque ipsam excipiunt. Nam angelorum ope animas hominum immitti corporibus, easque corpore solutas suscipi ab ipsis, sisti in judicium, in destinatum demum locum deduci, et non aliter regi, quam cum corporibus illigatae essent, conceptis verbis affirmavit. Certe *Commentarium in Joan.* tomo xiii, num. 49, angelos ad hominum satus a Deo ordinatos esse dicit, quorum opera corpus et anima in unum coalescent. Quod autem contra objice potest, manibus Dei factum se et formatum agnosceré Davidem psalm. cxviii, 73, et Jeremiam 1, 5, id ita solvit, conditos quidem illos a Deo, sed angelorum ministerio et ope; quemadmodum lex dicitur ordinata per angelos, licet auctorem Denim habeat. Hanc quoque obducit responsionem; quos sibi Deus peculiariter destinavit, Jobum puta, Davidem et Jeremiam, a Deo ipso fuisse factos; reliquos vero ab iis angelis quibus forte obtigerunt. Quo referri jubet illud Genes. i, 26: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; » et illud Genes. xi, 7: « Venite, descendamus, et confundamus ibi lingua eorum; » Deo nempe sic angelos hominibus tuendis prefectos altoquente. Tomo vero xix in *Joan.*, num. 4. ex hoc Lucæ<sup>47</sup>: « Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te, » hominum omnium animas a φυγαδοῖς quibusdam, qui animis ipsis præstantiores sunt, assumi tradit, atque hujus φυγαδῶν immunem fuisse solum Christum Jesum, cui reliqui omnes etiam patriarchæ, prophetae et apostoli fuere obnoxii. Assumptas autem ab angelis custodia illarum, dum in corpore essent, deputatis animas, in judicium ab illis ipsis eductum iri scribit homil. in Num. 11, num. 4, et 20, num. 4. Nec in judicium solum, sed in suppliciis etiam, vel gloriae destinatum locum. « Mortuus est, » in-

<sup>47</sup> Luc. xii, 20.

quit homil. 9 in *Lxxit.*, num. 4, « Lazarus et abduc-  
tus est ab angelis in sinum Abrahæ. Similiter autem et dives, et abducens est ad infernum in locum tormenti ». Animadvertis evidenter loca sortis utriusque distincta. Vide etiam qui sunt qui abducunt: angeli, inquit, qui semper parati sunt ad abducendum: ministri enim Dei sunt ad hoc ipsum destinati, qui impleant sortem quam tibi ipse paraveris. » Homil. 5 in *Nsm.*, num. 3, sanctos ab angelis post mortem manibus et humeris vehi demonstrat, donec in quietis locum ducunt sint. Quod significari ait illo Davidis psalm. xc, 11, 12: « Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodian te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. » Ex eo autem Pauli, I Thessal. iv, 16: « Deinde nos qui vivimus, qui relinquimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus, » probat raptum iri ab angelis eos qui viatis purgati leviores evaserunt; portatum vero tri reliquos, qui peccatorum reliquis sunt onusti. Et homilia demum 11 in *Num.*, num. 4, pag. 308, jam supra laudata, angelos post hanc vitam futuros eorum principes decernit, quibus dum in vivis es-  
sent, jam ante præfuerant, quosque studio suo ac labore ad Christum converterant.

Ex Platonis autem fontibus ea fere hausta sunt. Sic enim ille in *Phædone*: Λέγεται δὲ οὕτως, ὡς ἔρα τελευτήσαντα ἔκαστον ὁ ἔκαστου δαιμόνων, διπέρ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχείρεις εἰς δὴ τινα τόπον, οὐ δὲ τοὺς συλλεγέντας διαδικασταμένους εἰς ἥδου πορεύεσθαι, μετά ἡγεμόνος ἔκεινου, ὃ δὴ προστέταται τοὺς ἑνέρνες ἔκειται πορεύεσθαι. « Sic autem fertur mortuum unumquemque, dæmonem illum qui viventem sortitus fuerat, deducere conari in quemdam locum, ubi oportet congregatos omnes causa dicta ad inferos prolicisci eum duce illo, cui mandatum est eos qui illinc abierunt, illuc deducere. » Quod aliis deinde libri ejusdem locis repetit; et post illum Plotinus *Enn.* iii, lib. iv, cap. 6: « Οἱ μέντοι δαιμῶν οὗτος δὲ λέγομεν, ἀγαγεῖν λέγεται εἰς ἥδου, οὐκέτι ἡ αὐτὸς μένειν, ἐὰν μή τὰ αὐτὰ ἔλληται πάλιν πρὶν δὲ τοῦ πῶς; τὸ δὴ ἀγαγεῖν εἰς τὴν κρίσιν. » Dæmon ergo ille quem dicimus, deducere fertur ad inferos, non amplius idem permanere, nisi eadem rursus eligat. Antea vero quomodo? adducere nimurum ad judicium. » Augustinus lib. xii *De civit. Dei*, cap. 24: « Illi autem, inquit, qui Platoni suo credunt, non ab illo summo Deo qui fabricatus est mundum, sed ab aliis minoribus, quos quidem ipse creaverit, permisso sive jussu ejus animadie facta esse cuncta mortalia, in quibus homo præcipuum, diisque ipsis cognatum teneret locum. » Et deinde: « Angeli autem, quos illi deos libentius appellant, etiam si adhibent vel jussi, vel permissi operationem suam rebus quae gignuntur in mundo,

A tamen tam non eos dicimus creatorum animalium, quia nec agricultas frugum atque arborum. »

Illi quidem Origeni ex ethnicis præluserunt: ex Christianis vero prælusit Clemens Alexandrinus, qui animam in muliebrem uterum immitti dicit ὅποιος τῶν τῇ γενέσει ἐφεστῶτων ἀγγέλων, et angelos ἐφεστῶτας τῇ ἀνόδῳ commeniorat. Et vero posterior illa de angelorum humanas animas in suas sedes reponentium ministerio sententia Ecclesiæ catholice placitis consona est. Priorem autem, quæ animalium rationis curam angelis ascribit, quaque tomī xiii in *Joan.* loco a nobis supra allato contineatur, sic ipse Origenes excusat: Ταῦτα δὲ οὐκ ἀπαντόμενοι λέγομεν, πολλῆς γὰρ βασάνου τὰ τηλιχαῖνα χρῆσι, ἵνα εὑρεθῇ πότερον οὐτως ἔχει, η ἐτέρως.

XXXV. Prætermitti poterat quæstio sequens de remunerationibus et pœnis per angelos a Deo ad ministrandis; nihil enim multum abnorme circa id argumentum Origenes excogitavit. Quoniam tamen cum superiori disputatione cohæret ejus tractatio, et peculiare nonnihil habet Adamantius, idecirco ipsam quoque leviter attingemus. Homilia itaque in *Jeremiam* 21, num. 6, tripleiter hominibus, quæ promeriti sunt, Deum retribuere ostendit, primum per se, secundum illud *Jerem.* li, 6, « Vicissitudinem ipse retribuet ei; » deinde per malos angelos, secundum illud psalmi lxxvii, 49, « Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, et iram, et tribulationem, inmissiones per angelos malos: » nonnunquam etiam per bonos, cuiusmodi multa in Scripturis reperiri dicit: ac leviora quidem criminis ministris suis vindicanda Deum permittere, ipsam vero graviores noxas ulcisci. Fue hoc argumentum libro viii *contra Celsum*, num. 59, persequitur, et quæcumque hominibus mala contingunt, Dei nra et consilio a dæmonibus immitti probat ex fundato psalmi lxxvii loco; bona vero ab angelis subministrari.

In quibus a magistro suo Platone non recessit; qui in *Symposio* deos inter et homines medium quadam constituit genus, et dæmones appellat, interpres utrorumque et sequestros, ἐρμηνεύοντας καὶ διαπορθμεύοντας θεοὺς τὰ παρ' ἀνθρώποιν, καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τας καὶ ἀμοιβὰς τῶν θεῶν. « Interpretantes et referentes diis, quæ mittuntur ab hominibus; et hominibus quæ mittuntur a diis; illorum quidem precatio[n]es et sacrificia; hominum vero mandata et sacrificiorum remuneratio[n]es. » Quæ munia eadem angelis tribuantur, unde Πατερᾶς et ἄγγελος a scriptoribus sacris appellantur, hoc est *internuntiū*. Plotinus autem *Enead.* iii, lib. iv, cap. 6, postquam docuit animas in judicium ab angelis adduci, pœnas postmodum lucubribus illis adesse subjunxit.

Origeni astupulantur, præter alios, Ambrosius et

<sup>11</sup> *Luc.* xvi, 22, 23.

Hieronymus, quorum ille epist. lib. v, epist. 58, hæc scribit: « An ipsos quoque angelos, qui in istius mundi laboribus diversa sustinent ministeria, sicut in Apocalypsi legimus Joannis, non ingemiscere credimus, cum adhibentur pœnatum et excidiorum ministri: qui habentes vitam æternam, malent utique eam in illo superiore tranquillitatis suæ statu currere, quam nostrorum peccatorum pœnis ultricibus interpellari. » Hieronymus vero lib. i in cap. vii *Dan.*: « Duplex autem angelorum officium est; aliorum qui justis pœmata tribuant, aliorum qui singulis præsunt crucialibus. »

XXXVI. Quoniam varius et parum constans Origenis de angelorum invocatione videtur fuisse ratio, delibanda quoque a nobis ea quæstio est. Sic ille loquitur lib. v contra Cels., num. 4: Τούτοις δῆ ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ Ἐργου αὐτῶν μεμαθηκότες καλεῖν, εὐρίσκομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θεοῦ εἰναὶ, καὶ θεοὺς ἐν ταῖς ἵραῖς ποτὲ ὄντομαζομένους Γραφᾶς. Ἀλλ' οὐχ ὅστε προστάσσεσθαι τὴν τοὺς διακονοῦντας, καὶ φέροντας ἡμῖν τὰ τοῦ Θεοῦ σίδειν καὶ προσκυνεῖν ἀντὶ τοῦ Θεοῦ· πᾶσαν μὲν γάρ δέσποιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντεξιν, καὶ εὐχαριστίαν ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πάσῃ Θεῷ, διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως, ἐμψύχου Λόγου καὶ Θεοῦ. Quæ iterum deinde incolat: unde omnis angelorum præcidi videtur invocatione. Sed non ita est; num honores quidem ad precos angelis adhiberi vetat eæ, quæ Deo uni conueniunt, nec adorari vel coli ipsos concedit, ἀντὶ τοῦ Θεοῦ, at certos quosdam iis exhiberi cultus, certaque fundi precatio[n]es permituit, naturæ eorum creatæ convenientes, et diversi a superioribus generis: Εὐψυχούμενα αὐτοὺς, inquit lib. viii contra Cels., num. 57, pag. 785, καὶ μακαρίζομεν ἐγγερισθέντας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ κρήσιμα τῷ γένει ἡμῶν· οὐ μὴ τὴν ὁρειλομένην πρὸς Θεὸν τιμὴν τούτοις ἀπονέμομεν. Non precatio[n]em ergo, sed precatio[n]em modum dammat. Hujus expositionis ipse sit fidejussor, operis ejusdem contra Celsum lib. viii, num. 13, in quo Celso respondens, qui quod Dei Filium Christiani colerent, colendos iis quoque ministros ejus dæmones nimis, censebat: Εἰ μὲν οὖτις, inquit, ἔνοτε τοὺς ἀληθῶς ὑπῆρχτας τοῦ Θεοῦ μετὰ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ, τὸν Γαβριὴλ, καὶ τὸν Μιχαὴλ, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, καὶ τούτους ἐλεγεῖ δεῖν θεραπεύεσθαι, Ιωαὶ ἐν τῷ περὶ τοῦ θεραπεύεντος αὐτοῦ σημανόμενον ἐκκαθήραντες, καὶ τῶν τοῦ θεραπεύοντος πράξεων, εἰπομένην εἰς τὸν τόπον. Ής περὶ τηλικούτων διαλεγόμενος, ἀπέρ έγωρούμενος περὶ αὐτῶν νοήσας. Vix loci hujus frangere conati sunt heterodoxi quidam nostrates, sed effeare tamen non potuerunt, quin aliquod θεραπεύεις genus angelis concessisse Origenem ex his ipsius verbis manifestum sit; eo nempe θεραπεύεις genere inferioris, quod Deo soli exhibendum est. Frustra autem contendunt

(55) Eadem cautione cultum et precos Deo Patri offerendas, a precibus Filio allegandis discernit jabet, etc. Vide observationes nostras in quest. 2, num. 23, ad hæc verba: « Quæ quidem absurdæ est et se-

A θεραπεύεις hanc, non de religiosa observantia et cultu esse intelligendam, cum hic non nisi de religioso disputatione cultu, quem Celsus dæmonibus itidem ut Deo præstandum esse asserebat. Id ut significaret, utebatur voce θεραπεύεσθαι. Respondet Origenes quoddam θεραπεύεις illius a Celso expressæ, hoc est religiosi cultus genus angelis quidem deberi, ea modo recte et legitime exhibeat, et cultus ille a cultu Deo præstari solito caute distinguatur. Pari modo cum distingueret libro v orationes Deo Patri offerendas ab iis quas offerri concedebat Filio, ut pœnitentia, nominis hujus, oratio, proprium usum intelligi vult, et ab ejusdem abusa secerit: Πάσαν μὲν γάρ δέσποιν, inquit num. 4, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντεξιν, καὶ εὐχαριστίαν ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πάσῃ Θεῷ διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως ἐμψύχου Λόγου καὶ Θεοῦ· δεσμέθαι δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Λόγου, καὶ ἔντεξόμεθαι αὐτῷ καὶ εὐχαριστήσομεν, καὶ προσευχήσομεθα δὲ, τὰν δυνώμεθα καταχούειν τῆς περὶ προσευχῆς κυριολεξίας καὶ καταγρήσεως (55). Eadem cautione cultum, et precos Deo Patri offerendas, a precibus Filio allegandis discerni jubet, et a cultu angelis exhibendo. Atqui Filium orari concedit, modo tanquam pœnitentias, et inferiori precatio[n]is genere invocet ac Pater; hæc enim fuit ipsius insania: Idem igitur de precibus et cultu angelis exhibendo sensisse ipsum concludendum est. At siue ambage angelum prece veneratur homil. t in Ezech., num. 7: « Omnia, inquit, angelis plena sunt. Venit, ὄντε: suscipe sermonem conversum ab errore pristino, a doctrina dæmoniorum, ab iniunctitate in aliud loquente: suscipiens eum quasi medicus bonus canfove atque institue; parvulus est, bōdie nascitur senex repuerascens: et suscipo tribuens ei baptismum secundum regenerationis, et advoca tibi alios socios ministerii tui, ut enneti pariter eos qui aliquando decepti sunt, erudiatis ad fidem. » Quæ quamvis sole ipso clariora sint, adversus ea tamen præscribere non dubitarunt iidem qui supra heterodoxi, et testimonii gravitatem, qua se obrui sentiebant, duplice responsione elevare; primita quidem hac, non religiosa illic angelum precatio[n]em invocari, sed rhetorica duntaxat apostropha appellari; altera ista, spuriū esse hunc locum, et adultera manu insertum: quæ gratis dicta, et solidis nullis probata argumentis gratis negari possunt. Fateor apostrophis aliquando Patres uti; apostropha hic usum esse Origenem, id vero pernego. Profecto, si enī heterodoxico invocandum Spiritum sanctum hodie neganti testimonia Patrum eum invocantium objiciantur; is vero apostrophas has esse respondeat, marginā esse dicetur responsionis hujus futilitas. Nec altera vero felicior: Græca homilia hujus exemplaria desiderari aiunt; elaboratus vero esse a Rustico et Hieronymo interpretationes, quorum sit levis in interpre-

cum pugnans conquestio. Vide et Bullum in Defens. fidei Nicæne, de Filii τῷ δρουστικῷ, cap. 9, num. 15.

tando fides; apostropham denique illam esse a stylo Origenis alienam. Certum est homiliarum istarum in *Ezechiem* interpretem esse Hieronymum; quem si fateremur haec de suo assuisse, fateri cogentur utique adversarii, si minus Origenem, at certe Hieronymum angelorum invocationem exemplo suo comprobasse. At sane ea exceptione opus non est. Sæpe se ait Hieronymus, et nos alibi docimus, verborum numerum in interpretando non reddidisse, sententias duntas et appendisse: verba neglexisse, sensus fidelieret retinuisse. Demus itaque haec αὐτολεξι, si forte, in Græcis ita non existisse; dent modo adversarii sententiam ipsam, qua angeli continetur invocatio, nulla parte fuisse vitia-  
tam. Quod addunt autem apostrophis hujusmodi uti Origenem non solere; id quidem in tomis verum esse concedimus, in homiliis non item, quæ hujusmodi pigmentis et figuris si non refertæ, ac penitus certe vacuae non sunt. Audivi quosdam præterea ex eadem secta, angeli nomine notatum hic episcopum asserentes, quemadmodum *Apocalypseos* cap. II et III eadem angelorum appellatione Asiaticarum Ecclesiarum episcopi significantur. Puderet illos suæ responsionis si totius loci cohererentiam attentius perspicerent, in quo tutelarium angelorum, ad exemplum Christi, ut sibi quidem fingebat Origenes, de cœlo descendedentium, et humanæ salutis curam suscipientium manifesta habetur mentio. Verba haec sunt: « Non sufficit unum cœlum aperiri: aperiuntur plurimi, ut descendant non ab uno, sed ab omnibus cœlis angeli ad eos qui salvandi sunt: angeli qui ascendebant et descendebant super Filium hominis, et accesserunt ad eum, et ministrabant ei. Descenderunt autem angeli, quia prior descendenter Christus, metuentes descendere, prinsquam Dominus virtutum omnium, rerumque præciperet. Quando autem viderunt Principem militiæ cœlestis in terrestribus locis commorari, tunc per apertam viam ingressi sunt sequentes Dominum suum, et parentes voluntati ejus, qui distribuit eos custodes credentium nomini suo. Tu heri sub dæmonio eras, hodie sub angelo. » Deinde: « Multitudo militiæ cœlestis erat laudantium et glorificantium Deum; quando natus est Christus. Omnia angelis plena sunt. Veni, angele, suscipe sermone conversum ab errore pristino. » Robur his additur ex hoc testimonio homil. 23 in *Luc.*: « Ego non ambigo et in eontra nostro adesse angelos, non solum generaliter omni Ecclesiæ, sed etiam sigillatim; de quibus Salvator ait: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est*<sup>40</sup>. Duplex hic adest Ecclesia, una huminum, altera angelorum. Si quid juxta rationem et iuxta Scripturarum dicimus voluntatem, letantur angeli, et orant nobiscum. » Itaque perspicuum est non episcopum interpellasse Origenem in priore illo loco, sed angelum invocasse. Incassum ergo ad angelorum repudiandum cultum Origenis auctoritate

A prætendit vir alioquin eximiae erditionis *Ger. Joan. Vossius lib. I De orig. idol.*, cap. 9. Porro quam priore loco adhibemus responsionem, eam ipsam usurpare fere licet adversus loca aliqua Origenis, aliorumque Patrum, quibus Deo soli, nec cuiquam præterea cultus ac fides tribuenda pronuntiatur, et quibus receptam a Catholicis angelorum invocationem, et ad preces nostras Deo offerendas allegationem impugnare student adversarii: inter quos tam nonnulli, viri candidi et eruditæ, veritate quippe victi, angelorum intercessionem et postulari posse, et impetrari fatentur.

B XXXVII. Accusatum olim falso Origenem refert anonymous apud Photium cod. cxvii, cum multis nominibus, tum idcirco quod affirmaverit, δι τὰ χειροῦ ἐπίνοιας τοῦ Υἱοῦ εἰσαγόμενος. Cherubimos cogitationes Filii esse. Crimen istud quomodo ab Adamantio depulerit anonymous iste, equidem nescio; ex Photii tamen verbis id videtur consequi, tanquam falso conficta, et Origeni per calumniam impœcta ab hoc ejus patrone fuisse confutata. Veruntamen ut illud ab Origene scriptum demus, liquido tamen juraverim, ut alia fere omnia, sic ea quoque ἀλληγοριῶς ipsum proposuisse. Eadem itaque valeat hic responsio, qua ad eum supra excusandum usi sumus, cum Filium et Spiritum sanctum duos esse Seraphimos, et Christum quoque virum eum sterilē esse diceret, quem commenorat *Jeremias* cap. xxii, vers. 30.

C XXXVIII. Animadvertisimus supra diversa Origenem angelis ac dæmonibus affixisse corpora, citra ullum οὐσίας et naturæ discrimen. Ex ea opinione nata est illa altera, crassius hoc, et aeri nostro cognatum dæmonum corpus, res sni generis appetere, suffitūs puta, et nidores sacrificiorum, ac sanguinem etiam victimarum ligurire; nec iis tantum delectari, quod homines idololatriæ deditos esse videant, sed etiam propter voluptatem ac delicias, quibus eorum corpora afficiuntur. *Origenes lib. III contra Cels.*, num. 37: Πάντες μὲν, inquit, οἱ θεοὶ τῶν έθνῶν εἰσι δαιμόνια λιχγά, καὶ περὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰ αἷματα, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀποφορὰς καλινδούμενα, ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν μὴ προστεφευγότων τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ. et lib. vii sequente, num. 5, postquam dixit spiritus quosdam impuros circa terram degere, hoc subhicit: Δῆλος δὲ τὸ τοιούτον τοὺς αὐτοὺς τυγχάνειν καὶ τὸ, ταῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀναθυμάτεσσι καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν αἷμάτων καὶ διλοκαυτωμάτων ἀποφοραῖς τρεφόμενα αὐτῶν τὰ σώματα, φιληδονούντων τοῖς τοιούτοις, ἐπ' αὐτὸς τυγχάνειν τὸ ὕστερελ φιλοζωεῖν. et lib. viii, num. 50: Τὰ δὲ πνεύματα, τοῦ αἵματος μὴ ἐκχριθέντος, διπερ φασὶν εἶναι τροφὴν δαιμόνων, τρεφομένων ταῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναθυμάτεσσιν ἀπαγορεύει δὲ λόγος, ίνα μὴ τραχώμεν τροφῇ δαιμόνων. et in *Proteptico ad martyrium*, num. 45: Ἐπεὶ δὲ τινες μὴ θεωροῦντες τὸν περὶ τῶν δαιμόνων λόγον, καὶ ὡς ὑπὲρ τοῦ περαμένειν ἐν

<sup>40</sup> Matth. xviii, 10.

τῷ πάχει τούτῳ καὶ περιγέλι δέρι, δεδμενοι τριφῆς τῆς διὰ τῶν ἀναθυμιάσεων ἐπιτηροῦσιν ὅπου κνίσσα ἔστι καὶ αἴματα, καὶ λιθανωτοί, ἔξευτελῖζουσιν ὡς ἀδιάφορον τὸ θύειν, εἴποιμεν ἄν καὶ πρᾶς ταῦτα, ὅτι εἴπερ οἱ τροφὰς ληπταῖς, καὶ φονεῖσι, καὶ βαρβάροις ἔχοιτο τοῦ μεγάλου βασιλέως παρέχοντες, ὡς τὸ κοινὸν ἀδικήσαντες κολάζονται· πότισμα πλέον οἱ τοὺς τῆς κακίας ὑπηρέτας διὰ τοῦ θύειν διδόντες τροφὰς παραχατεχούσσες αὐτοὺς ἐν τῷ περιγέλι τόπῳ, δικαιότατα ἄν ἐγκαλοῖντο.

In eadem porro ac Origenes causa sunt vetus et recentior illo Justinus, et recentior Maternus Firmicus, quorum ille *Apolog.* scribit angelos perduelles in servitatem homines redegisse, cum aliis modis, tum διὰ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμαράτων, καὶ σπονδῶν, ὃν ἐνδεῖς γεγόνασι, μετὰ τὸ πάθεσιν ἀπιθυμιῶν δουλωθῆναι, « docendo sacrificiorum, suffituum et libationum ritus, quibus tum indignerunt, postquam cupiditatum affectionibus sese submiserunt. » Ille vero cap. 14 libri *De error. profan. relig.* asserit substantiam dæmonum a diabolo prognatorum sanguine victimarum nutriti.

#### QUÆSTIO VI.

##### DE ANIMA.

I. *De animæ origine quid statueret Origenes certum non habuit.* II. *Ex dogmate προῦπάρχεως, et perpetui libertatis usus maximo Origenianorum errorum pars proflixit.* III. *Utrum animas rationis compotes et substantia divina delibotas esse assuerit.* IV. *An eas corpore antiquiores, in illudque pro peccatis demissas putaverit.* V. *Unde nomen. Ψυχὴ factum autumaverit.* VI. *Ex his multorum criminationibus est appetitus.* VII. *Ad doctrinam hujus fontes digitus intenditur.* VIII. *Quam variis Scripturæ locis fulcire conatus est Origenes.* IX. *Multo licet eam funditus labefacient.* X. *Patres ejus assertores recensentur.* XI. *Nihil his temporibus scrat ab Ecclesia super hoc argumento determinatum.* XII. *Nec multo recentioribus.* XIII. *Utrum unimas corporeas, et quali corpore prædictas crediderit.* XIV. *Origenem Patrum multorum assensus, et sua excusare potest hasitatio.* XV. *Ex antiqua philosophia opinionem suam deponit. Intricatus Methodii locus explicatur.* XVI. *Utrum solam animam hominem constitutere dixerit.* XVII. *Examinatur Origeniano μετενσωμάτωσις.* XVIII. *Pythagoricam μετεμψύχωσιν propagnasse a plurimis dictis est Adamantius.* XIX. *Sed multis purgatur.* XX. *Metensomatoseos autores produntur.*

I. Quoniam hominum animas, ejusdem esse ac angelos ordinis et naturæ voluit Origenes, explorata horum juxta ipsius definitiones natura, de illis nunc ut agamus, rerum series desiderat. Observandum vero illud est ante omnia, obscurum ac difficile visum hoc argumentum Origeni, itidem ut alii Ecclesiæ Patribus plerisque, summaque in hæsitatione et angustia fuisse versatum. Cum enim libro III *De principiis*, cap. 4, num. 1, præcipuas tres proposuerint de anima sentientias; utrum duplex sit in nobis, divinior altera et de cœlo deprompta, alia inferior; an una tantum cœlestis juncta corpori, a quo inclinetur et deprimatur ad vitia; an vero constet anima partibus duabus, quarum alia sit rationis particeps, ratione altera caret; postquam singulas accurate opiniones excussit num. 2, 3, 4 et 5,

A in nullam inclinans partem, subjungit tandem numerus 5: « Et nos quidem prout potuimus, ex singulorum personis quæ dici possunt disputationis causa de singulis dogmatibus in medium protulimus. Qui autem legit, eligat ex his quæ magis amplectenda sit ratio. » Denuntiat præferea non semel, διαπορητικῶς sese disserere, non καταψατικῶς loqui, siquando visus est aliquid de ea re statuere, utpote incerta, nondum Ecclesiæ decretis Origeniano aeo, nec multo recentioribus definita; quemadmodum declarabitur inferius. Id confirmat Pamphilus in *Apolo-gia*; quamvis disputationes Origenis vel assertiones, quas de animæ statu et dispensatione proposuit, nonnullos culpasse fateatur.

B II. Imprimis autem, maxima illud animadversione dignum est, ex superioris memorato gemino hoc dogmate, mentium προῦπάρχεως, et pleni ac perpetui libertatis usus semper vigentis ac florentis, maximam Origenianorum errorum partem prodiisse; nam profluxit inde quidquid fere circa angelorum naturam peccatum ab eo est: inde μετενσωμάτωσις, alia alia corpore subeuntibus animis, pro vario libertatis usu: inde solam animam censuit constituere hominem, assumpto nimiri in pœnam corpore, tanquam vinculo et compede: unde et tollenda fuit resurrectio, nam quid corpore hoc et vinculis opus homini in integrum restituto? Gratias quoque beneficium peremisit nimia illa et immoda libertas. Unde vero afflictas dicemus astris animas, et liberum arbitrium, quam ex hoc mentium ascensus et descensu, crassiora, vel subtiliora ac splendidiora subeuntium corpora pro meritis? unde vesuna haec et pestifera opinio, Christum vel passum vel passurum pro sideribus, pro angelis et dæmonibus, quam ex altera ista, peccato naturas illas esse obnoxias, non secus ac humanas, proindeque eadem reparatione ac remedio indigere? Sed et præsinitus damnatorum supplicis modus ac tempus ex quo fonte manavit, quam ex perseverante etiam post inflatas pœnas libertatis usu? Denique positis his mentium revolutionibus, ac nunquam desituro circuitu, renasci quoque mundos identidem oportuit, cum mentibus denouo peccantibus nova iterum paranda essent vincula, nova scilicet imponenda corpora, ex quorum diversitate mundus efflorescit. Quæ si quis observabit diligenter, non repugnantibus et dissipatis dogmatibus constare doctrinam Origenis fatebitur, sed apte connexam esse, et necessaria argumentorum serie ac textura cohærentem.

C III. Primam in hac quæstione adversus Origenem intentat criminationem Iheronymus epist. 59 ad Avit., cap. 4, cum arbitratum ipsum fuisse ait animas omnes, et quæcumque ratione prædicta sunt e Dei substantia expressa prodiisse, divinarque ipsius partem esse substantiae. « Ne parvam putaremus, inquit, impietatem esse eorum quæ præmisserat (Origenes) in ejusdem voluminis (*Hegi ἀγριῶν*) sine conjungit omnes rationabiles naturas, id est Patre et Spiritum sanctum, angelos,

potestates, dominationes, ceterasque virtutes, ipsum A quoque hominem secundum animae dignitatem unius esse substantiae. Intellectualem, inquit, rationabilemque naturam sentit Deus, et unigenitus Filius ejus, et Spiritus sanctus; sentiunt angeli, et potestates, ceterasque virtutes; sentit interior homo, qui ad imaginem et similitudinem Dei conditus est. Ex quo concluditur Deum, et haec quodammodo unius esse substantiae. Quod in C-igene damnaverat Hieronymus, idem in Palestinis Origenistis damnat Justinianus in epistola ad quintam synodum, quam habet Cedrenus: Λέγουσι γάρ ὅτι νόες ἡσαν δέχα παντός ἀριθμοῦ τε καὶ ὄντων τοῖς ἐνάδαι πάντων είναι τῶν λογικῶν τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας, καὶ τῇ δυνάμει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον, ἐνώσει τε καλγνώτεροι. Dicunt enim mentes fuisse absque numero et nomine, adeo ut rerum omnium rationalium unitas sit, cum idem sint substantia, et operatione, et virtute quae est apud Deum Verbum, tum adiunctione et cognitione. Gobars quoque Trithita ille, cuius excerpta colligit Photius cod. ccxxxii, dogmata multa, quae fere Origeniana sunt, in utramque disputans partem, octavo loco illud habet, ὡς ἐκ τῆς θείας οὐσίας ἡ ἀνθρωπίνη προελήλυθε ψυχή, et divina substantia humanam animam processisse.

Fuit illa quidem Pythagoreorum doctrina, divinæ auræ particula animas nostras constare, et Deum

. . . . . ire per omnes  
Terraque, tractusque maris, cælumque profundum :  
Hinc pécudes, armenta, viros, genus omne ferarum,  
Quemque sibi tenues nascētē arcessere vitas.

(Virgilius, Georg., lib. iv, v. 221.)

\* Audiebam, ait Cato apud Tullium, \* Pythagoram, Pythagoreosque, incolas pene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. In eadem fuerunt opinione Platonici et Stoici, quam et Credo, et Marcio, et Manichæi subinde amplexi sunt. Hieronymus epist. 61 ad Panumach., cap. 5, sic Joannem Hierosolymitanum interpellat: \* Dicis animas hominum non partem esse Dei nature: quasi Manichæus nunc ab Epiphanio sis vocatus; et cap. 6: \* Dicis animam non esse de Dei substantia; pulchre, damna enim impiissimum Manichæum, quem nominare pollutio est; et mox: \* Nemo dubitat errare qui dicit eam (animam rationalem) esse Dei substantiam.

Igitur Joannes ille Hierosolymitanus, qui Origenista vulgo audiebat, ab ea tamen opinione, factente Hieronymo, erat alienus; quod ad purgandum Origenem valere potest. Ipse Origenes, cuius verba pro hoc dogmate recitat Hieronymus, voceni addens, quodammodo, reprehensiones et se prohibet.

(56) Hoc etiam se purgat Origenes illo criminis, quod animam corporatum esse decrevit, etc. Jam supra observavimus quest. 9, De angelis, num. 5,

A bet. \* Unum addit verbum, quodammodo, ait Hieronymus epist. 59 ad Avit., cap. 4, ut tanti sacrilegii crimen effugeret, vel fortasse ut opinionis hujus nevitiquam affinem se esse declararet. Sic ille quidem in libro *De martyrio*, num. 47: \* Ετι δὲ καὶ φιλοζωεῖ ἀνθρωπός, πεισμα λαβὼν περὶ οὐσίας λόγικῆς ψυχῆς, ὡς ἔχουστης τι συγγενὲς θεῷ. Quod si e Dei substantia delibatam censisset animam, non affine aliquid habere, sed ipsius particulam esse dixisset: affine autem cum eo quidam habet, quod ad ejus imaginem condita sit, quod lumine divino vultus ipsius signatus sit, quod mortis expers, et beatitatis aeternae capax sit. Planissime vero errorem hunc impietatis arguit in Heraclone; qui eiusdem esse ac Deum essentia fluebat quicunque ipsum spiritu adorarent: Επιστήσωμεν δὲ, inquit tomo xiii in Joan., num. 25, εἰ μὴ σφόδρα ἔστιν ἀσεβὲς ὅμοιούσιον [lego ὅμοιούσιον] τῇ ἀγενήτῳ φύσει καὶ παμμακαρότεροι είναι λέγειν τοὺς προταχυνοῦντας τῷ πνεύματι τῷ Θεῷ (56). Hoc etiam se purgat Origenes illo criminis, quod animam corporatum esse decrevit, ut infra declarabimus; qui enim corporea res pars esse Dei corpore parentis, qualiter esse defendit Origenes, dici poterit? Hinc Augustinus lib. 1 *De civit. Dei*, cap. 25: \* Animas dicunt, non quidem partes Dei, sed factas a Deo peccasse a Conditiore recessendo; et diversis progressibus pro diversitate peccatorum a cœlis usque ad terras, diversa corpora quasi vincula mernisse. Et hinc esse mundum, eamque causam mundi fuisse faciendi, non ut conderentur bona, sed ut mala prohiberentur. Hinc Origenes jure culpatur: in libris enim quos appellat *Hepl ἀρχῶν*, id est, *De principiis*, hoc sensit, hoc scripsit. \* Origenes igitur animas, non quidem partes Dei, sed factas a Deo esse creditit. Nec minus hoc utile, quod Hieronymus epist. 82, ad Marcellinum et Anapychiam, germanam Origenis sententiam ab hoc ipso affixa distinguit: \* Σαρπηδονίαν, inquit, memini vestrae questiunculae, immo maxime ecclesiasticae quaestitionis: utrum lapsa de cœlo sit, ut Pythagoras philosophus, omnesque Platonici et Origenes putant; an a propria Dei substantia, ut Stoici, Manichæus, et Hispaniæ Priscilliani haereses suspicantur. \* Hoc quidem ob dogma Palestinos Origenistas pulsavit Justinianus, idcirco fortasse quod tributos omnes Origeni errores ab iis propugnatos fuisse opinatus est: sin ei adheserunt revera, minime sane sectatorum suorum vesanas omnes prestabit Adamantius. Quod si tamen culpæ hujus fuisset reus, astipulatorem ipsi daremus Tertullianum, qui lib. iv *adversus Marcionem*, cap. 38, sic ait: \* Hominem igitur reddi jubet Creatori, in cuius imagine et similitudine, et nomine, et materia expressus est.

IV. Certioribus Origenes et manifestioribus sensu naturam animae in corpore quantumvis subtili non posuisse Origenem.

tentiam hanc signavit monumentis, quæ animas ante corpora a Deo conditas, in eaque sic tanquam in ergastula demissas pro peccatis decernit. Atque hæc alteri de angelorum meritis et remunerationibus ac pœnis superius expositæ connexa est. Naturas enim omnes ratione prædictas, hoc est mentes a Deo ante mundi opificium procreatæ, liberoque instructas arbitrio fuisse putavit; qua recte vel male agendi facultate diversis utentes modis, diversos inde vel gloriæ, vel ignominiaæ ac pœnæ gradus fuisse consecutas; alias siquidem angelorum adeptas esse naturam, quæ leviorum essent noxarum fontes; quæ contra liberi arbitrii munere in deterius fuisser abusæ, in crassiora corpora, sideriorum puta, vel dæmonum, vel hominum esse, depresso; sic tamen, ut quoconque sint loco, proficere possint in virtute, vel contra relabi in vitia; et pro regressus sui vel progressus ratione, ad superiore evanunt statum, vel ad inferiorem detraduntur (57). Huius quoque conditioni animam obligavit Christi, eamque pro summo suo adversus Deum amore, Verbo in unum conjunctam fuisse voluit, atque inde corpus in B. Virginis Marie uter formatum subiisse. E mentibus porro illis que angelicam essent assecutæ conditionem, nonnullas Christi imitantes adversus humanum genus amorem et charitatem, vel aliis de causis a Deo missas, carnem assumpsisse sensit, et prophetarum sanctorumque virorum personam gessisse in terris, et ad exemplum Christi sese componentes hominum reliquorum salati consuluisse. Horum omnium partem demonstravimus jam supra, partem hic declarandam servavimus.

Minime vero nobis diutius immorandum est in locis colligendis, quibus animarum ποῦπαρξιν Adamantius asseruit. Patent illi unicuique obviam, et viro non multum diligenti frequentes occurront. Insignes duntaxat aliqui, pro more nostro, fidei conciliandæ gratia adducendi sunt, praeter eos, quos jam supra protulimus, cum ipsius sententiam de angelorum meritis exploraremus. Ante alios observandus venit ille e lib. II *Hept. ἀρχῶν*, cap. 8, num. 3 et 4, in quo naturas illas ratione polientes, que a Deo primum procreatæ sunt, prius quam boni aliquid vel mali in se conceperint, D. insidentes fuisse tradit; deinde vero scelere admisso, animas evasisse. Verba ipsa producuntur: « Ex quibus omnibus illud videtur ostendi, quod mens de statu suo ac dignitate declinans, effecta vel nuncupata est anima: que si reparata fuerit et correcta, reddit in hoc ut sit mens. Quod si ita est, decessus ipse mentis ac devolutio videtur mihi quod non æqualis omnium sentiendus sit, sed vel plus vel minus in animam verti, et aliquas quidem mentes servare aliquid etiam prioris vigoris; ali-

<sup>56</sup> Jerem. I, 5. <sup>57</sup> Rom. ix, 20.

(57) Huius quoque conditioni animam obligavit Christi, eamque pro summo suo adversus Deum

A quas vero aut nihil, aut exiguum aliquid. Unde inveniuntur quidam statim ab ineunte ætate ardenter acuminis, alli vero tardioris; nonnulli autem obtusissimi et penitus Indociles nasci. » Quibus similia in capitib. ejusdem cælee literantur. Libro vero lucubrationis ejusdem priore, cap. 7, num. 4, animam hominis, non cum corpore faciem docet, sed extrinsecus insertam, idque pro meritorum ratione. Probando huic Jacobi profert exemplum et Esau, quorum hic fratres, cum ex utero prodiret, supplantavit; quod ita nequaquam eventurum fuisse censem, nisi id uterque fuisse gestis suis promeritus, antequam cœlo delaberetur: addit et Joannis exemplum, qui in materni uteri claustris etiamnum compactus, ad Mariæ vocem tripudiavit; et Jeremiæ, cui dixerat Dominus: « Priusquam te formarem in utero, novi te: et antequam exires de vulva, sanctificavi te<sup>58</sup>. » Alioquin ait futuram apud Deum προτωποληψίαν, et in justitiam, quod et tom. II in *Joan.*, num. 28, repetit. Eadem asseverantius inculcat cap. 8, libri i *Hept. ἀρχῶν*, et libri III, cap. 4, num. 20. Postquam enim unumquemque dixit, prout sese gessit, a Deo vas effici vel ad honorem vel ad contumeliam, subdit continuo ibidem pag. 154: « Quod si justa haec videtur assertio, sicut est certe justa, et cum omni pietate concordans, uti ex præcedentibus causis unumquodque vas vel ad honorem a Deo, vel ad contumeliam præparetur: non videtur absurdum eodem ordine, atque eadem consequentia discutentes nos antiquiores causas, eadem etiam de animarum ratione sentire, et hoc esse in causa quod Jacob dilectus est antequam huic mundo nasceretur, et Esau odio habitus est, dum adhuc in ventre matris haberetur. » Dissertationem denum ita claudit num. 21: « Ex quo opimamur quoniam quidem (sicut frequenter diximus) immortalis est anima et aerna, quod in multis, et sine fine spatiis per immensa et diversa saecula possibile est, ut vel a summo hono ad infima mala descendat, et ab ultima ad summam bona reparetur. » Quod autem contra opponi poterat ex Pauli ad Romanos cap. ix, Deum ex eadem massa, sic tanquam figulum e luto vssa alia ad honorem fingere, alia ad contumeliam, sic diluendo contendit, rationalium animarum unam esse naturam, quæ Deo non secus subjaceat ne huius massa figulo, atque inde varii generis vasa deponi. Paulinam similiter increpationem: « O homo, tu quis es, qui contra respondeas Deo? » ad impios derivat, qui non discendi, sed resistendi causa, Deo obliqui audent, et postquam suinosis suis ac perfidia Dei alloquendi fiducia ac jure exciserunt, merito iis objici debet: « O homo, tu quis es, qui contra respondeas Deo? » Sanctis vero hominibus adeundi et alloquendi Dei, eidemque respondendi

amore, etc. Vide supra animadversiones nostras in quæst. 5, *De Christo*, num. 6.

copiam semper fieri vult, qualis olim Moysi facta est. Quam ipsam interpretationem cum præcedente de Jacobi anima, et vasis ad contumeliam honorem destinatis disputatione rursum adhibet lib. vii in Epist. ad Rom., num. 17, dum hoc idem caput Commentariis suis explanat. Vnde scilicet et frivola in re aperta cavillationes, et acri censura ac castigatione dignæ. Huic confirmando errori aliata superius exempla Joannis in matris utero exsultantis, et Jeremie antequam in materna alvo formaretur, ex eaque prodiret, Deo noti, ab eoque sanctificati repetit iterum cap. 3 libri tertii *Περὶ δρυῶν*, num. 5, aliaque congerit petita ex iis argumenta, qui a dæmonibus statim ab ortu correpti, vel a pueritia divinandi facultate prædicti sunt; quorum non aliud esse causam existimat, quam res olim ab iis gestas, antequam corpora subirent; arbitrii quippe sui libertate uti semper animam, sive extra corpus, sive corpori adjuncta sit. Idem sonant loca a Justiniano collecta, et epistola ad Menam subjecta. Nonnullas vero animas sponte delabi in terras, et exsequendis Dei consiliis operam suam navare velle somniant tom. xv in *Math.*, num. 34: Ἐγὼ δὲ ὑπονοῶ τὸν περὶ ψυχῆς ἀπόρθητον καὶ ἐν τούτοις κεκρύψθαι λόγον, ὅτε ἡγούουν ὅλην τὴν ἡμέραν μέχρι τῆς ἐνδεκάτης ὥρας· θέλοντες μὲν ἐργάσασθαι, οὐ παραλαμβανόμενοι δὲ εἰς τὸν ἀμπελῶνα οἱ τεθαρρόκθως ἀπολογοῦμενοί, καὶ λέγοντες· Οὐδέποτε ἡμᾶς ἔμισθωσατο. At enīm Origenes tom. xx in *Joan.* nonnulla habet quae cum C superiori ejus de anima opinione parum videntur consentire, qualitates nempe nescio quas animis ingigni, quales corporibus ingignuntur. Deimus ipsa verba ex num. 2: Ἐπειδὲ ἀπὸ ήθους κρίνεται καὶ ἔργων τὰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, μήποτε ἀπὸ τινῶν σπερματικῶν λόγων συγκαταβαλλομένων τισίν, ὡς οἴμαι, ψυχαῖς, δεὶ χαρακτηρίζειν τοὺς δυτας σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ· καὶ εἶπερ, ὡς κατὰ τὸ σωματικὸν, οὐ πάντες ἀνθρωποι σπέρμα εἰσὶ τοῦ Ἀβραὰμ, οὐτω κατὰ τὰ νῦν ἀποδιδόμενα περὶ τοῦ, τίνες εἰσὶ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, δῆλον ὅτι οὐ πάντες ἀνθρωποι μετὰ πάντη σπερματικῶν λόγων τῶν ἐγκατασπαρέντων αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπιδεδημήκασι· εἰ δεῖνδε· Οὐ πάντες οὖν εἰσὶν ἀνθρωποι σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, οὐδὲ γάρ ἔχουσι τοὺς λόγους συγκατεσπαρμένους αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς, καὶ δυναμένους, εἰ γεωργηθεῖν, ποιῆσαι τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ. Item in psalmo. xv, 7, e Catenis Regiis, p. 599: Καὶ τῇ ψυχῇ τοινυῖ ἔστιν νοήματά τινα τοῖς σπέρμασιν ἀνάλογα, καθ' ἄ τὰ Ἑνδὸν γεννήματα ἐν ἀγαθοῖς πράξεις, καὶ θεωρίαις ἀληθιναῖς. Qualitates illas σπερματικὰς animis ingenitas quid aliud esse dicamus, quam qualitates cum semine traductas? Quod si in animos traducatur aliiquid cum semine et ingignatur, imo si cum animis ipsis seminatur aliiquid, συγκατασπερμεται ταῖς ψυχαῖς, seminantur utique ipsæ animæ, et ex traduce propagantur. Verum aliter accipienda puto illa Origenis; animas enim licet quibusdam λόγοις σπερματικοῖς instructas se-

A minari dicat, minime famen satio illa quo patrum ministerio perficitur, vel corporeum semen intelligendum esse videtur, sed satio alia mystica, et semen πνευματικὸν et νοητὸν, cuius auctor ipse Deus est: serere enim animas dici potest, quatenus eas in varia corpora juxta Origenis sententiam distribuit: tunc autem certas iisdem pro meritis qualitates inseri putavit Adamantius, easque quia semi-nantur in animis, tum cum ipsa animarum administratur satio, spermaticas dixit: quæ si qualitatum, animæ Abrahæ, vel justi alterius viri inge-nitarum similes sint, et diligenter excolantur, filios nos Abrahæ, vel viri alterius justi efficiunt, mystico quodam et spiritali modo. Germanum hunc esse Origenis sensum ex totius loci attenta lectione intellegitur, sed ex eo præsertim, quod qualitatum illarum variam ac inæqualem dispensationem causas ortum præcedentes habere dixit. Inde enim colligitur animarum προβατηρίες quæ cum animarum propagatione ex traduce stare non potest. Huc adde frequentes Origenis adversum hanc sententiam excursus, quorum si euai iam poenitet, nimis utique inconstantiae, et tanto viro indignus reus facit. Suffragantur huic expositioni quæ legimus tom. xiii in *Joan.*, num. 43: Τὸ δὲ ἀπὸ τῶν ψαλμῶν δοκεῖ μοι δηλοῦν περὶ τῆς καθόλου τῶν εὐγενεστέρων ψυχῶν παραγενομένων εἰς τὸν βίον τοῦτον, μετὰ τῶν σωτηρίων σπερμάτων, καὶ παραγενομένων γε, οἷον ἀκούσιων μετὰ στεναγμοῦ, ἐπανερχομένων δὲ ἐν ἀγαλλιάσει, διὰ τὸ καλόν γεωργηθεῖν, καὶ η-δηκνεῖν, καὶ πεπληθυγκέναι τὰ σπέρματα, μεθ' ᾧ ἐληλύθαστο.

B V. Institutam porro in animo opinionem perse-quens Origenes, ad superiora illud quoque adjectit, mentes in pejus delapsas idcirco ψυχάς luisse di-etas, quod ipsarum pietatis et charitatis servor refixerit. Hæc habentur lib. ii *Περὶ δρυῶν*, cap. 8, num. 3, ubi Deum ignem esse docet, igneos ange-los, nobisque ipsis spiritu ut serveamus præcipi, si modo Deo placere velimus: impios autem, frigidos et esse et dici; diabolum ipsum draconem eo significari, qui in mari regnare dicitur. Tum ita concludit: « Si ergo ea quæ sancta sunt, et ignis, et lumen, et ferventia nominantur; quæ autem contraria sunt frigida, et charitas peccato dicitur frigescere, requirendum est ne forte et nomen ani-mæ, quæ Graece dicitur ψυχή a refrigerando de statu diviniore ac meliore dictum sit, et translatum inde quod ex calore illo naturali et divino refri-gisse videatur; et ideo in hoc quo nunc est statu, et vocabulo sita sit. » Consimilem huic locum in-didem adducit Justinianus in calce epistolæ ad Me-nam.

C Epiphanius hæres. lxiv, cap. 5, et in epist. ad Joan. Jerosol., cap. 2, dixisse Origenem refert ψυ-χάς vocitatas, διὰ τὸ ἀνωθεν πεψύχθαι. Id vertit doctissimus interpres, et quod cœlitus afflata sit; » quæ sane nihil probari non potest expositio; nam animas quidem desuper immitti affirmavit Orige-

nes; afflari vero vel inspirari anima multo ante condita non magis dici potest quam angelus, quem nemo desuper afflari dixerit, cum de cœlo in terras ablegatur. Vertendum ergo, et quod sursum refixerit.

**VI.** Ex his Adamantii circa animæ originem platicis nata est octava e criminationibus, quas ipsi objici solitas repræsentat et diluit Pamphilus in *Apologia*. Illa certe postquam prolixè confutavit Justinianus in epistola ad Menam, tum Scripturæ sanctæ, tum Patrum auctoritate, ab ipsis deinde anathematismos suos eidem epistolæ subnexos auspiciatus est; atque illa quisquis fuerit amplexus, anathema esse sancit, eademque rursus consigit in epistola ad quintam synodum, quæ est apud Cedrenum. Diu porro tunc erat, postquam vana hæc Origenis cogitata castigaverat Methodius, ut ex ejus excerptis discere est, quæ Epiphanius nobis et Photius asservarunt: castigaverat et Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater dialogo iii, interr. 449 et sequentibus (si modo *Dialogorum* istorum revera auctor est, ut fertur, iste Cæsarius); castigaverat et Gregorius Nyssenus libro *Περὶ κατασκευῆς ἀρθρῶν*, cap. 38, et Epiphanius hær. lxiv, cap. 4, et in epist. ad Joan. Jerosolym. cap. 9, quibus locis putasse dicit Adamantium ψυχὴn dictam, διὰ τὸ διωθεν πεψύχθαι, et δέμας, διὰ τὸ δεδέσθαι τὴν ψυχὴn ἐν τῷ σώματi, et σῶμα quasi σῆμα, et eo quod ita animam in se clausam habeat, quomodo sepulcra et tumuli cadavera mortuorum: castigaverat et Theophilus Alexandrinus, et Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 1 et 2, et epist. 61, ad Pammach., cap. 3, 5, 6, et epist. 65, ad Pammach. et Ocean., cap. 2, et lib. v *Comment. in Jerem.*, cap. 24, et in epist. ad Demetriadem cap. 9, ubi animarum προσπατεῖn in Ægyptio et Orientis partibus olim grassatam, suis temporibus et abscondite quasi in soveis viperarum apud plerosque versari queritur, et illarumque partium polluere puritatem, et quasi hereditario malo serpere in paucis, ut perveniat ad plurimos; et in *Comment. in psalm. LXXXIX*, ubi dogmati huic heresos nomen inurit, quemadmodum et in *Comment. in Jerem. xxix*, aliisque locis, quos brevitatis gratia prætermitto: castigaverat et Orosius in *Commonitorio ad Augustinum*, et Augustinus in libello *contra Priscillianistas et Origenistas*, cap. 8 et 11, et lib. xi *De civit. Dei*, cap. 23, ubi conflictas illas de animarum progressibus et regressibus fabellas eruditæ refellit: castigaverat et Leo papa in epist. 11, quæ est ad Julianum Coensem, et Gennadius *De dogmat.*, cap. 14, et Leontius in lib. *De sectis*; maxime vero Cyrilus, qui Theophilii patrui sui, non in Alexandrino solum episcopatu, sed in insenso etiam adversus Origenem odio successor, hanc ejus de animarum origine sententiam, Joannis Evangelium explanans, multiplici argumentorum apparatu subvertit. Nec minori studio post quintam synodum eamdem impugnarunt doctrinam Facundus Hermianensis lib. i, cap. 6,

A et Cyriacus monachus, quem narrat Simeon Metaphrastes dicenti Cyrillo: dogmata de præexistentia et restitutione in eundem statum, ab Origenistis quasi et media et ab omni periculo aliena haberi, et respondisse: Nequaquam esse media, et vacare periculo dogmata de præexistentia, imo esse lubrica potius et periculosa. Impugnavit et Antipater Bostrenus, scriptor ætatis mihil nondum compertæ, in dissertationibus adversus Origenem, quas *Ecclogis* suis intexuit Joannes Damascenus, tit. *Περὶ ἀμοιβῆς τῷ εὐ καὶ ἀρετῇ βιοτεύαρτων*. Damnatur ea quoque in Origene a synodo quinsexta, can. 1, et a Sophronio Hierosolymitano in epistola ad Sergium Constantinopolitanum; ab Isidoro *Origin.* lib. viii, cap. 5; Joanne Damasceno lib. ii *Orthod. fid.*, cap. 12, et lib. iv, cap. 6; Georgio Syncello in *Excerpt. Chronogr.*; Cedreno in *Comp. hist.*; Sulda in *Origene*; Niceta *Thes. orthod. fid.* lib. iv, hær. xxxi; Vincentio Bellovacense *Spec. doctr.* lib. xviii, cap. 43; Nicephoro lib. xvii, cap. 27, et Guidone Carmelita in *Summa de heres.*, qui multis eam refellit.

**VII.** Platonii porro hic quoque regendum se Adamantius præbuit. Ille autem in *Phædone*, et *Epinomi*, et lib. x *De legib.*, et in *Timao*, aliisque locis, doctrinam hanc disertissimis explicat verbis, quam magna subinde veterum pars arripuit. Nec hujus sane fuit ipse sententiae architectus; eam quippe multo prius propugnaverant Pythagoras et Empedocles. *Ἡ εὐλογώτερον*, inquit Origenes lib. i *contra Cels.*, numi. 32, ἔκαστην ψυχὴn κατὰ τινὰς ἀπορρήτους λόγους (λέγω δὲ ταῦτα νῦν κατὰ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἐμπεδοκλέα, οὓς πολλάκις ὄντος τὸν Κέλος) εἰσχρινομένην σώματi, κατ' ἄξειν εἰσχρινεθαν καὶ κατὰ τὰ πρότερα ήθη; et Hieronymus epist. 82, quæ est ad Marcellinum et Anapsychiam: *Super animæ statu memini vestre quæstiunculae*, imo maxime ecclesiastica quæstionis: utrum lapsa de cœlo sit, ut Pythagoras philosophus, omnesque Platonicci, et Origenes putant. Simile nanciscaris in epistola Justiniani ad quintam synodum, et apud Nicetam in *Thesauro orthod. fid.*, lib. iv, hær. xxxi. Sed et ipso Pythagora antiquior Orpheus animam in corpore puniri dixit. Testatur id Plato in *Cratylō*, ubi et vocis σῶμα originatum petit a σῆμα. Locum refert Clemens Alexandrinus *Strom.* lib. iii, atque item alterum Philolai Pythagoriei, quid id ipsum ex veteribus ethnicorum theologicis et valibus astruit. Merito itaque Harmenopulus in libro *De sectis*, et Elias Cretensis, Nazianzeni interpres, e Græcorum fontibus sententiam suam Origenem hausisse dicunt.

**VIII.** At eam tamen quo Christianis approbaret, non rationibus duntaxat, sed quæsitis etiam Scripturæ sacrae testimoniis fulcire conatus est, quæ nobis a Patribus exhibentur. Atque hos quidem refert Epiphanius in epist. ad Joan. Jerosolym., cap. 2, e psalm. cxviii, 67: *¶ Priusquam a malitia humiliarer, ego deliqui;* et e psalm. cxiv, 7: *¶ Rever-*

tere anima mea, in quietem tuam; » e psalm. cxli, 8; « Educ de carcere animam meam; » et e psalm. cxiv, 9: « Confitebor Domino in regione vivorum. » Apponit et istum Hieronymus in epist. ad Demetriad., cap. 9, e Joan. ix, 2: « Iste peccavit, ut ex ezechiel ex utero nascetur, an parentes ejus? » et illos præterea lib. i Comment. in Epist. ad Ephes. i, 4, e psalm. cxix, 5: « Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est; habitavi cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea; » e Rom. vii, 24: « Miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? » et e Phillip. i, 23: « Melius est reverti, et esse cum Christo; » et e psalm. lxxxix, 1, 2: « Domine, refugium factus es nobis in generationem et generationem: antequam montes formarentur, et fieret terra, et orbis terrarum. » Apponit et illum in Ephes. i, 17; e psalm. xxi, 28: « Reminiscuntur et convertentur ad Dominum omnes fines terræ. » Ex hoc denique Joan. i, 9: « Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, » cause sue robur. Origenem vel Origenistas accersivisse dicit Cyrilus in eundem Joannis locum.

**IX.** Sed manifesto repugnat illud Zacharie xii, 1: « Dicit Dominus extendens cœlum, et fundans terram, et fingens spiritum hominis in eo; » quod commento huic Origeniano a nonnullis oppositum est: repugnat et illud Joannis ix, 3: « Respondit Jesus, neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo: » unde mirari subit stuporem Origenis, qui præcedens istud comma: « Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut ex ezechiel ex utero nascetur? » in sui delirii defensionem usurpavit: ad voluntatem quippe Dei causam crucitatis illius referens Christus, ansam omnem abstulit detorquendæ illius ad peccata vitam præcedentia. Aperius etiam repugnat illud Rom. ix, 11 et seq., quod ad subruendam hanc Origenis opinionem usurpat Augustinus in epistola ad Optatum: « Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut malum (ut secundum electionem propositum Dei maneret), non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? nunquid iniqüitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cuius miserebor; et misericordiam praestabo cuius miserebor. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei ». Que licet Origenis fabulas fonditus labefacient, haec tamen ipsa Pauli verba ad suæ causæ defensionem adducit lib. ii *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 9, sed aliter exponit ac vulgo exponi solent. Quod tamen ait Apostolus, antequam boni quidquam vel mali egissent, a Deo destinatos, non ex operibus meritos, hic ut diligenter, ille ut odio haberetur; refert ille ad opera in terris et vita hac admissa, quæ nullam Deo destinationis suæ causam dede-

A rint: operum autem vitam hanc præcedentium merita nequ quam ab Apostolo infringi ac tolli arbitratur. « Igitur, inquit num. 7, sicut de Esau et Jacob diligenter perscrutatis Scripturis invenitur quia non est iniustitia apud Deum, ut antequam nascerentur, vel agerent aliquid in vita hæc, dicebatur *qui major serviet minori*<sup>52</sup>; et ut invenitur non esse iniustitia, quod et in ventro fratrem suum supplantavit Jacob, si ex præcedentis videlicet vita meritis digno eum electum esse sentiamus a Deo, ita ut fratrum præponi mereretur; ita etiam, » etc. Rem putasse videtur eodem modo, Paulinum hunc locum interpretans tom. ii in *Joan.*, num. 25. Nec aliter intellexisse eum verisimile est alterum istum II Tim. i, 8, 9, placito licet ipsius ex adverso oppositum: « Collabora Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora saecularia. »

X. Verumtamen perspicuis licet convicta sint Scripturæ testimoniis haec decreta, nihil seculi astipulatores habuit complures Adamantius: nam præter Pamphilum *Apologiam* auctorem, qui in eam inclinare videtur sententiam, eamdem assertatur Clemens Alexandrinus *Stromat.* lib. i, et clarissimus etiam lib. iii. In *Ecclesiis* quoque animam tradit in uterum inimitti οὐπό τινος τῶν τῇ γενέσαι ἐφεστότων ἄγγελων. Pierius etiam Alexandrinum, qui alter Origenes cognominatus est, animarum προῦπαρ-έτι defendisse testatur Photius cod. cxix. Nehemias in libro *De natura hominis*, cap. 2, animas hominum olim a Deo procreatas in corpora ab eo mitti existimat, cum ad eas suscipiendas idonea et informata sunt. Ecclesiasticis quibusdam persuasum fuisse narrat Hieronymus epist. 82, ad Marcellinum, animas olim conditas in thesauro Dei babori; quam opinionem ab Origeniana secernit. Ipsa vero lib. i Comment. in *Ephes.*, in cap. i, vers. 4 et 5, commenti hujus capita et propugnacula accurate scrutatur, et in comma 17 capituli ejusdem, ἐπίγνωσιν inter et γνῶσιν illud ait interesse disserimini, quae rerum quas nunquam scivimus sit γνῶσις, rerum vero quarum prius oblitus recordamus, ἐπίγνωσις, propterea Paulum Ephesis optare spiritum revelationis in agitacione Dei, id est, ἐπίγνωσις, quod prius in cœlesti vita Deum noverimus, ejusque de cœlis in terras migrando obliiti, iterum per revelationem cognoscamus: et lib. ii eorumdem Comment. in *Ephes.* iii, 1, legi ait multis in locis Paulum ideo vinclum dici, quod anima ejus tanquam in carcere, sic in corpore clausa teneatur: deinde addit alio sensu id ab aliis accepit, nempe quod Paulus ex utero matris suæ ad convertendas gentes prædestinatus, vineula postmodum carnis accepterit: et in *Philem.* xxii, ubi Epaphram concaptivum suum Paulus appellat, in verbo captivitatis, iuxta

<sup>51</sup> Rom. ix, 11-16. <sup>52</sup> Genes. xxv, 23.

nonnullos, reconditam aliquid latere dicit Hieronymus, et quod capti pariter et vinceti in vallem hanc adducti sint lacrymarum. » Quæ cum interposita nulla confutatione vel censura scripsisset, Rutini vexationibus et querelis patuerunt. Verum hujus criminis accusatione absolvere sese conatur *Apolog.* 1 *advers. Rufin.*, cap. 5 et 6, idemque in *Rufinum* crimen obscure regerit *Apolog.* lib. II, cap. 2 et 4, et lib. III, cap. 8 et 9. Sed notabile est in primis quod ait cap. 6 *Apolog.* 1: « Vinctam dici animam corpore, donec ad Christum redeat, et in resurrectionis gloria corruptivum et mortale corpus, incorruptionem et immortalitatem commutet, non absurdæ intelligentiæ est. » *Anonymous* ille apud Photium cod. cxvii qui Origenis defensionem suscepit, Scripturæ sacræ, Patrumque suffragis errorem hunc ultra propugnare satagit, nèdum illius exprobationem ab Origene prohibeat. Ab eo sane non plane alienum fuisse Philastrium crediderim; postquam enim haec disseruit hær. 51: « Alia est heresis quæ dicit hominis animam non factam a Deo appellari animam, sed ante, inquit, intellectus vocabatur, et erat in cœlo: postea autem quia terra desideravit, discessisse eam de cœlo, et ex eo eam animam nuncupatam arbitrantur; » quæ penitus Origeniana sunt. Mentem suam deinde prodit his verbis: « Ignorantes quod in principio facta a Deo, et creata post angelos anima est appellata a Domino, hocque nomen, proprietatis accepit a Deo, ut anima, non intellectus vocaretur. » Atque haec Scripturæ postmodum testificationibus comprobat. Denique vitio dat Tertulliano Augustinus lib. *De hæres.* ad Quodvultdeum, quod animas hominum nequam post obitum in dæmones converti asseruerit. Quamobrem Domitianus Galata, Aneyranus episcopus, in epistola ad Vigilium papam, adversus Origenis hostes haec conqueritur, referente Facundo lib. IV, cap. 4: « Prosiluerunt ad anathematizandos sanctissimos et gloriostissimos doctores, sub occasione eorum quæ de præexistentia et restitutione mota sunt, dogmatum, sub specie quidem Origenis, omnes autem qui ante enī, et post eum fuerunt, sanctos anathematizantes. »

XI. Nempe de animæ origine ac sorte nihil adhuc fuerat ab Ecclesia decretum. « De anima vero, ait Origenes in proem. lib. *Hæpl. ἀρχῶν*, num. 5, « utrum ex seminis traduce ducatur, ita ut ratio ipsius, vel substantia inserta ipsis seminibus corporalibus habeatur; an vero aliud habeat initium: et hoc ipsum initium, si genitum est, aut non genitum; vel certe si intrinsecus corpori inditur, necne, non satis manifesta prædicatione distinguitur; » qui locus profertur in suppositio dialogo sub Hieronymi et Augustini nomine, qui habetur inter spuria Hieronymi; et in opere *De deitate et incarnatione Verbi* ad Januarium, qui tomo Augustini quarto subnectitur lib. I, cap. 2, et profertur utroque ipsis Rufini verbis. Idem in *Epist. ad Rom.* lib. II, num. 4, pag. 479: « Si etiam extra corpus positi

A vel sancti, qui cum Christo sunt, agunt aliquid, et laborant pro novis ad similitudinem angelorum, qui salutis nostræ ministeria procurant; vel rursum peccatores etiam ipsi extra corpus positi agunt aliquid secundum propositum mentis sua, ad angelorum nihilominus similitudinem sinistrorum, cum quibus et in æternum ignem mittendi dicuntur a Christo: habeatur et hoc quoque inter occula Dei, nec chartula committenda mysteria. » Quin et lib. II in *Cantic. canticor.*, pag. 58, animam unamquamque in sua ipsius cognitione comparanda eniti debere sanciens, varias super ea ac contrarias enumerat opiniones, quas discutere ac ventilare animam jubet, et in verisimilioribus acquiescere. Sic autem eas animæ expendendas dedit, ut in utramque partem de illis disputare, et rationi magis consentaneas eligere hoc tempore licuisse videatur. Hinc libro II *Hæpl. ἀρχῶν*, cap. 8, postquam multis disseruit de anima, et excussa a nobis superius placita proposuit, subiectit illud tandem, num. 4: « Verumtamen quod diximus, mentem in animam verti, vel si qua alia in hoc videntur aspicere, discutiat apud se qui legit diligenter, et pertractet: a nobis tamen non potentur velut dogmata esse prolatæ, sed tractandi more ac requirendi esse discussa; » et paulo post, num. 5: « Haec prout potulmus de rationabili anima discutienda magis a legentibus, quam statuta ac definita protulimus. » Atque haec est summa defensionis Pamphilii. Quam ut validius confirmet, aliis fere de rebus tractasse Origenem dicit; « et anima, utpote incertæ originis, et parum comperte naturæ, nihil scripsisse. Tum ex libro in *Epistolam ad Thess.* illustrem adducit Origenis locum, quo exemplum eorum afferens quæ apostolicis traditionibus nequam determinata, absque haereticos nota poterant vel respici vel admitti, questionem proponit de anima: « Cum de ea, inquit, neque quod ex semiinis traduces ducatur, neque quod honorabilior et antiquior corporum compage sit, tradiderit ecclesiastica regula; » quorum alterutri qui fuissent assensi, velut novis studentes rebus in suspicionem venisse dicit; at eos temeritatis dannat, qui haec quemquam de causa suspectum haberent. Ad haec adjicit Pamphilus alias de anima opiniones Origeniana longe absurdiores esse et ineptiores: inter quas priore eam loco ponit, quæ catholicæ Ecclesiæ sanctionibus hodie recepta est. Addit deinde haudquam damnandum esse Origenem, cum ea servaverit quæ tunc super ea questione servanda preceperat Ecclesia, animas nimisrum ejusdem esse substantiae, immortales, rationis participes, libero prædictis arbitrio, a Deo conditas. Subiungit denique: « Quando autem factæ sint, olim simul, an nunc per singulos nascentium, quid periculi est alterutrum e duobus opinari? » Quid quod Origenes, tom. II in *Joan.*, num. 24, animarum propriaτivæ universalis opinione approbatam dicit? οὐδὲ, inquit, κρατή ὁ καθόλου περὶ φυγῆς λόγος, δι-

οὐ συνεσπαρμένης τῷ σώματι, ἀλλὰ πρὸ αὐτοῦ τούτης γενούσης, καὶ διὰ ποικίλας αἰτίας ἐνδυομένης σάρκαντι αἴματι, et cætera.

XII. Nec Origenis modo temporibus, sed recentioribus etiam incerta fuit in Ecclesia animæ origo et natura. Aestate quidem sua diversa sensisse de anima ecclesiasticos omnes scribit Pamphilus in *Apologia*. Hieronymus epist. 82 quæstionem sibi super animæ statu a Marcellino et Anapsychia propositam recitat, ex qua intelligas quantis tenebris fuerit tunc temporis circumcessa quæstio de anima : « Super animæ statu, inquit, memini vestram quæstiunculæ, imo maxime ecclesiasticas quæstionis : utrum lapsa de celo sit, ut Pythagoras philosophus, omnesque Platonici, et Origenes putant, an a propria Dei substantia, ut Stoici, Manicheus, et Hispaniæ Priscilliani hæreses suspicantur; an in thesauro habeantur Dei olim conditiæ, ut quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt : an quotidie a Deo flant, et mittantur in corpora, secundum illud quod in Evangelio scriptum est : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*<sup>34</sup>; an certe ex traduce, ut Tertullianus, Apollinarius et maxima pars Occidentalium autumant; ut quomodo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima, et simili cum brutis animantibus conditione subsistat. » Augustinus lib. iii in *De libero arbitrio*, cap. 20 et 21, quæstione illa prætermissa, utrum animæ ex propria Dei substantia profectæ sint, reliquas quatuor recenset his verbis : « Harum autem quatuor de anima sententiæ, utrum de propagine veniant; an in singulis quibusque nascentibus novæ flant; an in corpora nascentium jam alicubi existentes, vel mittantur divinitus, vel inde sua sponte labantur, nullam temere affirmare oportebit. » Atque has ipsas esse sententias, quas ab Hieronymo relatae sunt testificatur ipse Augustinus in epist. ad Hieronymum, de ratione animæ. Toto certe vitæ suæ decursu incertus in eo argumento Augustinus fluctuavit. Exstant insignes ejus ad Hieronymum et Optatum epistolæ, unde hæsitationem ejus, cunctationemque cognoscas; quam et aliis præterea locis prodidit, puta lib. vii et x in *De Genesi ad litteram*, et alibi. Septimi quidem hujus libri cap. 6, materiam quamdam spiritalem initio molitus esse Deum conjectat, e qua hominum animæ formatæ subinde affectæ sunt : « Fortasse potuit, inquit, et anima, antequam ea ipsa natura fieret, quæ anima dicitur, cuius vel pulchritudo virtus, vel deformitas vitium est, habere aliquam materiam pro suo genere spiritualem, quæ nondum esset anima; sicut terra, de qua caro facta est, jam erat aliquid, quamvis non erat caro; » et in *Retract.* : « Nam quod attinet ad animi originem, qua sit in corpore, utrum de illo uno sit, qui primum creatus, quando factus est homo in animam viventem, an similiter sicut singulis singulæ, nec tum sciebam, nec adhuc scio. »

A Nempe utrinque Scripturæ testimoniis pugnabatur. Qui tuebantur animarum προύπαρξιν, adversus eos qui animas tunc creari volebant, cum præparatis corporibus erant inserendæ, hoc Gen. ii, 2, intentabant, « Et requievit (Deus) die septimo ab universo opere quod patraret. » Contra prætendebant aduersarii illud Joan. v, 17, « Pater meus usque modo operatur, et ego operor; » quod ad Providentiam, non ad creationem alii referebant. Videndum Nemesius lib. *De natura hominis*, cap. 2, et Augustinus in laudata ad Hieronymum epistola. Nulli igitur mirum esse debet scripsisse Gregorium Magnum *Epistolar.* lib. vii, indict. ii, epist. 53, quæstionem de anima Patribus solvi non posse vi-sam esse, cum ne ipsius quidem temporibus ecqua-B e reliquis opinionibus pro certa haberetur, Ecclesia præscripsisset. Unde falsum esse appareat quod ait Justinianus in epistola ad synodum Constantinopolitanam, quam exhibet Cedrenus : « Ή δὲ Ἐκκλησία τοὺς θεοὺς ἐπομένη λόγοις φάσκει τὴν ψυχὴν συνθημιουργηθῆναι τῷ σώματι· καὶ οὐ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον, κατὰ τὴν οὐριγένους φρενοβολάθεταν. » Ecclesia autem divinis obsecuta sermonibus dicit animam cum corpore procreari; non vero hoc prius, illud vero posterius juxta Origenis dementiam. C Quid si dicamus igitur quintam synodum non ideo præcise damnasse Origenis sententiam, quod animarum defendet προύπαρξιν, sed quod mentes præterea fuisse illas tradere, et sanctas virtutes, quas cum contemplationis divine satias cepisset, in deterius esse conversas, et ab amore Dei refrixisse, indeque φυχά; esse dictas, et in corpora tutelæ causa dimissas : sic enim habet Justiniani anathematismus secundus.

XIII. Animas quando conditas putaverit, vidimus : quales ipsas censuerit, corporatas, an corpore carentes, videamus. Haec superflua sane videatur esse quæstio, si quæ de angelis scripsimus, attendantur : prolixa enim disputatione declaravimus, naturis quibuslibet ratione instructis corpora Origenem tribuisse. Strictum ergo paucillum quidam hic delibabimus, quod illuc consulto prætermissum, in hunc locum conjecimus; illud nimisrum : cum corpore constare animas existimaverit Adamantius, cuiusnam eas fixerit corporationis, an angelicæ similis, an crassioris, et ad illam demonum, quam angelica spissiore ostendimus, proprius acceditis. Ac naturas rationales diximus pro meritis, crassioribus tenuioribusve illigari corporibus : cum animæ aatem angelicæ virtute sint inferiores ac meritis, crassioris esse corporaturæ ac angelos dicendum est. Origenes lib. ii *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 2, num. 2 : « Ut ergo superius diximus, materialis substantia hujus mundi naturam, quæ ex omnibus ad omnia transformatur, cum ad inferiores quosque trahitur, in crassiorum corporis statum solidioremque formatur, ita ut visibles

<sup>34</sup> Joan. v, 17.

istas mundi species, variasque distinguit : cum vero perfectioribus ministrat et beatioribus, in fulgore cœlestium corporum inicit, et spiritalis corporis indumentis vel angelos Dei, vel filios resurrectionis exornat : ex quibus omnibus diversus ac varius unius mundi compleetur status ; » et capite sequenti, num. 3 : « Possibile enim videtur ut rationabiles naturæ, a quibus nunquam auferuntur liberi facultas arbitrii, possint iterum aliquibus motibus subjacere, indulgente hoc ipsum Domino, ne forte si immobilem semper teneant statum, ignorant se Dei gratia et non sua virtute in illo sine beatitudinis constituisse. Quos motus sine dubio rursum varietas corporum et diversitas prosequetur, ex qua mundus semper adornatur; nec unquam poterit mundus nisi varietate ac diversitate constare, quod effici nullo genere potest extra materiam corporalem. »

XIV. Excusando autem dogmati huic, quo animis corpora ascribit, contra quam in Ecclesia hodie creditur, appositum est illud e proemio librorum *Peri dρχων*, num. 9 : « Deus quoque quomodo intelligi debeat, inquirendum est, corporeus, et secundum aliquem habitum deformatus, an alterius naturæ quam corpora sunt; quod utique in prædicatione nostra manifeste non designatur. Eadem quoque etiam de Christo et de Spiritu sancto requirenda sunt; sed et de omni anima, atque omni rationabili natura nihilominus requirendum est. » Quæ requiri jubebat Origenes, ea profecto Ecclesiæ decretis definita non erant. Unde non Origenis ætate duntaxat idem Tertulliano de anima visum est, sed et plurimis quoque dein Ecclesiæ Patribus : puta Hilario in *Matt.* can. 5, ubi « animarum species, sive obtinentium corpora, sive corporibus exsulantium, corpoream tamen naturæ suæ substantiam sortiri » prædicat : et Ambrosio lib. II *De Abraham*, cap. 8, ubi, præter S. Trinitatem, corporibus reliqua constare asserit : et Cassiano *Collat.* VII, cap. 43, ubi animas spirituales quidem esse fatetur, incorporeas negat : et his antiquiori Theodoto in *Excerptis ad Clementis Alexandrini calcem adjectis*, ubi animas hominum corporeas esse affirmat : et Methodio ipsi Origenis adversario apud Photium cod. ccxxxiv, ubi animas esse ait corpora voερά, in membra ratione aspectabilia discretas. Ipse etiam Augustinus, opinioni huie licet infensus, aliquo tamen sensu animam corpus esse fatetur epist. 28. At ab eo discessit Faustus Reiensis, animisque corpora palam affinxit, quem tribus libris errorem ultus est Claudianus Mamertus.

Magis illud vero ad excusandum Origenem conferre posset, quod scriptum ab eo est homil. I in *Genes.*, num. 43, ubi hominem, qui de limo terre fictus est, corporeum hominem esse dicit; qui autem ad imaginem Dei conditus est, spiritalem esse eum et cassum corpore; illum exteriorem hominem esse, hunc interiorum. « Si qui vero hunc corpo-

A reum putent esse, qui ad imaginem et similitudinem Dei factus est, Deum ipsum corporeum, et humanæ formæ videntur inducere; quod sentire de Deo manifestissime impium est; » et lib. I *Peri dρχων*, cap. 1, num. 7 : « Si qui autem sunt qui mentem ipsam animaunque corpus esse arbitrentur, velim mihi responderent, quomodo tantarum rerum, tam difficultium, tamque subtilium rationes, assertionesque recipiat? Unde ei virtus memorie? » et in *Protreptico ad martyrium*, num. 47 : « Ετι δὲ καὶ φιλοζωεῖ ἄνθρωπος, πείσμα λαβὼν περὶ οὐσίας λογικῆς ψυχῆς, ὡς ἔχουσης τι συγγενές Θεῷ· νοερὰ γάρ ἔκάτερα καὶ ἀδράτα, καὶ ὡς δὲ πεικρατῶν ἀποδεῖκνυει λόγος, ἀσώματα· et lib. VI *contra Celsum*, num. 71, Κατὰ δὲ ἡμᾶς, καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν πειρωμένους ἀποδεικνύντας κρείττονα πάστης σωματικῆς φύσεως, καὶ οὐσίαν ἀδράτου, καὶ ἀσώματου· et in *Luc.* XI, 34, e *Catena Mazarinae bibliothecæ*: « Επίσκεψαι δὲ εἰ δυνατὸν τροπολογῆσαι ἀκολούθως τῷ δρθαλμῷ καὶ τῷ σῶμα, ὥστε ὅλην ἡδη τὴν ψυχὴν, κανὸν μὴ σωματικὴ τυγχάνῃ, φάσκειν νῦν λέγεσθαι τὸ σῶμα· et τοῦτο : Καὶ μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ ἐν τῷ διύγονος τοῦ σώματός ἐστιν δὲ δρθαλμὸς, τροπολογικῶς τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς ψυχῆς λαμβάνεται, κατίσιγε τῷ διύγῳ λόγῳ οὐσίας ἀδράτου καὶ ἀσώματου· κατὰ γάρ τὴν εἰκόνα γέγονε τοῦ ἀδράτου Θεοῦ· ἐπειπερ τροπολογικῶς καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς εὑρίσκομεν δρθαλμῶς τοὺς σωματικοὺς μέρεσιν, οὐκ οὖσας σώματα, δυνομαζομένας. Aliae haec sunt ejusmodi ut cum superioribus perinde conciliari non possint, ac quæ de angelis scripserat, corpus ipsis nonnunquam imponens, nonnunquam detrahens. Diximus enim pro respectus diversitate varie locutum de angelorum corporibus Origenem, eosque respectu Dei corporatos dixisse, respectu mundi hujus aspetabilis corpore carentes. Hic autem Dei ipsius respectu animas corpore carere dicit, utpote quæ ad ejus imaginem conditæ sint. Ad haec Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 2, adducit verba hæc Origenis ex fine libri u *De principiis* : « Cumque in tantum proficerimus, ut nequaquam carnes et corpora, forsitan ne animæ quidem fuerimus, sed mens et sensus ad perfectum veniens, nulloque perturbationum nubilo caligans, intuebitur rationabiles intelligibilesque substantias facie ad faciem; » quæ more suo pervertit Rusinus. Parem supra memoratis ratiocinationem e libro III *De principiis* adducit Hieronymus ejusdem epistolæ cap. 3, necessarium scilicet esse alterutrum, ut vel incorporei stamus, si Deo similes esse studemus, vel ut similitudinem Dei non speremus, si eadem corpora semper habituri sumus : et in epist. 61, ad Pamphil., cap. 5, dixisse ait Origenem in libris *Peri dρχων*, « solem et lumen, et omnium astrorum chororum esse animas rationabilium quondam et incorporalium creaturarum. » Denique Sophronius Hierosolymitanus in epistola ad Sergium Constantinopolitanum, quæ habetur in actione II synodi VI, alia Origeni crimina objiciebat, eo ipsum

liberat : 'Αλλ' οὐχ ἐπειδή περ, Ιηκοῦτ, αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ θεοῦ χάριτι τὴν φύσιον ἀπεόσταντο, τὴν πάσῃ κτιστῇ φύσει ἀμφωλεύουσαν· διὰ τοῦτο καὶ πρὸ σωμάτων αὐτάς ὑποπτεύσομεν, ή πρὸ τῆς τοῦ ὄρωμένου κέρμου παραγωγῆς καὶ συμπήξεως ἐν ἀλλιψ τινὶ ζωῇ τελεῖν ἐννοήσομεν, καὶ βίον ἔχειν οὐράνιον φήσομεν, ἀστροκόν τε καὶ ἀσώματον ζώσας ζωὴν τὴν ἀΐδιον ἐν οὐρανῷ ποτε μὴ ὑπάρχοντι, ὡς Ἀριγένης ὁ περάφορος βούλεται, καὶ οἱ τούτου συμβούσται καὶ σύμφρονες Δίδυμος, καὶ Εὐάγριος, καὶ ὁ λοιπὸς αὐτῶν μυθομέριμνος ὅμιλος. « Sed non idcirco quod hominum animae gratia Dei corruptionem repulerunt, quae omnibus creaturis naturaliter insidet; ideo et ante corpora eas fuisse suspicabimur, vel ante hujus visibilis mundi prolationem, atque compaginem in sempiterna quadam vita positas arbitrabimur, vitamve habuisse coelestem asseremus, incorneam seu incorpoream vitam viventes perpetuan in celo aliquando non existenti, sicut Origenes insanus constituit, et hujus symmystæ, atque sectatores Didymus, et Evagrius, et reliqua earum fabularum excogitatrix sodalitas. » Ex his liquet quanta fuerit Origenis in utramque partem fluctuatio : (38) sed in eam tamen magis propendere visus est, quae animæ corpus ascribit. Certe Stephanus Gobanus Tritheita apud Photium cod. ccxxxii, dogmata pleraque, sed fere tamen Origeniana propugnans et impugnans, tricesimo loco illud expedit: "Οτι: σώματά εἰσιν νοερά αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ, καὶ διατετυπωμέναι κατὰ τὸ φανόντον Εἴσοδεν τῶν σώματος σχῆμα· καὶ ἐκ τοῦ ἀντικειμένου ὅτι ἀσώματος ἐστιν ἡ ψυχὴ, καὶ σωματικοῖς οὐχ ὑπόκειται τύποις. » Animæ hominum sunt corpora intelligibilia, et eadem figura sunt qua forma exterior corporis; et e contrario, incorporea est anima, et incorporeis non subjicitur figuris. »

XV. Porro animis corpora afflagent Origenes dum suum ac dictatorem Platonem deseruit, qui corporaturam sustulit ab animis: at alios tamen ex antiquis philosophis, quos sequeretur, habuit complures. Horum si quis placita de anima velit cognoscere, legat Tertulliani librum *De anima*, cap. 5, 6 et 7, et Nemesiom libro *De natura hominis*, cap. 2, et Ciceronem lib. iv *Academic*. At locum quemdam Methodii satis intricatum et obscurum praeterire non decet, quo Origenis decretum de animis corporeis nititur convellere. Habetur ille apud Photium cod. ccxxxiv (39). Hic ergo primum Origenis recitat verba, quibus ait, si demonstrationibus corpore animam ex sese carere probetur, fatendum esse alienum eam et ascititum corpus induere, prioris cui in terris conjuncta fuerat simile. His Methodii censuram subnectit Photius : Πρὸς ταῦτα, inquit, δοῦτος τάδε φησι: Σχῆμα δλλο ὅμοιοις τῷ

(38) Sed in eam tamen magis propendere visus est, quae animæ corpus ascribit. Corpus quidem animæ ascribit Origenes, utpote quae nuda, inquit, comprehendendi non possit, nec in ullo corporeo consistere loco, quin indigeat corpore ad naturam loci illius accommodato; sed ita ascribit, ut sit exterius animæ

A αἰσθητῷ τούτῳ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν ἔχειν ἐκτιθέμενος τὴν ψυχὴν, ἀσώματον ὅπό τι Πλατωνικῶς ἀποφαίνεται αὐτήν. Quia sic interpretanda sunt: « Ad illa vir sanctus » (Methodius nimurum) « haec ait, » (sequuntur deinde verba ipsa Methodii a Photio αὐτολεξει descripta, non ab eo αὐτοπροσώπως recitata): « Figuram aliam consimilem sensili huic, postquam hinc excessit, habere tradens animam, incorpoream esse aliquo pacto Platonice ipsam affirmat. » Haec sit Methodius de Origene, non Photius de Methodio, qui deinde probat, ex hac Origenis opinione consequi corpore animam carere; quia si post excessum e vita corpore tanquam vehiculo et veste indiget, utpote quae nuda comprehendendi non possit, utique corporea non est B (valeret enim alioquin eadem argumentatio, qua aduersus Vincentium Victorem, animam corpoream esse statuentem usus est Augustinus lib. i *De anima*, cap. 5: « Quod vero eam non spiritum, sed corpus esse contendit, quid aliud vult efficere, quam nos non ex anima et corpore, sed ex duobus vel etiam tribus constare corporibus? Cum enim spiritu, anima et corpore constare nos dicit, et omnia haec tria corpora esse asserit, profecto ex tribus corporibus nos putat esse compactos. In qua opinione quanta eum sequatur absurditas, illi potius quam tibi demonstrandum puto. ») C Cum ergo animæ corpus adventitium superadderet Origenes, incorpoream ab eo ipsam necessario haberi Methodius conclusit. Pergit deinde: Si incorporea anima est, affectionibus immunis est, nec alieni corporis et mutuationi motibus obnoxia. Sin affectionibus corporis percellitur, utique incorporea non est. At una cum corpore mala vel bona patitur, ut eorum qui post mortem videndos se præbuerunt, testimonia confirmant: anima igitur corporea est. Sie itaque ad absurdum et absurdatorum Origenem adigit Methodius, animam ex ejus dictis corpoream esse et incorpoream demonstrans. Sensum denique suum ipse aperit, animas corpora esse dicens intelligendi facultate prædicta, membris ratione solū aspectabilibus instructa, non quae adventitio corpore sint induita, sed quae natura suæ corpora sint. Vera haec est et genuina loci hujus expositio, quam idcirco persecutus sum, ut ne ab infensiissimo quidem Adamantii adversario vitio datum fuisse lector intelligat, quod ab aliis fere objectum est, animæ scilicet corpus eum addidisse; sed verioram e contrario sententiam suggillasse in eodem Methodium, cum deteriori ipse adhæserit.

XVI. Proferendus quoque hic est alter Methodii locus, ex libro *De resurrectione a Photio deceptus*, unde proxime laudatos itidem petitus est: « Ανθραπός, φησι, λέγεται κατὰ φύσιν διαφέστατα, οὔτε indumentum, οὔτε animæ naturam in corpore ponit, Platonicos hac in re secutus, quemadmodum observavimus quiescit. 9 de angelis, num. 5.

(39) Hic ergo primum Origenis recitat verba, etc. Vide animadversiones nostras in hunc Origenis locum, tomo i, lib. *De resurrect.*, pag. 33.

ψυχὴ χωρὶς σῶματος, οὐτ' αὖ πάλιν σῶμα χωρὶς ψυχῆς· ἀλλὰ τὸ ἐκ συστάσεως ψυχῆς καὶ σῶματος εἰς μίαν τὴν τοῦ καλοῦ μορφὴν συντεθέν· ὁ δὲ Ὄριγένης τὴν ψυχὴν μόνην ἔλεγεν ἀνθρώπον, ὡς ὁ Πλάτων,· Ἐ Homo, inquit, ex natura sua verissime dicitur neque anima sine corpore, neque russum corpus sine anima; sed quod ex coalitione animæ et corporis in unam pulchri formam conflatur. Origenes autem animam solam, hominem esse dixit, quemadmodum et Plato. · Prostat hic quoque locus Methodii apud Epiphanium hærem. lxxv, cap. 47, sed his postremis truncatis verbis: 'Ο δὲ Ὄριγένης τὴν ψυχὴν μόνην ἔλεγεν ἀνθρώπον, ὡς ὁ Πλάτων. Eane de suo addiderit Photius, an detraxerit Epiphanius, qui totam Methodii disputationem in epitomen contraxit, dictu facile non est. Adde pro eo, ὁ δὲ Ὄριγένης, contrariam lectionem Photianum quemdam codicem exhibere; eam scilicet, οὐδὲ Ὄριγένης. Nee mirum foret a Platone Origenem recedere, quem ab eodem recessisse mox vidimus, cum de animis, corporeæ an incorporeæ essent, quereretur.

At fatendum tamen est Origenianorum dogmatum cohærentiam eo nos compellere, ut anima sola constare hominem censuisse Adamantium dicamus. Nam si animæ vinculum et carcer corporis est, qui pars hominem componens existimari poterit? Quanquam alia omnia sequi videtur homini. 29 in Lue. cum ait: · Omnis homo morti subjacet; iste ergo qui nequaquam moritur, jam non est homo, sed Deus est; · quem locum attulimus supra, cum disputaremus an crediderit Christum hominem esse desilisse postquam mortuus est. Christum ibi jam hominem non esse affirmat, quia morti jam amplius obnoxius non est: quisquis ergo mori non potest, homo non est ex Origenis sententia: at anima humana corpore sejuncta mori non potest: anima igitur ex decreto Origenis homo non est. Quod absque ambage asserit, haec verba psalmi cxviii, vers. 50, interpretans in Catena Corderiana, pag. 802: *Hæc me consolata est in humilitate mea.* Ζωὴ τῇ μέλλουσα, inquit, ξετινάναζώσις, καθὼ τὴν ψυχὴν, οὐκ iδίαν ζωὴν, οὐδὲ ἀληθῆ εἶναι μανθάνομεν, εἰπερούκις ἀνθρώπος ή ψυχή· εἰ γάρ ἐν τῇ καθ' ἑσυκή ζωῇ τὸ ἀληθὲς εἶχε τοῦ ζῆν, οὐκ ἀνανάζωσες ὁ τεθηκὼς ἐδεῖτο· οὐδὲ καὶ ὁ Κύριος τοὺς τεθνεῶτας θεῷ ζῆν εἴπεν, ὡς οὖπω τὸ ζῆν ἔχοντας, πλήνδον ἐν δυνάμει θεοῦ τοῦ ζωοποιήσαντος, καὶ ἀπολωλέναι φησιν αὐτοὺς, εἰ μὴ τῆς ἀναστάσεως τύχοιεν. Conenrrunt hæc adversa fronte cum superioribus, et alterutra cadat accusatio necessum est.

Anima sola constare hominem asseveravit Plato in *Alcibiade* 1, quem secuus est Plotinus *Enn.* lib. 1. Hanc sententiam, veteres secutus Academicos, damnavit Varro, ut est apud Augustinum lib. xix *De civit. Dei*, cap. 3. Instituti vero a Platone hæretici quidam, sententiamque ejus assectati, Tertulliani castigationem senserunt. Sic enim ille lib. *De*

*A resurrect. carnis*, cap. 40: · Nactæ denique hæreses duos homines ab Apostolo editos, interiore, id est animam; et exteriorē, id est carnem; salutem quidem animæ, id est interiori homini; extitum vero carni, id est exteriori adjudicaverunt, quia scriptum sit Corinthiis: *Nam etsi homo noster exterior corruptitur, sed interior renovatur de die et die*<sup>25</sup>. Porro nec anima per semetipsam homo, quæ ligamento jam homini appellato postea inserta est; nec caro sine anima homo, quæ post excisum animæ cadaver inscribitur. · His hæreticis assensus est Origenes, et post Origenem Arnobius lib. ii *Advers. gent.*: · Quid enim sumus homines, inquit, nisi animæ corporibus clausæ? et multo post Hugo a Sancto Victore lib. ii *De sacrament. fidei*, part. 1, cap. 44, cum probare vellet toto illo triduo quo Christus jacuit in sepulcro Verbum hominem fuisse: hac enim ratione uittur, sola anima constare hominem, animæ autem Christi a corpore disjunctæ adhæsisse Verbum, Verbum igitur nihilo minus fuisse hominem, quam dum anima corpori esset connexa. Denique opinionem eandem tuitas est proavorum nostrorum memoria Franciscus Georgius tom. I, probl. 26, 27.

XVII. Credita illa et asserta ob Origene animalium προταρξίς eorumdem quoque μετενσωμάτωσιν eur admiraret, causæ fuit, ut diximus: nam cum animas pro peccatorum, virtutumve ratione et modo, vel angelorum consequi dignitatem, vel crassioribus hominum, dæmonumve corporibus adnecti, et perpetuus utentes arbitrii libertate, iterum iterumque vel recte vel male agere posse crederet, necessaria argumentorum consequentia eo adducebatur, ut animas hominum iterum iterumque subire posse fateretur hominum corpora vel dæmonum. Atque illa est tam decantata, toties explosa Origenis μετενσωμάτωσις, quasi dicas, *transincorporatio*; quæ et μετεμψύχωσις appellari potest, quod reddere queas, *transinanimatio*. Puichre dogmatis utriusque connexionem vidit Gregorius Nyssenus anud Justinianum in epistola ad Menam patriarcham, et in Origene reprehendit. Quemadmodum autem duplenter vox ista, μετεμψύχωσις, vulgo usurpatur, vel pro transitu animæ ex humano corpore in humanum corpus; vel pro migratione animæ ex humano corpore in plantarum corpus vel pecudis, quam propugnavit Pythagoras, quanique peculiari libello Iamblichus confutavit: ita juxta Origenianam doctrinam distinguenda est migratio animæ ratione prædictæ e cœlesti, vel humano, vel dæmonico corpore in pecudis corpus, et viceversa; a migratione animæ rationalis quæ corpora inter cœlestia, humana et dæmonica, citra belluina, aliave quælibet perficitur. Atque hanc posteriorē tuitum esse Origenem, ut ipse ex ejus aptam principiis, negari non potest. Unde anonymous Photii cod. cxvii, culpatum eum refert, quod dixerit: δτι ή τοῦ Σωτῆρος ψυχή, ή τοῦ

<sup>25</sup> II Cor. iv, 16.

Ἄδημ ἦν. « Servatoris animam, ipsam Adami animam fuisse : » quod ita accipio, quæ fuerat Adami anima, eam in corpus Servatoris multis post saeculis transisse. Unde et Theophilus Origenem dixisse ait hominem crebrius mori ; quod non aliter intelligo, quam animas sæpenumero e corporibus in corpora transire, et metenomataūscitai.

XVIII. Verum priorem quoque metemphysis, quæ Pythagorica est, tenuisse illum veteres multi vociferantur. Crimini id ipsi datum fuisse narrant Pamphilus in *Apologia*, et saepè laudatus anonymous Photii. Hieronymus, cuius verba supra recitavimus ex epist. 59, ad Avit., cap. 1, 2 et 4, et lib. 11 *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 4, Origenem incessit erroris ejusdem nomine, quem libro i *Perī ἀρχῶν* haberi dicit. Loca ipsa Origenis descripsit Justinianus ad calcem epistolæ ad Menam, quæ cum in his libris hodie non compareant, verisimile est a Rufino fuisse suppressa. Pepercit nomini Origenis Philastrius, rem ipsam tetigit, atque hoc argumento confutavit, quod anima postquam corpore soluta est, in locum statutum deducatur ab angelo, ut pro meritis suis exornetur.

XIX. Recte quidem accusationi suæ consuluit Justinianus, cum Origenis verba ipsa descripsit, quibus absurdum illud et impium dogma continetur ; tam frequentibus quippe et apertis testimoniosis alibi repudiavit illum Adamantius, et damnavit, vix ut in animalium inducere possim, hominem, non jam dico summa florentem eruditione et ingenio, sed non vaecordem omnino et insanum, tam repugnantia sibi et contraria uno eodemque ore pronuntiassese. In hoc ipso quippe, quod laudat Justinianus, opere *De principiis*, lib. 1, cap. ultimo, num. 4, ita disserit : « Illa sane nos nequaquam recipienda censemus, quæ et a quibusdam superfluo vel requiri vel astrui solent, id est, quod animæ in tantum sui decessum veniant, ut naturæ rationalis ac dignitatis oblitæ etiam in ordinem irrationalium animalium, vel bestiarum, vel pecudum devolvantur. » Reliqua studio brevitatis prætermitto, quæ tameu ad rem faciunt. Et lib. ii *De resurrectione*, quem locum exhibit Pamphilus : « Sed sicut, inquit, non est putandum quod animalium corpus accepturus sit peccator, aut volucrum, aut piscium ; sic neque solis, aut lunæ, aut stellarum formam sperandum est accipere eos qui resurgent in gloria : sed exempli causa dicta esse hæc ab Apostolo sentiendum est, ut designetur per hæc, quod alii pro meritis suis honorabiliores et clariores erunt, beatiora quoque habitacula sortituri : aliorum vero indignissimus et abjectissimus pro gestorum scelere erit status, qui etiam mutis animalibus dignus sit comparari. » Quæ si quis a Rufino vel perversa vel inserta causetur, quid aduersus illud excipiet e lib. iv *contra Cels.*, num. 17 : Εἰ δὲ ἦν ἐνοήσας (Κέλσος) τι ἀχολουθεῖ φυχῇ τῷ πλοντίῳ ἐπομένῃ ζωῇ, καὶ τῇ χρή φρονεῖν περὶ τῆς

A οὐσίας αὐτῆς, καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῆς, οὐκ ἂν οὕτω διέσυρε τὸν ἀθάνατον εἰς θνητὸν ἐρχόμενον σῶμα, οὐ κατὰ Πλάτωνος μετενσωμάτωσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν τινὰ ὑψηλοτέραν θεωρίαν. « Si mente comprehendisset (Celsus) quæ futura sit animæ in æterna vita conditio, et quid de ejus natura principiisque sentire oporteat, non ita ridiculum ipsi vi-  
sum fuisset immortalem in mortale corpus advenientem, non e corpore in corpus transmigrando, ut Plato explicaret, sed alia eaque longe sublimiori ratione. » Scriptoris ejusdem *contra Celsum* lib. v, num. 49, Christianos rejicere tradit Πυθαγόρου τὸν περὶ φυχῆς μετενσωματουμένης μῦθον. Sed asseverantius lib. viii, num. 50 : Οὐδαμῶς μέντοι γε λέγομεν μετενσωμάτωσιν εἶναι φυχῆς, καὶ κατάπτωσιν αὐτῆς μέχρι τῶν ἀλέγων ζώων δηλονότι οὐδὲ δύοις Πυθαγόρᾳ, καὶ ἀπεχώμεθά ποτε ζώων, οὐ χρησόμεθα αὐτῶν ταῖς σαρξι. « Neque vero censemus animam e corpore in corpus migrare, et eam ad brutarum usque animantium conditionem dejici. Non igitur, etiamsi interdum animantibus abstinemus, earum carnes aversamur eadem ratione qua Pythagoras. » Et lib. v in *Epist. ad Rom.*, num. 4, pag. 549 : « Sed hæc Basilides non advertens de lege naturali debere intelligi, ad ineptas et impias fabulas sermonem apostolicum traxit in μετενσωμάτωσεως dogma, id est, quod animæ in alia atque alia corpora transfundantur, ex hoc Apostoli dicto conatur astruere. Dicit enim, inquit, Apostolus \*\*, quia ego vivebam sine legi aliquando ; » et cætera, quæ lectori diligenti consulenda relinquo. Paulini hujus loci pravam interpretationem, et Pythagorice μετενσωμάτωσεως confirmationem accommodatam damnat iterum lib. vi in *Epist. ad Rom.*, num. 8, pag. 585. Idem libro *De Proverbis Salomonis*, pag. 1, et tom. vii in *Matth.*, pag. 441 (quæ testimonia jacent in *Apologia Pamphili*), et tom. x in *Matth.*, num. 26, pag. 468, et tom. xi, num. 19, pag. 506, Scripturis sanctis et ecclesiasticæ fidei contrariam esse asserit μετενσωμάτωσιν. Fusæ quoque id argumentum prosequitur tom. vi in *Joan.*, num. 7, disqui-  
rens an in Joannis corpus Eliæ anima migraverit ; eoque etiam copiosius tom. xiii in *Matth.*, num. 1, pag. 567, 568 et sequentibus, eamdem ventilans quæstionem, hac ratione μετενσωμάτωσιν oppugnat, mundum nusquam interitorum, si animæ propter peccata corpora subeant : id enim si sit, cum semper pro arbitrii sui libertate peccare possint animæ, semper corpora subiuras ; semper igitur adfutura corpora ; mundum ergo nunquam peritum : quod si prodeuntibus sæculis animæ subinde aliqua peccato immunes, corporeis vinculis amplius non egent, post diuturnum annorum curriculum, immunito magis magisque animarum numero, ad perpaucas animas redactum iri mundum ; quibus perfectionem consecutis, desitum tandem, præ animarum quæ corpora subeant inopia ; quod refragatur Scripturæ

\*\* Rom. viii, 9.

docenti plurimos in mundo futuros mortales, cum Filius hominis adveniet. Pari utitur ratiocinatione lib. II in *Cantic. canticor.*, pag. 58. Nunc æquus lector existimet, tot tamque claris testimoniis μετενσωμάτωσιν obterentibus major ne adhibenda sit fiducia, an iis quæ allegant Hieronymus et Justinianus eandem astribuerintibus.

Verumtamen aliis quoque præsidii Adamantii causam fulcire possumus, velut ea sunt quæ nobis Pamphilus subministrat, verba hæc Origeni falso ascripta suis dicens, quæ non ex sua sed ex adversarii persona protulerat, et dissertationem preterea suam his verbis conclusisse: « Sed haec quantum ad nos pertinet, non sint dogmata, sed discussionis gratia dicta sint, et abjiciantur. Pro eo autem solo dicta sunt, ne videatur quæstio mota, non esse discussa. » Quæ repetit etiam Hieronymus et agnoscit epist. 59, ad Avit., cap. I. Prodest illud insuper ad defensionem Origenis, quod scriptum ab eo est tom. XI in *Matt.*, num. 17, pag. 506, admittendam μετενσωμάτωσιν, si per eam anima ita intelligatur mutari et converti, ut vel depravatis moribus, et voluntate, non natura pecudi similis evadat, vel virtutibus ac pietate rursum rationis compos fieri videatur. Eadem inest sententia loco alteri e libro *De Proverbis Salomonis*, quem Pamphilus *Apologia* sua intexit. Id puncto suo et assensu comprobavit Philastrius hæres. 120. Quod ipsum prolixius et elegantius edisserit Gregorius Nyssenus in commemorata superius disputatione, quam epistola sua ad Menam Justinianus inseruit. Nec aliter de hac metensomatosi, qua animæ in belluarum corpora transire dicuntur, sensisse Origenem eo mihi fit verisimilius, quod haec ipsa fuit Platoniconum nonnullorum metempsychosis. Aucterem damus Nemesium, cap. 2: Εἰπόντος γὰρ, inquit, Πλάτωνος τὰς μὲν θυμικὰς, καὶ ὀργῆλους, καὶ ἀρπακτικὰς ψυχὰς, λύκων καὶ λεόντων σώματα μεταμφίννουσθαι· τὰς δὲ περὶ τὴν ἀκολαστὰν ἡσχολημένας, δηνῶν καὶ τῶν τοιούτων ἀναλαμβάνειν σώματα, οἱ μὲν κυρίως ἤκουσαν τοὺς λέοντας καὶ τοὺς λύκους, καὶ τοὺς δηνούς· οἱ δὲ τροπικῶς αὐτὸν εἰρηκέναι διέγνωσαν, τὰ δῆθι διὰ τῶν ζώων παρεμφαίνοντα. Et mox: Ιάμδιχος δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις δραμῶν, κατ' εἶνας ζώων ψυχῆς εἶδος, εἶναι λέγει, ἥγουν εἶδος διάφορος· γέγραπται γοῦν αὐτῷ μονόδικον ἐπίγραφον, Οτι οὐκ δέτ' ἀνθρώπων εἰς ἀλογα, οὐδὲ δέ τὸ ζῷον ἀλότων εἰς ἀνθρώπους αἱ μετενσωματώσεις γίνεται, ἀλλὰ δέ τὸ ζῷον εἰς ζῷα, καὶ δέ τὸ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους. Καὶ μοι δοξεῖ μᾶλλον οὗτος ἔνεκα τούτου καλῶς κατεστοχάθαι μή μόνον τῆς Πλάτωνος γνώμης, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς. Cum enim dixerit Plato iracundas, et furiosas, et rapaces animas, luporum et leonum corpora induere, quæ vero intemperanter vixissent, asinorum, aut aliorum ejusmodi corpora assumere; nonnulli proprie intellexerunt leones, et lupos, et asinos: alii vero figurate hœc ipsum dixisse judecarunt, mores per animalia indicantem. » Et

A mox: « Iamblichus vero his contrariam decurrentiam, pro animalium specie, animæ speciem esse dicit, species nimis differentes. Ab eo ergo scriptus est liber singularis ita inscriptus: *Migrationes animarum non fieri ex hominibus in bruta, neque a bruti animalibus in homines; sed ab animalibus in animalia, et ab hominibus in homines.* Ac mihi videtur ille præ reliquis optime assecutus non Platonis sententiam modo, sed et ipsam veritatem. »

XX. Animarum itaque προσπαρέτιν cum a Platone accepisset Origenes, ipsarum quoque μετενσωμάτωσιν ab eodem accepit. Ab humanis autem corporibus in humana corpora transire animas affirmavit Plato; a cœlestibus vero in humana, ab his in dæmonica migrare animas dixit Origenes: et ut hominum animas eatenus animas pecudum fieri dixit Plato, quatenus nequitiae addictæ pecudum similes sunt, ita id ipsum Origenes pronuntiavit. Praeiverat Platoni Pythagoras, sed non animorum solum ex humanis corporibus in humana, verum etiam ex his in ferina veras commeationes ad miserat. Aliud quoque Pythagoricam inter et Platonicam doctrinam intercessisse discrimen affirmat Servius in illud Virgil. *Æn.* III, vers. 67, 68:

..... animamque sepulcro

Condimus.

« Plato, inquit, perpetuam dicit animam, et ad diversa corpora transitum facere statim pro meritis vite prioris. Pythagoras vero non μετεμψύχωσιν, sed παλιγγενεσίαν esse dicit, hoc est redire, sed post tempus. » In quo Platonem quoque, dimisso Pythagora, Adamantius sequitur. At Paganitus Gaudentius cap. 31 in libello *De comparatione dogmatum Origenis cum philosophia Platonis*, de Origenis metempsychosi disserens, in eo differre ait opinionem ipsius a Pythagorica, quod ille poenas in subterraneis locis luendas ob scelera agnoscat; Pythagoras vero inferos, inferorumque poenas sustulerit, quod falsum est: 'Αλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ γραφῇ φησι δι' ἐπτὰ καὶ διακοσίων ἑτέων ἐξ ἀτόσω παραγενῆσθαι ἐξ ἀνθρώπους. » At ipse etiam, in scriptis ait post septem et ducentos annos se ex inferis ad homines venire, » inquit Laertius in *Pythagora*. Ab Ægyptiis autem magistris vesana hac metempsychoseos doctrina imbuti fuerant Pythagoras et Plato; hinc enim manasse illam commemorat ibidem Servius, et Clemens Alexandrinus lib. VI *Stromat.* Hanc hodieque pertinacissime retinent Americani nonnulli, retinent Sinenses plerique, et ex Indis quotquot Muhammedo nomen non dedebunt; itaque ab animatorum esu caute abstinent. An ab Indis vero ad Ægyptios transierit, an ab his ad illos, res est non parvæ disquisitionis. His sata auctoribus Simonianorum, Basilidianorum, Valentinianorum, Marcionitarum, Gnosticorum et Manichæorum mentes infecit, in iisque tum ab aliis, tum ab Origene sèpè confossa est. Placuit ea quoque veteribus Gallis ut a Cæsare proditum est *De bello Gallico* lib. VI. Ne postremis quidem hisce

talis est anima et æterna, quod in multis et sine fine spatiis per immensa et diversa secula possibile est ut vel a summo bono ad infima mala descendat, vel ab ultimis malis ad summa bona reparetur; et cap. 5 libri ejusdem, num. 5: « Liberi namque arbitrii semper est anima, etiam cum in corpore hoc, etiam cum extra corpus est; et libertas arbitrii vel ad bona semper, vel ad mala movetur; nec unquam rationabilis sensus, id est, mens vel anima, sine motu aliquo vel bono vel mali esse potest. » Homilia præterea 15 in Num., num. 7 daemonibus permisum liberi arbitrii sui usum verbis conceptis tradit, quo si diminutus esset a Deo, hoc ipso vero jam damnatum illum fore; at id nondum contigisse existimabat, ut vidimus. Atque hæc Origenianæ de libertate doctrinæ principia suis laborant vitiis, quæ nos collocabimus in proposito; sed et impactas ab aliis proponemus criminaciones, et, si ita res feret, diluemus, ut æquo jure in omnibus cum Adamantio agamus nostro, ne plus vel favori, vel malevolentie, quam veritati tribuere videamur. Sed lectorem moneamus interim, quotiescumque de Origeniana libertate memorabimus, non eam duntaxat debere intelligi, qua gaudent homines; sed illam etiam qua angeli et damones fruuntur: nam par esse apud omnes illos liberi jus et usum arbitrii sexcenties asseveravit.

III. Cornelius Jansenius, in libro cui titulus *Augustinus*, postquam libro secundo tomii prioris ex Pelagiis Pelagianorumque verbis sic ipsos decrevisse multis probavit, arbitrii humani libertatem indiferentem quadam potestate constare, ascendentæ et eligendæ rei unius de pluribus, quam uno verbo possibilitem appellarent, libro deinde sexto sequenti, cap. 13 et 15, Pelagianam hæresim ab Origeni præformatam fuisse ac delineatam scribit; hancque adeo libertatis definitionem ex ejus fontibus in Pelagi lacunas profluxisse, atque inde totam Pelagi hæresim pendere. Veri quidem simile illud esset, si ante Pelagium unus hujus opinione architectus fuisse et propugnator Origenes; verum ut claram naturæ vocem prætermittam, quæcum nos liberos esse suadet, cum vel agere vel non agere, et quæ optima de multis animo decrevimus, amplecti possumus; ut priscorum philosophorum auctoritatem negligam, qui diligenter exquisita libertatis natura, hanc in eo ipso, quod diximus, positam declarant; Origenianæ sententiae poterat esse præsidio, non Gregorii solum Nazianzeni consensus, non Ambrosii et Hilarii, aliorumque Patrum quorum testimonia collegerunt alii; non Aurasicani concilii, non Tridentini canones; sed is etiam, quem unum esse vult Jansenius concertationis hujus arbitrum, Augustinus, quemque nulla opinionis hujus vestigia reliquissimis verbis assérit tom. III, lib. vi, cap. 8 et 9. Nam quotiescumque vel Pelagium oppugnat, vel cum Juliano

A pedem confert, neque ab iis sese de liberi arbitrii natura dissentire dicit; neque prolata ipsorum verba, quibus in boni mali eligendi potestate possum illud esse demonstrant, hanc carpit ob causam, licet ob alias vehementer exagitet et refellat. Passim quoque necessitati libertatem opponit: sed absque ulla circuitione, quia bene vel male vivere potest homo, idcirco sui juris esse, ac libertate pollere statuit lib. II contra Faustum Manich., cap. 5: « Et nos quidem sub fato stellarum nullius hominis genesim ponimus, ut liberum arbitrium voluntatis, quo vel bene vel male vivitur, propter justum judicium Dei ab omni necessitatis vinculo vindicemus. » Nec minus ad id facit quod habet cap. 2 libri *De gratia et libero arbitrio* ad Valentignum, ubi postquam astrinendæ hominis libertati, insignem hunc attulit Ecclesiastici locum<sup>87</sup>: « Ipse ab initio fecit illum, et reliquit illum in manu consilii sui. Si volueris, conservabis mandata, et fladem bonam placiti. Apponet tibi ignem et aquam: ad quocunque volueris extende manum tuam. In conspectu hominis vita et mors; et quocunque placuerit, dabitur ei, » continuo hæc subnectit: « Ecce apertissime videmos expressum liberum humanæ voluntatis arbitrium. » Longam deinde ad idem comprobandum deponit e Novo ac Veteri Testamento testimoniorum seriem, in quibus homini edicit Deus, ut nolit ad vitia converti; atque ea demum his verbis claudit: « Nempe ubi dicitur, *Noli hoc, et noli illud*, et ubi ad aliquid faciendum, et non faciendum in divinis monitis opus voluntatis existitur, satis liberum demonstratur arbitrium. »

Mirari porro subit quomodo, oblitus superiorum, Jansenius ejusdem Origenis auctoritate probare contendenter tom. III, lib. vi, cap. 12, necessitatem libertati non repugnare, sed solam coactionem. Eo nempe utiliter loco e procœdio librorum *Hæpl. dpxwv*, num. 5: « Est et illud definitum in ecclesiastica prædicatione, omnem animam rationabilem esse liberi arbitrii et voluntatis: esse quoque ei germen adversus diabolum, et angelos ejus, contrariasque virtutes, ex eo quod illi peccatis eam onerare contendant: nos vero si recte consulte vivamus, ab hujusmodi onere nos exuere conemur. Unde et consequens est intelligere, non nos necessitati esse subjectos, ut omni modo, etiamsi nolimus, vel mala vel bona agere cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus, impugnare nos fortasse possunt aliquæ virtutes ad peccatum, et aliæ juvare ad salutem: non tamen necessitate cogimur vel agere recte, vel male: quod fieri arbitrantur, qui stellarum cursum et motus, causam dicunt humanae esse gestorum non solum eorum quæ extra arbitrii accident libertatem, sed eorum quæ in nostra sunt posita potestate. » Hac necessitatis cogentis voce significari putat Jansenius vim illam;

<sup>87</sup> Cap. xv, 14 seq.

temporibus temperavit sibi Hieronymus Cardanus, vir immoderati ingenii, quin iteratam quendam et repetitam παλιγγενεσίαν introduceret in *Dialogo de morte.*

## QUÆSTIO VII.

DE LIBERO ARBITRIO, GRATIA ET PRÆDESTINATIONE.

I. *Sententia Origenis de libero arbitrio naturæ rationalis, et gratia Dei summatim proponitur.* II. *Eadem fusius explanatur.* III. *In quo positam arbitrii libertatem voluerit.* IV. *Statum naturæ integræ a statu naturæ lapse non distinxit.* V. *Utrum et quomodo liberum arbitrium regere putaverit bonos et pravos motus in animo suscitatos.* VI. *Ecquisnam sit ille spiritus adversus quem Paulus carnem ait concupiscere.* VII. *Utrum anima media inter spiruum et carnem dici possit.* VIII. *Quæritur utrum affectus aliqui boni ex carne naturaliter prodeant; et de lege naturæ.* IX. *Patres multi ex vi naturæ boni aliquid oriri posse senserunt.* X. *Origenes legi naturæ nimium tribuit.* XI. *Quenadmodum et legi Moysis.* XII. *Investigatur ejus sententia de gratia auxilio, quam hominibus a Deo imperiri censuit, propter recte ante vitam gesta.* XIII. *Et in hac vita mortali.* XIV. *Gratiam excitantem non agnoscit.* XV. *Perperam interpretationis quibusdam Scripturae locis in eam sententiam adductus est.* XVI. *Quæ merito reprehendit.* XVII. *Pauzilla quadam in Origenis favorem colliguntur.* XVIII. *Utrum et quomodo perfectos homines posse non peccare ratus sit.* XIX. *Hujus dogmatis causa vapulat.* XX. *Utrum post acceptam gratiam iteratæ pænitentiae locum non superesse autemarit.* XXI. *Utrum præceptis diuinis moreno geri non posse senserit.* XXII. *Suppetitæ feruntur Origeni.* XXIII. *Utrum affirmaverit homines sola fide justos effici.* XXIV. *Investigatur ejus dogma de peccato originis, et sine baptismo.* XXV. *Quid ipsi de prædestinatione placuerit, disputatur.* XXVI. *Hic quoque nonnullis pœnas dat, sed in aliquibus juvatur.*

I. Nunc vero de libero arbitrio, quod animæ ipsi innatum est; deque gratia Dei, quæ in animam infunditur, quid Origeni placuerit, explorandum est; nec eam enim quæstionem inoffenso decurrit pede, mentis rationalis arbitrio nimium tribuens, gratia vero divinæ infringens auxilium: adeo ut ex ejus scriptis hæresim suam bausisse dicti sint Pelagiani, eorumque fraterculi Massilienses. Hinc Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem, cap. 2, Pelagii doctrinam Origenis ramuscolum esse pronuntiat; et lib. i *advers. Pelagium*, cap. 7, Pelagianorum magistrum esse dicit τὸν ἀρχαῖον, auctorem nempe operis Περὶ ἀρχῶν, et lib. iii *lucubrationis* ejusdem, in fine postremi capituli, Pelagianorum amasium Origenem appellat. Hinc etiam Theodorus Beza, capitalis Origenis adversarius, in *Adnot. ad Roman. 1, 1*, neminem ait Origene gratiam Dei, secundum Pelagium, magis esse adversatum. Quod totis subinde capitibus comprobare aggressus est Cornelius Jansenius Ypresiensis episcopus, Origeniana verba ac decreta cum Pelagianis et Semipelagianis accurate confligens, et utrorumque connexionem inter se copiose demonstrans.

II. Atque hæc priusquam ad trutinam revocemus nostram, ante omnia repetendum hic est quidpiam leviter a nobis supra perscriptum: mentes nempe cum a Deo procrearentur, libero suisce instructas

A arbitrio, facultate videlicet quadam vel prosequenti vitii, vel amplectenda virtutis: qua prout usus sunt, ita vel ad superiores evasisse ordines, vel ad inferiores esse deturbatas: quemcunque autem adeptæ sint statum, nihilo secius eadem fruentes potestate, vel recte vel male pro libitu agere, ac novis proinde vel remunerationibus vel pœnis esse obnoxias; nec futurum unquam ut vel facultas illa, vel facultatis usus in animis intercidat, licet vel charitate vel pertinacia a malis bonisve nonnquam abstrahantur.

Quæ cum perfunctorie supra delibaverimus, nunc enucleatus reseranda veniunt, et attentis oculis introspicienda; quærendumque utrum libertatem naturæ rationalis integrum, an imminutam; utrum ullis divinæ gratiæ auxiliis indigere illam, et juvari; quoque modo contingere hoc arbitratus sit. Sensit ille itaque arbitrii libertatem in indiferenti quadam bene vel male agendi facultatem, et mentibus, mox ut crearentur a Deo, inditam, integrum semper et vegetam perseverare; nec ulla re fuisse imminutam, plenumque ejus usum in beatis vel damnatis superesse; impelli quidem animam a bonis malisve potestatibus ad virtutes vel ad vitia; cogi vero neutiquam, vel necessitati alicui subjici. Sparsa hæc reperies dogmata compluribus locis, sed capite præsertim priore lib. iii *De principiis*, in quo præcipua doctrinæ suæ de libertate arbitrii fundamenta collocavit. Ibi quippe causis quidem externis varie impelli nos et concitari docet; assensum vero a ratione nostra ac voluntate pendere. Id postquam naturæ ipsius auctoritate demonstravit, Scripturæ sanctæ locorum congerie multiplici confirmat. Tum petita individem ad impugnandam arbitrii libertatem testimonio solvit, explosis Valentinianorum, Basilidianorum et Marcionitarum deliriis, qui diversas hominum naturas, alias vitæ, alias morti destinatas, ac Deum mundi opificem, durum ac severum, alium bonum Christi patrem communiscebantur: et gratiæ demum divinæ operationem fuse describit, qua de post dicturi sumus. Capite vero sequenti num. 4 ostendit, mala nobis suggestibus potestatibus contrariis, vel ad rectum inelinatinge nos virtute divina, vigore nihilominus liberam arbitrii potestatem. Quæ alibi repetit saepe et inculcat. Quibus autem probat locis animas in quemcunque devenerint statum, arbitrii sui libertate uti, præter illa quæ attulimus supra, cum de angelorum libertate ageremus, quæque iterum consuli velim, ea præcipue sunt: lib. ii *Depl. ἀρχῶν*, cap. 3, num. 3: « Possibile enim videtur, ut rationabiles naturæ, a quibus nunquam ausertur liberi facultas arbitrii, possint iterum aliquibus motibus subiacere, indulgente hoc ipsum Dominino, ne forte si immobilem semper teneant statum, ignorent se Dei gratia et non sua virtute in illo fine beatitudinis constituisse; » et lib. iii, cap. 1, num. 21, pag. 156: « Ex quo opinamur, quoniam quidem, sicut frequenter diximus, immor-

talis est anima et æterna, quod in multis et sine fine spatiis per immensa et diversa secula possibile est ut vel a summo bono ad infima mala descendat, vel ab ultimis malis ad summa bona reparetur; » et cap. 5 libri ejusdem, num. 5: « Liberi namque arbitrii semper est anima, etiam cum in corpore hoc, etiam cum extra corpus est; et libertas arbitrii vel ad bona semper, vel ad mala movetur; nec unquam rationabilis sensus, id est, mens vel anima, sine motu aliquo vel bono vel mali esse potest. » Homilia præterea 13 in Num., num. 7 dæmonibus permisum liberi arbitrii sui usum verbis conceptis tradit, quo si diminutus esset a Deo, hoc ipso vero jam damnatum illum fore; at id nondum contigisse existimabat, ut vidimus. Atque hæc Origenianæ de libertate doctrinæ principia suis laborant vitiis, quæ nos collocabimus in proposito; sed et impactas ab aliis proponemus criminationes, et, si ita res feret, diluemus, ut aequo jure in omnibus cum Adamantio agamus nostro, ne plus vel favori, vel malevolentie, quam veritati tribuere videamur. Sed lectorem moneamus interim, quotiescumque de Origeniana libertate memorabimus, non eam duntaxat debere intelligi, qua gaudent homines; sed illam etiam qua angeli et dæmones fruuntur: nam par esse apud omnes illos liberi jus et usum arbitrii sexcenties asseveravit.

III. Cornelius Jansenius, in libro cui titulus *Augustinus*, postquam libro secundo tom. prioris ex Pelagi Pelegianorumque verbis sic ipsos decrevisse multis probavit, arbitrii humani libertatem indifferenti quadam potestate constare, ascensione et eligendæ rei unius de pluribus, quam uno verbo *possibilitatem* appellantur, libro deinde sexto sequenti, cap. 13 et 15, Pelegianam hæresim ab Origenè preformatam fuisse ac delineatam scribit; hancque adeo libertatis definitionem ex ejus fontibus in Pelagi lacunas profluxisse, atque inde totam Pelagi hæresim pendere. Veri quidem simile illud esset, si ante Pelagium unus hujus opinionis architectus fuisset et propugnator Origenes; verum ut claram naturæ vocem prætermittam, quem nos liberos esse suadet, cum vel agere vel non agere, et quæ optima de multis animo decrevimus, amplecti possumus; ut priscorum philosophorum auctoritatem negligam, qui diligenter exquisita libertatis natura, hanc in eo ipso, quod diximus, positam declararunt; Origenianæ sententiae poterat esse præsidio, non Gregorii solum Nazianzeni consensus, non Ambrosii et Hilarii, aliorumque Patrum quorum testimonia collegerunt alii; non Arianicani concilii, non Tridentini canonies; sed is etiam, quem unum esse vult Jansenius concertationis hujus arbitrum, Augustinus, quemque nulla opinionis hujus vestigia reliquisse disertis verbis asserit tom. III, lib. vi, cap. 8 et 9. Nam quotiescumque vel Pelagium oppugnat, vel cum Juliano

A pedem confert, neque ab iis sese de liberi arbitrii natura dissentire dicit; neque prolata ipsorum verba, quibus in boni mali eligendi potestate possum illud esse demonstrant, hanc carpit ob causam, licet ob alias vehementer exagit et refellat. Passim quoque necessitatibus libertatem opponit: sed absque ulla circuitione, quia bene vel male vivere potest homo, idcirco sui juris esse, ac libertate pollere statuit lib. II contra Faustum Manich., cap. 5: « Et nos quidem sub fato stellarum nullius hominis genesim ponimus, ut liberum arbitrium voluntatis, quo vel bene vel male vivitur, propter justum judicium Dei ab omni necessitatis vinculo vindicemus. » Nec minus ad id facit quod habet cap. 2 libri *De gratia et libero arbitrio* ad Valentini num., ubi postquam astrinende hominis libertati, insignem hunc attulit Ecclesiastici locum<sup>27</sup>: « Ipse ab initio fecit illum, et reliquit illum in manu consilii sui. Si volueris, conservabis mandata, et fladem bonam placiti. Apponet tibi ignem et aquam: ad quocunque volueris extende manum tuam. In conspectu hominis vita et mors; et quocunque placuerit, dabitur ei, » continuo hæc subnectit: « Ecce apertissime videmos expressum liberum humanæ voluntatis arbitrium. » Longam dejnde ad idem comprobandum deponit e Novo ac Veteri Testamento testimoniorum seriem, in quibus homini edicit Deus, ut nolit ad vitia converti; atque ea demum his verbis claudit: « Nempe ubi dicitur, *Noli hoc, et noli illud*, et ubi ad aliquid faciendum, et non faciendum in divinis monitis opus voluntatis existit, satis liberum demonstratur arbitrium. »

Mirari porro subit quomodo, oblitus superiorum, Jansenius ejusdem Origenis auctoritate probare contendit tom. III, lib. vi, cap. 12, necessitatem libertati non repugnare, sed solam coactionem. Eo nempe utilit loco e procœdio librorum *Περὶ ἀρχῶν*, num. 5: « Est et illud definitum in ecclesiastica prædicatione, omnem animam rationabilem esse liberi arbitrii et voluntatis: esse quoque ei germen adversus diabolum, et angelos ejus, contrariasque virtutes, ex eo quod illi peccatis eam onerare contendant: nos vero si recte consulteque vivamus, ab hujusmodi onere nos exuere conemur. Unde et consequens est intelligere, non nos necessitati esse subjectos, ut omni modo, etiamsi nolimus, vel mala vel bona agere cogamur. Si enī nostri arbitrii sumus, impugnare nos fortasse possunt aliquæ virtutes ad peccatum, et aliae juvare ad salutem: non tamen necessitate cogimur vel agere recte, vel male: quod fieri arbitrantur, qui stellarum cursum et motus, causam dicunt humanorum esse gestorum non solum eorum quæ extra arbitrii accident libertatem, sed eorum quæ in nostra sunt posita potestate. » Hac necessitatis cogentis voce significari putat Jansenius viam libam;

<sup>27</sup> Cap. xv, 14 seq.

qua sola libertatem infringat, cum eam tamen intellecterit Origenes necessitatem, quam inuenit « qui stellarum cursum, et motus, causam dicunt humanorum esse gestorum : » non cogentem autem necessitatem, sed simplicem et voluntariam actibus humanis inferebant astrologi; necessitatem ergo simplicem et voluntariam hoc loco Origenes libertati opposuit. Pari responsione parem Origenis locum cum praecedenti objectum sustinebis. En illum e libro vi in *Epist. ad Rom.*, num. 3 : « Constat ergo ex his verbis, quibus Paulus dicit : *Quia cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis cui obedistis, sive peccati, sive justitiae*<sup>28</sup>, quia sponte nostra ipsi nos exhibemus, nullo cogente, vel peccato servire, vel justitiae per obedientiam nostram : et ideo semper horum meminisse debemus, ne inanes querelas in peccati excusatione proferamus, quod diabolus fecerit ut peccaremus, aut naturae necessitas, aut fatalis conditio, aut cursus astrorum efficiat. » Coactio itidem ea intelligenda hic est, quam fatalis conditio, astrorumve cursus efficit ; quæ nihil sane aliud est, quam necessitas simplex, et voluntate conjuncta. Hanc responsionem a Dionysio Petavio lib. iii *De opific. sex dier.* adversus Jansenii petitiones oppositam eo libenter usurpamus, quod quæcumque fere de libero arbitrio sparsim tradidit Origenes, ea fere adversus Valentianos, Marcionitas, aliasque hereticos, fatui, aptamque ex sideribus necessitatem propugnantes proposuerit. In suam quoque sententiam trahere poterat Jansenius illud Origenis e lib. i in *Epist. ad Rom.* num. 18, ubi posita anima quasi in bivio carnem inter et spiritum, et utriusque viae fautores angelos, ait : « Non enim vi res agitur, neque necessitate in alteram partem anima declinatur : » sed pulchre intelligebat Jansenius ex sequentibus explicationem suam labefactatum iri. Talia hæc sunt : « Alioquin nec culpa ei, nec virtus posset ascribi ; nec boni electio præmium, nec declinatio mali supplicium mereretur : sed servatur ei in omnibus libertas sui arbitrii, ut in quodcumque voluerit ipsa declinet, sicut scriptum est<sup>29</sup> : Ecce posui ante faciem tuam vitam et mortem, et ignem et aquam : » nam si alterutram eligere potest partem anima, neutri certe ulla necessitate addicitur. Responsionis sue confirmandæ, et Origenianæ sententiæ apertius etiam declarandæ gratia, aliquot addit Petavius ejus testimonia ex hom. 20 in Num., quibus vocante licet et pelliciente interiora gratia nullam nobis imponi necessitatem, sed in contraria ferri voluntatem posse perspi-

<sup>28</sup> Rom. vi, 16. <sup>29</sup> Eccli. xv, 17, 18.

(40) Attamen si perficere velimus frontem, et Origenem quovis periculo defendere, hanc adhibere poterimus exceptionem, etc. Non magnopere sibi perficanda frons est : ipse enim Origenes expressis verbis exceptionem hanc adhibet lib. iii, in *Epist. ad Rom.*, cap. 3, ad hæc verba : *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt* (*Psalm. xiii, 3*). « Mihi videtur, inquit, quod non dicitur de-

A cuum sit : addit et aliud e lib. vi in *Epist. ad Rom.* Quibus attexemus et illud e lib. iii *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 4 : « Boni vero spiritus recepit quis energiam, id est inoperationem, cum moveatur et provocatur ad bona, et inspiratur ad cœlestia vel divina : sicut sancti angeli et ipse Deus inoperatus est in prophetis, suggestionibus sanctis ad meliora provocans et cohortans : ita sane ut maneret in arbitrio hominis ac judicio, si sequi velit aut nolit ad cœlestia et divina provocantem. » Sed quid his colligendis immorarum, cum plura etiam congesserit Jansenius tom. I, lib. vi, cap. 15, ut ostenderet in indifferentia ad bonum et malum, extra ullam necessitatem, liberi arbitrii naturam ab Origeni fuisse collocatam ? « Gravissime, inquit, fuisse reprehensos ab Augustino Pelagianos propter illam inamissibilem et quasi essentialiem in omni statu liberi arbitrii indifferentiam ad bonum et malum, exclusamque alterius partis necessitatem, ex iis quæ libro secundo dicimus intelligi potest : haec est enim totius Pelagianæ structuræ basis pene præcipua. Sed illam Origenes omnibus numeris absolutam tradidit. Usque adeo namque philosophicæ istius libertatis admirator et indifferentiæ ad bonum et malum patronus fuit, ut illa sublata brutis aut lapidibus hominem accensendum esse decerneret. » Idem quoque Origeni superius exprobaverat tom. I, lib. ii, cap. 4 et 5. Quod si igitur ab eo profecta est hæc opinio de natura libertatis posita in indifferentia ad bonum vel malum, exclusa alterius partis necessitate, quomodo idem ille Origenes necessitatem voluntariam et simplicem cum libertate conjugere potuit ?

IV. Verum ut in definienda arbitrii humani libertate rectum iter tenuit Origenes, non itidem in distinguenda naturæ integræ, ac naturæ lapsæ libertate satis adhibuit examinis et cautionis ; nullibi quippe discrimen ullum inter utramque libertatem ab eo adhibitum reperias, et sæpe naturæ cuiilibet, quæ rationis compos sit, quemcunque demum ordinem adepta sit, æqualem tribuit liberi arbitrii facultatem, et usum, ut supra dictum est. Atque is unus fuit e præcipuis Pelagianorum erroribus, paribus liberi arbitrii viribus pollentem finxisse hominem hodie nascentem, parique justitia, sapientia, aliisque instruictum dotibus, qualis a Deo conditus fuit Adamus. (40) Attamen si perficere velimus frontem, et Origenem periculo quovis defendere, hanc adhibere poterimus exceptionem ; quamvis humanæ vires libertatis per Adami lapsum infractæ ac debilitatæ sint, natu-

clinasse, nisi is qui aliquando in via recta stetit. Unde apparet primum illud naturæ rationabilis opus, quod a Deo factum est, fuisse rectum, et in via recta Creatoris ipsius munere collocatum. Sed quia ab hac ad levam peccati iter detorsit, merito nunc dicitur declinasse : sicut exemplo est primus homo Adam, qui de paradisi via recta male susus fraude serpentis ad pravas et tortuosas mortalis

ram tamen ipsam libertatis illius suam servasse integratatem; nec ullam proinde signataam esse ab Origene distinctionem inter libertatem quæ Adami præcessit lapsum, et quæ consecuta est, quod ad puram respiceret libertatis naturam, non ad robur ipsius et potestatem.

V. Ex hac Origenis sententia de indifferenti hominis ad bonum vel malum propensione aptum illud est et consequens, hominem hac instructum facultate, gratiæ modo ponatur auxilium, pravis cupiditatibus posse obsistere, vel parere, et virtutem vel respuere, vel amplecti. Evidens igitur ratio est, » inquit lib. III *Hapl ἀρχῶν*, cap. 2, num. 2. s quia sicut in bonis rebus humanum propositum solum per seipsum imperfectum est ad consummationem boni; adjutorio namque divino ad perfecta quæque perducitur: ita etiam in contrariis initia quædam, et velut quædam semina peccatorum ab his rebus quæ in usu naturaliter habentur, accipimus, » etc. Tum sub suem capit. num. 4: « Nihil aliud putandum est accidere nobis ex ipsis quæ cordi nostro suggestur bonis vel malis, nisi commotionem solam, et incitamentum provocans nos vel ad bona vel ad mala. Possibile autem nobis est, cum maligna virtus nos coepit ad malum incitare, alijcere a nobis pravas suggestiones, et resistere suasionibus pessimis, et nihil prorsus culpabiliter gerere. Et rursum possibile est, ut cum nos divina virtus ad meliora provoca verit, non sequamur, liberi arbitrii potestate in utraque nobis servata. » In hæc acriter insurgit Yprensis antistes lib. II *De Pelag. hær.*, cap. 4, et lib. IV, cap. 7, et lib. VI, cap. 4, ubi queritur censuisse Origenem et animi motibus ad bonum malumve nos concitantibus nutu rationis nos adversari, atque eos ad bona vel mala gubernari, » merumque ait doctrinam hanc esse Pelagianismum. Si vel animum posse ad bonum per se moveri, absque prævio gratiæ Dei incitamento; vel impellenti nos ad malum libidini per se posse obsistere, etiam gratiæ juvantis ope destitutum voluit Origenes: damnamus quidem error ille est. Sin vero gratiæ impulsu adjunxit et auxilium, utrobique culpa caret; nam in motu animi malos, quos concupiscentia gignit, et bonos, quos educit gratia, imperium tenet libera voluntas, et vel malis obtemperat, propriis illuc et nativis inclinata nuti-

<sup>40</sup> Galat. v, 17.

vitæ semitas declinavit. Consequenter ergo omnes qui ex ipsis successione in hunc mundum venient, declinaverunt, et simul cum ipso inutiles facti sunt, » Vides statum naturæ integræ a statu naturæ lapsæ accurate distinctum. Luculentior adhuc exstat locus alter in lib. IV *Comment. in Cant. cantor.*, pag. 88, ad hæc verba: *Vinear florentes dederunt odorem suum*; (*Cant. II, 15*). » Non sine causa, inquit, puto quod non dixerit: *Odorem dederunt*: sed, *odorem suum*; ut ostenderet inesse cuique anima vim possibilitatis et arbitrii libertatem, qua possit agere omne quod bonum est. Sed quia hoc naturæ bonum prevaricæ ionis occasione decerpsum, vel ad ignominiam, vel lasci-

A bus, vel ad bonos se erigit, gratiæ divinæ adjumentis robورata. Utrum vero senserit Origenes, si quis ex me querat, bona fide responderim gratiæ auxilium admisso illum, non vero prævium incitamentum, ut pluribus infra disseram: » In rebus bonis, inquit, humanum propositum solum per seipsum imperfectum est ad consummationem boni; adjutorio namque divino ad perfecta quæque perducitur. » Addidisset, et excitatur, bene res haberet: cum ex liquido synodi Tridentinæ decreto, sess. 6, cap. 5, et can. 4, ratum sit excitanti atque adjuvanti gratiæ Dei libere hominem assentiri et cooperari, nec ipsum nihil agere, cum inspirationem illam recipit, quippe qui illam et abdicere possit.

B VI. Capite quoque quinto libri secundi *De Pelag. hær.*, hæc Origenis lib. I in *Epist. ad Rom.*, num. 18, impugnat Jansenius: » Frequenter in Scripturis invenimus, et a nobis saepe dissertum est, quod homo spiritus, et corpus, et anima esse dicatur: verum cum dicitur quia caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem<sup>40</sup>, media procul dubio ponitur anima, quæ vel desideriis spiritus acquiescat, vel ad carnis concupiscentias inclinetur. » Dolet Jansenio quod spiritum illum, adversus quem concupiscit caro, » vocet, non more catholicæ Spiritum sanctum, sed Pelagiæ legem naturæ, quam mentibus Spiritu Dei vivi ex institutione, ut ipse loqui solet, Creatoris impressam gerimus » (verba ipsius sunt) » et quæ (verba sunt Origenis lib. II in *Epist. ad Rom.*, num. 9, et lib. VI, num. 8) in hominum cordibus scripta est, non atramento, sed Spiritu Dei vivi; quæ docet unumquemque quid agendum sit, quid cavendum, et per quam cognoscit homo peccatum suum; quæque hominibus suadet, ne homicidium, ne adulterium faciant, ne furentur, ne falsum testimonium dicant, ut honorent patrem et matrem, et horum similia; fortassis et quod Deus unus creator sit omnium; » juxta illud Pauli Rom. II, 14, 15: » Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus. » Semina præterea illa bonitatis a natura hominum

viam fuerat inflexum, ubi per gratiam reparatur, et per doctrinam Verbi Dei restituitur, odorem reddit sine dubio illum quem primus conditor Deus indiderat, sed peccati culpa subtraxerat. » Eamdem ergo ante et post Adami lapsum agnoscit Origenes liberi arbitrii naturam, sed non easdem vires nec par robur ad bonum assequendum. Hinc sequitur ipsum hominis lapsi libertatem non in indifferenti ad bonum vel malum propensione collocasse, sed in indifferenti bene vel male agendi potestate. Aliud est potestas, aliud propensio, eadem est in quolibet statu juxta Origenem bene vel male agendi potestas, sed non eadem parque ad bonum propensio.

mentibus insita, quæ proxime allatis astruit te-  
stimonialis Origenes, plane rejicit Jansenius locis  
supra indicatis, sed præcipue tom. I, lib. iv,  
cap. 7.

Certum est hæc Pauli verba Gal. v, 17, « Caro  
enim concupiscit aduersus spiritum; spiritus autem  
aduersus carnem, » ad Spiritum sanctum a Patri-  
bus plerisque referri; at certum quoque est plures  
etiam superiorem illam animæ partem, quam ἡγε-  
μονικόν appellant, spiritus appellatione hic signifi-  
catam voluisse. Multos proferrem, si numero pu-  
gnandum esset, sed unus omni exceptione major  
adducetur Augustinus. Is lib. II *De Genesi contra  
Manichæos*, cap. 11, conjugium Adami et Eve im-  
aginem esse dicit spiritualis illius conjugii, quod ra-  
tionalis hominis partem animali colligat; tum ait:  
« Deinde ut quisque huic suæ parti recte domine-  
tur, et fiat quasi conjugalis in seipso, ut caro non  
concupiscat aduersus spirillum, sed spiritui subju-  
getur, id est, concupiscentia carnalis non adverse-  
tur rationi, sed potius obtemperando desinat esse  
carnalis, opus habet perfecta sapientia. » Trahit  
hæc in eundem sensum lib. I *De doctrina Christi*,  
cap. 24, et lib. II *De Genesi ad litter.*, cap. 12.  
Verba propter prolixitatem non repeto. Prorsus  
vero Ὡραῖον, in LXXXIII quæstionib., quæst. 70:  
« Caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus  
aduersus carnem. Hæc enim invicem sibi resistunt  
et adversantur, ut non quæcumque vultis, illa fa-  
ciatis. Fit ergo per sanctificationem perfectam,  
ut omnis carnalis appetitus spiritui nostro illumi-  
nato et vivificato, id est, bonæ voluntati subjicia-  
tur. »

Sed quid Augustini auctoritatem præteximus, ut  
spiritum illum carnis adversarium sepe pro animæ  
ἡγεμονικῷ, vel ipsa certe anima sumi probemus,  
cum id tot Scriptura locis consici possit? velut illo  
Matth. xxvi, 41: « Spiritus quidem promptus est,  
caro autem infirma; » et illo I Cor. v, 5: « Ego  
judicavi tradere hujusmodi Satanæ in interitum  
carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri  
Iesu Christi; » et illo II Cor. vii, 1: « Mundemus  
nos ab omni inquinamento carnis et spiritus; » et  
illo Ephes. iv, 20-23: « Vos autem non ita didicistis  
Christum, si tamen illum audistis, et in ipso edocti  
estis, sicut est veritas in Jesu. Deponere vos se-  
cundum pristinam conversationem veterem homi-  
nem, qui corruptitur secundum desideria erroris.  
Renovamini autem spiritu mentis vestræ, et induite  
novum hominem; » et illo I Thessal. v, 23: « Ipse  
autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: ut in-  
teger spiritus vester, et anima, et corpus sine que-  
rela in adventu Domini nostri Iesu Christi ser-  
vatur; » et illo Hebr. iv, 12: « Vivus est enim sermo  
Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipi: et  
pertingens usque ad divisionem animæ et spiri-  
tus, compagum quoque ac medullarum, et discre-

tor cogitationum et intentionum cordis. » In qui-  
bus non aliter sumi spiritus potest, quam pro  
anima, vel animæ ἡγεμονικῷ, quo modo Origenes  
intellexit.

VII. Ex his efficitur inferiorem animæ partem,  
quæ anima simpliciter appellatur (ut superior,  
spiritus), medium esse quodammodo spiritum inter  
et carnem; hoc est spiritus inter suasiones, ei car-  
nis incentiva. « Cum dicitur, » inquit Origenes  
lib. I in Epist. ad Rom., num. 18, « quia caro con-  
cupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus  
carnem »<sup>41</sup>, media procul dubio ponitur anima, quæ  
vel desideriis spiritus acquiescat, vel ad carnis  
concupiscentias inclinetur. » Quibus addit, ac variis  
Scripturæ locis probat, utriusque viæ, tum  
ejus quæ carnis est, tum ejus quæ spiritus, mon-  
stratores et factores angelos assistere hominibus.  
Christumque ipsum viam spiritus hominibus quæsi-  
sternere: « Favet et ipse Dominus, » inquit, quippe  
qui etiam animam suam ponit pro ovibus suis. Sed  
ex utraque parte favoris disciplina servatur. Non  
enim vi res agitur, neque necessitate in alteram  
partem anima declinatur: alioquin nec culpa ei,  
nec virtus posset ascribi; nec boni electio præ-  
mium, nec declinatio mali supplicium mereretur;  
sed servatur ei in omnibus libertas arbitrii, ut in  
quod voluerit ipsa declinet, sicut scriptum est<sup>42</sup>:  
Ecce posui ante faciem tuam vitam et mortem, et  
ignem et aquam. » Nec minus clare idem exprimit  
lib. in *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 4, num. 2.

Arguit hæc quoque erroris Jansenius tom. I,  
lib. ii, cap. 5: « Neque vero, inquit, Pelagi tangentem,  
Cassiani atque Origenis fuit ista de affectibus  
naturalibus bonis ac malis ex lege naturali atque  
carne prodeuntibus, ac de anima inter utrosque  
media istius apostolici loci expositiō, sed omnium  
omnino Pelagianorum, qñorum scripta videre po-  
tui. » Sic tamen Hieronymus in Epist. ad Gal. v,  
17: « Caro præsentibus delectatur et brevibus;  
spiritus perpetuis et futuris. Inter hoc jurgium me-  
dia anima consistit, habens quidem in sua potestate  
bonum et malum; velle et nolle; » et paulo post:  
« Quod ut manifestius fiat, aliquod sumamus exem-  
plum: caro, terra; anima, aurum; spiritus, ignis  
vocetur. Quandiu aurum fuerit in terra perdit vo-  
cabulum suum, et a terra cui commixtum est, ap-  
pellatur. Cum vero separatum ab humo, auri et  
speciem et nomen accepit, aurum quidem dicitur,  
sed nequid probatum. Si autem per ignem ex-  
coctum fuerit et probatum, tunc auri splendorem,  
et ornatus sui accipit dignitatem. Ita et anima in-  
ter humanum et ignem, hoc est inter carnem spi-  
ritumque consistens, quando se tradiderit carni,  
caro dicitar; quando spiritui, spiritus appellatur. »  
Sic et Augustinus lib. II *De Genesi ad litter.*,  
cap. 12, animam tanquam in medio positam, non  
nunquam a carne ad vitia deprimi, nonnunquam a

<sup>41</sup> Galat. v, 17. <sup>42</sup> Eccl. xv, 17.

spiritu ad virtutem erigi scribit. Sicut autem ad unumque partem, virtutem et vitium, allucere nos bonos ac malos angelos dixit Origenes lib. i in *Epist. ad Rom.*, num. 48, hunc interpretans Pauli locum qui habetur Gal. v, 17, ita postquam in eadem Pauli verba Augustinus ea disseruit quæ supra attulimus e LXXXIII Quæstionibus, quæst. 70, addit deinde : « Nunc quidam est in nobis quod resistat bona voluntati, auxilio Dei per bonos homines et bonos angelos indigemus, ut donec sanetur vulnus nostrum, non ita molestet, ut perimat etiam honam voluntatem. » Atque haec tam diserte apud Augustinum expressa cur in Origene Pelagianismi insimulaverit Jansenius, tot annos in Augustini lectione tractatus, mirum sane est.

VIII. Nunc vero propter assertos affectus bonos et malos ex carne naturaliter prodeentes, jurene venerit in crimen Origenes, anquiramus. Ac de malis quidem controversia nulla est; de bonis tantum contenditur. Quod antequam disputare ordinatur, dicendum est Jansenium, non hoc solum loco quem diximus, sed signantis etiam tom. I, lib. vi, cap. 14, vim illam, sive ut ipse loquitur, sufficientiam legis naturalis impugnare; quam ut ab Origene creditam et defensam fuisse clarius probet, haec ejus verba recitat e lib. ii in *Epist. ad Rom.*, num. 7, pag. 484 : « Potest fieri, ut vel ex his qui in lege sunt, si quis persuasione quidam communici Christo non credit, operetur tamen quod bonum est, justitiam teneat, misericordiam diligit, castitatem et continentiam servet, modestiam lenitatemque custodiat, atque omne opus bonum operatur; hic, etiamsi vitam non habet æternam, quia credens soli vero Deo, non credit et Filio ejus Iesu Christo, quem misit; tamen gloria operum ejus, et pax et honor poterit non perire. » At quo ex sane nusquam ad eos referuntur, qui sunt sub lege naturæ, sed ad Iudeos qui regebantur Mosaicis legibus, a quibus abstinebantur a virtutis, ad virtutem incendebantur. Sequentia vero ad ethnicos naturæ solum legem servantes pertinent : « Sed et Graecus, id est gentilis, si cum legem non habeat, ipse sibi est lex, ostendens opus legis in corde suo et naturali ratione immotus, sicut videmus nonnullos in gentibus, vel justitiam teneat, vel castitatem servet, vel prudentiam, temperantiam, modestiamque custodiat; iste hec alienus a vita videatur æterna, quia non credit Christo, et intrare non possit in regnum cœlorum quia renatus non est ex aqua et spiritu, videatur tamen quod per haec quæ dicuntur ab Apostolo, bonorum operum gloriam, et honorem, et pacem perdere penitus non possit. » Pluribus deinde argumentum idem expendit. Refellit quoque Jansenius eum superioribus alterum locum Adamantii, qui non sine cautione sane tractandus est. « Invenietur quidem Deus, » inquit Origenes lib. iii in *Epist. ad Rom.*, num. 6, « de-

A disse homini omnes affectus, omnesque motus quibus ad virtutem niti possit et progredi: insuper etiam vim rationis inseruisse, qua agnosceret quid deberet agere, quid cadere. Haec ergo inventur Deus communiter omnibus hominibus præstitisse. Sed si his acceptis homo neglexerit iter virtutis incedere, cui ex Deo nihil defuit, inventur Ipse defuisse illis quæ a Deo data sunt sibi. » Haec quamvis Pelagianismum sapient, genuinam tamen expositionem, enique orthodoxam recipere possunt, vel intelligendo gratiam homini datum a Deo, quæ gratia ad salutem adipiscendam sufficiat; vel intelligendo legem naturæ, cujus ope etiam ethnici ad virtutes morales niti possunt; non ad eas quæ quidquam conferant ad salutem: hic enim gravis B esset error, cui sine crimine patrocinari non licet.

IX. Certe aliquod boni genus ex vi naturæ oriri posse sanctorum Patrum magna pars opinata est, sed Augustinus præsertim, enus in hujusmodi quæstionibus præcipua auctoritas est. Sic ille libro *De spiritu et littera*, cap. 27 : « Si autem hi qui naturaliter quæ legis sunt faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum quos Christi justificat gratia, sed in eorum potius, quorum etiam impiorum, nec Deum verum veraciter justaque colentium, quedam tamen facta vel legimus, vel novimus, vel audiimus, quæ secundum justitiae regulam non solum viterpare non possumus, veram etiam merito recte que laudamus: quanquam si discutiatur quo ûne flant, vix inveniuntur, quæ justitiae debitam laudem defensionemve mereantur. » Capite deinde sequenti scribit non usque adeo terrenorum affectuum labem anime humanæ incubuisse, ut non impressa supersint imaginis Dei vestigia, unde precepta aliqua legis in ipsa etiam impietate exsequi vel sapere merito dici possit. Addit postea legem Dei non penitus per peccatum e cordibus nostris erasam, renovari per gratiam. Et postmodum : « Nam et ipsi (Judei) homines erant, et vis illa naturæ inerat eis, quæ legitimum aliquid anima rationalis et sentit et facit. » Tum paulo post, sit parum profuturum in die judicii his naturæ legibus paruisse, nisi forte ad mitiganda supplicia : « Sicut enim non impeditur a vita eterna justum quædam peccata venialia, sine quibus haec vita non docitur: sic ad salutem eternam nihil prosunt impius aliqua bona opera, sine quibus difficultime vita ejuslibet pessimi hominis invenitur. » Et iterum : « Quid ergo hinc Apostolus elicere voluit, quod jactantiam cohibens Iudeorum, cum dixisset : *Non auditores legis justi sunt opus Deum, sed factores legis justificabuntur*<sup>13</sup>, continuo subiecit de his qui legem non habentes naturaliter quæ legis sunt faciunt, si non illi sunt intelligendi qui pertinent ad gratiam mediatoris, sed illi potius, qui cum Deum verum vera pietate non colant, habent tamen quædam opera bona in-

<sup>13</sup> Rom. ii, 13.

vita impia? » Quibus accinit Fulgentius in lib. *De incarnatione et gratia Christi*, cap. 26: « Quod si quibusdam cognoscentibus Deum, nec sicut Deum glorificantibus, cognitione illa nihil profuit ad salutem, quomodo potuerunt hi justi esse apud Deum, qui sic in suis moribus atque operibus bonitatis aliquid servant, ut hoc ad finem Christianae fidei, charitatisque non referant? quibus aliqua quidem bona, quae ad societatis humanae pertinent aequitatem, inesse possunt; sed quia noua charitate Dei sunt, prodesse non possunt. » Hieronymus quoque in *Isaia xxiv, 5*, scribit præmia adepturos, quicunque legem naturalem observaverint: et in *Ezech. xxix, 17*, ait: « condemnari nos comparatione gentilium, si illi lege faciant naturali, quæ nos scripta negligimus. » Prætermitti vero non decet locum ipsius alterum in *Gal. iii, 2*, ad hoc spectans argumentum, et circumspice attingendum. « Nos respondebimus, inquit, accepisse quidem eum (Cornelium centurionem) Spiritum sed ex auditu fidei et naturali lege, quæ loquitur in cordibus nostris, bona quæque facienda, et vitanda mala, per quam dudum quoque Abraham, Mosen et ceteros sanctos justificatos retrulimus: quam augere deinceps potest operum observatio, legis quoque justitia, non tamen carnis legis quæ præteriit, sed spiritualis, quia lex spiritualis est<sup>44</sup>. »

X. Quæcum ita sint, fatendum est tamen nimio plus aliquando tribuisse Origenem legi naturæ; et quæ peculiari Dei auxilio debebantur, in generale auxilium transcripsisse: quod omnino Pelagianum est: velut actus singulos voluntatis, quos rotationes appellant: hos enim ita nos habere a Deo censebat, quatenus virtutem volendi sive facultatem voluntatis a Deo habemus. Ita exponit illud Pauli, Philip. ii, 13: « Deus est enim qui operatur in vobis et velle, et perficere, pro bona voluntate: » cum ex hoc enim loco concluderent nonnulli libero nos carere arbitrio, siquidem ex Deo penderent voluntatis nostræ motus, sic respondet Origenes lib. iii *De principiis*, cap. 4, num. 19 (41): Kal πρὸς τοῦτο δέ ἔκτειν δὲ ή τοῦ Ἀποστόλου λέξις οὐ φησὶ τὸ οὐδειν τὰ κακὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι, η̄ τὸ θέλειν τὰ ἀγαθά η̄ τοῦ Θεοῦ εἶναι· δμοίως τε τὸ ἐνεργεῖν τὰ κρείττονα καὶ τὰ χείρονα· ἀλλὰ τὸ καθόλου θέλειν, καὶ τὸ καθόλου τρέχειν· ὡς γάρ ἀπὸ Θεοῦ ἔχομεν τὸ εἶναι ζῶσ, καὶ τὸ εἶναι ἀνθρώποι· οὖτω καὶ τὸ καθόλου θέλειν, ὡς εἰ ἐλεγον, καὶ τὸ καθόλου κινεῖσθαι· οὐτοὶ δὲ ἔχοντες τὸ ζῶσ εἶναι, τὸ κινεῖσθαι, καὶ φῆσιν τόδε τὰ μέλη κινεῖν, χείρας η̄ πόδας, οὐκ ἐν αὐλόγως λέγοιμεν ἔχειν ἀπὸ Θεοῦ τὸ εἰδεικὸν τόδε, η̄ τοι τὸ κινεῖσθαι πρὸς τὸ τύπτειν, η̄ ἀνατρεῖν, η̄ ἀφαίρεσθαι τὰ ἀλλότρια· ἀλλὰ τὸ μὲν γενικὸν τὸ κινεῖσθαι ἔλαβομεν ἀπὸ Θεοῦ· ημεῖς δὲ χρόμεθα τῷ κινεῖσθαι ἐπὶ τὰ χείρονα, η̄ ἐπὶ τὰ βελτίονα· οὖτω τὸ μὲν ἐνεργεῖν η̄ ζῶσ ἔσμεν, εἰλήφαμεν ἀπὸ τοῦ

A Θεοῦ, καὶ τὸ θέλειν ἔλαβομεν ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ. Ήμεῖς δὲ τῷ θέλειν ἐπὶ τὰ κάλλιστα, η̄ ἐναντία χρώμεθα, δμοίως δὲ τῷ ἐνεργεῖν. Quorum sententiam satis fideleriter præter morem suum retulit Rufinus, quia scilicet Pelagiana erant. Notavit autem illa S. Thomas lib. iii *Contra gentes*, cap. 89, et variis Scripturæ locis obrivit. Notavit et Jansenius, et tanquam gratiæ Christi contraria merito repudiat. Quem vero in calce decimi tertii capituli, lib. vi, tom. I, recitat locum, qui in fine capituli 1, libri iii *Perī ἀρχῶν* reperitur, de sua Pelagianismi officina largitus est Rufinus; in Graeco siquidem exemplari non comparet.

B Observet interim lector aequus, ecquid fidei possimus adjungere tot locis qui e libris a Rufino Latine redditis deprompti adversus Origenem jactari solent: cujusmodi est ille quem libro vi, tom. I, cap. 13, adducit Jansenius e libro iii *Perī ἀρχῶν*, cap. 2, num. 3, ut pl. 3 quo legem naturæ Origenem extulisse probet: « Non enim idem est habere vincendi virtutem, et vincere, sicut ipse Apostolus cauissimo sermone signavit, dicens quia dabit Deus exitum ut sustinere possitis », non ut sustineatis. Multi enim non sustinent, sed in temptatione vincuntur. A Deo autem datur, non ut sustineamus; alioquin nullum jam videretur esse certamen, sed ut sustinere possimus. Ea autem virtute, quæ nobis data est ut vincere possimus, secundum liberi arbitrii facultatem, aut industrie utimur, et vincimus; aut segniter, et superamur, » etc.; et iste e libro x in *Epist. ad Rom.*, num. 38: « Gratia Dei et gratia Domini nostri Iesu Christi, una atque eadem gratia accipienda est. Sicut enim Pater quos vult vivificat; et Filius quos vult, vivificat: et sicut Pater habet vitam in se, et Filius dedit habere in semetipso vitam »; ita et gratiam quam dat Pater, hanc et Filius dat. Sciendum sane est quod omne quod habent homines a Deo, gratia est; nihil enim ex debito habent. Quis enim prior dedit illi, et retribuetur ei<sup>45</sup>? Gratia ergo est quidquid habet is qui non sicut, et est, accipiens ab eo qui semper sicut; » atque ille e lib. iv in *Epist. ad Rom.*, num. 1, pag. 522: « Sed ego cum considero sermonis eminentiam, quo dicit operanti secundum debitum reddi, vix mihi suadeo quod possit ullum opus esse, quod ex debito remuneracionem Dei deposita, cum etiam hoc ipsum quod agere aliquid possumus, vel cogitare, vel proloqui, ipsius dono et largitione faciamus. Quod ergo erit debitum illius, cuius erga nos fenus præcessit? » et hic e lib. v in eamdem epistolam, num. 1, pag. 550: « Quod ergo dixit, post dies<sup>46</sup>, hoc ostendit, quia primis quidem vitæ sue diebus paternæ prævaricationis institutionibus tenebatur (Abel): post illos vero dies ubi resipuit, ubi respexit ad Deum, naturæ lege commonitus, dicitur tunc obtulisse hostiam Deo. »

<sup>44</sup> Rom. vii, 14. <sup>45</sup> 1 Cor. x, 13. <sup>46</sup> Joan. v, 21, 26. <sup>47</sup> Rom. xi, 33. <sup>48</sup> Gen. iv, 3.

(41) *Philocal.* cap. 20.

XI. Postquam de lege naturæ male sensisse Orientem demonstravit Jansenius tom. I, lib. vi, cap. 14, non saniora opinatum fuisse de lege Mosis conatur ostendere; cui comprobando assert illud e lib. iv in *Epist. ad Rom.*, num. 1, pag. 523: « Initium namque justificari a Deo, fides est quæ credit in justificantem. Et hæc fides cum justificata fuerit, tanquam radix imbre suscepto hæret in animæ solo, ut eam per legem Dei excoli cœperit, surgant in ea rami, qui fructus operum ferant. » Subjungit Jansenius: « Ecce dogma Pelagii de operanda per legem justitia, dummodo remissio peccatorum per fidem data præcesserit. » At non hæc ad legem Mosis peculiariter pertinent, sed ad opera tantum bona sive Judæorum, sive ethnieorum, quæ sine fide inaniam sunt. Ait ergo initium justificationis fidem esse quæ credit in Deum; quæ fides, quasi dispositio ad justificationem acquirendam, cum justitiam apprehenderit, ut loquuntur, atque ita justificata fuerit a Deo; cumque justitia imbre, sic tanquam radix aliqua, perpluta fuerit, tunc ipsa fides atque ipsa justitia animæ solo inhaerent; sic tamen ut divinæ legis observatione soveri illam et excoli necesse sit ad serendos operum fructus, qui velut radicis hujus surculi efflorescant. Quæ fidei catholice decretis usquequa consonant, si modo prævium gratia excitantis et juvantis subsidium agnoscatur. Verum non id queritur Jansenius: at latere hic causatur dogma Pelagii de operanda per legem justitia, dummodo remissio peccatorum per fidem data præcesserit. Debere quidem a fide justificationem ducere exordium; eamdemque peccata delere, et hic dixisse fatemur Origenem, et recte dixisse pertendimus: nec in eo opinor Pelagianum illud placitum Jansenius positum esse voluit, sed in dogmate de operanda per legem justitia, quod Pelagianum esse agnoscimus, sed ab hoc Origenis loco longe procul abesse pugnamus. Quomodo enim operandam sensit per legem justitiam, qui justificationem legis observationi prævertere debere dixit? Per legem Dei, hoc est bona opera, justitiam quidem excolendam sanxit, neutiquam vero per legem justitiam comparari creditit. Hæc licet perspicua, aliis tamen Origenis ejusdem testimonis firmari possunt. Ex quibus omnibus, » inquit lib. iii in *Epist. ad Rom.*, num. 9, pag. 517, « claret quod recte arbitratur Apostolus <sup>49</sup> justificari hominem per fidem sine operibus legis. Sed fortassis hæc aliquis audiens resolvatur, et bene agendi negligentiam capiat, si quidem ad justicandum fides sola sufficiat. Ad quem dicemus quia post justificationem si injuste quis agat, sine dubio justificationis gratiam sprebit. » Non opera ipsi justitia, sed justitiam operibus præposuit. Clarius etiam quod jacet paulo inferius: « Uni vero fides non est quæ credentem justificet, etiam si opera quis habeat ex lege, tamen quia non sunt ædificata supra fundamentum fidei, quamvis

A videantur esse bona, tamen operatorem suum justificare non possunt, quod eis deest fides, quæ est signaculum eorum qui justificantur a Deo; » et quod libro sequente, num. 4, pag. 521: « Propterea ergo et in alio Scripturæ loco <sup>50</sup> dicitur de Abraham, quod ex operibus fidei justificatus sit; quia certum est eum qui vere credit, opus fidei et justitiae, et totius bonitatis operari. » Cautæ vero ista legenda sunt, quæ disserit in lib. iii, num. 10, pag. 519: « Quod si requirat aliquis curiosus, ii qui ex fide justificantur, per quem justificantur; et rursum ii qui per fidem justificantur, ex quo justificantur: licet fortassis multa in hoc eniositas videatur, tamen convenienter dicere possumus, quod qui ex fide justificantur, initio ex fide sumpto, per adimplitionem honorum operum consummantur; et qui per fidem justificantur, a bonis operibus exorsi, per fidem suminam perfectionis accipiunt. » Quæ tamen ferri poterant, si ita intelligentur, justificationi præire quidem posse opera bona, sed non ejusmodi, quæ ad hanc apprehendendam conferant quidquam; qualia sunt opera illa quæ lege naturali suadente perficiuntur.

Pergit ostendere Jansenius tom. I, lib. vi, cap. 14, parum sana fuisse Origenis de lege Moysis placita, ut qui per eam peccatum fuisse imminutum ac restringut crediderit, contra hoc Apostoli pronuntiatum: « Lex autem subintravit, ut abundaret delictum <sup>51</sup>; » atque hæc placita Pelagii et Juliani doctrina scribit esse consentanea, in hisque fuisse ab Augustino profligata et confossa. Non ego sane usque adeo Origenis causæ faveo, ut naturalis legi vires preter æquum prædicatas ab eo fuisse negem; ac illas itidem Mosaicæ legis, quas ita extulit, ac si non peccatum duntaxat prohibuerit ea lex, sed gratiam etiam hominibus ad vincendum illud contulerit, ac si per illam non cognitio solum peccati, sed etiam sanatio contigerit; ac si non ad priora peccatorum genera, quæ præcesserant legem, prævaricatio præterea accesserit, quæ prævaricatio nisi lege lata esse non potest; ac si non nitentibus in vitiis hominibus concupiscentia lege frenata ererit: ac si non apparere tantum cœperit, et depurari peccatum, sed etiam ablatum fuerit. Dici tamen potest in gratiam Origenis, non peccata per legem absolute dimissa ipsum pronuntiasse, sed « ex parte aliqua; » quia Moyses « ex præcepto regis primi sacrificia instituit, quibus certa solemnitate oblatis sicut deceret, remitteretur eis peccatum. » Verba sunt Origenis lib. v in *Epist. ad Rom.*, num. 4, pag. 550, ex eo ipso loco quem profert Jansenius. Hæc autem remissio peccatorum quoniā imperfecta erat, et illius umbra quæ merito sanguinis Christi impetratur, idecō non plene et perfecte, sed ex parte aliqua tyrannidi mortis ac peccati per legem obsisti dixit. Id ipse perspicue significat, cum addit obstante quantumlibet lege prævaluuisse

<sup>49</sup> Rom. iii, 28. <sup>50</sup> Jacob. ii, 21, 22. <sup>51</sup> Rom. v, 20.

peccatum, nec legi sucenturios prophetas vim peccati cohære potuisse, sed adfuisse tandem Christum, ac de morte et peccato triumphasse. Præterea lege lata aliquo sensu compresa fuisse dici potest peccati vis; non quod hanc re ipsa lex compresserit, sed quod ad eam comprimentam lata sit; spectato consilio, non eventu; nam, secundum Ambrosium, « Apostolus ostendit quid provenerit data lege, non quid lex fecerit. » — « Non enim, ut habet S. Thomas in Rom. v, 20, « ad hoc sicut data lex, ut peccatum abundaret; quin potius lex, quantum in se sicut, peccatum prohibuit, secundum illud psal. cxviii, 11, *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* » Sed nec aliter per legem incrementum accepisse peccatum tradunt Patres nonnulli, quam quis per legis promulgationem cognitum est id esse peccatum, quod antea vulgo ignorabatur; unde prævaricatio et transgressio, iuxta illud Rom. iii, 20: « Per legem enim cognitio peccati. » Chrysostomus homil. 10 in Epist. ad Rom.: « Επειδὴ γὰρ βάναυσοι τινες ἡγαντοὶ καὶ ἐκλελυμένοι, καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς δωρεὰς ἀναπεπτωχότες· τούτου χάριν ὁ νόμος ἔδοθη, ἵνα αὐτοὺς ἐλέγῃ μετόνως, καὶ διδέξῃ σαφῶς ἐν οἷς εἰσι, καὶ τὴν κατηγορίαν αὔξῃσας, ἐπιστρέψῃ μᾶλλον αὐτούς. » Quoniam enim illiberales erant Iudei, et dissoluti, et ad ipsa dona supini, ideo lex data est, ut illos videlicet vehementius coargueret, aperteque doceret quo in statu essent, atque accusationem augens ipsos magis constringeret. » Hieronymus in Epist. ad Galat. iii, 21, 22: « Nec vero cœstimandum Scripturam auctorem esse peccati, quia omnia sub peccato conclusisse dicatur: cum mandatum quod ex Jure præcipitur, ostendat potius, arguatque peccatum, quam sit causa peccati. » Augustinus lib. ii contra Julianum, cap. 22, « Originale peccatum non quidem post legem crevit, sed tamen lex etiam ipsum, cuius abolitionem circumcisione infantis significaret, invenit; sicut invenit etiam peccata ignorantiae, quæ nec ipsa data lege creverunt: quandoquidem potius ipsa ignorantia diminuta est, quia scientia legis accessit: sed peccatum sine quo nemo nascitur, crevit voluntatis accessu, originali concupiscentia trahente peccantes assensu. Abundavit autem peccatum, id est, nimis crevit, posteaquam per legem facta est cognitio peccati, et cœpit

A etiam prævaricatione peccare. » S. Thomas in Ros. v, 20: « Secundo autem potest responderi, ut dicator quod ly, ut teneatur causaliter, ita tamen quod loquatur Apostolus de abundantia delicti, secundum quod est in nostra cognitione; ut sit sensus, lex subintravit, ut abundaret delictum, id est, ut abundantius delictum cognosceretur, secundum modum loquendi quo diciuntur aliquid fieri, cum innotescit. Unde supra dictum est, quod per legem est cognitio peccati. » Juvat quoque Origenem quod habet ibidem S. Thomas, post legis promulgationem ruentibus nonnullis in vetitum nelas, quosdam ad meliorem frugem evasisse, in ilisque repressum fuisse peccatum. « Scendum tamen, inquit, quod, sicut Philosophus dicit in x Ethic., prohibitio legis, licet illos qui sunt male dispositi cohibeat ab exterioribus peccatis solo pœnæ timore, quosdam tamen bene dispositos inducit per amorem virtutis; sed ista bona dispositio quantum ad aliquid potest esse a natura, sed ejus perfectio non est nisi per gratiam, ex qua contingit quod etiam lege veteri data, non in omnibus peccatum abundat, sed in pluribus. Quidam vero lege prohibente, et gratia ulterius adjuvante, ad perfectionem virtutum tandem perseverunt, secundum illud Eccles. xlii, 1: *Laudemus viros gloriosos*, etc., et infra, 3, *homines magnos virtute.* » Suffragatur et illud Thomæ, nostro Adamantio, ex 4-2, quesit. 98, a, 1: « Lex vetus rationi consonabat, quia concupiscentiam reprimebat, quæ rationi adversatur, ut patet in illo mandato: *Non concupisces rem proximi tui*, quod ponit Exod. xx, 17. Ipsa etiam omnia peccata prohibebat, quæ sunt contra rationem. » Et articulo sequente docet legem veterem: « *Et homines ordinasse ad Christum per modum cujusdam dispositionis, dum retrahens homines a cultu idolatriæ, concludebat eos sub cultu unius Dei, a quo salvandum erat humānum genus per Christum.* »

C XII. Atque utinam commodis æque expositionibus Origeniana de gratiæ divinæ auxiliis dogmata lenire possemus (42): verum tam aperte adversus eam grassatus est, frustra ut omnis color adhiberi posse videatur. Manifesto quippe ab humana voluntate, ejusque arbitrio divini medium mensuramque auxiliï pendere voluit, licet ad operis perfectionem cœlesti hominem carere non posse

(42) Verum tam aperte adversus eam grassatus est, etc. Cum accusant Origenis materia et ex libris a Rufino interpretatis, qui, ut ipse ait Huetus, parum Origeni præjudicare debent, et ex Catholicis de libero arbitrio sententiis desumpta sit, mirari satis non possum cur eruditæ viri in his Rufini interpretationibus inhaeserint, contextum Origenis Graece existantem neglexerint, et quæ ad liberi arbitrii defensionem contra detestandas hæreses catholicæ disputat, ea ad hæresim Pelagianam, aut saltem Semipelagianam detorserint; quæ vero sexcentis locis de gratuitæ et efficacis gratia necessitate magnifice prædicat, ne legisse quidem aut animadvertisse videantur. Fatendum sane est quod Origenes ex animarum præexistentia opinatus est, si vehementius urgeatur, consecrationes habere

cum catholico dogmate pugnantes. Sed nemo nescit optimos viros sæpe in errato aliquo ita versari, ut quæ ex eo consequuntur, minime defendant. Quod si usquam alias verum fuit, certe in Origene comprobatur qui suam illam de animarum præexistentia opinionem, ut probabilem conjecturam, re non decisa, proponit; at nulla habita ratione hujus commenti, Christi gratiam, magnum illud Dei incarnationis et crucifixi manus sic expoit, sic defendit, ut ab eo fieri par erat qui in hoc incarnationis mysterio et meditando, et prædicando, et contra Iudeos, ethnicos, et hæreticos defendendo vitam consumpsit.

D 1. Ita explorata erat Origeni humana imbecillitas, ut lib. vii contra Celsum, num. 42, Dei cognitionem assequi homines non posse deceraat sine divino auxilio. Hinc nec Platoni, ad quem provo-

dici possit. Ille ut repetantur altius, sciendum est Basilidem, Valentinum, Marcionum, aliosque prisci eti hæreticos, ipsoque vetustiores Origenem, causam

cobat Celsus, nec ceteris philosophis cognitum suisse Deum proponiat, quia si eum invenissent, nunquam alios deos coluerint. Tum addit: « Nos autem affirmamus Deum a natura humana nullo modo queri aut pure inveniri posse, nisi adjuvetur ab eo quem querit. » Non sic loquitur qui gratiam ex libero arbitrio, non ex gratuita Dei voluntate, pendere existimet qui initia homini ascribat, progressus vero divinae gratiae libero arbitrio submissæ. Hujus imbecillitatis sibi conscientia si quando in difficilem Scripturæ locum incidisset, cognitionem veritatis a Christo petebat, velut cum illud Exodi 27, expouens: « Induravit Dominus eorum Pharaonis, et fatur pag. 414 sibi opus esse Salvatorem Deum, ut ejus justitia et sapientia convenientia proferat. Sic etiam difficilem Jeremias locum expouens, ait hunc. 18, num. 11, pag. 234: « Factor eis exponens meas vires esse impares, et egere, ut supra dixi, presenti auxilio virtutis Jesu, quia Sapientia et Verbum ac Veritas est, ut ipsius praescutia lucem infundat in faciem animæ meæ. » Fatur generatim tom. xii in Matth., num. 40, pag. 562, nullam veritatem sine Christo percipi posse: Οὐκ ἔτιν ἀλήθεια χωρὶς ἐνεργείας εἰπόντος. Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια (Joan. xiv, 6). Nihil ergo mirum, si Origenes fidem Dei donum esse censem, nec quemquam posse credere, nisi a Deo donetur. Observat tom. xx in Joan., num. 26, donum fidei tertio loco apud Paulum numerari, nimurum post donum sapientia et donum scientie; tum hæc addit: Καὶ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας δὲ ἐπιστήσαντι σαφὲς ἔσται ὅτι οὐχ ἡ τυχοῦσα διωρά ἔσται τοῦ Θεοῦ, πλειόνων δογμάτων διαρρόων ὑπὸ πολλῶν κηρυσσομένων τῶν διδάσκονταν τὰ ἀληθῆ ἐπαγγελμάνων, τὸ μηδὲν ἢ μόνον τῷ ἀληθεῖ ποτεντατα. Non dissimilandum est Origenem hoc loco non de initia fidei agere, sed de perfecta fide que precibus gementium ac suam ad credendum imbecillitatem consentitum impetratur: sed tamen per absurdum haec fidem Dei donum non vulgare dixisset, si debitam existimasset initia fidei sine gratia comparatis.

2. At ipsa illa fidei initia, in quibus dicta Christi intelligimus quidem, sed non omnino assentimur, a Christo perfici et donari declarat Origenes. Nam tom. xx in Joan., num. 48, cum Heraclion et aliis hojusmodi hæretici ex his Christi verbis: « Quare dicta mea non agnoscitis? quia non potestis audire sermonem meum (Joan. viii, 43), » diversas esse in boni naturas colligenter, sic eis occurrit, ut demonstret non ideo Judeos illos Christi verba agnoscere non potuisse quod deterioris essent nature, sed quod eorum aures divinis sermonibus obseratae essent, quam surditatem non eorum nature propria esse, sed a Christo tolli. « Unde primum, inquit, comparanda nobis est vis audiendi divinum sermonem, ut deinde Jesu dicta agnoscere possimus; licet enim illi qui antea non valebat audire sermones Jesu, postea eo pervenire ut possit audire illos. » Quomodo autem comparetur illa vis, sic explicat: « Εἶπεν καὶ δύο μὲν οὐδέπου λάθη τις τὰς ἀκοὰς ὑπὸ τοῦ Λόγου τοῦ λέγοντος τῷ χωφῷ, διανοιχθῆται, οὐ δύναται ἀκούειν· ἐπάν οὐ λυθῇ ὁ αἴτιος τῆς χωρότητος συνδέσεως, τότε ἀκούειν τις οἶος θεται τοῦ Ἰησοῦ, ὅτε καὶ γινώσκειν δύναται σύντο τὴν λαλιάν. Ex his patet Origenem dum hæreticos refellit, in contrarium errorem non currere, sed dogma catholicum accuratissime defendere. Haec hæretici causam afflerebant cur alii crederent, non crederent alii, quod isti spiritalis essent nature, hi vero animalis: contra Origenem surditatem quam isti animalibus affingebant, omnibus assignat quorum Christus vincula non solvit; fidem non na-

A perserantes, quamobrem alias Deus ad gloriam destinet, alias perire sinat, nullis ipsorum præceptibus meritis, Jacobumque adhuc in utri clau-

tutæ, sed gratiae donum esse in iis qui credunt; pertinaciam in iis qui non credunt, non naturæ adjunctam esse proprietatem, sed a gratia superari posse contendit. Quodcum igitur fidei initium excoegeri potest quod non Origenes Christi gratiae acceptum referat, siquidem nomen non modo credere, sed ne audire quidem et intelligere posse declarat, nisi Christus dicat: « Adaperire? » (Marc. vii, 34).

3. Hæc doctrina de Christi gratia non solum adversus hæreticos Origeni, sed etiam adversus ethnicos usui fuit. Demonstrat lib. i contra Celsum, num. 31, nunquam apostolos tot labores suscep-turos, tot adiutoris suisse pericula, « nisi eis maximam quamdam fiduciam Christus fecisset, non solus eos docens ipsius dogmata tenere, sed etiam aliis persuadere. » In eodem libro Celsi dictoria in apostolos a Christo electos argumenti loco sumit cur non eorum ingenio et eloquentia, sed Christi potentia tribuendum sit quod nationes ad fidem adduxerint. « Nunc autem, » inquit num. 62, pag. 377, « equis est qui, cum videt pisca-tores et publicanos vel primorum elementorum imperitos (id enim de illis Scriptura testatur, et Celsus ipsis inscientiam suam vere describentibus credit) considerenter de fide Jesu adjungenda non modo apud Iudeos disputare, sed etiam apud reliquas gentes prospere Jesum annuntiare, non quæsierit unde illis inesset persuadendi facultas? neque enim erat vulgaris. Equis non dixerit Jesum in apostolis divina quadam virtute executum fuisse quod his promiserat verbis: Venite post me, faciam vos pisca-tores hominum? (Matth. iv, 19). » Et paulo post: « Etsi supra memoravi quod Salvador in Evangelio dixit: nihilominus tamen idem rursus huc et quidem opportune adducam. Hinc enim quivis perspiciet et Evangelii prædicationem a Salvatore nostro divine fuisse prævisam; et quanta sit verbi illius vis, qua etiam sine magistris subdit sibi eos qui fidem amplectuntur, quam ipsis amplectendam divina virtus persuasit. » Hinc cum Celsus sic in Christum jocatus esset: « At tali voce non utitur Dei corpus, nec talibus persuadendi modis, » respondet Origenes facere eum injuriam celebratis apud ethnicos oraculis, in quibus vox deorum audiebatur; tum addit num. 70, pag. 384: Πολλῷ δὲ τούτου βέλτιον ἡ χρήσασθαι τὸν Θεόν φωνῇ ἐμποιούσῃ διά τὸ μετὰ δυνάμεως ἀπαγγέλλεσθαι ἀφάτον τινα πειθώ τοις ἀκούουσσιν. Minime igitur mirum si Origenes, viribus suis diffidens, ac laboris sui fructum ex divina gratia pendere persuasus, sic Deum precatur initio lib. v, p. 578: « Faxit Deus ut ne ad hanc disputationem affectuus animum sermoneque nudum ac divinitate vacuum, sive qua fides eorum quibus prodesse cupimus, humana tantum sapientia niteretur: sed ut Spiritu Christi accepto ab eo qui solus illum dat Pater, et ad intelligendum Dei Verbum adjuti. omnem altitudinem contra cognitionem Dei se extollentem (II Cor. x, 5), desruamus, simulque Celsi fastum, quo in nos, in Jesum nostrum, in Moysen et prophetas insolescit, reprimamus. Faxit ille, inquam, qui dat verbum evangelizantibus virtute multa (Psal. LXVII, 12), ut, eodem verbo nobis concessio, multaque virtute data, fides verbo et potestate Dei firmata in lectoribus innascatur. » Sic etiam in lib. De oratione, num. 2, pag. 200, fatur sibi opus esse et Patre illuminante, et Verbo docente, et Spiritu sancto cooperante, ut ea intelligat et dicat quæ tanto argumento digna sint.

4. Non minus necessariam existimat divinam gratiam ad tentationes superandas, implenda mandata, corruptos mores emendandos. De Christi ad-

stris absconditum dilexerit, Esau vero ibidem delitescentem odio haberet; præclarum istud invexisse delirium, homines non unius esse ejusdemque inter

Inferos descensu ait homil. 2 in lib. I Regum, pag. 494: « Quid absurdum est principem medicorum ad negotiantes descendere? Illi medici quidem erant, et sane multi: at Dominus meus et Salvator princeps eorum est. Etenim internam cupiditatem que non potest ab aliis curari, curat ipse: quod a nemine potuit medicorum sanari, sanatur a Christo Jesu. » Declarat homil. 4 in Jerem., num. 16, pag. 136, frustra homines adhortari et praedicare, nisi Deus intus moveat. « Sermones, inquit, eradicant nationes, sermones regna suffodiunt carnis et sanguini; sed his quæ dicuntur virtus non adest, nisi Deus dederit, secundum illud: Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa (Psal. lxxvii, 12). » Et homil. 5, num. 6: « Quando enim Salvator ait: *Ego sum pastor bonus* (Joan. x, 11), non tantum ut ceteri, uniuersus dictum intelligo, eum nempe esse pastorem credentium, et hoc enim sanum est et verum; sed et in anima mea debo Christum intus habere, bonum pastorem qui in me regat motus irrationales, nec amplius ad pascua, ut casus tulerit, exeat, sed a pastore ducti, ipsius proprii fiant qui ab eo alieni aliquando erant. » Homil. 8 in Jerem., num. 1, pag. 170, explicans illud prophetam: « Qui fecit terram in fortitudine sua (Jerem. x, 12), » sic loquitur: *Xριστὸν ἔχομεν τῆς λογίους τοῦ Θεοῦ· χωρὶς δὲ τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ οὐκ οἶδον τέ σπερναντας ταῦτα δος οὐ κατὰ φρόνημά ἐστι τῆς σαρκός.* Libenter Hueto assentire, si id tantum vellet mandata Dei ab Origeni impossibilitate asseri, nisi adsit gratia; sed nescio quomodo vir doctissimus hunc stultissimum errorem Origeni affligerit infra num. 21, praecipit divinis morem geri non posse. Nihil agit locus ab eo de promptus ex lib. II Origenis in Epistolam ad Romanos, ubi docet legem secundum literam non posse habere factorem; et veritatem in omnibus servare humanæ naturæ pene impossibile esse; quorum alterum de illo jugo intelligendum quod nec apostoli, nec eorum patres portare potuerant, ut ait Petrus Act. xv, 10, alterum vero ab ipso Origeni adhibita quadam emendatione lenitur, vel etiam de natura quam adjuvat gratia accipi non debet. Constante certe Origenis doctrina est, mandata a nobis adimpleri posse, si adsit gratia. Id confirmat homil. 17 in Jerem., num. 4, pag. 238: « Οὐπέρ αὐτοις κατούνη ἐστιν ὁ Σωτὴρ, αὐτοκλήθεια, αὐτοχαρακή, οὕτως αὐτούπομον. Καὶ οὐκ ἐστιν οὗτος δίκαιον εἰναι χωρὶς Χριστοῦ, οὔτε ἄγιον χωρὶς αὐτοῦ, οὔτε ὑπομένειν μὴ Χριστὸν ἔχοντα. »

5. Ex his intelligi potest quod ait tom. x in Matth., num. 19, pag. 467: « Nam etsi quis erit consummatus in fide inter filios hominum (Sap. ix, 6), si ab illo absuerit virtus tua, in nihilum computabitur: aut consummatus in temperantia, quantum quis inter filios hominum esse potest, si absuerit temperantia tua, in nihilum computabitur: aut consummatus in iustitia et reliquis virtutibus, si absuerit iustitia tua et reliqua virtutes, in nihilum computabitur. » Haec non idecirco ab Origeni dicta crediderim, quod fidem, temperantiam, iustitiam ac reliquas virtutes sine gratia comparari posse crediderim; sed quod etiam si quis haec ascensus sibi videatur, inania et futile sint ornamenta, nisi a Deo donata sint. Haec interpretatio confirmatur ex his quæ sequuntur: Tò γάρ καυχήσεως αἵτον οὐκ ἡμέτερον, ἀλλὰ δῶρόν ἐστι τοῦ Θεοῦ ή ἀπ' αὐτοῦ πορία, καὶ ή ἀπ' αὐτοῦ λογίος, καὶ οὕτω τὰ λοιπά. Sub finem tom. xiv in Matth., num. 25, pag. 649, castitatem donum Dei esse docet. « Salvator vero, inquit, omnibus absolutam numeris castitatem donum Dei esse nos edocens, non ipsa so-

A se naturæ, sed alios esse πνευματικοὺς, alios φυγικούς, σαρκικούς alios seu γοῖκούς, atque ita ad vitam destinatos πνευματικούς, ita ad interitum σαρ-

lum exercitatione comparandum, sed precibus etiam a Deo impetrandum, ad id hæc retulit: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* (Matth. xix, 41). » Cum autem quidam hæc Christi verba, quibus datum est, auderent vituperare, et ad excusationem eorum pertrahere qui suscepto cælibatu cupido vincuntur, respondet Origenes nullam hujusmodi hominibus excusationem relictam, quia dominum illud precibus impetratur, Christo dicente: « Petite, et accipietis (Matth. vii, 7). » Sed ipsas preces donum Dei esse conceptis verbis declarat in lib. De oratione, num. 2, pag. 199: Οὐδὲ γάρ δύναται ἡμῶν ὁ νοῦς προσεύξαθαι, ἐὰν μὴ πρὸ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα προσεύξαται, οἷον ἐν ὑπηρεσφ αὐτοῦ. Ωπέρ οὐδὲ φάλαι καὶ εὐρύμωνς καὶ ἐμμελῶς καὶ ἐμμέτρως καὶ συμφώνως ὑμνήσαι τὸν Πατέρα ἐν Χριστῷ, ἐὰν μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ πάντα ἐρευνῶν καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, πρότερον αἰνέσαι καὶ ὑμνήσαι τοῦ νοῦ τὰ βαθύτατα τοῦ θρηνήσαι, καὶ ὡς ἔξισχυσαι κατεληφθεῖσαι. Cum ergo et idem et preces Dei dona esse tam conceptis verbis declareat Origenes, quis ferat ad Semipelagianismum trahi quod ait tom. xiii in Joan., num. 1: « Fortasse dogma esse ut nemo divinum donum accipiat, nisi qui illud petierint. » Non inaus vitium in his quæ leguntur lib. II De principiis, cap. 9, num. 2.

6. Cum Origenes de gratuita Christi gratia tam egregie sentiat, non mirum si et merita nostra et mercedem meritis debitam dona Dei esse pronuntiat homil. 16 in Jerem., num. 5: « Ne itaque suspicentur, inquit, quia non ex misericordia, sed ex proprio merito, ὅτι ἐξ δικαιοσύνης αὐτοῖς ταῦτα γεγένηται, » etc. Matrem filiorum Zebedæi merito castigatam a Christo ait tom. xvi in Matth., num. 5, pag. 717: « Οτις ἡ τηλικαύτη δωρεά χάρις ἐστὶ τοῦ ἐπι τοῦ Θεοῦ συμπνεόντος καὶ συνεργούντος καὶ ιδρύοντος ἐν τοιαύτῃ ὑπεροχῇ οὓς οἶδεν ἐπιτηδεῖους. Non belle Huetus his in verbis Semipelagianismum suspicatur. Accuratissime Origenes dogma catholicum exprimit, cum felicitatem aeternam simul et meritorum præmium, et Dei donum et gratiam esse statuit.

7. Multa alia in Origenem reprehenduntur, sed quæ partim sua sponte sana sunt, velut cum docet lib. ix in Epist. ad Rom., num. 5, varia Spiritus dona sive comparari, partim facile explicantur si observes nullos hereticos ab Origeni sepius refelli, quam qui homines natura aut spirituales aut carnales, natura aut salvari aut damnari docebant. Quamobrem cum nihil merito, nihil bonis operibus relinquenter loci, quid mirum si Origenes interdum bona opera nostra esse, si justitiam, castitatem aliasque virtutes opus nostrum esse declarat homil. 4 in Ezech., num. 5, et homil. 33 in Lucam; si lib. I Hept. ἀρχῶν, cap. 5, num. 5, « In nobis esse ait, et in nostris motibus, ut vel beati vel sancti simus, vel in malitia et perditione vergamus; » si lib. vii in Epist. ad Rom., num. 16, « Ut boni vel mali simus nostræ esse voluntatis; » si denique homil. 11 in Num., num. 4, « Omnia apud Deum ratione et judicio fieri, nec ad gratiam, sed pro merito, » docet. In his et alii ejusmodi locis quæ infra num. 13 et 14 videri possunt apud Huictum, non ea rexit Origenes quæ alibi de gratia disserit, nec secum pugnat absurdæ; sed bona opera, virtutes et merita nostra quamvis gratia dona sint, jure tamen in nobis sita esse defendit, quia non a natura, ut volebant heretici, proficiuntur, nec in nobis flunt a Deo sine nobis. « Nos in causa sumus, » inquit tom. x in Matth., num. 11, pag. 454, « ut vel pulchra simus et digna vasorum genera, vel putrida et digna quæ foras

κικούς, ut quodcunque tandem amplectantur vite genus, quibusenque tradant se vel virtutibus vel vitiis, necessario salutem illi, hi consequantur mor-

projectantur: non enim natura in nobis causa est nequitiae, sed liberum arbitrium quod peccat; nec natura causa est justitiae quasi injustitiae capax non esset; sed verbum quod recipimus, quodque justos efficit. » Similiter quod ait interdum Origenes eos adjuvari qui digni et idonei sunt, vel contra haereticos dictum est qui naturalem sanctitatem et gratiam hominibus in scelere perseverantibus ac proinde indignis affingebant, vel de iis intelligendum qui gratia adjuti precantur, vel de iis quos Deus ad sua consilia idoneos judicat; quo sensu docet Origenes lib. II contra Celsum, num. 48, pag. 422 et 423, « eos solos resuscitatos fuisse, quos Dei Verbum ad resurrectionem idoneos novet, ut que a Domino siebant non solum signarentur quarundam rerum, sed etiam jam tum multos ad doctrinam evangelicam miraculi magnitudine adducerent. »

8. Ex his testimoniis magna jam ex parte perfectum est non pedisquam humane voluntatis gratiam ab Origene existimari, sed præpotentem et efficacem. Nam si nemo credere potest nisi Christus dicat: « Adaperire (Marc. vii, 34); » si fides, castitas, justitia, virtutes omnes, ipsa oratio sunt Dei dona, liquet non solum Deum adjuvare ut credamus, ut casti simus, ut oremus; sed etiam ipsam fidem, castitatem, orationem in nobis omnipotenti voluntate operari. Sed tamen quia in hoc genere plurimum de Origenis fama detractum est, promenda sunt magnificientiora adhuc testimonia. 1<sup>o</sup> Vim gratiae efficacis repetit ex omnipotenti Dei voluntate lib. III contra Cels., num. 59, 60, 65, 66, 69, 70, ejusque omnipotentiam mirifice censet in hoc gratiae dono elucere: in quo quidem communem omnium Christianorum sententiam confirmat. Celsus enim in his locis ridet et exagitat Christianos quod cum peccatores ad religionem Christianam invitarent, et Deum peccatoribus missum dicerent, eos qui, ut ipse Celsus, innata et consuetudine confirmata vita emendari non posse censebant, hoc dicto refellebant, δυνήσται πάντα δ Θεός. Accommodate ad hanc sententiam sic loquitur Origenes lib. I contra Celsum, num. 45: « Jesu virtutes non emittunt solum tempore illo, quo corpus induitus cum hominibus versatus est; sed usque adhuc ἡ Ἰησοῦ δύναμις ἔστιν ἐνεργοῦσα τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τὴν βελτίωσιν ἐν τοῖς πιστεύουσι δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ. » Docet lib. II, num. 58, Christum venisse « ut doctrinam suam stupendo prorsus modo et divina quadam potentia, μετά τινος δύναμεως θεοτέρας, in humanum genus disseminaret. » Demonstrat in lib. III contra eudem Celsum, num. 68, plurimum esse discriminis inter apostolorum persuadendi rationem, et philosophorum quorum suadeba nihil habuit supra humanam naturam. « Ή δ ἀπόδειξις ἐν τοῖς Ἰησοῦ ἀποστόλοις θεόν δοθεῖσα, πιστικῇ ἀπὸ Πνεύματος καὶ δυνάμεως. Διέπερ τάχιστα καὶ δέσύτατα ἔδραμεν ὁ λόγος αὐτῶν· μᾶλλον δὲ τοῦ Θεοῦ, δι' αὐτῶν μεταβάλλων πολλοὺς τῶν ἀμαρτάνετων περιψκότων, καὶ εἰσιμένων· οὓς οὐδὲ κολάζων μὲν ἀντις ἀνθρώπων μετέβαλεν, δὲ λόγος μετεποίησε. μορφώσας καὶ τυπώσας αὐτοὺς κατὰ τὸ αὐτοῦ βούλημα. Dixerat ante lib. II, num. 72: « Talis est enim Dei vox, ut ab iis solis audiatur quos eam audire vult qui loquitur..... et cum ipse qui loquitur vocem suam ab omnibus exaudiri non vult, qui habet aures præstantiores audit Deum, qui vero mentis auribus obsurdit, non audit Deum loquentem. » Visus est sibi Origenes præclarorum divinæ potentiae exemplum perspicere in illa comparatione qua Christus salutem divitium camelio per foramen acus transeunti

A tem; φογικούς vero pro meritis alterutro donatum iri. Quæ commœta cum Scripturæ sæcæ decretis adversari probe integereret Adamantius, eaque jure

assimilat (Matth. xix, 24). « Fieri itaque potest, » inquit tom. XV in Matth., num. 20, pag. 681, « ut camelus etiam per foramen acus transeat; at id in hominum potestate non est: ita et ut in regnum Dei dives ingrediatur. Quanam vero ratione res hujusmodi possibiles efficiat Deus, ipse noverit et Christus ejus, et cui Filius ejus revelaverit. » Præterire non possum præclarissimum ex lib. De oratione, testimonium, ubi explicans illud: « Fiat voluntas tua (Matth. vi, 10), » etc., sic loquitur num. 26: « Sive adhuc terra sumus propter peccatum, oremus et ad nos quoque sic Dei voluntatem emendationis causa extendi, quemadmodum ad eos pervenit qui ante nos cœlum facti sunt: sive non iam terra, sed cœlum deputatum Deo, precemur ut sicut in cœlo, ita et in terra, id est in deterioribus impletatur Dei voluntas, » etc.

B 9. Sententiam Origenis secundo loco perspicere possumus ex variis testimoniis, in quibus miracula a Christo sanandis corporibus edita umbram et imaginem eorum esse declarat quæ sanandis membris operatur. « Animam egressam retrahere, » inquit tom. XII in Matth., num. 2, « ita ut iam festens et quadrangularis exiret e sepulcris, nullus erat, præterquam ejus qui a Patre audiverat: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. i, 26). » Sed hæc miracula, ut idem Origenes testatur tom. VI in Joan., num. 17, « imagines sunt eorum qui semper a Verbo Dei curantur ab omni morbo et infirmitate. » Hinc Lazari resurrectionem tom. XXVIII in Joan., num. 6, comparat cum eorum resurrectione quos Jesus a mortis peccati ad vitam revocat. « Sed notemus necesse est, inquit, aliquos etiamnam Lazaros esse, qui post contractam cum Jesu amicitiam infrainti sunt, et periere: qui etiam in monumento, et in mortuorum loco manserunt cum mortuis mortui, et postea oratione Jesu, qui illos e monumento ad proleundum foras voce sua magna vocavit, vivificati: cui q. i paret, egreditur, vinculis mortificatione dignis ob priora peccata circumdatu, et faciem etiamnam obvincentiam habens, neque videns, neque ambulare valens, neque aliquid operari propter mortificationis vincula, donec Jesus jussiter solventibus eum, penes quos etiam facultas esset sinendi eum abiire. » Similiter lib. II contra Cels., num. 48: « Quotidie enim patellunt oculi eorum qui mente execi erant: aures eorum qui ad vocem illius qui eos ad virtutem hortabatur, erant surdi, avide audiunt que de Deo beataque vita apud illum fruenda dicantur: multi qui claudi erant quoad hominem, ut Scriptura vocat, interiorem, nunc doctrina sanati non simpliciter saliunt, sed saliunt ut cervus infestum serpentibus animal, et cui viperarum virus onus nocere non potest. » Sed in primis observanda que leguntur tom. X in Joan., num. 16, ubi querit Origenes quomodo nummularii flagellari se a Christo et mensas suas subvertiri moleste non tulerint. Hujus rei non alia ei videtur afferri posse causa, nisi « vis quædam Jesu divinior, qui poterat, cum vellet, inflammatum inimicorum animum extinguere, et multa hominum millia superare divina gracia, et cogitationes temulantiam dissipare: Dominus enim dissipat consilia gentium (Psal. XXXII, 10), » etc. Hanc historiam Origenes nullum ex miraculis a Christo editis concedere declarat: « Hanc etiam, inquit, majorem pronuntiare possumus, quam quod in Cana Galileæ sit aqua in vinum mutata; nimurum quod illuc inanimem materiam mutaverit, hoc vero in loco tot myriadum ingenia, præstauissimasque animæ partes subjugarit. » Eamdem assert causam cur Galilæi Christum receperint, cum omnia vidis-

exhorresceret, sumum fugiens, quod dici solet, in lignem incidit; absurdiorumque sententiam amplectus est, quæ animarum statuit προταρχην, quam-

sent, ut testatur Joannes iv, 45, quæ fecisset Jesus Jerosolymis in die festo. « Quid ergo in his tanti est, » inquit tom. xii in *Joan.*, num. 55, « ut horum gratia moxi Galilæi Dominum reciperent, quos, quia hunc recipient, testatur evangelista Jerosolymam cum venissent, vidisse omnia quæ illic Jesus fecerat? Ad quod respondendum est, si memoros sumus eorum quæ diximus in hunc locum, quæ declarabant non minorem potentiam Servatoris apparuisse in ejiciendis illis, quam cum operabatur ut exco visum reciperent, surdi audirent, claudi ambularent, Galilæos fortasse cum vidissent quod nunquam rati fuissent, perculsi divinitatem Jesu, ipsum in Galileam adventantem exceperint, nimirum cum omnia vidissent, quæ Jerosolymis fuissest. »

10. Sic explorata erat Origeni omnipotens Christi voluntas, ejusque mirabilis effectus, quidquid in nobis operatur Christus, id creari in nobis existimaret. Sic lib. vi *contra Cels.*, num. 67, hortatur ut qui mente excascati sunt, accedant ad Jesum, ut ab eo novos et bonos oculos accipiant, quales a Verbo Deo creari decet. Quinetiam persuasum illi erat hac Christi gratia hominem penitus reliqui, et quodammodo iterum creari. Citans homil. 4 in *Jerem.*, num. 8, hæc Lucæ iii, 8, verba: *Quia potens est Dominus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ;* ait: « Lapidès nos esse significat, quia ad similitudinem lapidum obdurate corda nostra reuinimus veritatem, » etc. Et homil. 16, num. 4: « Non tunc tantum Salvator, sed et usque ad præsentem diem mittit hominum pescatores, instituens eos animas liberare de mari, et ex acerbissimis fluctibus ad auram producere liberiorem. Verum illi pisces cum sagenis, retibus atque hamis extracti de aqua fuerint, moriuntur: apud nos vero cum aliquis fuerit, sermonis rete comprehensus et eductus de mari saceruli, moritur quidem et ipse, sed peccato, sed mundo, ut consurgens Christo, vivat Deo. Si ergo possis, ad intelligendum sensum quem conanuer exponere, animo inducere pisces de mari extractos aliam rursus vitam assumere, et aliud corpus induere, tunc scies quo nobis proficerit exemplum. Nemo blasphemet, nemo male laeret, non vocetur crimen quod ab alterius abducetur est intelligentia. Et tu igitur cum de saceruli istius fluctibus per discipulos Domini fueris extractus, muta corporis via, muta sensum anime: non sis ille pisces qui in falsis versabaris undis, sed de profundo gurgite erutus ad meliora convertere, » etc.

11. Vim gratiae demonstrat quod non uno in loco docet Origenes eam fortiorē esse concupiscentia, nec dæmonum telis posse superari. « Ipsi illi qui sanati sunt claudi, » inquit lib. ii *contra Cels.*, num. 48, « accipiunt a Jesu potestatem calcandi illis pedibus, quibus antea oti non poterant, serpentes et scorpiones malitiae, atque adeo totam inimici potentialam; idque nullo vulneris periculo, utpote ita fortes facti, ut nulla potentia, nullum dæmonum virus lacerere illos queat. » Et tom. x in *Joan.*, n. 48: « Quisquis igitur ipsum (Jesum) receperit, non jam formundabit diversæ sectæ homines eloquentæ viribus armatos, qui currus Ephraim dicuntur, et a Domino exciscunduntur; nec fallacem equum ad salutem, hoc est, desiderium insanum et rebus sub sensum cadentibus cognatum. » Ita magnifice sentiebat de his Christi donis, ut dum ea diserte continebat, in stultam illam Stoicorum ἀπάθειαν, sive incompatibilitatem et impeccabilitatem quam Pelagiani renovarunt, incidere Hieronymo visus sit. Sed ab hereticis ei philosophis longe discrepat; Christi

A que supra exagitavimus. Animas itaque censuit longis annorum curriculis recte vel male traditas sibi a Deo provincias administrasse, ac juxta meritorum

enim gratiae attribuit imm firmum illum animi statum, sive charitatem que diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, tum etiam quidquid præclare agimus in hoc statu firmati. Hanc sententiam disertè exprimit tom. xii in *Math.*, num. 25, pag. 544, ubi sic loquitur: « Nam vivo ego, jam non ego (*Galat.* ii, 20), vox erat se ejorans. tanquam qui propriam vitam amisisset, in se autem Christum suscepisset, ut ipse in eo viveret, tanquam justitia, et tanquam sapientia, et tanquam sacrificatio, et tanquam pax nostra, et tanquam potentia Dei omnia in ipso efficiens, πάντα ἐν αὐτῷ ἐργάζων. » In lib. *De oratione explicans* primas voces Orationis Dominicæ, *Pater noster* (*Math.* vi, 9), sic de filiis adoptionis loquitur num. 22, p. 252: « Itaque omne eorum opus et sermo et cogitatio ab Unigenito Verbo ipsi conformata, imitantur imaginem invisibilis Dei, et sunt ad imaginem Creatoris, » etc. Non is ergo erat Origenes qui perfectos propriis viribus stare et in virtute confirmari putaret. Hanc eorum stabilitatem ex Christi gratia semper repevit: velut cum ait tom. ii in *Joan.*, n. 29, « Jesus in ipsius (Simocem) intuitus est, per illum intuitum declarans se Simonis curam gerere, animæ illius præstantissima parte illustrata: potuitque Simon, eo quod Jesus in ipsum intuitus est, eoque usque stabiliri, ut ab opere stabili firmoque cognomen traheret et vocaretur Petrus. » In eamdem sententiam accipi debet quod ait tom. xvi in *Math.*, num. 8, pag. 726, « Quicunque est cum Jesu, a morte invadi non posse. » Quamobrem frustra existimat Huetius excusationem non mereri quod ait Origenes tom. xii in *Math.*, num. 25, « scandalum obnoxium non esse eum qui in charitate perfectionem adeptus est, » et tom. xv, num. 6, p. 659, pueros eo consilio oblatis Jesu fuisse, « ut cum eos tetigisset et suam virtutem in eos tangendo immisisset Jesus, nullus eos casus, nullum dæmonium, aut quidquam aliud posset attugere. » Tom. bis in locis, tum in alio ex codice commentario, p. 676, ubi ἀπάθεια nomen usurpat, nihil creatore attribuit quod non proficiscatur a Christi gratia, nihil quod siue gratia conservari possit. Ἀπάθεια nomine non inceptam illam ab omni affectu, sed ab omni nequitia immunitatem intelligit, siquidem paulo ante, nempe pag. 675, num. 16, de endem perfecto differens, nunc cum extra omnia esse copitatem, « nunc commentum abiecisse nequitiam, » dicit. Quod si vituperatur Origenes ob ejusmodi dicta, vituperandi erunt sancti martyres qui fidem suam nec vinci, nec mutari posse, nec ullis se tormentis separari posse a charitate Christi dicebant. Eamdem notam merchitur Cyprianus qui « nihil posse separare credentes » docet epist. 11, « nihil posse avellere corpori Christi et sanguini coherentes: » et a proconsule interrogatus an in voluntate perseveraret, respondit « bona voluntatem quæ Deum novit, immutari non posse. » Sic etiam martyr Ignatius epist. ad Ephesios, num. 8: « carnales spiritualia exercere nequeunt, neque spirituales carnalia; sicut nec fides quæ incredulitatis sunt, nec incredulitas quæ fidei. »

12. Sed proposito de Origenis sententia non dubitat quisquis legere volit: locum ex *Commentario in Psalmos*, pag. 571, ubi sic loquitur: « Non solum igitur ad id ut honestus et bonus fiat aliquis, opus est voluntate nostra et divina ope conspirante, quæ, quantum ad nos attinet, extra liberum arbitrium est, sive, ex libero arbitrio nostro non pendet (ἡτις κατὰ ως πρὸς τὰς ἀποφάσεις); sed ad id etiam, ut qui bonus et honestus evasit, in virtute perseveret; quod nimis in ruinam delapsurus

suorum mensurati variis variosque a Deo recepisse A gratiae modos ; hincque omnem exaltissime diversitatem, quæ homines, ut apostoli more loquuntur, discernunt, antequam boni quidquam vel mali egerint. Doctrinae hujus assertiones et argumenta extant lib. i *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 7, num. 4, et lib. iii, c. 4, num. 20, 21, 22 (*Philocal.* cap. 20). Item libri ejusdem tertii cap. 3; num. 5, et lib. vii in *Epiet. ad Rom.*, num. 15, 16, 17, et lib. ix, num. 2, 3. Quæ qeoniam fuse jam supra exposuimus quæst. 6, iterum referre nihil attinet. Nouum modo secundi libri *De principiis* caput relegi velim, in quod dispersas alibi doctrinæ hujus particulas plenam manu congressit : nam postquam diversas illas naturas ab hereticis supra nominatis confictas collectasque eorum rationes confutavit, hunc dogma explicat suum, diversitatemque animarum rationibz præditarum ex arbitrii libertate proficiens docet, ex qua diversitate eximia illa totius mundi consonantia diversis constans partibus exorta sit. Hinc iniquitatem nota absolvere Deum putat; inhaesura aliquin illi, si non pro meritis unumquemque, sed pro libitu suo exornet; quæ confirmat deinde exemplo Jacobi et Esai, aliaque in eam sententiam colligit.

Adversum hanc aspera, pro eo ac debuit, sese commovit Jansenius tom. I, lib. vi, cap. 15; et ut divine gratiae penitus contraria metito rejecit. Rejecit et multo ante S. Thomas lib. ii *Contra gentil.*, cap. 44. Pamphilus tamen in *Apologia pro Origene*, in eadem fero causa est qua Origenes, si nos Rulin interpretamenta non fallunt; nam ut Origenianam defendat animalium προθπαρξιν, reliquas de animæ origine opiniones absurditatis insimulans, et eam quoque carpit, quam nunc Ecclesia propugnat, quæque formatis in utero corporibus animas recens creates inseri decernit: id si sit, inustum fure Deum ait Pamphilus, qui nullus calpe insontes animas vel exercit vel debilibus corporibus infundat, vel apud barbaras gentes vitam ducere jubeat. Vides fabefactatum ac peremptum gratiae cœlestis sustinuum.

XIII. At non pro iis duntaxat, quæ recte vel mali egerunt animæ, priusquam corporibus nostris illaberentur, diversa eas a Deo gratiae consequi opinatus est Origenes, sed prout etiam sese in D haec vita gesserint, novis gratiae incrementis cumulari censuit; adeo ut quidquid nobis gratiae largiter Deus, id libero nostræ voluntatis arbitrio acceptum referendum sit, per quod talibus donis digni effecti sumus; nihil autem soli et absoluto

<sup>13</sup> Joan. v, 17. <sup>14</sup> Isa. LXII, 11.

sit etiam perfectus, si in bono elatus fuerit, ejusque causam sibi arceget, nec debitam gloriam ei referat qui multo plus ad illud acquirendum et retinendum contulit. Hanc humanæ naturæ habecillationem sic interdum prædicat Origenes, ut sentire sis sit Huetius præceptis divinis morem geri non posse. Quæ quidem accusatio quam absurdâ sit existimare licet vel ex hoc Origenis præclare dicto quo Huetius ad eam firmandam utitur. Nos vero,

Dei consilio relinquatur; atque ita nobis, ut ita dicam, obnoxiam Dei gratiam efficit. Itaque liberi arbitrii vires quasi nullo egentes gratiae administratio ita prædicat hom. 9 in *Lexit.*, num. 11: « Sive ergo spiritualis effectus unus cum Domino spiritus fiat; sive per resurrectionis gloriam in angelorum ordinem transeat, recte fam non erit homo; sed unusquisque ipse sibi hoc praestat, ut vel excedat hominis appellationem, vel latita conditionem hujus vocabuli censeatur; » et homil. 1 in *Ezech.*, h. 5, pag. 357: « Tu vero, homo, quare non vis arbitrii te tuo derelictum? Quare argre fers nisi, laborare, contendere, et per bona opera te ipsum causam tuæ steti salutis? An magis te defectabit dormientem, et in otio constitutum aeterna prosperitate requiesceré? Pater mens, inquit Dominus Jesus Christus, usque modo operatur, et ego operor<sup>15</sup>: ei tibi displicet operari, qui ad opera natus es? Non vis opus tuum fieri justitiam, sapientiam, castitatem? Non vis opus tuum esse fortitudinem, aliasque virtutes? » Manifesta quoque illa sunt lib. i *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 8, num. 5, pag. 68: « Per hoc consequens est in nobis esse, atque in nostris motibus, ut vel beati et sancti simus, vel per desidiam ac negligientiam a beatitudine in malitiam et perfidionem vergamus; » atque itidem ista homil. 55 in *Luc.*, pag. 974: « Da ergo operam ut libereris a principe ad quem te trahit adversarius. Da operam ut habeas sapientiam, justitiam, fortitudinem atque temperantiam: et tunc complabitur: Ecce homo, opera ejus ante faciem suam<sup>16</sup>; » et hoc quoque lib. vii in *Epiet. ad Rom.*, num. 16, pag. 615: « Ut boni enim aut mali simus, nostræ voluntatis est: malus autem ad eujusmodi verbera, et bonus ad enjusmodi gloriam destinetur, voluntatis est Dei. » Plenis vero buccis eadem illa debiliterat, cap. 4; libri iii *Hapl. ἀρχῶν*, quo capite libertatem arbitrii osserendam et prægurgitandam suscepit: ibi quippe temptationibus obsequi, vel obsistere, in nostra positum esse potestate dicit, nec necessariam ad id gratiae subsidium agnoscat; sed quadam tantum eructione, quæ salutis nobis exemplis et sanctioris doctrinæ præcepta pro tempore suggerat:

XIV. Quid si gratiae nos egere auxiliis agnoscat aliquando, gratiam solum voluntatis nostræ pedisquam, ad ejusque inutum cōpositam, et pro meritis a Deo in homines erogatam; non excitante, non grata datam admittit. Veli in cap. 9, num. 2, lib. ii *Hapl. ἀρχῶν*, ait: « voluntarios et liberos

inquit lib. ii in *Epiet. ad Rom.*, num. 6, « qui haec omnia spiritualiter intelligenda esse sentimus, idcirco non auditores, sed factores legis justificandos credimus, non legis secundum litteram, quæ utique pro sui impossibilitate non potest habere factorem, sed secundum spiritum, per quem solam lex impieri poterit. » Vide supra hujus nostræ observatiōis numerum quartum.

motus a se conditis mentibus Creatorem induisse, quo scilicet bonum in eis proprium fieret, cum id voluntate propria servaretur; » et capite priore lib. iii Paulinum illud exponens : « Ergo cuius vult miseretur, et quem vult induratur<sup>14</sup>, » minime id quidem Deo propositum esse docet, ut quemquam induret, sed per bonum propositum indurare eum dici qui induratur, quia ex hoc ipsius proposito sequitur, ut per inherenterem sibi malitiam ille induretur : quae sic pro sua consuetudine dilatavit Rusinus num. 10 : « Uno eodemque opere Deus alterius quidem miseretur, et alium indurat, non agens neque volens ut induretur ille qui induratur : sed dum ille benignitatem sua et patientiam utitur, his quidem qui ejus benignitatem et patientiam ad contemptum atque insolentiam ducunt, induratur cor, dum criminum poena differtur : hi vero qui benignitatem et patientiam ejus ad occasionem penitentiae sue et emendationis accipiunt, misericordiam consequuntur. » Gemono deinde exemplo luculentius id demonstrat ; priore quidem petitio ex Hebr. vi, 7, 8, ait enim divinam gratiam similem esse imbris terras irrigant, quarum aliæ spinas dant et tribulos ; segetem illæ et fructus ferunt ; pro varia scilicet cultura, quamvis ejusdem sint naturæ. Terras itaque, hoc est animas, ad voluntatis arbitrium excoli et parari putat ; imbre vero postmodum a Deo infundi. Idem probat exemplo solis, qui una eademque luce et calore limum indurat, et ceram liquefacit : « non quod virtus ejus, » addit Rusinus num. 11, « aliter in limo, et aliter operetur in cera ; sed quod limi alia, alia quoque cere sit qualitas, cum utique secundum naturam unum sit, quia utrumque de terra est. » Exponit deinde quomodo auferat a nobis Deus cor lapideum, et immittat carneum : nempe subversum iri censem libertatem arbitrii, si potestati divinae cordis mutationem tribuamus : tum sententia sua explananda causa, indoctum aliquem sumit in exemplum, qui vel aliorum adhortationibus, vel aliunde imperitiam suam intelligens, erudiendi causa accedit ad doctorem ; doctor vero, voluntate ejus perspecta, doctrinæ sue præcepta traditum se pollicetur : Oūta, inquit num. 15, pag. 124, οὐ θεος λόγος ἐπαγγέλλεται τῶν προσιόντων τὴν κακίαν ἔξαιρεν, ην ὀνόματος καρδίαν λιθίνην, οὐχὶ ἔκεινων μὴ βουλομένων, ἀλλ᾽ ἔαντος τῷ λατρῷ τῶν καμνόντων πατεσχήστων. Quasi non a Deo habeamus hoc ipsum, ut accedere, ut sanari velimus. Similia sunt quæ sequuntur : Καὶ ἔστι, φέρετε, τὸ τούς τυφλοὺς ἀναβλέψας, ἔργον, κατὰ μὲν τὸ ἡξιουκέναι, τῶν πιστεύοντων δύνασθαι θεραπεύεσθαι : κατὰ δὲ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὁράσεως, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Beliqua pari vitio laborant. Nihilo saniora sunt quæ leguntur libri ejusdem capite 6, in quibus hominem divinæ imaginis dignitatem, cum procrearetur a Deo, accepisse ait ; similitudinis vero perfectionem

A in consummatione servatam : « Scilicet, » inquit num. 4, pag. 152, « ut ipse sibi eam proprie industriae studiis ex Dei imitatione consiceret, cum possibilitate sibi perfectionis in initii data per imaginis dignitatem, in fine demum per operum expletionem perfectam sibi ipse similitudinem consumaret. » Addit deinde, « similitudinem Dei sperandam, quæ pro meritorum perfectione praestabitor. » Nec ista tolerabiliora, quæ legimus homini. 41 in Num. num. 4, pag. 308 : « Omnia enim apud Deum ratione et judicio fiunt ; nec ad gratiam, sed pro merito, » etc., penitus nempe gratiæ beneficium hæc perimunt ; quemadmodum et illa e tom. x in Math., num. 11, pag. 454 : « Ενταῦθα δὲ ἡμεῖς ἔσμεν οἱ αἰτοι τοῦ εἵνει καὶ ἀξια τῶν λεγομένων ἀγίων γένη, η σαπρὰ καὶ ἀξια τοῦ εἴου βληθῆναι· οὐ γάρ φύσις ἐν ἡμῖν αἰτίᾳ τῆς πονηρίας, ἀλλὰ προαιρεσίς, ἐκούσιος οὖσα κακοποιητική. Οὗτως δὲ οὐδὲ φύσις αἰτίᾳ δικαιούντης, ὡς ἀνεκδεκτος ἀδικίας, ἀλλὰ λόγος δν παρεδεξάμεθα, ο κατασκευάζων δικαιούς. » et ista et tomo xii, num. 40, pag. 561. Μή συνόντος τῷ ἀρνουμένῳ Πνεύματος ἔχορος τῷ διόδιμένῳ Ηνεύματι καὶ σοφίᾳ τοῖς πρὸς τὸ διμολογεῖν κατὰ τινὰ ἀξίαν αὐτῶν ὑπὸ Θεοῦ βοηθουμένοις. et hæc quoque e tom. xvi, num. 5, pag. 717. Ο δὲ Σωτὴρ διελέγχων καὶ τὴν τηλεκαύτη μεγαλόφωνον μητέρα τοῦ Ιακώβου καὶ Ιωάννου, ὡς ἀγνοοῦσαν τίνες οἱ ὑπερέχοντες, καὶ διε τὴν τηλεκαύτη δωρεά χάρις ἔστι τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ συμπνέοντος καὶ συνεργούντος, καὶ ιερύοντος ἐν τῇ τοιαύτῃ ὑπεροχῇ οὓς οἶδεν ἐπιτηδείους, etc., necnon et illa e tomo xiii in Joan., num. 4, Τάχα γάρ δόγμα τι ἔσται, μηδένα λαμβάνειν δωρεάν, τῶν μὴ αἰτούντων αὐτὴν. Manifeste quoque hunc Apostoli locum in suam trahens sententiam pervertit lib. ix in Epist. ad Rom., num. 3, pag. 648 : « Habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes, sive prophetiam secundum rationem fidei<sup>15</sup>, » etc.; hinc quippe colligit donari gratiam a Deo secundum rationem fidei : tum ex eodem loco et ex alio Epistolæ prioris ad Corinthios sic concludit : « Unde mihi videtur tam ad Romanos quam ad Corinthios scribens, tres capienda gratiæ modos docere, ut ex nobis in eo agi aliquid ostendat, plurimum tamen in Dei largitione consistere. Ponit ergo et mensuram fidei esse, per quam quis gratiam capit : ponit et ad id quod expedit ; et Spiritum dividere prout vult. Ut ergo tanta in nobis fidis inveniatur, quanta possit sublimiorem gratiam (sic enim legendum) promereri, nostri operis videatur et studii : ut autem ad id detur quod expedit, et utile sit accipienti, Dei judicium est ; vel omnino si dari velit, in ipso est. » Pari insanis corrupti ibidem hoc alterum e I ad Cor. xii, 18 : « Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit. Voluit autem, inquit, Deus secundum rationem vel mensuram fidei quæ est in

<sup>14</sup> Rom. ix, 18. <sup>15</sup> Rom. xii, 6.

nobis, vel voluit ad id quod expedit. Nisi forte ita aliquis et hoc velit intelligere : Deus posuit in corpore unumquodque membrum prout voluit, ut, voluit, ad membrum magis referatur, hoc est, prout voluit, prout elegit, prout operam dedit, ne videatur de homine arbitrii potestas auferri. » Denique in catenis in Psalmos taliæ refertur effutuisse ad psalm. cxx, 3, pag. 820 : Μή δόμης εἰς σάλον τὸν πόδα σου· μὴ περιτραπῆς, φησί, μηδὲ σκανδαλισθῆς· καὶ τότε ἔξεις Θεὸν χεῖρα ὀρέγοντα· ὥστε παρ' ἡμῶν δεῖ εἶναι τὰς ἄρχας, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ ὀρέζει χεῖρας ἔτοιμος.

Ut magis etiam pateant doctrinæ hujus adyta, observandum est duplicem in nobis ab Origene constitui fidem, aliam humanam, quam viribus propriis nullo praesidio firmatis habere possimus, divinam aliam, quæ nobis Dei gratia infundatur. Nec duplicem solum fidem, sed virtutes etiam reliquas in nobis duplices esse putat, quarum aliæ sint a nobis, aliæ a Deo : illas autem ad salutem consequendam nihil prodesse, nisi harum consortio roboretur. Panduntur hæc oracula tract. xxxiii in *Matth.*, num. 169 : « Ut puta, inquit, fidem habenti quæ est ex nobis, dabitur gratia fidei, quæ est per spiritum fidei, et abundabit ; et quidquid habuerit quis ex naturali creatione, cum exercerit eum, accipit id ipsum et ex gratia Dei, ut abundet et firmior sit in eo ipso quod habet, et quod de omni itidem virtute intelligendum esse scribit. Demum concludit : « Propterea si volumus ut detur nobis virtus perfectior, et abundet in nobis quod perfectum est inter homines, per diligentiam omni modo acquiramus, et postquam acquisierimus, quasi intelligentes quoniam in nihilum hæc reputantur sine gratia Dei, humiliemus nosmetipsos sub manu valida Dei<sup>76</sup>, et oremus sine ira disceptatione levantes puras manus<sup>77</sup>, ut omnium honorum quæ sunt in nobis perfectio detur ex Deo, et faciat nos perfectos et acceptabiles Deo, quasi filios Dei. » Eamdem recoquit cramben lib. iv in *Epist. ad Rom.*, num. 5, atque ita accipi vult vocem hanc apostolorum ad Christum : « Auge nobis fidem<sup>78</sup> : Quia, inquit, etiam fides ipsa, qua credere videmur Deo, dono in nobis gratiae confirmatur. » Atque idem subinde replicat lib. ix, num. 3, pag. 649, idque comprobare satagit apostolico isto : *Altri fides in eodem spiritu*<sup>79</sup> : « Quod fides, inquit, quæ speret et credit, et absque ulla dubitatione confidat, in nobis est ; ratio vero fidei ipsius, et scientia, et perfectus eorum quæ credimus intellectus donatur a Deo. » Ac tandem : « Sicut est fides quam docuimus esse in nobis, et rursus est fides quæ per gratiam datur, sicut ut supra diximus scriptum esse : *Alii fides in eodem spiritu* ; ita etiam in unoquoque horum quæ supra enumeravimus a Deo per gratiam dari, est et in nobis aliquid, ad ejus unusquisque mensuram vel rationem gratiam promeretur. » Hæc eo scili-

A cet commentus est, ut aggressionem boni operis a voluntate nostra suspenderet; successum vero et perfectionem a Deo.

Jam vero genuinum Origenis sensum odorari promptum est in multis, quibus legitimam gratiæ vim visum est prædicasse : ut cum lib. iii *Petr. dρχων*, cap. 4, num. 18, optime dici asserit, ædilicium non edificantis, sed Dei opus esse ; et urbis tatem, non custodibus et vigiliis militum, sed Deo recte ascribi : sic enim rem intelligendam esse vult, operis susceptorem fuisse hominem, Deum perfectorem ; nec sufficere voluntatem humanam ad consequendum finem, nisi Deus ad id opituletur ; quod eo probari putat : « Non volentis, neque currentis, sed miserenis est Dei<sup>80</sup>. » In quem locum repeatit eadem et extendit lib. vii in *Epist. ad Rom.*, num. 16, p. 614, ex eoque demonstrari ait, « quod homo quidem laborem impendat et sollicitudinem ; Deus autem successum operi tribuat et effectum ; » ideoque operis summam Deo potius quam homini esse deputandam. Confirmat illud Pauli verbis, I Corin. iii, 6 : « Ego plantavi, Apollo rigavi, sed Deus incrementum dedit ; » tum ait : « Certum est Deum non solum scire uniuscujusque propositum ac voluntatem, sed et præscire. Sciens autem et prænoscens, tanquam bonus dispensator et justus, uniuscujusque motibus et proposito utitur ad ea opera efficienda, quæ uniuscujusque animus ac voluntas eligit ; » et postremo, pag. 615 : « Ut boni enim, inquit, et aut mali simus nostræ voluntatis est ; malus autem ad eujusmodi verbera, et bonus ad eujusmodi gloriam destinetur, voluntatis est Dei. » Non aliud sonant verba hæc e lib. iii *Petr. dρχων*, cap. 2, num. 2 : « Evidens igitur ratio est, quia sicut in bonis rebus humanum propositum solum per se ipsum imperfectum est ad consummationem boni : adjutorio namque divino ad perfecta quæque perduicit, » etc. In his Origenes splendide ἡμιπελαγιανοῖς, inceptionem, hoc est, *relle*, homini tribuens ; Deo vero duntaxat, *perficere*. Rufinus vero quasi parum his erroris inesset, novis ea deliriorum suorum accessionibus infuscavit. Sed Origenis insanias revealare pergamus. Is in fine prioris capituli libri iii *Petr. dρχων*, num. 22, postquam pulchre visus est Dei scientiam cum libertate conciliasse, omnia conclusione pessima depravat, cum ait nullum ad honorem vel ignominiam a Deo parari, ἐὰν μὴ ὅλην τινὰ διαφορᾶς σχῆμα τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν, κλίνουσαν ἐπὶ τὰ χεῖρον, ἢ ἐπὶ τὰ κρείττονα, quod iterat lib. ii, cap. 9, num. 2, 6 et seq. Libro quoque operis ejusdem priore, cap. 3, num. 5, dicit « in illis solis esse opus Spiritus sancti, qui jam se ad meliora convertunt, et per vias Christi Jesu incedunt, id est qui sunt in bonis actibus, et in Deo permanent, » quasi aliquis ad meliora converti queat, absque opere et gratia Spiritus sancti. Nec patrocinantur ei sequentia, cum ait num. 7 : « Spiritum sanctum

<sup>76</sup> I Petr. v, 6. <sup>77</sup> I Tim. ii, 8. <sup>78</sup> Luc. xvii, 5.

<sup>79</sup> I Cor. xii, 9. <sup>80</sup> Rom. ix, 16.

extinctis peccatoribus et indignis, ipsum sibi novum populum creare, et renovare faciem terrae, cum per gratiam Spiritus deponentes veterem hominem cum actibus suis, in novitate vitae coeperint ambulare; » quo sensu quippe haec pronuntiaverit, ipse paulo post patefecit, docens Deum « Spiritu oris sui quae digna sunt sanctificatione sanctificare; » deinde subnecit: « Est et alia quoque etiam Spiritus sancti gratia quae dignis praestatur, ministra quidem per Christum, inopera autem a Patre, secundum meritum eorum, qui capaces ejus efficiuntur. » Nec quemquam fallant illa ex hominibus in Genes., num 7, ubi Christi gratiam solaribus radiis comparat, eaque mentes nostras illustrari asserit, nisi exercitas illarum impedit; quemadmodum oculis nostris solis lumen admittimus, nisi nostra exercitate prohibeatur. Recite id quidem, nam et ad explicandos gratiae effectus eamdem usurpat comparisonem Augustinus. Verum in sequentibus semipelagianizat, cum significans eo nos majori luce collustratum iri, quo propius ad eum accesserimus, « Non similiter tamen, inquit, venimus ad eum omnes, sed unusquisque secundum propriam suam virtutem; » nempe accedere ad Christum, vel ab eo recedere, in nostra ponit potestate. Scribit idem tom. xi in Matth., num. 5 et 6, discipulis naviculam concendentibus, et deinde mari ac vento jactatis, homines adversis temptationibus oppugnatos signari, qui eas quidem sustinere, et in medium mare propria virtute pervenire queant; superiores vero evadere, et oppositam ripam attingere non valeant, nisi Christi ope subleventur: id est boni quidem initium a nobis esse, finem ac consummationem a Deo. Denique lib. v in Epist. ad Rom., num. 40, pag. 569: « Quamvis enim (libertas arbitrii) sit etiam ista virtus et maneat in natura, tamen tanta charitatis vis est, ut ad se omnia trahat, omnesque sibi societ, vindicetque virtutes; maxime cum charitatis causas prior nobis dederit Deus, qui unico Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum<sup>81</sup>, et cum illo omnia nobis donavit. » Quae ita quidem sonant, quasi Deum per Filii mortem charitatis gratiam nobis largitum fuisse velit ante omnem voluntatis motum. At alia longe hic latet sententia, nimurum Deum per mortem Filii causas nobis priorem dedisse, quare ipsum charitatem et amorem prosequereinur; hanc autem charitatem et amorem a nobis pendere.

XV. Unde porro in has opiniones abductus sit, nequitquam ipse dissimulat, sed cap. I libri in *Περὶ ἀρχῶν* varios recitat Scripturae locos, aliosque multos ait silentio sese praeterire, unde causam suam confirmari putat. Persuadent illi quidem hominem virtutem inter et virtutem, tanquam in bivio positam, ad utrumlibet ferri posse, sed ita tamen ut gratus, non juvantis solum, sed excitantis etiam subsidium non excludant; quod ab Origene factum

A ostendimus. Illo vero præcipue Pauli videtur abusus, qui est II Tim. xx, 21: « In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emendaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, et utile Domino ad omne opus bonum paratum. » Id ita accipit num. 20; quasi solis voluntatis nostræ viribus, omni destitutis auxilio, peccatorum sordes pœnitentia eluere possimus. Quod Pelagianum prorsus est.

XVI. Adversus ea excandescunt Magdeburgenses cent. iii, cap. 10; excandescit et Irenensis praesul, in eaque itidem ut in superiora, stylum suum distinxit tom. I, lib. vi, cap. 15, demonstravitque B opinionem istam Origenis, ipsum hunc esse errorrem Massiliensem, gratiae Christi capitalem. Quod ut verum esse concedimus, et jure reprehensum hoc nomine satemur Origenem, ita præter æquum fuisse culpatum pertendimus, quod de gratia divina disserens, « ei provocationes libertatis ac suasiones tribuat; » puta lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 9, num. 7: « Per gratiam vero misericordia sue omnibus providet (Deus) atque omnes quibuscunque curari possunt remediis hortatur, et provocat ad salutem, » et lib. III, cap. 2, num. 4: « Nihil aliud putandum est accidere nobis ex ipsis, quæ cordi nostro suggeruntur, bonis vel malis, nisi commotionem solam et incitamentum, provocans nos vel ad bona vel ad mala. » His addere poterat et illum e lib. I operis ejusdem, cap. 8, num. 3: « Benignitas enim Dei, secundum quod se dignum est, provocat omnia, et attrahit ad beatum finem illum, ubi decidit et a fugit omnis dolor, et tristitia, et gemitus. » Verum eequænam vocum illarum suasionis, incitamenti, provocationis, hortationis, invidia est, quas ille assimiles Augustinus usurpavit? Verbi gratis in libro *De spiritu et littera*, cap. 54: « His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat, neque enim credere potest quolibet libero arbitrio, si nulla sit suasio, vel vocatio cui credit; profecto et ipsum velle credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia ejus prævenit nos: consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, proprie voluntatis est. » Ubi notanda obiter potestas illa voluntatis ad consentiendum vel dissentendum, quam supra tuebamur. Item capite eodem: « Jam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coaret, cur illi ita suadeatur, ut persuadeatur; illi autem non ita duo sola occurruunt interim, etc. Que pauca de multis seligere satis habuimus.

XVII. Modum tandem ponemus huic dissertationi, in Origenis favorem illud iterantes quod supra attigimus, quæcunque ad declarandam ejus opinionem adduximus e libris a Rufino interpretatis, parum ipsi prejudicare. Interpolare enim omnia Rufinus, quæcunque suscepit interpretanda eaque præter

<sup>81</sup> Rom. viii, 52.

auctorum sententiam detorta, ad sua dogmata accommodare solemne habuit; male autem de libertate arbitrii sensisse ipsum fidem facit concilium Romanum septuaginta episcoporum: « Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam Scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de libertate arbitrii notavit, illa sentimus quae praedictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus. » Recordanum præterea est ante Pelagi tempora leviter ac perfuctorie quæstiones illas de libertate arbitrii, de qua gratia Christi, et prædestinatione fuisse tractatas; proindeque in re obscura, neque satis Ecclesiæ definitionibus illustrata cespitare promptum fuisse. Addeamus et illud, purum putum Semipelagianistum de gratiæ divine auxilio disserentem Origenem prodiisse quidem; a Pelagianismo vero, qui iuveni huius susceptionem operis, tum etiam perfectionem, liber arbitrii ac naturæ viribus tribuit, fuisse alienum; coquæ in aliquibus tantum, non in omnibus fuisse infectum; nimiumque videri, quod tam saepe jactavit in eum Irenensis episcopus, « nihil pernicioseum Pelagianorum scripta præferre, quod non Origenes luculentius præforniaverit, audaciusque protulerit. »

Quod si Semipelagianæ doctrinæ leviora sparsisset semina Origenes, prodesse illi forsitan posset animadversio hæc, Patrum auctoritate suffulta; etiamsi gratia recte factis hominum promerita quandoque dicatur, non semper tamen excludit aliam gratiam antecedentem, cuius auxiliò homines recte egerunt; sed minus spectari priorem illam, quod a salutis imprecatione remotior sit quam posterior altera, licet ad eam consequendam necessaria sit. Facile solutio hæc plurimis Adamantii sententiis accommodaretur, in quibus gratiam ex præcedentibus meritis derivat. Cujusmodi illud est, quod mox adduximus: « Deum quæ digna sunt sanctificatione sanctificare, Spiritus sancti gratiam dignis præstari, » respondere quippe promptius esset, eos Spiritus sancti gratia et sanctificatione esse dignos, qui per antecedentem gratiam digni facti sunt. Tale est hoc Augustini epist. 49, ad Deogratias, quest. 2: « Salus religionis hujus, per quam solam veram salutem vera, veraciterque promittitur, nulli unquam defuit qui dignus fuit; et cui defuit, dignus non fuit; » et illud Chrysostomi homil. 16 in Epist. ad Rom., τοὺς ἀξίους δὲ Θεὸς οἶδε μόνος. « Solus Deus novit qui digni sunt. » Sed Patrum illorum doctrinæ

(43) At credidisse Origenem scimus ex reliquorum ipsius decretorum conuincione, Petrum proprio voluntatis motu gratiam hanc postulasse, cum ne gratiam quidem absque præterea gratiæ adiumento postulare possumus. Certe præventis gratia necessitatem ad orandum, disertis verbis tradit Origenes lib. De oratione, num. 2, pag. 199: Οὐδὲ γὰρ, inquit, δύναται ἡμῶν δ νοῦς προσεύξαθαι, ἐὰν μὴ πρὸ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα προσεύξαται, οἰοντεὶ ἐν ὑπηρέῳ αὐτοῦ ὥσπερ οὐδὲ φάλαι καὶ εὐρύθυμοι καὶ ἔμμελως καὶ ἐμέτρως καὶ συμφύνως ὑμηται τὸν Πατέρα ἐν Χρι-

A textora responsionem hujusmodi facile patitur, quam Origenianæ contextus omnino respuit.

Atque id obstat quomodo ad tutelam Origenis quidquam conducant selecta quædam loca, in quibus gratiæ divinae meritura ac dignitate p̄fclare videatur propugnare: cujusmodi ille est e lib. iii *Hapl. dpxwōr*, cap. 8, num. 3, ubi fontem esse totius sanctitatis Spiritum sanctum asserit, ex eoque sanctitatem accepisse quidquid sanctum est: « Similiter quoque, inquit, et natura Spiritus sancti quæ sancta est, non recipit pollutionem: naturaliter enim, vel substantialiter sancta est. Si qua autem alia natura sancta est, ex assumptione hoc, vel inspiratione Spiritus sancti habet ut sanctificetur, non ex sua natura hoc possidens, sed accidens sibi: propter quod et decidere potest quod accidit. » Insigne etiam est quod sit lib. iii *Hapl. dpxwōr*, cap. 2, num. 5, naturam humanam contrariis potestatisibus obniti propria vi neutrā posse, at Dei subnixam auxilio impetus illarum facile exsufflare. Non minus pie de gratia divina disserit hom. in *psalm. iv*, pag. 571, Οὐ μόνον τονούς εἰς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι, χρήσι καὶ τῆς προσιτέσσος τῆς ἡμετέρας, καὶ τῆς θελας συμπνοας, ήτις ἐστιν ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀπροσιτέσσος ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ γενόμενον καλὸν καὶ ἀγαθὸν διαμελνας ἐν τῇ ἀρετῇ. Ubi non ad retinendam solum virtutem, sed ad capessendam etiam, divinam opem requiri docet. Et homil. 4 in *psalm. xxxvi*, num. 2, pag. 672: « Vides ergo quia Domini semper auxilio indigemus, primo ne cadamus; tum deinde etiam si ceciderimus, ut resurgamus. » Item tom. ii in *Matth.*, num. 6, pag. 448, docet eos qui dimissis facultatibus suis Christum sequuntur, hoc consilione auxiliante Deo suscipisse. Sic vero scribit tract. xxxv in *Matth.*, num. 88, pag. 900: « Per hoc autem instruimur, ut nunquam sine consideratione aliiquid promittamus super habitudinem nostram humanam, quasi qui valcamus Christi implere confessionem, ex nobis, aut aliiquid præceptorum Dei; » tum sit debuisse Petrum postulare a Deo gratiam, ut offensionem passis Christi discipulis, ipse non pateretur. (43) At credidisse Origenem scimus ex reliquorum ipsius decretorum conuincione, Petrum proprio voluntatis motu gratiam hanc postulasse, cum ne gratiam quidem absque præterea gratiæ adiumento postulare possumus. Certe præventis gratia necessitatem ad orandum, disertis verbis tradit Origenes lib. De oratione, num. 2, pag. 199: Οὐδὲ γὰρ, inquit, δύναται ἡμῶν δ νοῦς προσεύξαθαι, οἰοντεὶ ἐν ὑπηρέῳ αὐτοῦ ὥσπερ οὐδὲ φάλαι καὶ εὐρύθυμοι καὶ ἔμμελως καὶ ἐμέτρως καὶ συμφύνως ὑμηται τὸν Πατέρα ἐν Χρι-

στῷ, ἐὰν μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ πάντα ἐρευνῶν καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, πρότερον αἰνέσαι καὶ ὑμνήσαι τοῦ νοῦ τὰ βάθη ἡρεύνηκε, καὶ ὡς ἐξίχυσε κατεῖληψεν. « Neque enim orare mens nostra potest nisi ante ipsam, eaque quasi audiens, oret Spiritus, ut neque psaltere et modulare ac numeroso carmine, consonantique voce laudare Patrem in Christo, nisi Spiritus, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei (I Cor. ii, 10), prius laudet et celebret eum cuius profundata scrutatus est, et ut valuit, comprehendit. »

*ἀρχῶν*, cap. 1, num. 17 : « Non dissimulatio divine Providentiae, sed humanæ mentis arbitrium causa sibi perditionis existit : contulit etiam indignis et incredulis gratiam benefactorum suorum, ut vere omne os obstruatur; totumque a se et nihil a Deo deesse sibi mens humana cognoscat; » id Rufinus de suo intrusit, quippe quod absit a vicesimo *Philocalicæ* capite, quo fragmentum illud operis *Περὶ ἀρχῶν*, ita ut ab Origene scriptum est, Græce continetur.

XVIII. Diximus Origenem aliquibus duntaxat infectum fuisse erroribus, ex iis qui a Pelagio multis post annis propugnati sunt. Quo de genere dogma illud est, quod perfectos homines vim quamdam adipisci desinit, qua roborati peccatorum illecebri ac lenociniis obniti per sese possint, tandemque ad id ascendunt perfectionis culmen, ut ne leví quidem tentationum aura percillantur, planeque sint ἀπαθῆται. Optime vero conjunctum illud est cum superiorre ejus doctrina : nam qui ex sese potest bene agere, sane ex sese male non agere potest. Hanc, præter alias, suggillandi Origenis causam habet Hieronymus : nam in epistola ad Ctesiphontem, cap. 2, consimilem Pelagii, sed nequorem etiam sententiam refellens, sic ipsum alloquitur : « Vis adhuc et alium nosse tui erroris principem? doctrina tua Origenis ramusculus est. In eo enim psalmo, ubi scriptum est, ut de cæteris taceam : *Insuper et usque ad noctem erudierunt me renes mei*<sup>44</sup>; asserit virum sanctum, de quorum videlicet et tu numero es, cum ad virtutum venerit summitatem, ne in nocte quidem ea pati, quæ hominum sunt, nec cogitatione vitorum aliqua titillari; » et in proœmio *Dialogorum aduersus Pelagianos*: « Illud autem Origenis proprium est, impossibile esse humanam a principio usque ad mortem non perire naturam; et rursum esse possibile cum se aliquis ad meliora converterit ad tantam fortitudinem pervenire, ut ultra peccare non possit; » et in proœmio libri iv *Comment. in Jerem.* : « Hæresis Pythagoræ et Zenonis ἀπαθῆται καὶ ἀναμάρτηται, id est impossibilitatis et impeccantiae, quæ olim in Origene, et dudum in discipulis ejus Grunno (Ruduum intellige) Evagrioque Pontico, et Joviniano jugulata est, cœpit reviviscere. » Multos erroris hujus ailius fuisse notat in libro sequente, *in Jerem. xxii*. Palladius quoque, Helenopolitanus episcopus, quem Origenis disciplina imbutum fuisse constat, in hac ἀπαθῆται hæresi versatus est; nam sect. viii *Lausiacæ Historiæ*, Ammonis ipsiusque uxoris scribens vitam, sic ait : « Cum hæc sic fierent, et pervenisset eterque ad imparabilitatem, vim et efficaciam habuere preces Ammonis; » et sect. 12, de Ammone agens, ejusque sororibus ac fratribus, quos eisdem esse censeo, qui fratres Longi dicti sunt, et a Theophilo Nitria, et Ægypto expulsi ad Joannem Chrysostomum configuerunt : de Ammone,

A inquam, ita scribit : « Hoc ei suo suffragio tribuerat Evagrius, qui erat vir discernendi vi præditus : (nempe Ponticus ille Hyperborita) » se nullum hominem vidisse, qui esset magis imparibilis, et alienus ab omnibus animi perturbationibus. » Hinc Hieronymus proœm. in *Dialogos aduersus Pelagianos*, dños θεοῖς assertores exagitans : « Palladius, inquit, servilis nequitia eamdem hæresim instaurare conatus est. » Instauravit et ante annos propemodum quodrigentos Bogonatus hereticus, Begardorum et Beghinarum parens.

In iis certe quæ supersunt Origenianorum operum reliquiis non frequentes occurruunt hujus opinonis notæ : nam quod exstat in 4 homin. *in Jerem.*, num. 16, prout ab Hieronymo conversa est : « Impossibile est enim quod semel vivificavit Deus, aut ab eo ipso, aut ab alio occidi; » ad vitam æternam, sanctosque ea fruentes referendum esse ostendimus in observationibus; et ab Hieronymo præterea intrusum est. Tono quidem xiii *in Matth.*, num. 29, parvulos illos, quorum similes vult nos effici Christus, et quibus scandalum a nobis præberi vetat, quosque Patrem cœlestem perire velle negat, homines perfectionem consecutos significare conjicit Origenes; deinde subiungit ejusmodi parvulos neque perire neque offensionem pati posse, quia : « Pax multa diligentibus nomen Dei, et non est illis scandalum<sup>45</sup>; » meritoque eos dicere posse : « Quis nos separabit a charitate<sup>46</sup>? » Sed Ezechielis tamen autoritate probat justi animam esse mutationi obnoxiam, et a Dei mandatis posse discedere, ita ut prisca ejus justitiae nulla habeatur ratio; atque ideo quominus offensio eis a nobis præbeatur, Servatorem mandato suo prohibere. Libro quoque *in Epistolam ad Romanos* quinto, num. 4, pag. 546, de morte peccati loquens : « Ilic ergo homo, inquit, qui jam reformatur et reparatur ad imaginem Dei, neque terrenus, neque in hoc mundo est, sed in cœlis esse dicitur conversatio ejus : et ideo secundum eum qui dicit : *Vos autem non estis de hoc mundo*<sup>47</sup>, mors in eum non potest pertransire; » et deinde :

« Quod si peccatum et mors in hunc mundum introivit, et in hoc mundo habitat, certum est alienos a morte, et a peccato esse eos, qui per Christum, vel cum Christo mortui sunt huic mundo, et cum ipso resuscitati, cum ipso etiam in cœlestibus sedere meruerunt, conversationem non jam in hoc mundo, sed in cœlis habentes. » Item libri ejusdem num. 10, sub finem, pag. 568, haec habentur : « Si enim in id anima perfectionis ascenderit, ut ex toto corde suo, et ex tota anima sua, et ex totis viribus suis diligat Deum, et proximum suum tanquam seipsum, ubi erit peccati locus? » atque hunc ait perfectionis gradum assecutum fuisse Apostolum, cum dicebat : « Quis nos separabit a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu<sup>48</sup>? » tum subiectitur : « Ex quibus omnibus evidenter ostenditur, quia si hæc omnia,

<sup>44</sup> Psal. xv, 7. <sup>45</sup> Psal. cxviii, 10d. <sup>46</sup> Rom. viii, 35. <sup>47</sup> Joan. xv, 19. <sup>48</sup> Rom. viii, 35.

quæ enumeravit Apostolus, separare nos non possunt a charitate Dei, cum in illo quis culmen perfectionis ascenderit, multo magis libertas arbitrii nos ab ejus charitate separare non poterit. » Verum hæc ab interprete Rutilio, quem a Pelagiano fermento sibi satis non cassis nemo nescit, inquinata fuisse possumus suspicari. Quemadmodum autem reprehensi ab Hieronymo erroris Origenem loci hi non satis liquido coargunt, ita neque satis purgat ille qui exstat tom. xiii in *Matth.*, num. 23: Ἀνίδεκτον γάρ ἔστιν ἀνθρώπον εὑρέθην πάντῃ ἀναμάρτητον, καὶ χωρὶς ἀμαρτίας ἀνειληφότα τὴν ἀρετήν· neque sanctorum illa patriarcharum enumeratio, quæ est lib. v in *Epist. ad Rom.*, num. 4, pag. 547, quorum neminem peccato immunem vixisse probat; (eui enumerationi contraria Pelagio institutam, eorum scilicet, « qui non modo non peccasse, sed etiam justè vixisse referuntur, » exhibit Augustinus in lib. *De natura et gratia*, cap. 35, de qua consuli velim Pelagii ipsius epistolam ad Demetriadem, et Hieronymi librum i adv. *Pelagian.*); vitam enim ab hominibus perfectis actam intelligit, antequam ad summam perfectionem eripserint. Id confirmat alter ille locus e tom. xxxii in *Joann.*, num. 12, pag. 436: Ἐμέμνητο γάρ, οἵματι, ἀνθρώποι δύτες δὲ τρεπτῇ ἔστιν ἡ προαιρεσίς τῶν ἐτι προκοπτόντων, καὶ ἐπιδεχομένη τὰ ἐναντία θέλειν οἵς πρότερον προέθετο. Mutabilem esse ait eorum voluntatem qui proficiunt, non qui perfecti sunt.

At vix ullam admittit excusationem, quod ab co scriptum est tom. xii in *Matth.*, num. 23, ubi hoc Christi ad Petrum exponens: « Scandalum mihi es<sup>66</sup>, » querit quomodo stare illud positum cum isto Prophœtæ: « Pax multa diligentibus nomen Dei, et non est illis scandalum<sup>67</sup>; » et isto Apostoli: « Charitas nunquam excidit<sup>68</sup>; » respondetque non Servatorem modo, sed et eum qui in charitate perfectionem adepius est, scandalum obnoxium non esse; sed eum tamen qui peccat, quantum in se est, scandalum huic præbere. Damnum vero penitus istud quod habeatur eodem loco, num. 4, pag. 516: Οὐ οὖν ἀναμάρτητος, καὶ μηκέτι δεδμενος τῶν νομικῶν θυσιῶν ὑπερέβηκε τελειωθεὶς τάχα καὶ τὸν πνευματικὸν νόμον, καὶ γέγονεν ἐκ τῷ ὑπέρ αὐτῶν νόμῳ. Præterea loc. xv in idem *Evangelium*, num. 6, pag. 659, tradit pueros quibus manus imposuit Jesus, jam amplius dæmonum assultibus vel peccati illecebris percilli non posse; et num. 17, pag. 676: Οὐτος δῆ δὲ ἀνθυπαλλασσόμενος ἀντὶ πλούτου πενίαν, ὑπέρ τοῦ τέλειος γενέσθαι, πεισθεῖς τοῖς Ἰησοῦ λόγοις, ἀθρώως ἀνθομηθεῖη, ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ, πρὸς τὸ γενέσθαι σοφὸς ἐν Χριστῷ, καὶ ἀνδρεῖος, καὶ δίκαιος, καὶ σύνφρον, καὶ ἔκτος πάντες φῆσε: δέ δὲ οὐτως ἀπολογούμενος, δι τοῦ ἀνάγκη τοῦτο νοηθῆναι αὐτῆς τιμέρας ἀπαντῆσαι τῷ ἀποδεδομένῳ τὰ ὑπάρχοντα, καὶ διδόντι πιστοῖς ἄλλοι τοις, ἀπ' ἐξίνης μὲν τῆς ἡμέρας ἀσέται: ἡ

A θεῖα ἐπισκοπή ἐπὶ τὰ τοιαῦτα αὐτῶν ἅγειν· λέγω δὲ τὴν ἐπαινετὴν ἀπάθειαν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀρετὴν.

XIX. Sed nec fugit diligentiam Irenensis episcopi isthuc Origenis deliramentum jam ante notatum a Magdeburgensibus, cent. iii, cap. 10, quod luculentiter exigitur tom. I, lib. vi, cap. 12 et 15, et præcipue lib. iv tom. ejusdem, cap. 19, ubi hanc ἀπάθειαν e Pythagoreorum, Stoicorum, Diogenis, Pyrrhonis aliorumque philosophorum scholis manasse demonstrat. In quo miror hoc excidisse: « Quanquam nec Origenes hujus impossibilitatis primus auctor fuit. Nam ut nihil de Manichæo dicam.....jam olim Stoici putantur fuisse illius ἀπάθειας auctores. » Quasi Origenem Manichæus tempore præcesserit, quem certum est annis post Origenis obitum circiter viginti et uno haeresim suam promulgasse. Tum hoc loco, et lib. vi, cap. 12 tom. ejusdem, Priscillianum, Manichæum, Gnosticos, Evagrium Hyperboritam, Jovinianum, Pelagium, totiusque pene Syriæ haereticos doctrinam hanc ab Origene sumpsisse auctore docet Hieronymo; interque eos Evagrium librum edidisse Περὶ ἀπάθειας, qui a Rutilio Latine conversus est. Solerter deinde observat non satis caute Hieronymum in epist. ad Ctesiph. contra Pelag. cap. 2, et in proem. ad *Dialog. contra Pelag.* et in proem. *Comment. in Jerem.*, lib. iv, distinxisse illa duo, facultatem habere non peccandi, et non habere facultatem peccandi; hoc est, posse non peccare, et non posse peccare. Quorum alterum e libero pendet arbitrio, quo sit ut possumus peccare, vel non peccare, gratiae modo ad id postremum suppetat auxilium; alterum vero arbitrii humani libertatem tollit, et a Valentiniis propugnabatur, qui homines πνευματικοὺς ejus esse volebant naturæ, quæ peccatum nullo modo recipere: quod dogma, dogmatisque auctores perpetuis velitationibus Origenes urgebat; nunquam non hoc inculcans, nullam esse naturam quæ non sit boni et mali capax, adeo ut ne ipsi quidem angeli a peccato, peccatiisque pœnis essent immunes. Perperam ergo Hieronymus in epist. ad Ctesiph., cap. 1, ἀναμάρτητον, idem esse retrur, quod sine peccato; nam ἀναμάρτητον, est, incapax peccati: D perfectos autem non incapaces peccati volebat Origenes, neque Pelagius, sed peccato carere posse; imo vero prædicabat Pelagius non id agi, otrum aliquis peccati per totam vitam fuisse exsors, sed utrum homines peccati exsortes esse queant, quod per arbitrii liberi vires fieri posse affirmabat; et Adamantius quoque neminem sine peccato vixisse putabat, ut supra dixi. Atqui fieri posse non negabat Augustinus ut esse posset homo in hac vita sine peccato, id modo gratiae auxilio, non naturæ viribus referreetur acceptum: « Nam qui dicunt, » inquit lib. *De peccat. mer.*, lib. ii, cap. 6, « esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuo in-

<sup>66</sup> Matth. xvi, 23. <sup>67</sup> Psal. cxviii, 165. <sup>68</sup> 1 Cor. xiii, 8.

cauta temeritate obstantum. Sic enim esse posse A negaverimus, et hominis libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, et Dei virtuti vel misericordiae, qui hoc adjuvando efficit, derogamus. » Nec satis proprie idem Hieronymus in proem. lib. iv *Comment.* in *Terem.*, διαμαρτυρεῖται reddidisse videtur, impeccantium, id est, non peccare; quod reddendum erat, impeccabilitatem, id est, non posse peccare. Perpetrati quoque scriptum ab eo est proem. *Dialog. advers. Pelag.*: « Illud autem Origenis proprium est, esse possibile, cum se aliquis ad meliora converterit, ad tantam fortitudinem pervenire, ut ultra peccare non possit, » pro eo quod scribere debuit, ut ultra non peccare possit. Genuina ergo ea fuit Origenis sententia, homines omnes peccatis esse obnoxios; qui vero acquirendae virtutis, et delictis expurgandis dederit operam, et ad perfectionem concenterit, vitiorum incitamenta propriis viribus pessimare posse si velit, ab iisque neutquam tentari. In quo geminus est error, quod virum perfectum ad calcandas peccata blanditas gratiae praesidio non egeret velit, et quod temptationibus eum minime percelli censeat; cum certum sit vitam hominis certamen esse perpetuum, et Paulo ipsi datum fuisse stimulum carnis.

XX. Quemadmodum erectos ad summum virtutis apicem homines peccatis obnoxios non esse definiuit Adamantius; ita asservisse visus est non posse eos emergere a vitiis, et ad virtutem regredi, ac renovari per poenitentiam eos, qui post acceptum a Deo gratiae divinae lumen iterum sese peccatis obstrinxerint: Petrum quidem cum Christum ejurando peccavit, nondum accepisse Spiritum sanctum: nobis vero si eo acceptio peccaverimus, neque in hoc saeculo, neque in futuro veniamiri concessum. » Hoc attende, » inquit tract. xxxv in *Math.*, num. 144, pag. 913, « quoniam ante galli cantum, et ante Spiritum sanctum, in tempore noctis profundae, etiam si frequenter denegaverit quis, vivere potest: quod manifestum est ex eo, quod ter denegavit Petrus. Si autem post galli cantum, vel semel in quoconquo periculo constitutus denegaverit quis, impossibile est eum renovari in poenitentiam, ut iterum crucifigatur sibi Filium Dei. » Clemens quidem Alexandrinus *Stromat.* lib. II, iteratau hanc positionem qua post conversionem homo peccatis deditus tangitur, esse affirmat quasi quondam novi peccati meditationem; minime vero ita insanit, ut homini post illam poenitentiam peccanti nullum ad virtutem regressum patere putet, nec ullum alteri poenitentiae locum superesse velit. Nempe eo impulerunt utrumque perperam accepta isthaec ex Epistola ad Hebreos cap. vi, vers. 4-6: « Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti. Gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque saeculi venturi, et prolapsi sunt, rursum

B renovari ad poenitentiam, rursum crucifigentes sibi metipsi Filium Dei, et ostentui habentes; » ne non et ista e cap. 10, vers. 26, 27: « Voluntaria enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia; terribilis autem quedam expectatio judicii. » Inde et Novatus in haeresim inductus est. Quam autem his Pauli locis expositionem adhibuit Philastrius, eamdem Origeniano illi possumus adhibere. Sic illa se habet cap. 88: « Poenitendum etiam non excludit docendo, sed diversum gradum dignitatis ostendit inter hunc qui integrum custodivit, et illum qui peccavit. Dignitatis est igitur detrimentum in eo qui peccavit, non damnum salutis. Nam si fortiter quis pugnaverit per martyrium, recipiet pristinam dignitatem; aut si condigne in hoc saeculo vixerit, imperat quod desiderat adipisci. Nam in ipsa epistola rebaptizatores excludit, non baptismum poenitentiae abnegat. » Ceterum consuli velim Sixtum Senensem lib. VI *Biblioth.* adnot. 119, et lib. VII, haeres. 8, qui haec aliaque, cum explicandae huic Pauli sententiæ, tum adversus adductum Origenis testimoniū collegit.

XXI. Mirum porro sentientem Origenem perfectos homines posse non peccare, dixisse tamen preceptis divinis morem geri non posse. Cui contrarium Pelagius decrevit in suis *Sententiis*, teste Hieronymo, qui lib. I contra Pelag. hac scribit: « Centesimus titulus est, posse hominem sine peccato esse, et Dei mandata facile custodire, si velit. » Sic autem Origenes lib. II, in *Epist. ad Rom.*, num. 9: « Nos vero qui haec omnia spiritualiter intelligenda sentimus, idcirco et non auditores, sed factores legis justificandos credimus, non legis secundum litteram, quæ utique pro sui impossibilitate non potest habere factorem, sed secundum spiritum, per quem solum lex impleri poterit; » et num. 14, pag. 499: « Licet non crediderint quidam Judaeorum, de infidelitate tamen eorum dicendum est, quod Deus quidem solus sit verax, omni autem homo sit mendax: quia etiam si quis justus est, necesse est tamen ut in aliquo a veritate decidat, quam in omnibus servare humanæ naturæ pene impossibile est. » Graviora sunt etiam et magis expressa quæ exstant D tract. xxxv in *Math.*, num. 88, pag. 900, 901, ubi querit utrum posito Christi vaticinio hoc, scandalum in se passuros esse apostolos omnes, fieri potuerit ut scandalum Petrus non pateretur; quod duplice solvit responsione; prima, « quoniam necesse erat, ore verissimo prædicente, quia omnes nos scandalizabimini »<sup>89</sup>, fieri quod prædictum erat ab Iesu; altera, « quoniam qui exoratus a Ninivitis, quæ prædixerat per Jonam non fecit propriæ poenitentiam Ninivitarum, sic possibile fuit, ut repelleret etiam a Petro scandalum deprecante. » Vera est posterior responsio, prior falsa: posito enim Christi vaticinio, certo effectus consecutus est, non neces-

<sup>89</sup> *Math.* xxvi, 31.

sario. Disputat postea, an postquam prædictis Christus futurum ut ante gallicinum ter a Petro negetur, precibus impetrare potuerit Petrus, quominus vaticinium illud impleretur; respondebatque precibus prohiberi potuisse vaticinii hujus effectum, si illud Christus juramento non firmasset<sup>20</sup>; sed quia iure jurando firmatum fuerat a Christo, cum dixit: «Amen dico tibi<sup>21</sup>, si fieri non posuisse ut non denegaret. Falsum id quoque, nam etiam si certo negaturus fuerit, potuit tamen non negare. Ibidem Petrum «derelictum» fuisse sciscit. «Et quoniam, inquit, non solum inconsiderate, sed pene etiam impie dixit: *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor*<sup>22</sup>, nec cogitans lubricam naturam humanam, magnum protulit verbum: ideo nec ad modicum est derelictus, ut scilicet denegaret, vel semel denegaret; sed abundantius derelinquitur, ut ter denegaret. » Subiungit postmodum melius sibi consulturum fuisse Petrum, si perspecta natura humanae imbecillitate, que snape vi et industria Christi nomen profleri nequaquam potest, eum orasset, ut necessariam ad id gratiam sibi conferret. Optime id quidem, sed vitiosa sunt quae sequuntur: «Nec enim, inquit, poterat fieri ut facta interrogatione potuisset dicere Dominum Jesum in Spiritu sancto, aut confessus fuisset, cum Spiritus sanctus nondum fuisset datus. » Atque haec auctoritas repetit iusserius num. 114, pag. 912, et novum iusuper dogma congerit: «Abundantius considerantes Petri negationem, dicimus quoniam *nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto*, sicut Paulus nos docet<sup>23</sup>: et nondum erat tunc in hominibus Spiritus sanctus, quoniam Jesus nondum fuerat honorificatus, sicut dicit Joannes<sup>24</sup>. Propterea non erat possibile, neque illum talem Petrum tunc Jesum confiteri, nec tamen reprehendens non confitens Jesum. Quoniam ad confitentes dicitur: *Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*<sup>25</sup>. Non autem, cum sit potens Spiritus ille Patris, nostri loqui in nobis, et cum in nostra sit potestate locum dare in nobis Spiritui sancto, et non diabolo, si denegaverimus, excusationem ullam habebimus. » Ac primum, quod ait derelictum fuisse Petrum, non uno modo intelligi potest; nam vel omni gratiae cuiuslibet auxilio destitutum fuisse vult, cuius gratiae ope, spreto mortis terrore Christum aperte confiteri potuisset: atque huic sententiae cum solemní sacrae facultatis theologicae Parisiensis decreto temeritatis, impiecatis et hereseos nota inusta sit, anno 1656, temerarium quoque esset et impium ulla eam cavillationem et argumentum tueri; vel ei defuisse censem non vehementer solum illam Dei aspirationem, et divinam operositas, qua impulsus in medios sese fluctus praecipitaverat, et satellitum turnam stricto gladio pro Christo certatorus invaserat, sed gratiae etiam efficiacis auxilium; atque id recte et catholice dici po-

A test. Ex eo autem quod nondum datus erat Spiritus, falso concludit neminem potuisse dicere Dominum Jesum in Spiritu sancto; quamvis enim nondum datus fuisset Spiritus sanctus larga illa et mirabilis missione, qua apostolis infusus est in Pentecoste, datus tamen fuerat alio modo viris justis ante Christi ortum, et dum inter homines ageret, et postquam in celum se recepit. Praeterea est Augustini de ea re dissertatione tractat. xxxii in *Ioan.*, ubi ostendit quid postremam hanc inter Spiritus sancti missionem aliasque superiorum temporum intersit. Igitur cupi Christum negavit Petrus, etsi nondum datus fuisset Spiritus sanctus solemní illa et asperetabili missione quæ in Pentecoste contigit, suppetebat ipsi tamen gratia divina, per Spiritum sanctum erogata, qua Christum neglecto mortis periculo poterat profiteri. Ferri ergo non potest quod subiicit Origenes: «Propterea non erat possibile, neque illum talem Petrum tunc Jesum confiteri, nec tamen reprehendendus erat non confitens Jesum. » Nec a Petro solum tunc absuisse putat Spiritum sanctum, sed adhuc etiam spiritum Spiritus hujus iunctum, quem usi imperitior Deus, quos ope sua sublevare vult, docet idem tom. xii in *Matth.*, num. 40, pag. 560, 561.

XII. Verumtamen licet aliquando divinis non posse mandatis obtemperari definire visus sit, contrarium tamen occinit hoc. 9 in *Josue*, num. 9: «Annon, inquit, tibi videtur inter mulieres existimandus ille vir, qui dicit: *Nou possum observare quae scripta sunt, vendere quae habeo, et dare pauperibus non possum.... cetera similia que mandantur, qui dicit implere non possum, quid tibi videtur aliud, quam inter mulieres, quae nihil virie possunt, esse numerandus?* » et tom. xiv in *Matth.*, num. 25, et tom. xv, num. 5, unumquemque dicit: *Impetrare posse a Deo donum castitatis, quamvis unicuique concessum non sit. Repugnat præterea supra a nobis expensum dogma, quo justos ἀποθεται esse tradit; nam cum ex variis testimoniosis, ipsiusque etiam Hieronymi auctoritate probaverimus in hoc errore versatum Origenem, quomodo alteri huic, quem investigamus, adhaerere potuit, mandata Dei omnia ne via quidem servari posse? nam si servari mandata non possunt, nemo potest mandatis non refragari, ac nemo proinde potest non peccare. Quæ cum ex adverso opposita esse videantur, sic conciliata ab illo fuisse suspicor, ἀποθεται quidem esse justos homines ac perfectos, posse eos non peccare, divinis legibus parere posse; reliquos vero homines præcepta omnia servare non posse: nam et illud Origenis proprium» fuisse tradidit Hieronymus prooem. *Dialog. nivæcs. Pelag.*, et impossibile est humanam a principio usque ad mortem non peccare naturam: et rursum esse possibile, cum se aliquis ad meliora converterit, ad tantam fortitudinem pervenire, ut ultra peccare non possit. » Petrum autem*

<sup>20</sup> Matth. xxvi, 54. <sup>21</sup> ibid., 55. <sup>22</sup> 1 Cor. xii, 5.

<sup>23</sup> Joan. viii, 59. <sup>24</sup> Matth. x, 20.

vel nondum fuisse perfectum censuit, cum Christum A negavit; accepto autem sancto Spiritu fuisse perfectum et ἀπαθῆ, vel propter firmatam jurejurando Christi vaticinationem de futuro ipsius peccato, peccatum vitare non potuisse. Quod autem ait: «Quoniam necesse erat fieri quod prædictum erat a Jesu,» ab interprete profectum fuisse putem, nam Origenes tom. iii *Comment. in Genes.*, num. 6, pag. 14, aliter sentit. Verba ejus sunt: Οὐ γάρ ἐπεὶ ἔγνωσται, γίνεται· ἀλλ' ἐπεὶ γίνεσθαι ἔμελλεν, ἔγνωσται. Διαστοῖης δὲ δεῖται. El μὲν γάρ τὸ πάντως ἔσται, οὕτω τις ἐρμηνεύει, ὡς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι τὸ προεγνωσμένον, οὐ διδάσκειν αὐτῷ· οὐ γάρ ἐροῦμεν, ἐπεὶ προέγνωσται Ἰούδαν προδότην γενέσθαι, διτὶ πᾶσα ἀνάγκη ἦν Ἰούδαν προδότην γενέσθαι. Sequentia quoque eodem faciunt. Commodam etiam admittunt explicationem quae subnexa sunt in eodem *Commentario in Matthæum*, tractat. xxxv, num. 88, pag. 901, fieri non potuisse ut Petrus non peccaret, postquam vaticinium suum jurejurando, Amen, Christus confirmavit. Nam τὸ fieri posse, duplice modo enuntiare Graece potuit Origenes οἶον τε εἶναι, et δυνατὸν εἶναι: quorum prior excludit necessitatem, et cum libertate ad opposita, ut loquuntur consentit; posterior vero necessitatem includit, et libertatem excludit. Distinctionis hujus argumentum arcesso e libr. ii *contra Celsum*, num. 18, ubi sic de ejusdem Iudee proditione et Christi vaticinio loquitur: Οὐχ οἶον τε ἦν οὔτε τὸν ἔγνωσμένον ὡς προδώσαντα, μήτ προδοῦναι, οὔτε τὸν ἐλεγχόντα ἀρνησάμενον, μή ἀρνήσασθαι. Quasi dicas: «Nullo modo futurum erat.» At paulo inferius num. 20 sic habet: Καὶ δῶλον γε τοῦτο ἐν τῇ προγνώσει τοῦ θεσπιζόντος αὐτὸν τυγχάνει δυνατὸν δύνατος τοῦδε τινος γενέσθαι, ἔσται τὸ ἔτερον αὐτῶν τὸ δέ τι. Καὶ οὐ φαμὲν διτὶ δὲ προγνώσκων ὑψελῶν τὸ δυνατὸν εἶναι γενέσθαι καὶ μή γενέσθαι οἰοντες τοιοῦτόν τι λέγει· τόδε πάντως ἔσται, καὶ ἀδύνατον ἔτερος γενέσθαι· et lib. viii *Comment. in Epist. ad Rom.*, num. 8, pag. 605: «Non ergo quia prophetæ prædixerunt, idcirco prædixit Judas: sed quia futurus esset proditor, ea quæ ille ex propositi sui nequitia gesturus erat prædixerunt prophetæ, cum utique Judas in potestate habuisset, ut esset similis Petro et Joanni, si voluisset.» Hinc adeo «Legis possibilitatem asseruisse» Origenem Magdeburgenses conquesti sunt cent. iii, cap. 10.

XXIII. Patet etiam reprehensionibus locis Origenis e lib. iii in *Epist. ad Rom.*, num. 9, in quo exemplis et rationibus demonstrare nützt sola fide, absque ullis operibus legis, hominem justum effici, iuxta illud Apostoli Rom. iii, 27, 28: «Ubi est ergo gloriatio? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim justificari hominem per fidem, sine operibus legis.» At certum est tamen de justificationis initiis ibi disserere Origenem, non de progressu ejus et augmen-

to, cum sine operibus otiosa est fides; adeo ut ita si intelligendus, posse aliquando hominem, qualis latro fuit, Christi in extremo supplicio socius, sola fide justificari, nullo etiam accidente opere bono; quando scilicet faciendi ejus data non est facultas, vel occasio: «Initium namque justificari a Deo,» Origenes lib. iv sequente, num. 1, pag. 523, «fides est quæ credit in justificantem: et hæc fides cum justificata fuerit, tanquam radix imbre suscepto hæret in anime solo, ut cum per legem Dei excoli cœperit, surgant in ea rami qui fructus operum ferant. Non ergo ex operibus radix justitiae, sed ex radice justitiae fructus operum crescit,» et paulo superius pag. 522: «Jam sane considerabis, si ut de fide dictum est, quia reputatum est ei ad justitiam». B ita et de aliis virtutibus dici possit, quia, verbi gratia, misericordia unica reputari potest ad justitiam, aut sapientia, aut scientia, aut mansuetudo, et humilitas, vel certe si omni credenti fides ad justitiam reputetur. » Tum in Rom. iv, 18, num. 6, pag. 531: «Puto quod prima salutis initia, e ipsa fundamenta, fides est: profectus vero et augmenta ædifici, spes est: perfectio autem et culmen totius operis, charitas.» Idem. tom. xvi in Matth., num. 27, pag. 760, fidem absque operibus similem esse dicit sicui a Christo arescatæ, quæ solia tantum absque fructibus ostentabat. Itaque postquam probare conatus est sola fide hominem effici justum, absque operibus legis, priore loco libri iii in *Epist. ad Rom.* statim subjicit num. 9, pag. 517: «Sed fortassis hæc aliquis audiens resolvatur, et bene agendi negligentiam capiat, siquidem ad justificandum fides sola sufficiat. Ad quem dicemos, quia post justificationem si injuste quis agat, sine dubio justificationis gratiam sprevit;» et postmodum num. 10, pag. 519: «Quod si requirat aliquis curiosus, ii qui ex fide justificantur, per quem sufficientur; licet fortassis multa in hoc curiositas videatur, tamen convenienter dicere possumus, quod qui ex fide justificantur, initio ex fide sumpio, per adimplitionem bonorum operum consumimantur; et qui per fidem justificantur, a bonis operibus exorsi, per fidem summam perfectionem accipiunt.» Quanam ergo fide scripserunt Magdeburgenses cent. iii, cap. 10, Origenem «justificationis fontem fecisse bona opera?»

XXIV. De peccato originis ab Adamo in hominem propagato non una est Irenensis episcopi adversus Adamantium querela. Is tom. I, lib. vi, cap. 17, postquam Origenem fassus est de peccato originis a catholica Ecclesia dissentire neutiquam videri, Pelagianis tamen, ut de ea re falsa opinarentur, portam aperuisse dicit. Mox e libro v *Commentariorum* ipsius in *Epist. ad Rom.* præcipua colligit capita, quibus doctrinam ejus super hoc arguento contineri putat; quæ singulatim, sed paucis examinabimus. Primum hoc est mundum, in quem peccatum intrasse

<sup>\*\*</sup> Rom. iv, 5.

docet Apostolus per peccatum Adami, terrenos esse homines; 2. mortem quæ in omnes pertransiit, mortem esse animæ, non corporis; 3. mortem illam non pertransisse in omnes, sed in multos, qui nempe actu peccaverunt; 4. non in omnes regnasse mortem, sed in eos duntaxat qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ; 5. non omnes homines, sed multos unius delicto peccatores fuisse effectos; 6. Christum plures ad vitam reduxisse, quam Adamum ad mortem; 7. Adamum esse formam futuri, quia peccati ipsius exemplar imitantes, peccatores effecti sunt. Observatum autem velim ante omnia, ab Origene hæc ἀληγορικῶς fuisse proposita, non δογματικῶς definita; antequam enim ad ea accedat, explicato litteræ sensu. *Videamus nunc,* » inquit num. 1, pag. 545, « quid etiam interior habeat intellectus. » Quod ex ipsius opinacionum inconstancia et diversitate clarius etiam sese prodet. Nam primum quod attinet, postquam terrenos homines et rebus terrenis deditos, allegorice mundum esse dixit, in quem peccatum intravit, mundum deinde aliter exponit, eoque significari docet num. 1, pag. 547, « terrenum hunc locum, in quo homines habitant; vel terrenam et corporalem vitam, in qua mors habet locum; cui mundo, hoc est, terrene vita, crucifixos se dicunt sancti et mortuos. » Non multo autem inferius pag. 549, alia habet: « Videtur mihi, inquit, quod hic Apostolus illam ætatem, quæ nondum ad capacitatem rationis accessit, non tam homines, quam mundum appellaverit. » Altera querela hæc est, dixisse Origenem mortem quæ in omnes homines pertransiit, mortem esse animæ, non corporis. Fateor mortem illam passim accipi ab eo pro morte peccati, sed, ut reliqua, allegorio sensu: cuius mortis mortem corpoream umbram appellat num. 1, pag. 547, quia « quocunque illa incesserit, hanc necesse est subsequi, velut umbram corpus; » atque idcirco mortuum fuisse Christum, quia pro nobis factus est peccatum. At mortem illam, quam regnasse ab Adam usque ad Moysen ait Apostolus Rom. v, 14, mortem corporis, et descensum ad inferos non semel interpretatur Origenes lib. v in Epist. ad Rom., puta cum ait num. 4: « Quomodo sane, vel quæ condemnationem in omnes homines venerit videndum est: et sufficere forsitan potest, secundum simplicem expositionem, ut dicamus condemnationem esse delicti communem hanc mortem, quæ omnibus venit, et veniet, etiamsi justi videantur; » atque hanc esse dicit simplicem, non allegoricam expositionem. Nec superioribus repugnet, quod ait num. 2, pag. 553. « Non omnes homines, sicut solet, in cæteris ponit (Apostolus), sed multos, qui unius delicto peccatores constituti sunt; » nam omnes multos esse fatetur num. 5, pag. 556, consultoque vocem *omnes* ab Apostolo fuisse omissam, « ne forte si dixisset per unius inobedientiam peccatores factos esse omnes, et necessario subiunxisset; ita et per unius obedientiam justi constituentur omnes, videtur ex hujusmodi promissionis securitate resolvere animos eorum quibus expedit esse sub metu. » Deinde num. 5, pag. 556, 557, aliud esse docet peccare; aliud peccatorem esse; peccare omnes etiam justos, peccatores esse qui saepè peccando usum peccandi ac consuetudinem contraxerunt; peccatores igitur esse multos, non omnes; peccare autem universos. Perspicua vero ea sunt num. 1, pag. 544: « Et ut evidenter ostenderet omnes homines et multos homines idem esse, addidit his: *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientium justi constituen-*

*tioni* quarta connexa est, visum fuisse ipsi, mortem illam de qua Paulus Rom. v, 14, non in omnes regnasse, sed in eos duntaxat, qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Utrobius mortem peccati intelligit: ac proinde pendet hinc quaque quinta accusatio, affirmasse ipsum, non omnes homines, sed multos unius delicto peccatores esse effectos. Distinguit autem Origenes transitum mortis a regno mortis: « Peccatum enim, » inquit num. 1, pag. 550, « pertransiit etiam in justos, et leviter quadam eos contagione perstrinxit: in prævaricatoribus vero, id est, his qui se ei tota mente ac devotione subjiciunt, regnum tenet, et omni potestate dominatur. » At mortem illam super eos tantum regnum tenuisse vult, qui simili sese, ut Adam criminis inquinaverunt. Quanquam alibi peccatum originis super omnes regnasse ait: « Nou ergo, » inquit num. 2, pag. 554, « nihil peccantibus nobis, mors regnavit in nobis: » et mox: « Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Videamus ut a peccato nullum Paulus excusat? » Pertransiisse autem mortem in omnes iteratis locis diserte asserit, ut cum num. 1, pag. 547, corporis mortem umbram esse dicit mortis peccati; ac proinde nullum morte peccati esse immunem, quia corpoream mortem nemo vitare potest. Id probat deinde commemoratis priorum temporum viris sanctitate nobilibus, quos omnes peccato obnoxios fuisse demonstrat. Idem non multo post confirmat, apostolicum illud explanans Rom. v, 18: « Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, » etc. « Et sufficere, » inquit num. 4, « forsitan potest secundum simplicem expositionem, ut dicamus condemnationem esse delicti communem hanc mortem, quæ omnibus venit, et veniet, etiamsi justi videantur; » atque hanc esse dicit simplicem, non allegoricam expositionem. Nec superioribus repugnet, quod ait num. 2, pag. 553. « Non omnes homines, sicut solet, in cæteris ponit (Apostolus), sed multos, qui unius delicto peccatores constituti sunt; » nam omnes multos esse fatetur num. 5, pag. 556, consultoque vocem *omnes* ab Apostolo fuisse omissam, « ne forte si dixisset per unius inobedientiam peccatores factos esse omnes, et necessario subiunxisset; ita et per unius obedientiam justi constituentur omnes, videtur ex hujusmodi promissionis securitate resolvere animos eorum quibus expedit esse sub metu. » Deinde num. 5, pag. 556, 557, aliud esse docet peccare; aliud peccatorem esse; peccare omnes etiam justos, peccatores esse qui saepè peccando usum peccandi ac consuetudinem contraxerunt; peccatores igitur esse multos, non omnes; peccare autem universos. Perspicua vero ea sunt num. 1, pag. 544: « Et ut evidenter ostenderet omnes homines et multos homines idem esse, addidit his: *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientium justi constituen-*

*tur multi*<sup>26</sup>. Et quod superioris omnes dixerat homines, hic eodem sensu multos nominavit; et ista num. 2, pag. 553: « Mortem tamen istam communem suscepit (Christus) cum illam peccati, quae regnabat in omnibus, non receperit. » Et sane neminem vacare poecato persuasum Origeni fuisse jam satis supra demonstravimus. Sextum hoc ei crimen objicitur, deerevisse ipsum, Christum plures ad vitam reduxisse, quam Adamum ad mortem. Quod facile ex superioribus refellitur, nam si in omnes mortem sive animae, sive corporis ab Adamo profluxisse ratus est Origenes, non plures certo quam omnes ad vitam Christum reduxisse opinari potuit. Praeterea exponens illud Apostoli Rom. v, 13: « Si enim unius delicto multi mortui sunt; multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit, et opponit gratiam Christi peccato Adami, et quidquid utriusque hominibus boni vel mali fuit importatum, invicem accurate contendit, nec plures gratia Christi sublevatos fuisse observat, quam peccato Adami affectos et in deterius commutatos. Praelare vero Paulinam sententiam his verbis enarrat num. 2, pag. 552: « Ostendere vult quod melius sit fortior vita quam mors; et justitia quam peccatum, et per hoc edocere, qui si ita per peccatum mors regnare in omnibus potuit, accipiens ex unius hominis inobedientia initium, quanto potentius et dignius per justitiam vita regnabit, initium accipiens per unius obedientiam Christi? » Sed et p. 553, « simpliciore intellectu » dici posse censem plures vita fuisse dannatos a Christo, quam morte affectos ab Adamo; quia Adamus homines tantum a se oriundos letho dedit; Christus autem non illos tantum, sed ipsum etiam Adamum vitae reddidit. « Sic ergo, inquit, plures Christus reducit ad vitam, quam Adam duxit ad mortem; quia etiam ipsum Adam, qui ex alteris causa existit mortis, Christus revocavit ad vitam. » Postremo tandem id in Origene culpat Jansenius, quod affirmaverit Adamum esse formam futuri, quia peccati ipsius exemplar imitantes, peccatores effecti sunt. Exstat illud quidem cum aliis libri hujus quinti in *Epistolam ad Romanos* locis, tum præsentissim num. 5, pag. 557, his verbis: « Dedit ergo Adam peccatoribus formam per inobedientiam; Christus vero e contrario justis formam per obedientiam posuit.... Propterea enim et ipse *obediens factus est usque ad mortem*<sup>27</sup>, ut qui inobedientiae ejus sequuntur exemplum, justi constituantur ab ipsa justitia, sicut illi inobedientiae formam sequentes constituti sunt peccatores. » Verum repetitis quoque libri ejusdem testimoniis Adamum idcirco formam futuri dictum pronuntiat, quod Christi typum præferret. Quod adjicit autem per prævaricationem hominibus formam percandi præbuisse Adamum, atque ita peccatores constitutos fuisse multos, peccatum aliud originis ex traduce in homines

A propagatum nentiquam excludit: « Aut magis simpliciter, » inquit num. 1, pag. 550, « accipendum videtur, et similitudo prævaricationis Adæ absque aliqua discussione recipienda, ut hoc sermone omnes qui ex Adam prævaricatore nati sunt, indicari videantur, et habere in semetipsis similitudinem prævaricationis ejus, non solum ex semine, sed ex institutione susceptam. » Ubi peccatum originis semine transmissum, et peccatum, uti appellant, actuale, institutione susceptum agnoscit. Nec multo post num. 2, pag. 553, 554, doctrinam eamdem incusat, docens homines « non tam natura urgeri in mortero peccati, quam discipulatu, » et peccatum « non solum nativitatis, sed et doctrinæ esse, » et Christum contraria contraria opposuisse, vitiumque illud per generationem contractum, per regenerationem aboleuisse; et peccatum per malam institutionem admissum, salubri doctrina coercuisse: atque idcirco discipulis suis non dixisse: « Ite, baptizate omnes gentes; » sed: « Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti<sup>28</sup>. » Tum ita concludit: « Scias ergo utrumque esse in culpa, utrumque remedium dedit, ut generatio mortalis regeneratione baptismi mutaretur, et impietatis doctrinam doctrina pietatis excluderet. » Plus prodest ad oppugnandum Originem, quod ex illo referunt Calenæ in *Psalmos* ad psal. XLVIII, 6, pag. 718, Μῆδε ἔκαστος τὴν τοῦ Ἀδάμ παραχοῦ φοβεῖται· ταύτην γὰρ ὑπεριέμαθα πτέρνων ἀνόμιας εἶναι· οὐδέτες γὰρ δι' αἰλου χαταδικάζεται. Quibus originis peccatum debitateque ipsi supplicia penitus tolluntur. Sed præter sublestam Calenarum fidem, faciunt pro Origene sanæ ipsius super hoc argumento, et orthodoxæ sententiæ variis sparsæ locis, velut homil. 8 in *Lorit.*, num. 3, ubi homines in iniquitatibus concipi, et in peccatis nasci asserit, atque idcirco scriptum esse: « Nemo mundus a sorde, ne si unius diei sit vita ejus<sup>29</sup> » (quoniam homil. 12 in *Lorit.*, num. 4, et homil. 14 in *Luc.* sordes illas quas nascentes contrahimus, a peccato distinguit, et conceptionis atque ortus spurcitem et sororitatem significari putat), alioqui baptismum parvulus in remissionem peccatorum conferri solitum, supervacaneum fore et inutilem. Paria replicat homil. xv in *Math.*, num. 23, pag. 686, et baptismio decernit abstergi sordes, quas nascentes contrahimus; videlicet peccatum, juxta illud Davidis psalmi L, 7: « Ecce enim in iniquitatibus concepsit me mater mea. » Unde solvit, ut id obiter dicam, impactum Origenistis crimen alterum, consuisse ipsis peccata non tolli per baptismum, sed tegi. Hinc ipse Jansenius Originem de peccato originis non videri a catholica doctrina dissidere confessus est: hinc ipsum sana docuisse de effectu baptismi, per eum nempe deponi peccati sordes, et omne noxarum genus auferri prædicant

<sup>26</sup> Rom. v, 19. <sup>27</sup> Philipp. ii, 8. <sup>28</sup> Matth. xxviii, 20. <sup>29</sup> Job xiv, 4.

Magdeburgenses, cent. iii, cap. 10. Si quid in illis A tamen *Commentariis in Epistolam ad Romanos* orthodoxæ fidei parum consentaneum occurret, meminiret eruditus, lector non tam illorum auctorem existimandum esse Origenem, quam Rulinom; a quo non tam interpretati, quam recusi et interpolati sunt; Rulinum autem tam prave de peccato originis sensisse, ut apud Carthaginense concilium professus sit Cœlestius se ab eo accepisse nefarium illud dogma, traducere peccati non esse, ut refert Augustinus lib. II *De peccat. origin.*, cap. 3.

Notetur interim capitalis Hieronymi adversus Origenem insimulatio, in qua desinit liber ipsius tertius adversus Pelagianos: « Quod si injusta, inquit, vobis (Pelagianis) videatur alienorum remissio peccatorum, quæ fit per baptismum, qua non indiget qui peccare non potuit: transite ad Amasium vestrum, qui præterita in cœlis et antiqua delicia solvi dicit in baptismo; ut cuius in ceteris auctoritate ducimini, etiam in hac parte errorem sequamini. » Amasium illum, Origenem intelligo, quasi ab adamando diceretur Adamantius, sic ab amando dicum Amasium. Quem cum peccata in cœlo ab animis admissa credisse fassi simus, eadem baptismo ablui putasse non negamus: si modo concedatur peccatum quoque propaginis, ab Adamo derivatum, eodem baptismo deleri censuisse etiam ipsum; quod unum in præsentia propugnandum suscepimus.

XXV. Superest jam ut de suis circa prædestinationem placitis Origenes causam dicat. Meminisse ergo oportet toties jam a nobis decantati dogmatis, quo mentes antequam illaberentur corporibus duxisse vitam in cœlo asseveravit, et pro acta ibi vel recte vel male vita, partim angelicum ordinem adeptas, partim in terram fuisse detrusas; nec varia solum corpora, variamque vivendi in terris sortem nactas esse, sed varium etiam gratiæ divinae modum fuisse promeritas, vaseaque fictilia vel aurea, consumelia vel honoris fuisse effectas; ita tamen ut eadem arbitrii libertate utentes, nova gratiæ incrementa capessere, et ad superiores iterum revehiri gradus, vel ad inferiores relabi possint. Ac totum in hoc argumento libri secundi *Περὶ ἀρχῶν* nonum caput contrivit. Sed et idem aperte tradit lib. vii in *Epist. ad Rom.*, num. 17, illud Paulinum <sup>1</sup> enarrans: « Annon habet potestatem figulus lutu, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? »

Quemadmodum autem arbitratus est Adamantius, quæ a nobis gesta sunt olim, antequam corpora subiremus, causam dedisse Deo, cur mentes nostras terrenis hisce molibus implicaret, adeo ut ad hanc in terris agendam vitam Deus nos prædestinaverit, ex prævisis ab omni retro ævo meritis vita illius in cœlo traductæ; ita ex prævisis meritis terrestris hujus vitae quam nunc agimus, prædestinasse

A nos Deum ad nobilia quedam in terris obeunda munia, deinde vero post obitum ad gloriam, existimat. (44) Id duobus præcipue locis asserit, quorum prior est lib. I in *Epist. ad Rom.*, num. 3, Paulum ibi ventre matris suæ propterea segregatum fuisse dicit in Evangelium Dei, quia « causas in eo et merita, quibus in hoc segregari debuerit, vidit ille quem non latet mens. Prævidit enim quod abundantius quam cæteri omnes laboratus esset in Evangelio .... Haec ergo, et multa alia his similia in eo de ventre matris prævidens Jesus, pro his segregavit eum in Evangelium. » Et mox: « Quos præsevit Dens tales futuros ut Christo se in passionibus conformarent, ipsos etiam conforines ac similes imaginis ejus prædestinavit et gloriæ. Præcedit ergo præscientia Dei per quam noscuntur qui in se labores et virtutes habituri sint, et ita prædestination sequitur; nec tamen rursus prædestinationis causa putabitur præscientia. Quod enim apud homines uninclususque meritum pensatur ex præleritis gestis, hoc apud Deum judicatur ex futuris. » Habetur locus alter lib. vii *Comment. in Epist. ad Rom.*, num. 8, ubi hoc Apo. tol. <sup>2</sup> explanans: « Quos autem prædestinavit, hos et vocavit: et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit, » primum alter accipiendum docet illud, « quos præsevit, » superiore commemoratum versiculo, quam vulgo accipi solet; quia si ii tantum prænoscentur, qui prædestinantur; qui non prædestinantur, utique non prænoscentur: cognitionem ergo illam pro amoris nexu, et affectus vinculo sumendum probat multis Scripturæ testimonis, post isto: « Cognovit Dominus eos qui sunt ejus », id est diligit, eum tamen nec eos qui non sunt ejus ignoret: præcognosci ergo eos a Deo vult, « in quibus, sciens quales essent, amorem suum Deus affectumque posuisset. » Quarit posturom quo sensu interpretandum sit illud Apostoli: « Quos vocavit, hos et justificavit, » cum multi vocati sint, pauci electi. Respondet duplex esse vocationis genus; aliud secundum propositum, non vocantis Dei, sed vocati hominis, quo virtutem amplectitur; quicunque autem vocatione eiusmodi vocati sint, hos et justificatos esse: aliud esse vocationis genus, non secundum bonum propositum, quo vocantur etiam reprobi, ne meritis afficiendi pœnis hoc utantur obtentu, idcirco sese fuisse a virtute alienos, quia defuerit sibi vocatio. Si quis autem propositum illud, secundum quod vocari nos a Deo dixit Apostolus, ad Deum referri velit, futurum illud quoque posterius recto humanæ voluntatis proposito, ac religiosa mente, et salutis desiderio. Demum id subnectit: « Hoc ergo pacto neque in præscientia Dei, vel salutis, vel perditionis nostræ causa consistit, neque justificatio ex sola voluntate pendebit, neque glorificari de nostra penitus potestate sublatum

<sup>1</sup> Rom. ix, 21. <sup>2</sup> Rom. viii, 50. <sup>3</sup> II Tim. ii, 19.

(44) Id duobus præcipue locis asserit, etc. Vide etiam librum *De oratione* num. 6, pag. 207-209, et homil. 14 in Num., num. 2, pag. 323.

est; » et paulo inferius: « Ut autem scias quia non in præscientia Dei unicuique salutis causa ponitur, sed in proposito et actibus suis, vide Paulum<sup>4</sup> verente ne forte cum aliis prædicaverit, ipse reprobis efficiatur, macerare corpus suum, et subjecere servituti. »

**XXVI.** Dolet Ippensi episcopo dixisse Origenem, prædestinationem pendere ex prævisis meritis: vocationem fieri secundum propositum hominis, noui Dei: vocationem secundum propositum Dei, ex hominis hominum desideriis aptam esse et connexam: causam eamdem esse salutis et damnationis, nempe religiose mentis desideria. Quæ omnia in idem ferre recidunt. Offendit quoque ipsum perperam expostus Apostoli locus<sup>5</sup>: « Posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit, » quasi voluntas illa ad membrum, non ad Deum pertineat. Locus habetur lib. ix *Comment. in Epist. ad Rom.*, num. 5, pag. 648: « Voluit autem, inquit, Deus secundum rationem vel mensuram fidei quæ est in nobis, vel voluit ad id quod expedit. Nisi forte ita aliquis et hoc velit intelligere: *Deus posuit in corpore unumquodque membrum, prout voluit, ut voluit,* ad membrum magis referatur, hoc est, *prout voluit,* prout elegit, prout operam dedit, ne videatur de homine arbitrii potestas auferri. »

Prædestinationem prævisis meritis postposuisse Origenem minime mirum est, cum quæstionem illam leviter tantum et perfunctorie delibarin. vetusti Patres Pelagianis temporibus antiquiores, ut discimus ex epistolis Prosperi et Hilarii Arelatensis ad Augustinum, præligi solitis ipsius libris *De prædestinatione sanctorum et dono perseverantia*, et ex prioris illius Augustini libri capite 14, et posterioris capite 20. In ea quippe fuisse sententia Irenæum, et Chrysostomum; sed et post Pelagianam ætatem, Theodoretum, Theophylactum, OEcumenium, aliosque complices tralatitium est. Cum et eamdem hodieque a viris catholicis propugnatam videamus; et hanc, alteramve illi oppositam persequi sumorum auctoritate pontificum licet. Nec adeo tamen sententia huic patrocinatus est Adamantius, ut non contrariam etiam aliquando sectari visus sit. Nam lib. vii in *Epist. ad Rom.*, num. 15, hæc scribit:

« Sed hæc omnia eo spectant, ut illud probet Apostolus, quod si vel Isaac, vel Jacob pro his meritis electi fuissent a Deo quæ in carne positi acquisierant, et per opera carnis justificari meruissent, posset utique meriti eorum gratia ad posteritatem carnis quoque et sanguinis pertinere. Nunc vero cum electio eorum, non ex operibus facta sit, sed ex proposito Dei, et ex vocantis arbitrio, prouisionum gratia noui in filiis carnis impletur, sed in filiis Dei: hoc est qui similiter ut ipsi ex proposito Dei eliguntur, et adoptantur in filios. » Verum, ut saepe dixi, parum huic libro adjungendum est fidei, quem Rufianis opinationibus aspersum et inquinatum

A scimus. Vocationem quoque illam secundum propositum hominis, quam revera Pelagianis tribuit Augustinus lib. ii *Contra duas epist. Pelagianorum*, non ita fuerit Origenes, ut non etiam vocationem secundum propositum Dei hic intelligi posse fateatur; nam proponit utramque et sententiæ sua: accommodat. Quamvis autem unam illam priorem defenderet, astipulatorem haberet Chrysostomum, sic in Rom. xviii, 28, disserentem: Πρόθεστον δὲ ἐντεῦθεν φησιν, ἵνα μή τὸ πᾶν τῇ κλήσει δῷ, ἀπει σύντικος ἔμπλον καὶ Ἐλλῆνες ἀντιλέγειν, καὶ Ιουδαῖοι. Εἰ γάρ δὲ κλήσις ἡρκει μάνον, τίνος ἔνεκεν οὐ πάντες ἐποθανατοῦν; Διὰ τοῦτο, φησιν, οὐχ δὲ κλήσις μάνον, ἀλλὰ καὶ τὴ πρόθεσις τῶν καλουμένων τὴν σωτηρίαν εἰργάσαστο. Οὐ γάρ ἡναγκασμένη γέγονεν δὲ κλήσις, οὐδὲ βεβαιωμένη πάντες γοῦν ἐκλήθησαν, ἀλλ' οὐ πάντες ὑπῆκουσαν. « Propositum autem hic dicit, ne totum vocationi tribuat: sic enim contradicturi erant ei Græci et Judæi. Nam si sufficeret sola vocatio, qua de causa non omnes salvi facti sunt? Propterea, inquit, non sola vocatio, sed et propositum eorum qui vocantur, salutem operatum est: nec enim coacta facta est vocatio, neque violenta. Omnes ergo vocati sunt, sed non omnes obedierunt. » Asseverantem quoque haberet Theodoretum, et perpetuos Chrysostomi asseclas Theophylactum, et OEcumenium, et alios nonnullos. Vocatio autem secundum propositum Dei, quod propositum ex perspectis animæ pliis desideriis pendeat, quatenus cum reliquo Adamantii dogmatis cohæret, merito a Jansenio exploditur; nam pia desideria ab hominum seculi nuntiante derivat; quibus perspectis desideriis ponunt Deus ipsos vocare, tumque primum gratiam ad id opportunam largiatur. Hinc affine quidam carpit in Origene Jansenius tom. I, lib. viii, cap. 4, quod scilicet dixerit salutaris doctrinæ præcepta Christum hominibus tradidisse, prout affectos eos esse novit, fidemque sibi adhibituros præsensit. Evidem non dubito, ut supra dixi, opinatum fuisse Origenem, ex hac prænitione motum fuisse Christum ad primam illis gratiam impertiendam: proptereaque nullam Semipelagiano huic errori defensionem obtendimus. Si ita sensisset Origenes, doctrina sua illos imbuisse Christum, quos ipsi per gratiæ suæ mere gratuitæ auxilium assensuros prænoverat, vel futurum et prævisum consensum occasionem Christo impertiendæ suæ doctrinæ et gratiæ præbuisse, non ut præberetur promeritum fuisse; hoc est gratiam suam et doctrinam non ex futuris eorum meritis, sed hac consensu oblata occasione Christum fuisse largitum, magnis utique patronis sese tueretur; puta Augustino, qui, ut habet Jansenius supra laudato loco, in epistola 49, ad Deogratias, quest. 2, docet: « tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat, et ubi sciebat esse qui in eam fuerant credituri; » et aliquanto post:

<sup>4</sup> 1 Cor. ix, 27. <sup>5</sup> 1 Cor. xii, 18.

« Quid ergo mirum si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus prioribus saeculis noverat, ut eis apparere, vel praedicari merito nollet, quos nec verbis, nec miraculis suis credituros esse præsciebat? » et Chrysostomo, qui serm. 4 in Epist. ad Cor. 25 sic habet: 'Ο γάρ Θεός οὐκ ἀθρόως πάντα ποιεῖ, ἀλλὰ κέχρηται συγκαταβάσαι διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν. Καὶ τοῦτο αἴτιον τοῦ νῦν παραγενέσθαι τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ μὴ πάλιν. « Deus enim non repente facit omnia, sed propter summam suam humanitatem sese rebus accommodat. Et hæc causa est, cur nunc advenerit Servator, non olim; » quod fusiū disserit in fine homiliæ ejusdem; et Sedulio, qui in Roman. viii, 28, propositum illud Dei ibi intelligendum esse dicit, « secundum quod proposuit salvare sola fide, quos præselerat credituros. » Ferri etiam posset, quod addit Origenes, non ex sola Dei voluntate justificationem nostram pendere, neque salutem de nostra penitus esse potestate sublatam; nam gratia justificationis libere consentit homo, a qua dissentire potest; et salutem æternam dissentiendo potest amittere, juxta Tridentina placita (45). Verum communodam omnem interpretationem excludunt quæ apponit Origenes, « non in præscientia Dei unicuique salutis causam ponit, sed in proposito et actibus suis; » excludunt et reliqua Adamantii præscripta, unde hæc profiscuntur. Jure quoque Paulini loci, qui exstat I Cor. xii, 18, proposita ab Origenè, non asserta tamen ab eo, neque omnino probata explicatio, utpote absurdæ et violenta refellitur.

## QUÆSTIO VIII.

## DE ASTRIS.

*Urum astra animata esse, Deum cognoscere et precari, peccare posse, judicatum iri, ac salutem sperare et posse consequi* Origenes affirmaverit. II. *A multis hic arguitur.* III. *Nec defensione tamen caret.* IV. *Viam ipsi ad id credendum straverunt antiqui.* V. *Urum sideribus futurorum significacionem a Deo impressam putaverit.* VI. *An tres priores creationis dies sine sole, luna et stellis non fuisse decreverit.*

I. Quid Origenes de astris senserit exploraturis, animane ea et corpore constare sit arbitratus, an corpora esse inanima, rursum iteranda sunt quæ tem sepe supra disseruimus: mentes ante corpora conditas opinatum Adamantium, ac pro meritis in varia, variaque corpora detrusas; quasdam autem ex illis quæ non pessime sese gessissent, animandis solis et luna; aliorumque siderum corporibus, mundoque illustrando ac exornando, nobili scilicet muneri fuisse præfectas. Id supra jam delibatum nunc eo etiam amplius probandum est. Sic habetur quidem tomo i Origenis in Joan., num. 47, καὶ γάρ ἡ ψυχὴ τοῦ ἥλιου ἐν σώματι. Hoc est, « anima solis, » non Eliæ, ut inepte vertit interpres. Libro vero u. *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 9, num. 7, postquam animas juxta virtutes ac merita diversis sanxit adnecti cor-

\* Rom. viii, 20. \* ibid. 22.

(ib) Trident. conc. sess. vi, cap. 5, et can. 4.

A poribus, ex eaque diversitate mundi consonantiam efflorescere, addit quasdam ex his quæ et melioribus meritis sunt, ad exornandum mundi statum compati reliquis, et officium præbere inferioribus, quo per hoc participes existant patientiae Creatoris: secundum quod Apostolus ipse dicit<sup>6</sup>: Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjicerit in spem. » Quod de astris sine dubio intelligendum est.

Nec animam duntur a sideribus additam esse, sed ea etiam ratione pollere, Deum cognoscere, laudare ac precari ratus est. Nam tom. xii in Matth., num. 20, hæc leguntur: « Λατόπον γάρ λέγειν τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς σύστημα. Ὅστ' εἰπεῖν ἀν δὲ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ὁ χορὸς τῶν ἀστέρων, καὶ οἱ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τούτῳ ἄγγελοι οὐκ ἔγνωσαν τὸ ἀληθινὸν φῶς, καὶ ἀγνοοῦντες αὐτὸν ἐπήρησαν τὴν ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς & πὸ Θεοῦ τάξιν. At libro v contra Cels., num. 10, pag. 585, astra appellat ζῶα λογικά καὶ σπουδαῖα, καὶ φωτισθέντα τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ὑπὸ τῆς σοφίας, ήτις ἐστιν ἀπαύγασμα φωτὸς ἀΐδου. Eadem preces offerre Deo per unigenitum ejus Filium, ipsumque laudare probat num. 15, ex Davidis psalm. cxlviii, 5, 4: « Laudate eum, omnes stellæ et lumen: laudate eum, cœli cœlorum. » Quo et illud refert ex Epist. ad Rom. viii, 19-21: « Exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjicit eam in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei; » et lib. viii operis ejusdem num. 66: « Εὐφημούμεν αὖτις ἥλιος, inquit, ὃς καλλὺ Θεοῦ δημιουργημα καὶ τοὺς νόμους φυλάσσον Θεοῦ, καὶ ἀκούον τοῦ Αἰνείτα τὸν Κύριον, ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ ὅση δύναμις, ὑμεῖς τὸν Πατέρα, καὶ τὸν δημιουργὸν τοῦ παντός. » et paulo post, num. 67: « Υμνοῦμέν γε θεὸν, καὶ τὸν Μονογενῆ αὐτοῦ, ὃς καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστρα, καὶ πᾶσα ἡ οὐρανία στρατιά. ὑμνοῦσι γάρ πάντες οὗτοι, Θεος δύντες χορὸς μετὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις δικαίων τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν, καὶ τὸν Μονογενῆ αὐτοῦ.

Eadem peccatis esse obnoxia; nec astra modo, sed elementa etiam, ac proinde judicium Dei olim subitura fore, sententia ipsius est, his consignata verbis homil. 4 in Ezech., num. 1: « Futurum est ut in die judicii non solum homo, sed etiam universa conditio judicetur. Omnis quippe creatura congregescit et condolet<sup>7</sup>. Si omnis creatura congregescit et condolet, est autem creaturarum pars terra et cœlum, et cetera quæque quæ sub cœlo sunt, et quæ super cœlos, et liberabitur omnis creatura a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei, quis scit et de terra, an secundum naturam suam in aliquo peccato teneatur obnoxia? Si enim animal est, si rationabilis est, si indiget auditione sermonis prophetici dicentis: Attende cœlum et loquar, et au-

*dial terra verba oris mei*<sup>8</sup>; et : *Audi, cælum, et aribus percipe, terra*<sup>9</sup> ... quare non terræ et aeris iudicium sit futurum? » Id deinde probat variis Scripturæ testimoniis; tum addit : « Capax est, inquam, (terra) ut animal juxta partium qualitates, et bonorum actuum, et malorum, in quibus aut laudem mereatur aut pœnam. » Super eo præterea quod habetur Matth. xxiv, 35, *Cælum et terra transibunt.* « Cur cælum, inquit, prætergreditur, cum terra pertransit, nisi quia transitus sui quædam digna fecerunt? » Atque hæc commentatur in illud Ezech. xix, 13 : « Terra non peccaverit mili, ut prævaricator prævaricans, extendam manum meam super eam, et conteram virgam panis ejus. » Frustra vero dicta hæc ab Origene per prosopopœiam existimat Sixtus Senensis *Biblioth.* lib. v, adnot. 242, ut ex doctrina ipsius connexione manifestum est. Melius Origeni consuluit Genebrardus, respondens fuisse inæc inquirendo et disserrando pronuntiata. Quin et spe futuri astræ duci asserit lib. vii *contr. Cels.*, num. 65; nam postquam eundem Pauli locum ex Epistola ad Rom. ad sidera retulit, subiungit μὴ δὲν τὰ ἐπὶ τῇ δουλειᾳ τῆς φθορᾶς, καὶ ἐπὶ τῇ ματαιότητι ὑποτεταγμένα, καὶ ἐπ' ἔπιδι κρείττον ταῦτα πράττοντα, ἐν χώρᾳ τιμῆς Θεοῦ. Spes autem hæc est liberatæ et futuræ sejunctionis a corporibus quibus conjuncta sunt, et salutis.

At omne id argumentum exhaustum lib. i *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 7, unde loca aliqua selegit Justinianus, et fidei comparanda gratia in fine epistolæ sue que est ad Menam, retulit. Primum quidem num. 2 stellas a peccati contage immunes non esse ostendit ex Jobi xxv, 5: « Stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. » Quod ut melius astruat, eas esse probat animalia; quod mandata a Deo dicantur accipere; mandare antem ipsis Deum, ut statim moveantur temporibus; motus vero illos neque absolvit posse sine anima; neque sine motu esse posse quæ anima prædicta sint: nec anima solum, sed et ratione pollere; ac proinde incrementa capere sine dubio virtutis, vel decrementa: ad hæc animas antiquiores recentioribus siderum corporibus extrinsecus inseri probat primum ratione hac, quod cum humanae animæ, quæ dum hominum animæ sunt, inferiores sunt siderum animis, corporibus hominum sint antiquiores, verisimile sit antiquiores esse quoque siderum animas siderum corporibus: probat id ipsum deinde supra adducto Pauli loco e Roman. viii, 19-22; vanitatem quippe appellari corpus illud æthereum, quod invita subit anima sideris, sperans futurum ut expleto hoc ministerio liberetur « a servitute corruptionis et vanitatis, cum redemptio gloriae filiorum Dei tempus adveniret; » cuius voti adceptionem dum exspectat, gemere, et « ut ipse affectum habentem erga eos quibus ministrat, condolere: » denum autem servitute liberatum iri, « et cum tradiderit Christus regnum

A Deo et Patri, tunc etiam ista animantia cum prius regnum Christi fuerint effecta, simul cum omni regno etiam Patri regenda traditum iri; ut cum Deus erit omnia in omnibus, etiam ista cum sint ex omnibus, sit et in istis Deus sicut in omnibus. »

Il. Opportuna fuit illa Origenis adversariis ad ipsum insimulandum occasio. Theophilus Alexandrinus *Pasch. epist.* 1 et 2 inter damnosa ejus effata ponit illud. Ponit et Hieronymus in *epist. 59*, ad Avitum, cap. 4-5, et in *epist. 61*, ad Pammach., cap. 5, atque id esse ait dogma gentilium, et ex parte Platonicum. Orosius in *Commonitorio ad Augustinum* opinationem hanc Origenistis quibusdam suæ ætatis ascribit; eamque valide convellit Augustinus in libello *contra Priscillianistas et Origenistas*, cap. 8-11, duoque dogmatis hujus fundamenta labefactat, perversas nimirum interpolationes Paulinae hujus sententiae<sup>10</sup>: « Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe; » et istius quæ exstat Jobi xv, 15, « Cœli non sunt mundi in conspectu ejus; » cui adsonat illa cap. xxv, vers. 5, « Stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. » Quanquam sine errore diei posse concedit ne angelos quidem ratione divine justitiae justos esse; ac proinde si detur sideribus inesse angelos; perspicuum fore ait cur dixerit Jobus stellas non esse mundas in conspectu Dei. At utrum rationis compotes spiritus his insint lucidis corporibus nescie se fateur, et caute indagandam monet. Utut est, ex Augustini auctoritate multis opinionem istam Origenis impugnat Remigius Remensis in *Rom. viii, 20*. Consurgit et adversus illam: Justinianus in epistola ad Menam, et Basilij auctoritatem adsciscit, qui homil. 5 in *Hexaem.* Origenem carpit, quod aquas quæ supra et infra firmamentum sunt, angelos tropice significare docuerit; nec idcirco sensu præditum animal firmamentum esse tradit, quod gloriam Dei enarret, alioquin animalia futura rorem, et pruinam, et abyssum, quod iis laudem Dei prophetæ commendet. Sexto demum ex anathematismis huic Justiniani epistolæ subnexis eadem hæc Origenis sententia de sideribus animaliis confuditur. In quo sane miror ecquid de sideribus peccato obnoxii, de eorum spe et futura salute ne verbum quidem in anathematismis imperator ille fecerit, cum ejus tamen verba ipsa e lib. i *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 7, petita repreäsentet, quibus verbis et anima sideribus tribuitur, et sol inducitur dicens præstare dissolvi et esse cum Christo<sup>11</sup>, sed necessarium magis esse manere in corpore, propter revelationem filiorum Dei, et eadem acriter reprehendat in epistola ad quintum concilium, quem refert Cedrenus; unum id culpandum ac damnandum suscepit, quod suis tamen non caret patrōnis ac defensoribus. Rusinus quoque Palæstinus in libello *De fide*, doctrinam banc Adamantii gravibus argu-

<sup>8</sup> Deut. xxvii, 4. <sup>9</sup> Isai. 1, 2. <sup>10</sup> Rom. viii, 20. <sup>11</sup> Philip. 1, 23.

mentis elidit, fundamentumque subruit in hoc Scripturæ loco constitutum, Job xxv, 5: « Astra autem non sunt munda in conspectu ejus. Neque enim, inquit, ex eo quod non sunt munda in conspectu Dei, ideo dicuntur animalia, alioquin etiam menstrua mulierum ab ipsis animalia nuncupentur; et leprosa domus, quoniam ne ista quidem munda sunt apud Deum, secundum legem Moysi. Multa enim eorum quæ sine anima sunt, ratione quadam ræpe legimus immunda. » Ait etiam Rufinus hæc Scripturæ loca in sententiæ suæ totelam Origenem convertere: « Sol cognovit occasum suum, » Psal. cxxi, 19; et illum: « Ego omnibus stellis uandavi, » Isaiae XLV, 12. Denique Nicephorus lib. xvii, cap. 28, errorem hunc de animatis sideribus in quinta synodo dominatum fuisse narrat.

III. At eum quamvis omni affirmatione asseverasse visus sit Origenes, hoc tamen pronuntiatio lectoris animum occupavit in proœmio libri prioris ejusdem Περὶ ἀρχῶν, num. 10: « De sole autem, et luna, et stellis, utrum animantia sint, an exanimia, manifeste non traditur; » quæ verba repetit Pamphilus in *Apologia*. Capite quoque tituli libri sequentis, num. 7, velut incertus et titubans ait: « Cum ergo, verbi gratia, ad cœlestia loca peruerterint sancti, tunc jam rationem astrorum per singula pervidebunt, et sive animantia sunt, sive quidquid illud est, comprehendent. » Et tomo primo in *Joannem*, num. 40, pag. 42, hyperbolice dictum suspicatur a Jobo, astra pura non esse coram Deo Καὶ γὰρ διπονὸν ὑπὲρ ἀνθρώπινὸν μὲν αὐτὸν φάσκειν ἀμαρτημάτων γεγεῦσθαι θανάτου, οὐκ ἔτι δὲ καὶ ὑπὲρ ἀλλού τινὸς παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐν ἀμαρτήσει γεγενημένου, οἷον ὑπὲρ διστρων· οὐδὲ τῶν διστρων πάντων καθαρῶν δυνάμεων ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐν τῷ Ἰωάννῃ ἀνέγνωμεν. « Αστρα δὲ οὐ καθαρὰ ἐνώπιον αὐτοῦ· εἰ μὴ ἄρα ὑπερβολικῶς τοῦτο εἴρηται. Homilia denuntiata in *Jeremiam* decima, num. 6, explanans illud Jerem. xii, 4. « Quousque ingebit terra, » terram corpus esse ait anima et sensu carrens, sed terræ nomine appellari angelum terræ aſſistentem, ac itidem aquæ, elementis, et rebus singulis. Quæ inter ecclesiasticos doctores tritissima est opinio, animata esse sidera per formam aſſistentem et cohaerentem, non intromissam et informantem. Atque ex his satis patet Origenis hæſitatio.

Ad hæc Pamphilus in responsione ad octavam criminacionem, unicuique Christianorum fas esse dicit astra animata vel non animata ceuſere; nec cuiquam opinionis alterutrius causa heresos inuendam esse notam, « prop er hoc quod non ita aperte de his traditum est in apostolica prædicacione. » Quod ipsum præ se tulit Adamantius in proœmio librorum Περὶ ἀρχῶν, num. 10, ut supra ostendimus. Penitus vero origenizat Ambrosius, sic disserens in epist. 38, ad Horontianum: « Stelle nebulis obductæ vanescunt, quæ sustinent ministerii hujus mundani usus, non sponte utique, sed

A in spe; quia sperant etiam hujus laboris gratiam ab eo qui subjectit eas. Idenque propter eum sustinent, id est propter ejus voluntatem. Nec mirum si patienter sustinent, cum sciant Dominum suum et Creatorem omnium, sive quæ in cœlo, sive quæ in terra sunt, suscepisse nostri corporis fragilitatem. » Deinde: « Illius ergo imitantes bonitatem cœlestes creature, licet ingemiscant, quod mundi hujus vanitati subjecta sint, consolantur se tamen quod liberabuntur a servitute corruptionis in libertatem gloriae. » Augustinus quoque lib. ii *De Genes. ad litter.*, et in *Enchirid. ad Laurent.*, cap. 58, de eo, utpote re obscura et incerta, definire se noile quidquam declarat. Hinc ipse Origenis reprehensor Hieronymus in *Eccles.* i, 6, dubitat annon sideribus animam Salomon adesse putaverit; et in *Ephes.* i, 22, ne sidera quidem ipsa munda esse coram Deo, eaque Servatoris adventum formidare scribit. Unde in epistola 61, ad Pammach., cap. 5, de hoc agens dogmate: « Non est, inquit, istius temporis contra dogma gentilium, et ex parte Platonicum scribere, ante annos ferme decem in commentariis Ecclesiastis, et explanatione Epistolæ ad Ephesios arbitror sensum animi mei prudentibus explicatum. » Quæ cum ipsi fuissent a Rofino objecta *Invectiv.* i crimen diluit *Apolog.* lib. i, cap. 4. Quin etiam Pseudo-Clemens in *Recognitionibus*, lib. v, et R. Moses ben Maimon, animas astris affingunt. Denique S. Thomas lib. ii *contr. Gent.*, cap. 70, ad fideli doctrinam pertinere negat, astra animata dicantur, an inanima; unde estimare licet quo numero Justiniani anathematismos habuerit, qui affirmantem sententiam confodiunt.

IV. Viam Origeni ad id dogma præmonstravit Plato, qui in *Timæo* cœli animam rationis esse compotem ait, eaque nihil a Deo præstantius fuisse procreatum; et in *Epinomide* θεῖον prædicat γένος διστρων, σώματος μὲν τυχὸν καλλίστου, ψυχῆς δὲ εὐδαιμονεστάτης τε καὶ ἀριστῆς. Præmonstravit et Thales, Ionica sectæ princeps, qui rebus universis animam tribuebat. Præmonstravit et Pythagoras qui astra deos esse censebat. Præmonstraverunt et stoici, et ipso, si Plutarcho, Alexandro Aphrodiseo, et aliis credimus, Aristoteles. Platonis sententiam ac ipsa propemodum verba pro more suo retulit Philo; nam in libro Περὶ τοῦ θεοπλεύτου εἰραὶ τοὺς ἀρέτος, et alibi astra non animalia modo, sed mentes etiam purissimas esse asserit. In libro tamen *De mundi opificio*, et altero *De gigantibus*, ea esse vult διὸλου σπουδαῖα (quam vocem usurpavit Origenes) καὶ παντὸς ἀντίδεκτα κακοῦ, καὶ ἀκήρατα, quod Origeni non placuit. Huic quoque ad eam capessendam opinionem præavit Clemens Alexandrinus in *Eclogis* ἐκ τῶν προφητῶν. Perseveravit autem ad nostram sententiam illud de animatis sideribus placitum, defensoresque habuit viros quantivis pretii Tychoneum et Keplерum.

V. Augustinus lib. v *De civit. Dei*, cap. 1, corum

confutans dogma qui « sine Dei voluntate decernere opinantur sidera quid agamus, vel quid bonorum habeamus, malorumve patiamur; » hæc sub-jungit: « Quod si dicuntur stellæ significare potius ista, quam facere, ut quasi locutio quædam sit illa positio prædictens futura, no. agens (non enim mediocriter doctorum hominum [Origenem nota]) fuit ista sententia), non quidem ita solent loqui mathematici, ut verbi gratia dicant, Mars ita positus homicidii significat; sed homicidam facit. » His, inquam, Origenem designasse creditus est: nam in eo fragmento quod e *Commentariorum ipsius in Genesim* tomo III excerptum Eusebius *Præparationis evangelicae* libro sexto inseruit, astris futurorum inesse significationem affirmat, num. 5, 9 et seq., non etiam causam, quod faciunt Genethliaci; motum ergo illi a Deo et ordinem inditum, ut inde futurorum cognitionem angeli hauriant; cuius quidem cognitionis adeptiōnem, cum vires superaret humanas, ab angelis apostatis in homines aliqua ex parte fuisse transmissam; nullam autem libero arbitrio vim vel necessitatem hinc inferri. Præter Augustinum hæc vehementer castigant Rufinus Palestinus in libello *De fide*, et Procopius Gazaeus in *Gen.* 1, 14, qui ab Origene, quem in aliis ad verbum fere sequitur, hæc in parte discessit.

Sane si futura multa non ab astris prænuntiari dūntaxat, sed et effici dixisset Origenes, et siderum viribus corpora hæc terrena variis affici modis, et ad hæc illave commoveri et inclinari, in eadem esset causa ac Apostolicati omnes, et hodierni astrologiæ patroni, quorum sententia, integra modo servetur humani libertas arbitrii, hæresecos nota immunitis est. At cum significationem solum futurorum, itidem ut Synesius lib. *De insomnis*, non causam astris ascriperit, illæsa arbitrii libertate, eo minus etiam decretis Ecclesiæ adversatur illius opinio; quam manasse e Platonicorum scholis satis apparet ex Plotini *Enn.* II, lib. 1, cap. 4 et 7, et *Enn.* III, lib. 1, cap. 6, quem secutus est Macrobius lib. I in *Somn. Scip.*, cap. 4.

Cum in eo autem, quod diximus, fragmento, et alibi quoque, causam futurorum sideribus neutiquam inesse magno conatu Origenes probaverit, miror id ei dogma afflictum: ετι ποιητικὴ τῶν πραττομένων ἡ ἀστρονομία, « astronomiam eorum quæ sunt causam esse, » quod inter alia eidem exprobriari solita decimo loco recenset anonymous auctor *Apologiae pro Origene*, apud Photium cod. cxvii.

VI. Præter superiora, illud quoque reprehendendi causa e lib. IV *Perī ἀρχῶν*, num. 16, recitat Justinianus ad calcem epist. ad Menam: Τις νοῦν ἔχων ὅπλοςται πρότην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην ἡμέραν, ἐσπέραν τε καὶ πρωῒν χωρὶς ἥλιου γεγονέναι, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων; « Quis mentis compos statuat primum, et secundum, et tertium diem, et vesperam, ac matutinum tempus sine sole fuisse, et luna, et stellis? » Cui et illud potest adjungi, quod lib.

A VI contra Celatum legitur num. 50, 51, falli eos, qui vera dierum sex spatia Moysem in mundi narranda creatione significasse potant: quosque se in suis ad *Genesim Commentariis* refellisse ait. In quo Philonem secutus est, cuius hæc verba sunt lib. I *Allegor.*, Εὕθες πάνυ τὸ οἰεῖθαι τὸ ἡμέρας, τὸ καθόλου χρόνῳ χρόνον γεγονέναι. Nempe hæc tropice intelligenda explicandaque censebat Origenes, ut alia pleraque, in quibus allegorico sensui nimum tribuens, nativum et litteralem subvertebat. Qui quoniam error suum sibi postulat examen, verbum non addam.

#### QUÆSTIO IX.

##### DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

I. Status quæstionis proponitur. II. Doctrina Origene de resurrectione enucleatur. III. Utrum resurrectionem absolute sustulerit. IV. Hoc criminis purgatur. V. Utrum corporis resurrectionem ad miserit, carnis inficiatus sit. VI. In eo etiam habitat, et multorum præter assensu gaudet. VII. Utrum et quomodo corpora in resurrectione mutatum iri existimaverit. VIII. Hic quoque Patrum aliquot consensione se tuetur. IX. An corpora in resurrectione sphærica futura autumarerit. X. Utrum impios affirmaverit neutiquam in vitam redituros. XI. Unde suam de resurrectione doctrinam hauserit, aperitur. XII. Nonnulla ad ejus excusationem præter superiora colliguntur. XIII. Quo sensu dixerit peccatorum causam ad corpus referri.

I. « Transeamus hinc ad famosissimam de resurrectione carnis et corporis quæstionem. » Licit enim ut verbis Hieronymi epist. 61, ad *Painmach.*, cap. 7, hoc argumentum adversus Origenem persequuntis. Cohæret autem illa quoque cum superibus, nam statu animalium ante hanc vitam exquisito, ipsarum quoque futura post hanc vitam sors exploranda est: nimur solasne ac solitarias, an conjunctas corporibus quibus convixerunt postremum subituras iudicium, iisdemque deinceps adhæsus autumaverit. Ac magnum profecto habereimus ad quæstionis illius tractationem compendium, si hujus argumenti et tituli libris ab eo conscriptis temporis diuturnitas pepercisset; et quæcunque in iis olim fuerint reprehensa, veterum monumenta pre se ferrent: de se quippe ipse narrat lib. II *Perī ἀρχῶν*, cap. 10, num. 1, publicatis suis *De resurrectione lucubrationibus*, « offensos quosdam in ecclesiastica fide, quasi velut stulte, et penitus insipiente de resurrectione crederet, præcipue hæreticos. » Multum quoque professent ad hujus argumenti illustrationem Hammonis Adriopolitanæ libri adversus Origenem super ea quæstione scripti, si vel supererent illi, vel tantumdem certe ex iis depromptum pervenisset ad nos, quantum e Methodii opere ejusdem instituti Epiphanius et Photius excerptum servarunt. Verum vetustate consumptis hisa commentationibus, hac ope destituti, partim ex Origenis dogmatum ἀλληλουχίᾳ, partim ex aliorum expostulationibus, partim ex ejus scriptis, cujusmodi ad nostram pervenerunt auctores, quid ipsi visum sit pro viribus æstimemus.

II. Quod si rem primum ex doctrinæ ipsius texture spectare velimus, meminisse oportet accusatum fuisse eum, quod animam solam hominem constituere, post Platonem, dixerit : et quod animas pro peccatis in varia corpora, sic tanquam in vincula conjectas tradiderit, ut supra observavimus. Ferunt præterea persuasum fuisse illi, Adamum propter noxam mortali fuisse corpore induitum, quo prius carebat, cum immortalis a Deo fuisse procreatus ; pelliceasque tunicas, quas ei Deus post prævaricationem circumposuisse dicitur, nihil fuisse aliud quam corpora mortalia ; ossa vero et carnes quas ante peccatum habuisse Adamum Scriptura commemorat, carnes esse intelligibiles, et ossa intelligibilia. Cum igitur mortale corpus adventitium quid ac extraneum esse arbitratus sit, sequitur inde necessario, expurgatis peccatis, exsolutisque suppliciis, liberam tandem aliquando animam, corporaliumque compedium pondere exoneratam resurgere. Nam si poena est gestare corpus, gestare certe corpus desinet anima, cum poena cessabit. Corpus illud intelligo, quod in sceleris lucelam subiit ipsa, grave illud nempe, terrenum et carneum ; non illud autem quicunq; procreata primum et a Deo formata est. Huic consecutarium est, futurum ut anima humanorum illam configurationem membrorum a se abjectiat, utpote quæ carni corporis propria sit ; meliorem autem et perfectiorem formam suscipiat, ut quæ in melius mutata, et perfectiori statui redditâ sit ; formarum autem omnium cum perfectissima sit sphærica, saturum quoque ut in globum animæ perfectiores a mortuis suscitatae rotundentur. Ex ea præterea assertione, quæ animis pro criminum modo corpora plus minusve crassa imponi sciscit, efficitur illud, diversum fore resurgendi modum ; splendiusque ac subtilius inituras corpus animas, quæ in virtutibus sese, dum in terris agunt, diligenter exercent ; quæ contra prorumpunt in vita, densioribus ac rudioribus corporibus adjunctum iri. Nunc utrum doctrinæ suæ ordinem ac consecutionem Origenes tenuerit, ex aliorum criminationibus, ipsiusque scriptis, expendamus.

III. Accusatum eum refert Pamphilus, quod resurrectionem mortuorum absolute sustulerit, atque D hanc criminationem septimo loco positam confusat. Epiphanius hær. LXIV, cap. 41, conatum ait eum in *Commentario in psalmum I*, 'Ex τῶν κατὰ φύσιν ἡμῖν συμβαίνοντων ἀνατρέψαι τῆς αὐτῆς ἀναστάσεως ἡμῶν ἐν ἀληθείᾳ ἔλπιδος τὴν ὅμολογίαν. Ex iis ipsis, quæ naturaliter nobis eveniunt, id assaqui ut resurrectionis nostræ cum spe certa conjunctam professionem funditus tolleret. Idem cap. 63 subdole eum ait et vafre resurrectionis nomen admittere, rem ipsam insiciari : quippe corpus neutquam resurgere, sed solam animam decernat ; animam autem non resurgere, quæ non cadit, nec extinguitur ; corpus quoque juxta ipsius sancita non resurgere ; nihil igitur resurgere,

A nec ullam proinde mortuorum esse resurrectionem. Itaque Augustinus ad *Quodvultdenum hær. XLVI*, resurrectionem ab Origenis sectatoribus negatam scribit. Hieronymus in epist. 59, ad Avit., cap. 4, dixisse Origenem tradit « corporales substantias penitus dilapsuras ; aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora, quod nunc est æther, et cœlum, et si quod aliud corpus sincerius et purius intelligi potest ; » tum addit : « Quod cum ita sit, quid de resurrectione sentiat perspicuum est. » Deinde verba Origenis in eamdem conspirantia sententiam sequentibus capitibus producit. Similia carpit in Joanne Jerosolymitano, epist. 61, ad Pamphilach. Quo et illud pertinet quod scripsit lib. XII in *Ezech. XL* : « Non quod juxta sævisimam hæresim corpora aholenda credamus. » Theophilus Alexandrinus *Epist. Pasch. 2* : « Inter cætera etiam resurrectionem a mortuis, quæ spes salutis nostræ est, ita corruptit et violat (Origenes) ut audeat dicere corpora nostra rursum corruptioni et morti subjacentia suscitat ; » et postea : « Dicit corpora quæ resurgent post multa sæcula, in nihilum dissolvenda, nec futura aliquid, nisi eum de cœlorum mansionibus animæ ad inferiora dilapsæ indignerint nobis, quæ aliæ rursum siant, prioribus omnino deletis ; » tum infra : « Quod si, ut falso putat Origenes, non solum corruptibile, sed et mortale corpus est suscitandum, ergo unum atque idem corruptio et incorruptio. » Alter ejus locus adversus hanc hæresim ex quadam epistola ad sanctos qui erant in Sceti, depromit a Justiniano in epistola ad Menam : necnon et locus ex epistola Cyrilli ad monachos qui erant in Phua, quo significatur anathemati subjectum fuisse Origenem, quod mortuorum resurrectionem negaverit. Huic epistole ad Menam geminum subjungitur ex Origene testimoniūm hoc errore aspersum ; aliud ex lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, quo corpora ab omnibus depositum, et in nihilum redactum iri statuitur, cum Deo omnia subjicientur ; rursumque futura corpora, si rationales a superioribus descendant : aliud ex libro quarto, quo idem significatur. Queritur præterea Justinianus apud quintam synodum, in epistola quam descripsit Cedrenus, affirmare Origenistas, "Οτι παντελής ἔστι τῶν σωμάτων ἀναίρεσις, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου πρώτου ἀποτιθεμένου τὸ ίδιον σῶμα, καὶ τῶν λοιπῶν ἀπάντων, καὶ ὅτι ἀνακομιζούται πάλιν ἀπαντες εἰς τὴν αὐτὴν ἐνάδα, καὶ γίνονται νόσοι, καθά καὶ ἐν τῇ προϋπάρχει ἐτύγχανον. » Corpora penitus interire, ipso Domino primum deponente proprium corpus, et reliquis omnibus ; et omnes rursus ad eamdem unitatem redire, et mentes fieri, cujusmodi antea erant. » Itaque propter sublatam corporum resurrectionem damnatum fuisse a synodo quinta Origenem testatur Photius in libello *De synodis*, et auctor incertus libelli *De synodis*, qui in Justini *Bibliotheca juris canonici* insertus est, et canon p. 1100 quinisextæ, et Cedrenus. Placi ascribunt Sophronius in

epistola ad Sergium, et anonymous apud Photinum cod. cxvi., et Joannes Damascenus in libro *De heresibus*, et Constantinus Harmenopolus in libro *De seculis*, et ante eum Glycas *Annalium* part. iii, quamvis parte iv corpora quidem resurrectura, sed non eadem censisse ipsum asseveret. Denique Cyriacus apud Simeonem *Metaphrastem* dixisse ait Origenistas Novae Lauræ in Palæstina, « corpora nostra quæ habuerimus ex resurrectione, esse penitus ventura ad interitum, et Christi primi. »

IV. Ab his criminibus purgat Adamantium quod supra demonstravimus, creatum nihil, ex decreto Origenis, corpore carere, unde sequitur vel injuria huic facere, qui sensisse eum ferunt penitus interitura corpora, et in nihilum dissolvenda, vel ipsum certe, juxta morem Scripturæ, interitum appellasse instaurationem et in melius mutationem; sic enim Methodius hær. lxiv, cap. 32, « Εός ταῖς Γραφαῖς λέξομεν τὴν εἰς τὸ κράττον καὶ ἐνδοξότερον ἀποκατάστασιν ταύτην τοῦ κόσμου μεταβολὴν ἀπόλειαν λέγειν, οἷον τοῦ πρόσθεν σχῆματος ἀπολλυμένου κατὰ τὴν εἰς τὸ φαιδρότατον ἀπάντων ἐξαλλαγήν. » Morem hunc esse dicemus Scripturæ, ut mundi instaurationem, atque in melius et præstantius mutationem, interitum appelle, utpote intereunte priore forma, dum in pulchriorem formam convertitur. » Purgat eum quoque Hieronymus in epist. ad Pammach., cap. 8, cum ipsum scribit

A medium tenuisse viam inter Catholicos veram carnis resurrectionem tuentes, et hereticos Marcionem, Apellem, Valentini et Manem, resurrectionem nonnisi in phantasmate futuram arbitrantes. « Sibi autem utramque displicere sententiam (asserit Origenes) fugere se et nostrorum carnes (verba sunt Hieronymi) et hereticorum phantasmatata, quia utraque pars in contrarium nimis sit, aliis id volentibus se esse quod fuerint, aliis resurrectionem corporum omnino denegantibus. »

V. Ostendit etiam non penitus sublatam ab eo fuisse corporum resurrectionem, quod narrat Pamphilus in *Apologia*, « eum corpus quidem resurgere consideri, carnem vero negare. » Idem in eo culpi Methodius, in libro *De resurrectione*, quo hoc Origenis dogma convellit, et cuius Epitomen *Panarisi* suo inseruit Epiphanius hær. lxiv, quamque representavit Photius cod. cxxxiv, aitque Origenem super responsione Sadducæis a Domino data dixisse futurum ut angelis similes evadamus, ac proinde carne nudemur. Quin etiam Origenistas carpit, velot carnem inter et corpus aliquid interesse suspicantes (46); quasi corpus sit anime proprium, quod cerni non possit; caro autem sit exterrum illud, quod oculis usurpatur. Adversus eumdem errorem auctoritate Methodii pugnat Anastasius Sinaita *Contemplat. Anagog.* lib. xi. Nec alio videtur spectare Epiphanius adversus Origenem

(46) *Quin etiam Origenistas carpit, velut carnem hinc et corpus aliquid interesse suspicantes, etc.* Certe ubique Origenes per corpus intelligit carnem, sicut per carnem intelligit corpus. Sed quemadmodum aliquid interesse statuit inter corpus et corpus, carnem et carnem, habita varii ejus status ratione; sic aliquid interesse dicit inter carnem et corpus. Per carnem enim nihil aliud intelligit quam crassam illam ac terrenam corporis molem et compaginem corruptioni omnibusque infirmitatibus obnoxiam; per corpus vero ipsam eamdemque varuem, sed quæ, qualitatibus, non natura, mutationis, talis in resurrectione evasit, qualem oportet esse eam quæ in æthere eoque superioribus locis versari debet, neque jam corruptioni, nec infirmitati illi subiaceat. Quod manifestum fit tum ex lib. iii *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 5: « Denique caro nostra ab imperiis et infidelibus ita post mortem deperire existimatur, » etc., usque ad, « in gloria corporis proficiet spiritalis; » quæ verba non aliter ac nos intellexisse videatur Huetius, quippe que catholice reperiatur: tum ex ipsis verbis quæ infra refert idem clarissimus præsal et Catena Corderiana in *psalm. cxviii*, vers. 25, quæque catholica itidem reperiire debuisset, utpote præcedentibus in omnibus similia. Nūn μὲν ἐκολλήθη τῷ ἔδαφει ἡ ψυχὴ, καὶ γέγονε σάρξ· ubi σάρξ, caro, nihil aliud significat quam carnem infirmam et corruptibilem: « Εὐ δὲ τῇ ἀναστάσει κολλήθεσται ἡ σάρξ ψυχῇ, καὶ ἔσται ψυχὴ ἡ τις κολλήθεισα τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ καθολικῇ ἀναστάσει γίνεται ἐν Πνεύμα, καὶ γίνεται τὸ σώμα πνευματικόν, ubi τὸ σώμα πνευματικόν, » corpus spiritale, » idem sonat ac caro spiritalis, cuius nempe qualitatæ sunt qualitates. Nam si caro post resurrectionem adhaeret animæ et sit corpus spiritale, ergo resurgit caro et sit caro spiritalis, nihilque aliud interest corpus inter et carnem, quam quod interest carnem inter et carnem, corpus et corpus, habita varii ejus status

C ratione. His præmissis facile intelligetur quidam voluerit Origenes in iis contextibus infra alibi, et supra ab Hieronymo et Methodio alio. Quod enim ait, « fugere se nostrorum carnes nescesse esse ut in resurrectione carne nudemur; nec easdem carnes resurrecturas, » etc., id intelligit de carne corruptibili et infirmitatibus adhuc olomoxia, quam sic acceptam, videlicet in iisdem infirmitatibus, nullaque in melius facta mutatione resurrectarum esse negat; sed hanc ipsam, mutationis qualitatibus, in incorruptione, in virtute et in gloria resurrectarum esse pronouiat. Hec est constans Origenis opinio quam apertis verbis expavit lib. iii *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 5 et 6, et lib. iii *contra Celsum*, num. 42. Εἶπερ δυνατὸν ἀμείβειν ποιότατας τὴν ὑποκειμένην πάσας ποιότητιν ὅλην· πᾶς οὐ δυνατὸν καὶ τὴν σάρκα τοῦ Ἰησοῦ ἀμείψασαν ποιότητας γεγονέων τοιαύτην, ὅποιαν ἔχειν εἴλεται τὴν ἐν αἰώνιοι καὶ τοῖς ἀνωτάτῳ αὐτοῦ ποιτευομένην, οὐκέτι ἔχουσαν τὰ τῆς σαρκικῆς ἀσθενειῶν θεῖα; Si materia: qualitatibus omnibus subiecta mutari possint qualitates, cur fieri non posuit, ut caro Iesu, mutant qualitatibus, talis evaserit, qualem oportuit esse eam, que in æthere, eoque superioribus locis versaretur, nihilque haberet eorum que infirma carnis propria sunt? His aude que leguntur lib. i *De resurrect. et in psalm. xv.* Confer etiam quæ habentur lib. ii et iv *De resurrectione*; lib. i *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 10; lib. iv *contra Celsum*, num. 15; lib. v, num. 17-23; lib. vi, num. 29, in *psalm. i*, vers. 5, et lib. xxviii, in *Isaiam prophetam*, et ex singulorum locorum accurata collatione fateberis nihil illis inesse quod catholicæ de Resurrectione dogmati non possit aptari, si modo quasdam excepteris questiunculas quas luxurians Origenis ingenium curiosius persecens, paulo longius prosequitur. Nam aliquando ita carnis vel corporis immutat qualitates, ut et ipsius naturam immutare videatur. De quo infra Huetius.

querela hæc. Lxiv, cap. 4. Τὴν τῶν νεκρῶν, inquit, ἀνάστασιν ἐλλιπῆ ποιεῖται, πὴ μὲν λόγῳ παριστῶν ταύτην, πὴ δὲ ἔξαρνούμενος τελεώτατα, ἀλλοτε δὲ καὶ μέρος ἐξ αὐτῆς ἀνίστασθαι. Mortuorum resurrectionem imperfectam esse docet; partim eam verbis asserens, partim funditus tollens; alias vero partem ejus duntaxat resurgere tradens; » et illa Vincentii Bellovacensis Speculi doctrinal. lib. xviii, cap. 43, cum veram ait resurrectionem carnis Origenem negasse. Non satis autem intelligitur quid sibi voluerit Theophanes Cerameus, cum scripsit homil. 22, Ἐκ μέντοι τοῦ εἰπεῖν· « Ή τι δύσει ἄρθρωπος ἀνταλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; ἐπισομένει δὲ παρὰ τοῦ ἐπωνύμου τῆς ὁργῆς Ὄριγένους πεπλασμένη ἀνάστασις. » Ceterum dicendo · Aut quā dabit homo permutationem pro anima sua?<sup>12</sup>? refellit conficta resurrectio ab Origene, cui sicut nomen ἀπὸ τῆς ὁργῆς derivatum. »

Non semel id ipsum asseverasse, quod proxime commemorati scriptores objiciunt, fatendum quidem est: puta lib. II, *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 2, « Mira ergo ratione, inquit sanctus Apostolus ad generalem primam causam respiciens, materiæ corporalis, cuius materiæ anima usum semper habet in qualibet qualitate positiæ, nunc quidem carnali, postmodum vero suhiliori et puriori, quæ spiritalis appellatur, ait, Necessæ est corruptibili hoc induere incorruptionem<sup>13</sup>, » etc.; et in Catena Corderiana in *psalm. cxvii*, 25, pag. 799: Νῦν μὲν ἐκολλήθη τῷ ἑδάφει ἡ ψυχὴ, καὶ γέγονε σάρξ· ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει κολληθήσεται ἡ σάρξ τῇ ψυχῇ, καὶ Εσται ψυχὴ ἡ τις κολληθεῖσα τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ καθολικῇ ἀναστάσει γίνεται ἐν πνεῦμα, καὶ γίνεται τὸ σῶμα πνευματικόν. Nec aliter intelligimus, quæ consignata sunt lib. V *contra Cels.*, num. 18, Οὔτε μὲν οὖν ἡμεῖς, οὔτε τὰ θεῖα γράμματα αὐταὶ φησι σαρξι, μηδεμίαν μεταβολὴν ἀνειληφούσις τὴν ἐπὶ τῷ βέλτιον, ζήσονται τοὺς πάλαι ἀποθανόντας, ἀπὸ τῆς γῆς ἀναδύντας. Nam quominus recta his sententia accommodari possit, impedimento est hic Apostoli locus<sup>14</sup>: « Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei hæreditare non possunt: » quo sensilem hanc et aspectabilem quam gerimus carnem regno coelesti excludendam, et resurrectionis beneficio privandam significari putat. Hinc τὴν κεκηρυγμένην τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὑπὸ τῶν συνετωτέρων τρανότερον νοεῖσθαι ibidem scribit; et alibi resurrectionem ἐν τῇ συνηθείᾳ τῶν ἀπλουστέρων ὄνομάζεσθαι ἀνάστασιν σαρκός.

VI. Quantumvis autem perspicua videatur Origenis et constans opinio, repugnat tamen Pamphilus, et ne a carne quidem ipsa resurrectionem abjudicasse eum demonstrat, depromptis illius verbis e *Commentario in psalmum xv*, quæ sunt huiusmodi: « Offendatur qui vult ex nostro sermone: ego autem cum

severo,

A quia sicut primogenitus ex mortuis est Christus, ita primus carnem evexit ad cœlum; » et paulo post: « Ille propter illud quod dictum est: Quoniam caro mea requiescat in spe<sup>15</sup>. In qua spe? Non solum quia ex mortuis resurget; parum enim hoc est: sed in ea spe requiescit, quod assumpta est in cœlum. » Quibus adderem et illud e lib. III *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 5, nisi Rusini interpretis fraudes subvererer. « Denique caro nostra ab imperitis et infidelibus ita post mortem deperire existimat, ut nihil prorsus reliquum substantiæ suæ habere credatur. Nos vero qui resurrectionem ejus creditus, immutationem ejus tantummodo post mortem factam intelligimus, substantiam vero ejus certum est permanere, et voluntate Creatoris sui, certoque tempore rursus reparari ad vitam, atque iterum permutationem ejus fieri, ut quæ primo fuit caro ex terra terrena, tum deinde dissoluta post mortem, et iterum facta ciniac ac terra; quoniam terra es, inquit, et in terram ibis<sup>16</sup>, rursum resuscitetur e terra; et post hoc jam velut meritum inhabitantis animæ poposcerit, in gloria corporis proficiet spiritalis. » Nempe hic quoque, ut in aliis plerisque sibi non constat Origenes, et modo has, modo illas sectatur partes, et ut in rebus adolescentiæ adhuc Christianismo subobscuris, et nondum per Ecclesiæ definitis animo indulget, et quidquid sibi pro tempore sit verisimilius, arripit. Unde ne ipse quidem Origenis castigator Methodius sine cespitatione hoc argumentum tractavit, homines siungens post resurrectionem habitatores in terra jam instaurata, et per aerem temperatissimum ambientem in melius mutata, et in paradisi deliciis beatum ævum acturos; angelis autem coelestes orbes destinatum esse domicilium. Ensebium quoque Origenis partiarium resurrectionem mortuorum sustulisse narrat Photius in epistola quadam ad Constantinum. In ejusdem erroris suspicionem mutuo sese vocant Hieronymus et Rusinus, quem tamen umerque summa cura diluere conatur. Huic etiam adhæsisse Arnobium verisimile est; ait enim lib. II *Contra gentes*: « Audetis videre nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram, quam quidem nos dicere conûtemur; sed a vobis aliter quam sentiamus, audiri. » Quod idem est ac illud Origenis carnis resurrectionem esse dicentis ὑπὸ τῶν συνετωτέρων τρανότερον νεοτημένην. Denique proditum est ab Epiphanio et Hieronymo hanc ipsam fuisse Marcionis aliorumque hæreticorum de resurrectione falsam sententiam.

VII. Quamvis crassam illam carnis molem et compagem a corporibus resurrecturis secretum iri senserit Origenes: quibus tamen prædicta ea fore qualitatibus ratus sit, cum resurgent, quam possa mutationem, qua instructa forma, non satis liquidum est. Nonnunquam enim suscitatum iri eadem, subtiliora licet ac splendidiora, asserit. Velut lib.

<sup>12</sup> Matth. xvi, 26.

<sup>13</sup> iv, 50. <sup>14</sup> Psalm. xv, 19. <sup>15</sup> Gen. iii, 19.

*ii Hebr. ἀρχῶν*, cap. 10, num. 4 : « Si necesse est nos esse in corporibus, sicut certe necesse est, non in aliis quam in nostris corporibus esse debemus; » et *ibid.* num. 8 : « Videndum quoque est, ne forte etiam illud iste sermo significet, quod sicut sancti corpora sua, in quibus sancte et pure in hujus vita habitationibus vixerunt, lucida et gloriosa ex resurrectione suscipient: ita et impii quique qui in hac vita errorum tenebras et noctem ignorantiae dilexerunt, obscuris et tetricis post resurrectionem corporibus induantur; » et *lio. iii*, cap. 6, num. 4: « Non autem dubitandum est naturam corporis hujus nostri, voluntate Dei qui talem fecit eam, usque ad illam qualitatem subtilissimi, et purissimi ac splendidissimi corporis posse a Creatore perduci, prout rerum status, vocaverit, et meritum rationabilis naturae poposcerit; » et mox num. 6 : « Ita etiam de natura corporis sentiendum est, quod non aliud corpus est, qua nunc in ignobilitate, et in corruptione et infirmitate utimur; et aliud erit illud quo in incorruptione et in virtute et in gloria umerum: sed hoc idem abjectis infirmitatibus in quibus nunc est, in gloriam transmutabitur spiritus effectum, ut quod fuit indignitatis vas, hoc ipsum expurgatum fiat vas honoris, et beatitudinis habitaculum; » deinde ostendit non nobis ex quinto illo philosophorum corpore factum iri a Deo corpus, « cum manifeste definit sanctus Apostolus, quia non nova aliqua corpora resurgentibus a mortuis dentur, sed haec ipsa quae viventes haberant, ex deterioribus in melius transformata recipiant. » Denique libro primo *De resurrectione*, ut est apud Pamphilum in *Apologia*, absurdum et iniquum fore ait, si sua mercede fraudetur corpus, quod cum anima fortiter decertavit; ea autem privatum iri non resurgat. Hanc corporis reparationem in melius cogitabat, ni fallor, Glycas cum opinatum scribit Origenem τὰ σώματα ἡμῶν μὴ ἀντασθανταῖται τῇ ἀναστάσει. quae verba repetit Cedrenus de Origenistis loquens in quinto concilio damnatis.

Ali quando vero ne idem quidem corpus in vitam reduciturum visus est tradidisse. His videlicet persuasus Apostoli I Cor. xv, 42-44 : « Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surgit in gloria; seminatur in infirmitate, surgit in virtute; seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale, » corpus resurrectum quidem existimavit, sed immutatum natura, et a priore diversum, ac plane aliud; quemadmodum ex grano tritici spica surgit a grano diversa; quod confirmari putauit isto a priore ad Corinth. xv, 36-38 : « In insipiens, tu quod seminas non viviscatur, nisi prius moriat. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta, tritici aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut voluit, et unicuique seminum proprium corpus. » Unde lib. v *contra Cels.* num. 22, mortuo corpori velut semen futuri corporis inesse dicit, hominique ex mortuis resurgent corporis pro divino

A arbitrio impositum iri; tum concludit num. 23 : « Ήμεῖς μὲν οὖν οὐ φαμεν τὸ διαφθαρὲν σῶμα ἐπανέρχεσθαι εἰς τὴν ἑξ ἀρχῆς φύσιν, ὡς οὐδὲ τὸν διαφθαρέντα κόκκον τοῦ σίτου ἐπανέρχεσθαι εἰς τὸν κόκκον τοῦ σίτου. λέγομεν γάρ ὅσπερ ἐπὶ τοῦ κόκκου τοῦ σίτου ἐγείρεται στάχυς, οὕτω λόγος τις ἔγκειται τῷ σώματι, ἀφ οὗ μὴ φθειρομένου ἐγείρεται τὸ σῶμα ἐν ἀρθροῖς. » et paulo superius, num. 22 : « Ήμεῖς δὲ πειθόμενοι ὅτι τὸ σπειρόμενον οὐ ζωποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· καὶ ὅτι οὐ τὸ γενητόμενον σῶμα σπειράται· ὁ γάρ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἡθελατεῖς, etc. Similia leguntur libro ii *Hebr. ἀρχῶν*, cap. 10, num. 3. Quo loco atque item lib. ii *De resurrectione*, « substantiae rationem » appellat resurrectionis germen, quo corpora reparanda censebat,

B quam a scholasticis « substantiam radicalem » dici recte adnotavit Genebrardus; licet alio penitus ac diverso modo effectio ejus ac virtus ab iisdem intelligatur. Itaque Gennadius lib. *De dogmatebus*, cap. 6, sic disputat : « Et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est aliud novum corpus pro carne; sed eadem caro corruptibilis quae cadit, tam justorum quam injustorum, incorruptibilis resurget. »

C Quamvis autem aliud proditum corpus, et a priore diversum fixerit sibi Adamantius, iisdem tamen notis, eadem forma insigne futurum affirmat in *Commentario ad psalm. i*, pag. 534, 535, quem commentarium in epitomen a Methodio contractum representat Epiphanius hæres. lxiv, cap. 12 et seq. Is ergo cap. 14 scribit corpora quae per alimentorum susceptionem vitam tolerant, nunquam eadem remanere, sed per ciborum esum et excretionem fluvii instar, perpetuo fluere et mutari: eadem tamen manere corpora haec, non ratione duntaxat animæ, quae eadem semper est; sed propter earumdem etiam formarum, quae corporum singulorum notæ quedam propriae sunt ac characteres, perseverantiam, unde lentigines, cicatrices, nœvi ad mortem usque corporibus adhaerent; in resurrectione igitur animæ circumponi formam illam, qua Petrus verbi gratia constituitur, diversa licet materia sit, ac diversum corpus; animas quippe variis pro locorum varietate nisi corporibus; et quemadmodum aliud necesse foret subire corpus, si in aquis victuri essemus, ita nobis vitam acturam in celo, spiritalia necessario corpora esse ascenda; sed mutato licet corpore, eamdem tamen neutiquam extinctum iri speciem ac formam, quemadmodum Jesus, Moses ac Elias in transformatione sese eadem agnoscendos specie præbuerunt. Explanat idipsum subiude Methodius cap. 38, ac eam quoque Origenis dissertationem in *Apologiam* suam Pamphilus interfecit. Eustathius Antiochenus in libro *De Engastrimytho* narrat Origenem male de resurrectione sententiam abunde a Methodio suis confutatum, ab eoque aperte demonstratum ansam inde hereticis prebitam, cur specie solum, non corpore ipso homines olim fore suscitandos opinantur. Notabilis vero est Nicetæ Acominati accusa-

tio lib. iv *Thes. orthod. fid.*, hæres. xxxi, qua Origenis sententiam his exponit verbis, juxta Petri Morelli interpretationem: « Corpus hoc quo involvimus, resurrectionis illius die non resurget, sed humana tantum forma, qua Paulus forte vel Petrus dignoscitur; atque adeo extrinseca illa figura resurget, quæ sub forma quoque comprehenditur. Porro subjectum ipsum, sive corpus, haudquaquam idem manebit: Seminatur enim corpus animale, inquit Apostolus <sup>17</sup>, corpus spirituale resurgit. Quapropter necesse est, ut resurrectionem in sola forma futuram speremus; in subiecto vero non item. » Addit deinde Nicetas sententiam suam de resurrectione a Platonicis Origenem accepisse; tradere autem illos duplex idoli genus animæ unicuique adhærere; aliud ab æternio ei adnexum, splendidum et lucens; alterum crassius, ipsique ex astrorum dispositione circumpositum; huic deteriora animæ munia, illi præstantiora deberi: separari illud nonnunquam ab anima corpore exsoluta, et ad pristinam sedem revolare: hoc ab illa solvi nequit posse, sed in Orcum, vel inter sidera post mortem abire. Quibus ita expositis haec demum subjungit: « Itaque Origenes, ut mea quidem fert sententia, cum animam idolo hujusmodi vestiisset, quod proprias actiones, sibique involutas circumferret, fore subiecti, ut una cum hoc illa resurgeret, futuroque judicio subjeceretur, qua in re gentes prorsus imitatur; mortalis autem tactuque exposta caro deflueret atque evanesceret. »

Ulterius etiam abit nonnunquam Origenes, ac ne formam quidem ipsam et figuram corporibus suscitandis inhibesuram pronuntiat; et quemadmodum e grano tritici spica surgit grano absimilis, nec ex hoc transit in illam quidquam aliud, praeter rationem seminis, seu σπενθητικὸν, ita corpori mortuinoesse semen, quod germinabit novissima personante tuba, et alind de se corpus dabit. Fusa hac edisserit Hieronymus in epistola adversus Joannem Jerosolymitanum, et Origenem sic inducit disputantem, cap. 8: « Cum autem judicii dies advenerit, et in voce archangeli, et in novissima tuba <sup>18</sup> tremuerit terra, movebuntur statim semina, et in puncto horae mortuos germinabunt: non tamen easdem carnes, nec in iis formis restituent, quæ fuerunt. » Capite deinde sequenti, ita loquentem fingit Adamantium, ossium, sanguinis ac membrorum singulorum repudiata resurrectione: « Nunc oculis videmus, auribus audimus, manibus agimus, pedibus ambulamus; in illo autem corpore spirituali toti videbimus, toti audiemus, toti operabimur, toti ambulabimus, et transfigurabit Dominus corpus humilitatis nostræ conforme corpori claritatis suæ gloria <sup>19</sup>. Quando dixit, transfigurabit, id est μετασχηματίζει, membrorum quibus nunc utimur, diversitas denegatur. Aliud nobis spiritale et æthereum prominuit, quod nec tactui subjacet, nec oculis cer-

A nitur, nec pondere prægravatur, et pro locorum, in quibus futurum est, varietate mutabitur. » Tum sibi Christi resurrectionem opponit, et suscitatum ejus corpus, stans, ambulans, latere, manibus, carnibus, ossibus instructum: sed alia virtute polle corpos respondet, quod de viri semine concretum non est, ac nostra corpora; et tale ideo apparuisse Christi corpus, « ut dubitantibus apostolis fidem ficeret resurrectionis; » aereum tamen et spirituale fuisse, ut quod clavis ostii ingressum sit, et in fractione panis ex oculis evanuerit. Quam responsionem, ac reliquam item Origenis disputationem valide in sequentibus Hieronymus oppugnat. Ac idem, cum sibi fuisset propositum, accurate quoque dissolvit Augustinus epist. 49, ad Deocritias.

Erroris certe illius notas reperire licet in Commentario Origenis ad psalm. i, pag. 555, 556, quem in epitomen contraxit Methodius. Ibi quippe locum Ezech. cap. xxxvii. quo futuræ resurrectionis mysterium planissime aperitur, in alium sensum detorquet; nam aridis illis ossibus, acerbam Iudaorum captivitatem notari putat, quæ corpora succo exhausta macie deformaverat; resurrectione autem, libertatem Iudaorum, quæ in pristinum eos statum, et integrum ac vividum corporis habitum erat restitutura. Alio itidem deflectit illud Matth. viii, 12, « Ibi erit fletus et stridor dentium, » aliaque ejusmodi, quibus corpora resurrecta esse conficitur; nec ibi futuros dentes respondet, ubi nullus dentium usus futurus est; et corpora illam speciem mutatum iri; nec primam materiam, quam caudem esse saepè dicit ac corpus,ullo modo resurrecturam; ad idque grani et spicæ exemplum, quo usus est Apostolus, accommodat. Tomo quoque xvii in Matth., num. 30 et 35, de quæstione a Sadduceis Sospitatori proposita agens genitalibus caritura decrevit corpora in caro, quod ibi genitalium usus abolendus sit. Sed et ex fine libri n De princip. assert hunc locum Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 2: « Cumque in tantum proficerimus, ut nequam carnes et corpora, forsitan ne animæ quidem fuerimus, sed mens et sensus ad perfectum veniens, nulloque perturbationum nubilo caligans, intuebitur rationabiles intelligibilesque substantias facie ad faciem. » Quæ sic depravavit suo more Rulinus: « Et ita crescens per singula rationabilis natura, non sicut in carne vel corpore, et anima in hac vita crescebat, sed mente ac sensu aucta ad perfectam scientiam, mens jam perfecta perducitur, nequam jam ultra istis carnalibus sensibus impedita, sed intellectualibus incrementis aucta, semper ad purum, et, ut ita dixerim, facie ad faciem rerum causas inspicere. » Denique libro v contra Cels., num. 19, propter migrationes e loco in locum corporibus nos opus habere docet; id autem certam non requiri partium posituram,

<sup>17</sup> 1 Cor. xv, 44. <sup>18</sup> 1 Thess. iv, 15. <sup>19</sup> Philip. iii, 21.

sod quodvis admittere corpus, corpus modo sit.

VIII. Inclinasse eodem quo Origenes videtur Hieronymus lib. III in Epist. ad Ephes., cap. 5, vers. 28, « Foveamus igitur, inquit, et viri uxores, et animae nostra corpora, ut et uxores in viros, et corpora redigantur in animas, et nequaquam sit sexuum ulla diversitas. Sed quomodo apud angelos non est vir et mulier, ita et nos qui similes angelis futuri sumus, jam nunc incipiamus esse, quod nobis in coelestibus repromissum est. » Acriter ea explodit Rufinus, utpote ex quibus interitus corporum, et sexuum abolitio consequatur; demum sic ait: « Quanto rectius faceres, si nos, quos culpas, imitareris in talibus, et haec soli Deo, ut se veritas habet, nosse permitteres; et te potius ignorare fatearis, quam ea scriberes, quae paulo post tu ipse damnares. » Sed purgat se Hieronymus lib. I Apolog. adv. Rufin., cap. 6, talia sese ex Origenis persona, non quasi rem a se assertam, sed quasi sibi obijiciendam protulisse respondens. Eam et valide in Origenista quodam sese confutasse narrat epist. 27, ad Eustoch., cap. 11, et alibi quoque pro falsa a se haberi testatur. Sexum discretionem tunc iri abolidum non pauci e Patribus antiquis affirmarunt. Theodoreus: Ταύτης γέρ τῆς διαιρέσεως ἐνδέής τῶν ὑπὸ τῷ θανάτῳ τελούντων ἡ φύσις. » Haec enim discretione indiget eorum natura, qui sub mortis imperio degunt; deinde: Τοῖς δέ γε ἀνάτοις γεγενημένοις τὸ θῆλυ γένος παντάπαις περιτθεν. « His enim qui immortales evaserunt omnino supervacuous est sexus muliebris. » Consuluntur præterea Athanasius serm. 3 contra Arianos, Basilius in psalm. xiv, Hilarius can. 23 in Matth., eadem illorum esse propemodum ac Origenis causa super hac quæstione de beatorum corporum sexu reperietur.

#### IX. Si animam in resurrectione aliud recepturam

(47) Metaphrast. in Vita Cyriaci.

(48) Quod si ita sensisse constaret Origenem, etc. Certe corpora coelestium globosa esse aperte docet Origenes lib. De oratione, num. 31, p. 1268: Εσχηματίσθαι γάρ τῶν ἐπουρανίων τὰ σώματα, οἷς καὶ γόνατα σωματικά ἔχειν αὐτά, ὑπολαμβάνειν οὐ πάντι χρή. σφαιροειδῶν παρά τοῖς ἀκριβῶν περιττῶν. εἰτε φήσει μέλη σώματος μάτην καὶ μὴ ἐπὶ τῷ ίδιῳ ἔργῳ γεγονέναι, αὐτοὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, εἴτε ἔρει τὰ ἔγκατα, καὶ τὸ ἀπευθυμμένον ἐντερον τὰς ιδίας χρείας ἐπιτελεῖν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐπουρανίοις. Σφρόδρα δὲ μωρῶς ἀναστραφῆσται, ἐὰν τρόπον ἀνδριάντων τις νομίζῃ τὴν μὲν ἐπιφάνειαν μόνην εἶναι ἀνθρωποειδῆ, οὐχέτι δέ καὶ τὰ ἐν βάθει. « Neque enim illo modo putandum est ita conformata esse coelestium corpora, ut genua etiam corporea habeant, eum rotunda esse eorum corpora demonstratum sit ab his qui accurate ista tractarunt. Id qui admittere nolit, is nisi rationi impudenter resistat, etiam singularum usum membrorum, ne quid in his a summo artifice Deo frustra factum sit, admittere cog-

A corpus, et aliter formatum ratus est Adamantius, quam quod in mortali gestaverat vita; ecquamnam corpori huic figuram potius ascripserit quam globosam, utpote rerum coelestium propriam, et formarum omnium perfectissimam, ac animis expurgatis et in perfectiore reparatis statum maxime congruam? Sane Origenistas monachos, qui Palestinae asceteria Justini et Justiniani temporibus infestabant, dixisse refert Cyriacus apud Simeonem Metaphrastem (47), « Quod ætherea et sphærica excitantur nostra corpora in resurrectione: sic Domini quoque corpus fuisse excitatum, et nos futuros ei pares in resurrectione. » Quapropter Justinianus in epist. ad Menam probris Origenem incessit, quod corpora hominum orbiculata suscitatum B iri affirnaverit. Hinc ita conceptus est quintus ex anathematismis eidem epistolæ subjectis: Εἰ τις λέγει ἡ ἔχει ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔγειρεθαι τά σώματα, καὶ οὐκ ὄμολογεῖ ἐργίους ἡμᾶς ἔγειρεθαι, ἀνάθεμα ἔστω. « Si quis dicit aut sentit globosa hominum suscitari corpora, nec constitetur nos rectos suscitar, anathema esto. » Damnat id ipsum in Origene et fuisse confutat Antipater Bostrensis episcopus in Dissertatione aduersus Origenem, inserta Joannis Damasceni Ecclæsis titulo, Περὶ ἀμοιβῆς τῶν εὖ κατ' ἀρετὴν βιοτεύσατο, quas calamo exaratas habent Claramontani Patres Societatis Jesu. Damnat et Nicephorus lib. xvii. cap. 27. Huc spectat illud Hieronymi epist. 61, ad Pamphilum, cap. 10: « Sic et Dominus noster in monte transfiguratus est in gloria, manus ac pedes, cæteraque membra perderet, et subito in rotunditate vel solis, vel sphærae volveretur, sed eadem membra solis fulgore resplendent. »

(48) Quod si ita sensisse constaret Origenem, a Platone illuc impulsu fuisse dicere, qui finem

tur; utrinque offendens, sive dicat partes corporis frustra, nec ad proprium singularem opus eis a Deo datas esse; sive dicat viscera et rectum intestinum proprios usus in coelestibus obtinere corporibus. Stultissime autem agi qui putabit ea statuarum more humanam speciem in sola superficie, non etiam in penitioribus habere. « Porro cum sexcentis in locis dicat Origenes similes nos post resurrectionem angelis evasuros, ac præsertim tom. xvii in Matth., num. 30, pag. 813, 814, ubi ait: Έγέρθη οἵμαι διὰ τούτων ὅρλουσθαι διὰ οὐ μόνον κατὰ τὸ μὴ γαμεῖν, καὶ τὸ μὴ γαμεῖσθαι, ὡς οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ ἀγγελοι γένονται οἱ καταξιούμενοι τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ μετασχηματιζόμενα αὐτῶν τὰ σώματα τῆς ταπεινώσεως γίνεσθαι τοιταῦτα, ὅποια ἔστι τὰ τῶν ἀγγέλων σώματα, αἰθέρια, καὶ αὐγοειδὲς φύσις. » Ego vero inde manifestum fieri oportet, non ex eo solummodo quod neque matrimonium contrahant, neque eloquentur qui resurrectione a mortuis digni habentur, angelis coeli similes evadere; sed ex eo etiam quod transfigurata humilia eorum corpora, tanta evadant, qualia sunt corpora angelorum, ætheria scilicet, et splendidas luci consimilia; sequitur corpora hominum post resurrectionem sphærica fore sensisse.

ponebat ἐξομοίωσιν τῷ Θεῷ, Deum autem corpore licet carentem, forma globosa præditum singebat, quemadmodum et Xenophanes, ut est apud Ciceronem *Academ.*, et Laertium in *Platone*, et *Xenophane*: ac proinde animis finem suum adeptis sphæricam formam tribuere cogebatur. Sed Hieronymus epist. 59. ad Avit., cap. 3, verba Origenis recitat e libro *in Perī ἀρχῶν*, cap. 6, num. 4, quibus homines ait corpora idcirco deposituros, ut Deo similes sint, juxta illud Servatoris <sup>20</sup>: « Ut quomodo ego et tu unum sumus, sic et isti in nobis unum sunt. » Demum sic ait: « E duobus alterum suscipere cogimur, ut aut desperemus similitudinem Dei, si eadem semper sumus corpora habituri; aut si beatitudo nobis ejusdem cum Deo vita promittitur, eadem qua vivit Deus nobis conditione vivendum est. » Tum Hieronymus: « Ex quibus omnibus approbatur, quid de resurrectione sentiat. » Deum plane incorporeum, ut est, ita esse putabat Origenes, ac ideo omni figura carere: qui ergo globosa corpora habituras animas reri potuit, quas similes futuras putabat Deo, quem corpore ac figura carere arbitrabatur? Itaque lib. ii *De principiis*, cap. 10, num. 2, quosdam impugnans hæreticos, qui resurrectionem funditus tollebant, et Requirimus, inquit, ab eis, si possunt nobis spiritualis corporis habitum demonstrare atque describere, quod utique nullo modo facere poterunt. » Vides inconstantiam hominis, animis suscitatis corpora detrahentes nonnunquam, nonnunquam afflignantis, nec pro certo habentis ecquamnam illa figuram habituram.

X. Scribit Origenes tom. xvii in *Matt.*, num. 33, neminem a mortuis iri suscitatum, qui in hac vita non decertaverit. Verba haec sunt: Εἰ οὖν ἐν τῇ μακαρίστῃ οἱ γέροντες ἀξιούμενοι διὰ τὸν ἑνεστηκότα αἰώνα ἐν τῷ καλῶς ἔβιωσαν, ἐν ἔκεινῃ ἔσονται τῇ ζωῇ, καὶ οὐδεὶς τῶν μη ἀγνοισαμένων ἐνταῦθα καταξιούται τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, δηλονότι ὃν ἐνταῦθα διὰ γένεσιν χρεῖα ἦν, ταῦτα οὐκ ἔσται ἐκεῖ. Quod si quis colligit inde, resurrectione privandos impios Origenem existimasse, abunde is sese a Pamphilo confutatum intelligat, vel ab ipso potius Origene in eo loco, quem e libro ipsius xxviii in *Isaiam* profert *Apologiae* auctor, quo justos et impios a mortuis suscitandos declarat; duplum autem futuram resurrectionem, primam alteram justorum, alteram secundam impiorum, juxta illud Joannis Apocal. xx, 5: « Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem; » non ita ut illa tempore prior sit ista, sed modo et ratione. Ex hoc enim Joannis commate dividenda resurrectionis occasionem arripuisse eos verisimile est, de quibus Gennadius lib. *De dogmat.*, cap. 6: « Erit resurrexio mortuorum omnium hominum, sed una et in-

A simul et semel: non prima justorum, et secunda peccatorum, ut fabula est sonniatorum, sed una omnium. » Hanc autem fore resurgendi rationem definit Origenes: unumquemque prout sese in vita gesserit, crassius subtiliusve a Deo corpus acceptum. « Sane, » inquit lib. ii *De resurrect.*, pag. 34, « qualis fuerit uniuscujusque preparatio in hac vita, talis erit et resurrectio ejus. Qui beatius hic vixerit, corpus ejus in resurrectione diviniore splendore fulget, et apta et mansio beatorum tribuetur locorum. Huic vero qui in malitia consumpserit tempus sibi vitae praesentis indulsum, tale dabitur corpus quod sufficere et perdurare possit in pœnis, » etc. Iterantur eadem lib. ii *in Perī ἀρχῶν*, cap. 3, et cap. 10, num. 2, 3, et lib. iii, cap. 6, num. 4, ubi ad cetera illud adjicit, postquam adeo res redierint, ut omnia unum sint, sicut Pater et Filius unum sunt, tum desiraram illam corporum diversitatem. Cum ergo resurrectione privatum iri impios dixit Origenes, resurrectionem illam intellege quæ damnationi opponitur. Ita Lactantius lib. vii *Divin. institut.*, cap. 21: « Tunc quorum fuerit probata justitia, il præmium immortalitatis accipient: quorū autem peccata et scelera detecta fuerint, non resurgent; sed cum impiis in easdem tenebras recondentur, ad certa supplicia destinati. » Duplici quippe modo accipi potest resurrectio, vel pro reditu ad vitam, et nova corporis ac animæ coniunctione; vel pro vita æternæ acquisitione: priore modo omnes homines ex aequo resurgent, posteriore justi duntaxat. Expositionem hanc confirmat alter Origenis locus e iom. xiii in *Matt.* xviii, num. 21: Οἱ γὰρ ὄντες ἐν τῷ στήγαιοι ὅγιοι στανάζουσι: βαρούμενοι ἀπὸ τοῦ τῆς ταπεινώσεως σώματος, καὶ πάντα πράττουσιν ἵνα ἄξιοι γένωνται εὑρεθῆναι ἐν τῷ τῆς ἀναστάσεως μυστηρίῳ<sup>21</sup>. Ότις μετασχηματίσεις ὁ Θεὸς οὐ πάντιν τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, ἀλλὰ τὸν Χριστῷ γνησίως μαθητευομένων, εἰς τὸ γενέσθαι: αὐτὸς σύμμορφον τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. In resurrectionis mysterio inveniri nos dicit, quando corpus nostrum mortale gloriose Christi corpori simile Deus efficiet; quod beneficium non ad omnes homines, sed ad sanctos tantummodo pertinebit. Confirmat et alter ille e *Comment. in psalm. 1*, p. 532, recitatus ab Epiphanius hær. lxiv, cap. 10 et 12, quo simpliciores quosdam, fretos illo Davidico: « Ideo non resurgent impii in judicio<sup>22</sup>, et resurrectione aut judicio dignandos a Deo malos negare ait, non salis aperte indicantes quid resurrectionem aut judicium esse arbitrentur.

XI. Cæterum ut alias fere semper, ita in his quoque de resurrectione quæstionibus Platone magistro usus est Adamantius. Futurum quippe aiebant Platonici, ut animæ olim

*incipiant in corpora velle reverti,*

(VIRGIL. *Aeneid.* vi, vers. 751.)

<sup>20</sup> Ioan. xvii, 21. <sup>21</sup> Psal. 1, 5.

easque in corpora a prioribus diversa fore revocandas. Tertullianus libro *De resurrect. carnis*, cap. 4 : « Platonici importalem animam e contrario reclamant : imo adhuc proxime etiam in corpora remeabilem affirmant, etsi non in eadem. » Legendus Plato lib. x *De republ.*, ubi ex Heri Pamphylli persona, anime statum post mortem, poenas, μετα-ψυχοστι, et immortalitatem describit. Sed multo magis in *Phaedone*, quo materiam illam exhaustit. Legendus quoque Augustinus lib. xxii *De civit. Dei*, cap. 26 et 27.

XII. Sed ne solitum Origeni nostro desit officium, si quae in ejus patrocinium praeter superiora colligi possunt, paucis comprehendamus. Sua primum illi in hujus argumenti tractatione faveat inconstantia, quae cum ex superioribus satis manifesta est, tum ex eo etiam quod de fine rerum disputans, et utrum in corpore, an extra corpus supra beatitudine fructuari simus inquirens, triplicem opinionem unicuique pro libitu persequendam proponit lib. II *Hapl. apxwōr*, cap. 3, num. 7, quem locum repetit Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 2. Caput quoque sextum libri primi *De princip.* eamdem Origenis fluctuationem testatur; nam postquam duplē de statu beatorum sententiam exposuit, quarum prior interitaram corporum naturam definit, et a qua tene alienum profitetur, alia naturam corporream in modum ætheris expurgatum iri tradit, tandem sic concludit num. 4 : « Certius tamen qualiter se habitura sit res, scit solus Deus, et si qui ejus per Christum, et Spiritum sanctum amici sunt. » Pari prope modo consimilis argumenti disputationem claudit lib. II *Hapl. apxwōr*, cap. 2. Prodest quoque ad excusandum eum Rufini responsio lib. *De adult. librorum. Origen.* pertendentis errores istos circa resurrectionis materiam scriptis ipsius ab hereticis suis aspersos. Verba ejus sunt : « Vel iterum de resurrectione carnis, qui tam evidenter pronuntiavit naturam carnis in cœlum ascendisse cum Verbo Dei, atque inibi cœlestibus apparuisse Virtutibus, novum et admirandum ei sui visum præbenter, possibile erat ut hanc iterum non esse salvandam diceret? » At inde tamen præcipuum sibi arcessit Origenes præsidium, quo sua æfate nondum quæstiones illæ fuerant ab Ecclesia dijudicatae; quo factum est, ut dum eum a veritatis norma deflexum revocare satagit Methodius, a vero ipse deerraverit, et alii quoque non sine offensione in hac quæstione versati sint, ut ostendimus supra; et Hieronymus velut titubans materiam hanc tractaverit epist. 61, ad Pamphach., cap. 15; ait quippe : « Ergo, inquies, et nos post resurrectionem comesuri sumus? Nescio, non enim scriptum est; et tamen si queratur, non puto comesuros. » Quæ causa est, cur suam de resurrectione declaraturn sententiam Origenes, retinendam veterum opinionem pronuntiaverit, quia nimis quantumvis absone ejus dogmata suos tamen auctores et patronos habuere.

<sup>11</sup> Rom. viii, 22.

A XIII. Ex supra dictis subvertitur Methodii rationatio, qua hoc Origenis pronuntiatum confutare aggressus est, peccatorum omnium causam ad corpus referri. Ait quippe Methodius contraria sibi loqui Origenem; eum enim animam citra corpus peccasse, et propter peccatum scortis tunicis vestitam fuisse, tunicasque illas corpora ipsa esse concesserit; nunc sibi ipsum repugnare, cum corpus causæ esse dicit cur anima peccet. Origenianæ doctrinæ connexionem non vidit Methodius. Diximus enim supra corporeas animas vel incorporeas appellasse Adamantium, crassiorum vel tenuiorum corporum ratione, cum revera corporeas esse, et Deum unum incorporealem censuerit. Idem animas pro peccatorum gravitate graviora subire corpora B asservit. His nentiquam repugnat illud, animas a corporibus suis trahi in vitia, et cum nunquam corpore cariture sint, futuros semper beatitudinis et damnationis circuitus; et antequam humanis astrictæ essent membris, in peccata tamen fuisse prolapsas; ac meritas cur e subtilioribus corporibus in spissiora demergerentur. Atque ita commune aliquid habet Origenes cum Porphyrio, qui dicebat, « ut beata sit anima, corpus omne esse fugiendum. » Sed ut communia quedam cum Porphyrio sit locutus, penitus tamen diversa sensit.

Notandum porro auctorem dialogi *De recte re Deum fide*, qui sub Origenis nomine prodidit, Marinum Bardesianistam inducere haec dogmata pro pugnantem; hominem sola anima constare; animam scelere admissa, tunicis pelliceis, hoc est tempore, tanquam vinculo ac compede fuisse constatam, atque inde a Jeremia vinclitos nos appellari; ac animo malorum omnium causam esse corpus: Adamantium autem haec ipsa impugnantem; et hominem, corpore licet et anima constet, animam tamen in Scripturis vocari demonstrantem, eademque Marino regerentem, quæ apud Epiphanius Origeni Methodius opposuit.

#### QUÆSTIO X

##### DE POSTRENO JUDICIO.

1. Exploratur placitum Origenis *de rebus supremo Dei arbitrio judicandis*. II. Et *de ratione ac loco judicii postremi*.

I. Mortuorum resurrectionem supremum Dei iudicium excipiet. Quo cum ulciscenda scelera, mercenaria autem donanda sint recte acti et virtutes, idcirco statura opinatus est Origenes, quæcumque vel recte vel male agendo premia vel supplicia promererit possunt. Superius autem ostendimus angelis ipsum, sideribus ac elementis bene vel male agendi potestatem affinxisse. « Futurum est,» inquit homil. 4 in *Ezech.*, num. 4, pag. 370, « ut in die judicii non solum homo, sed etiam universa conditio judicetur: Omnis quippe creatura congregetur et condebet<sup>12</sup>. » Tum in hunc rerum judicandarum censum conjicit angelos, cœlum, quæcumque supra et infra cœlum sunt, terram ipsam et aerem. Qua de opinione late disseruimus, cum de

angelis et de sideribus ageremus. Quinam præterea in iudicium sistendi sint, ignorari declarat : « Urum autem omnes gentes, » inquit tractat. xxxiv in Matth., num. 70, « ab omnibus quæ in omnibus generationibus fuerint, aut illæ tantum quæ in consummatione fuerint derelictæ, aut illæ tantum quæ crediderunt in Deum per Christum ; et ipse utrum omnes, an non omnes, non satis est manifestum. » De eodem etiam ambigit tractat. xxx in idem Evangelium, num. 51. At in veram tamen et orthodoxam sententiam videatur concedere lib. ii in Epist. ad Rom., num. 4, pag. 479 (si que Rufini interpretationi fides habenda est), omnesque omnino homines in supremo illo διαδικτυῳ judgingos agnoscere. « Requiritur sane, inquit, a quibusdam, cur dies hic, de quo superius bibliothecas propheticas movimus, in fine mundi statutus sit, ut omnes qui ab initio saeculi usque ad finem ipsius defuncti sunt, ad hunc ultimum diem judicandi reserventur. »

II. « Item tractandum est utrum in loco futurus est Salvatoris adventus in gloria, an alteram expositionem debemus exquirere. Quis enim erit locus ille, ut capiat in uno aspectu et omnes angelos venientes cum Christo, et omnes gentes illuc congregatas ? Et de sede gloriæ ejus quid est dicendum ? Putas corporale aliquod subcellium erit, aut etiam hoc opus habet interpretatione subtiliore ? » Hæc scribit Origenes tractat. xxxiv in Matth., num. 70, de loco et modo iudicii postremi ambigens ; ac respondet postmodum tum adventum Christum, cum universis hominibus sese cognoscendum dabit, « ante oculos mentis eorum jam non fidei aut diligentie alienus inquisitione reperitus, sed ipsius divinitatis sue manifestatione prælatns ; » et cum peccata sua ac virtutes unusquisque manifesto intuitu perlustrabit ; atque eo pacto eventurum illud : « Congregabuntur ante eum omnes gentes »<sup>12</sup>. Nec certum aliquem ultimæ huic disceptationi locum addicit, sed « Ubique, inquit, futurus est Christus, et ipse in conspectu omnium erit ubique, et omnes ubique erunt in conspectu ipsius ; et sic constituentur ante sedem gloriæ ejus, hoc est ante regnum ejus, et potestatem dominacionis ipsius ; » et paulo post : « Sic erunt ante D eum, ut non localiter audiamus omnes gentes fieri ante eum » Similia jactantur lib. ix in Epist. ad Rom., num. 41, pag. 662, ubi a sacris scriptoribus usurpata dicitur iudiciorum humanorum forma, quo iudicium illud extremum Christi dilucidius explicaretur. « Declarari videmus, inquit, ex omnibus certissime futurum esse iudicium Dei, cuius species ut notior hominibus fieret, iudicandi forma ex iis quæ inter homines geruntur, assumpta est ; , atque ita metaphorice vult intelligi excelsum illud Christi tribunal, et reliquum tremendi illius diei apparatum, illudque duntaxat tenendum, « Judicem-

A omnium Christum natura et majestate enebris eminentem introspicere corda, et conscientiam singulorum, manifestare occulta, et obiecta revealare, ut et bonis actibus laudem tribuat, et mali pœnam, quam merentur, excipiant. » Nempe allegoriis suis sincerum illud dogma corrupit, « quod in confessione ac professione tenet omnis Ecclesia Dei veri » (ait Augustinus lib. xx *De civit. Dei*, cap. 4), « Christum de cœlo esse venturum ad vivos et mortuos judicandos ; » non modo per vim et majestatem suam omnia completem, mentesque omnium collustrantem, et in actorum suorum memoriam retrorquentem ; sed corpore præsentem, et homines universos in unum adducentem, et suprema ac decretoria sententia res hominum componentem. At hic quoque meminerimus nondum certis finibus Ecclesiam has quæstiones tunc temporis sepsisse.

## QUESTIO XI.

## DE PÆNIS ET PRÆMIIS.

1. *Origenis opinio ex ipsius principiis summativa deducitur.* II. *Eadem deinde fusius ipsius verbi declaratur. Ac primum de pœnis. Omnes homines igne examinando fore sensit.* III. *Deinde in varia loca pro meritis dimittendos ; IV. Ac torquendos.* V. *Quales pœnas futuras arbitratus sit; quid ignem aeternum.* VI. *Equas præter ignem pœnas mortuis infligendas decreverit.* VII. *Ez his variae adversus eum criminationes.* VIII. *Sed sui tamen ei non desunt astipulatores, suaque defensio.* IX. *De præmiis agitur, et in quo positam sanctorum beatitudinem voluerit Origenes, explicatur.* X. *Recensentur varii gradus per quos ad eam perveniri sensit.* XI. *De loco, quo animas sanctorum conquiescere docuit, disputatur : nempe de calo novo et terra nova.* XII. *Ac de paradiso.* XIII. *Unde hæc transiulerit, exquiritur.* XIV. *Hinc in Patrum multorum reprehensiones incurrit.* XV. *Sed aliqua tamen in ejus excusationem afferrri possunt.* XVI. *Utrum et quomodo pœnis damatorum finem impositum iri, et omnia unum in Deo per ἀποκατάστασιν futura ratus sit.* XVII. *Non alias pœnas quam purgatorias admisit.* XVIII. *Quid sit iuxta Origenem novissima inimica mors, deque damnorum pœnis queritur.* XIX. *Utrum beatitudis quoque futura spatium terminis circumscriberit.* XX. *Horum dogmatum fontes reserantur.* XXI. *Propter illa a Patribus graviter reprehensus est.* XXII. *An fuerit in heresi Chiliasmistarum.* XXIII. *Nonnullo Origeni defendendo adducuntur.* XXIV. *Nonnunquam solius diaboli pœnas fore aeternas asseverat.* XXV. *Ab Origentiana super pœnis damatorum opinione Patres aliquot non multum recedunt.* XXVI. *Investigatur significatio vocis αἰώνος.*

2. *Postremo Dei arbitrio dijudicatis hominum rebus, sua quæcumque præmia, suæ pœnae prosequentur.* In ejus rei tractatione tantum sibi permisit Origenes, ut non aliam ob eam am majores in se querelas concitarit : nam et quales pœnae ac præmia, et quanta futura sint, pervestigans, in absurdas opiniones prolapsus est, dum falsis doctrinæ suæ principiis dogmata hæc quoque accommodat. Diximus enim jam sæpe putasse illum mentes rationis compotes pro meritorum suorum men-

<sup>12</sup> Matth. xxv, 32.

epistola ad Sergium, et anonymous apud Photium A cod. cxvii, et Joannes Damascenus in libro *De heresisibus*, et Constantinus Harmenopolus in libro *De secessis*, et ante eum Glycas *Annalium* part. iii, quamvis parte iv corpora quidem resurrectura, sed non eadem censuisse ipsum asseveret. Denique Cyriacus apud Simeonem Metaphrastem dixisse ait. Origenistas Novæ Laure in Palæstina, et corpora nostra quæ habuerimus ex resurrectione, esse penitus ventura ad interitum, et Christi primi.

IV. Ab his criminibus purgat Adamantium quod supra demonstravimus, creatum nihil, ex decreto Origenis, corpore carere, unde sequitur vel injuria huic facere, qui sensisse eum ferunt penitus interitura corpora, et in nihilum dissolvenda, vel ipsum certe, juxta morem Scripturæ, interitum appellasse instaurationem et in melius mutationem: sic enim Methodius hær. lxiv, cap. 32, Ἐθος ταῖς Γραφαῖς λέξουμε τὴν εἰς τὸ κρίστον καὶ ἐνδοξότερον ἀποκατάστασιν ταῦτην τοῦ κόσμου μεταβολὴν ἀπώλειαν λέγειν, οἷον τοῦ πρόσθιν σχήματος ἀπολλυμένου κατὰ τὴν εἰς τὸ φαιδρότατον ἀπάντων ἔξαλλαγήν. Et morem hunc esse dicemus Scripturæ, ut mundi instaurationem, atque in melius et præstantius mutationem, interitum appelle, utpote intertereunte priore forma, dum in pulchriorem formam convertitur. Purgat eum quoque Hieronymus in epist. ad Pammach., cap. 8, cum ipsum scribit

(46) Quin etiam Origenistas carpit, velut carnem hinc et corpus aliquid interesse suspicantes, etc. Certe ubique Origenes per corpus intelligit carnem, sicut per carnem intelligit corpus. Sed quemadmodum aliquid interesse statuit inter corpus et corpus, carnem et carnem, habita variis ejus status ratione; sic aliquid interesse dicit inter carnem et corpus. Per carnem enim nihil aliud intelligit quam crassam illam ac terrenam corporis molem et compaginem corruptioni omnibusque infirmitatibus obnoxiam; per corpus vero ipsam eamdemque carnem, sed quæ, qualitatibus, non natura, mutatis, talis in resurrectione evasit, qualem oportet esse eam quæ in æthere eoque superioribus locis versari debet, neque jam corruptioni, nec infirmitati ulli subjacet. Quod manifestum sit tum ex lib. iii *Hegel ἀρχῶν*, cap. 6, num. 5: Denique caro nostra ab imperiis et infidelibus ita post mortem deperire existimat, etc., usque ad, et in gloria corporis proficiet spiritualis; quæ verba non aliter ac nos intellexisse videat. Ille tamen, quippe quæ catholica reperiatur: tum ex ipsis verbis quæ infra referit idem clarissimus presul e Catena Corderiana in *psalm. cxviii*, vers. 25, quæque catholica itidem reperiare debnisset, utpote præcedentibus in omnibus similia. Nῦν μὲν ἐκόλλητη τῷ ἔδαφει ἡ ψυχὴ, καὶ γέγονε σάρξ· ubi εἴρεται, caro, nihil aliud significat quam carnem infirmam et corruptibilem: Ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει κολλήθεσται ἡ σάρξ ψυχῇ, καὶ ἔσται ψυχὴ τῆς κολλήθεσσα τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ καθολικῇ ἀναστάσει γίνεται ἐν Πνεύμα, καὶ γίνεται τὸ σῶμα πνευματικόν, et corpus spiritale, et idem sonat ac caro spiritualis, cuius nempta mutantæ sunt qualitates. Nam si caro post resurrectionem adhaeret animæ et sit corpus spiritale, ergo resurgit caro et sit caro spiritualis, nihilque aliud interest corpus inter et carnem, quam quod interest carnem inter et carnem, corpus et corpus, habita variis ejus status

medium tenuisse viam inter Catholicos veram carnis resurrectionem tuentes, et hereticos Marcionem, Apellem, Valentini et Manem, resurrectionem nonnisi in phantasmate futuram arbitrantes. Sibi autem utramque displicere sententiam (asserit Origenes) fugere se et nostrorum carnes (verba sunt Hieronymi) et hereticorum phantasmat, quia utraque pars in contrarium nimis sit, aliis id volentibus se esse quod fuerunt, aliis resurrectionem corporum omnino denegantibus.

V. Ostendit etiam non penitus sublatam ab ecclisis corporum resurrectionem, quod narrat Pamphilus in *Apologia*, et eum corpus quidem resurgere consideri, carnem vero negare. Idem in eo culpat Methodius, in libro *De resurrectione*, quo hoc Origenis dogma convellit, et cuius Epitomen *Panarium* suo inseruit Epiphanius hær. lxiv, quamque representavit Photius cod. ccxxxiv, atque Origenem super responsione Sadduceis a Domino data dixisse futurum ut angelis similes evadamus, ac proinde carne nudemur. Quin etiam Origenistas carpit, velot carnem inter et corpus aliquid interesse suspicentes (46); quasi corpus sit animæ proprium, quod cerni non possit; caro autem sit exterrum illud, quod oculis usurpatur. Adversus eundem errorem auctoritate Methodii pugnat Anastasius Sinaita *Contemplat. Anagog.* lib. xi. Nec alio videatur spectare Epiphanius adversus Origenem

C ratione. His præmissis facile intelligetur quid sibi voluerit Origenes in iis contextibus infra ab Huetio, et supra ab Hieronymo et Methodio allatis. Quod enim ait, et fugere se nostrorum carnes necesse esse ut in resurrectione carne nudemur: nec easdem carnes resurrecturas, etc., id intelligit de carne corruptibili et infirmitatibus adhuc obnoxia, quam sic acceptam, videlicet in hisdem infirmitatibus, nullaque in melius facta mutatione resurrecturam esse negat: sed hanc ipsam, mutatis qualitatibus, in incorruptione, in virtute et in gloria resurrecturam esse pronuntiat. Hec est constans Origenis opinio quam apertis verbis expavit lib. iii *Hegel ἀρχῶν*, cap. 6, num. 5 et 6, et lib. iii *contra Celsum*, num. 42, Εἶπερ δυνατὸν ἀμείbein ποιότητας τὴν ὑποκειμένην πάσας ποιότητιν ὑλὴν· πῶς οὐ δυνατὸν καὶ τὴν σάρκα τοῦ Ἰησοῦ ἀμείβασαν ποιότητας γεγονέας τοιάτιν, ὅποιαν ἔχρη εἶναι τὴν ἐν αἰώνιοι καὶ τοῖς ἀνωτάτῳ αὐτοῦ πολιτευμένην, οὐκέτι ἔχουσαν τὰ τῆς σαρκικῆς ἀσθενειῶν θία; Si materiæ qualitatibus omnibus subiectæ mutari possint qualitates, cur fieri non posuit, ut caro Iesu, mutatis qualitatibus, talis evaserit, qualem oportuit esse eam, qua in æthere, eoque superioribus locis versaretur, nihilque haberet eorum quæ infirmæ carnis propria sunt? His autem quæ leguntur lib. i *De resurrect. et in psalm. xv*. Confer etiam quæ habentur lib. ii et iv *De resurrectione*; lib. i *Hegel ἀρχῶν*, cap. 10; lib. iv *contra Celsum*, num. 45; lib. v, num. 47-25; lib. vi, num. 29, in *psalm. i*, vers. 5, et lib. xxviii, in *Isaiam prophetam*, et ex singulorum locorum accurata collatione fateberis nihil illis inesse quod catholicæ de Resurrectione dogmati non possit aptari, si modo quasdam exceperis quæstiunculas quas luxurians Origenis ingenium curiosius persecens, paulo longius prosequitur. Nam aliquando ita carnis vel corporis immutatæ qualitates, ut et ipsius naturam imitare videatur. De quo infra Huetius.

querela hær. LXIV, cap. 4. Τὴν τὸν νεκρὸν, ἵνα ποιεῖται, πῆ μὲν λόγῳ παριστῶν ταῦτην, πῆ δὲ ἔχαρνούμενος τελεώτατα, δῆλοτε δὲ καὶ μέρος ἐξ αὐτῆς ἀνάστασθαι. « Mortuorum resurrectionem imperfectam esse docet; partim eam verbis asserens, partim funditus tollens; alias vero partem ejus duntaxat resurgere tradens; » et illa Vincentii Bellovacensis *Speculi doctrinal.* lib. xviii, cap. 43, cum veram ait resurrectionem carnis Origenem negasse. Non satis autem intelligitur quid sibi voluerit Theophanes Ceramensis, cum scripsit homil. 22, Ἐκ μέντοι τοῦ εἰπεῖν. « Ή τι δύστι ἄρθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; ἐπιστομίζεται ἡ παρὰ τοῦ ἐπωνύμου τῆς ὁργῆς Ὡριγένους πεπλασμένη ἀνάστασις. » Ceterum dicendo. Aut quām dabit homo permutationem pro anima sua?<sup>12</sup> refellitur confusa resurrectio ab Origene, cui sicut nomen ἀπὸ τῆς ὁργῆς derivatum.

Non semel id ipsum asseverasse, quod proxime comminorati scriptores objiciunt, satendum quidem est: puta lib. II, *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 2, « Mira ergo ratione, inquit sanctus Apostolus ad generalem primam causam respiciens, materiæ corporalis, cuius materiæ anima usum semper habet in qualibet qualitate positæ, nunc quidem carnali, postmodum vero suhiliori et puriori, quæ spiritualis appellatur, ait, Necesse est corruptibili hoc induere incorruptionem<sup>13</sup>, » etc.; et in *Catena Corderiana in psalm. cxviii*, 25, pag. 799: Νῦν μὲν ἐκολλήθη τῷ ἑδάψει τῇ ψυχῇ, καὶ γέγονα σάρξ· ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει κολληθήσεται ἡ σάρξ τῇ ψυχῇ, καὶ ξεσται ψυχὴ ἡ τις κολληθεῖσα τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ καθολικῇ ἀναστάσει γίνεται ἐν πνεύμα, καὶ γίνεται τὸ σῶμα πνευματικόν. Nec aliter intelligimus, quæ consignata sunt lib. V *contra Cels.*, num. 48, Οὐτέ μὲν οὖν ἥμεται, οὔτε τὰ θεῖα γράμματα αὐταῖς φησι σαρξ·, μηδεμίαν μεταβολὴν ἀνείληφαις τὴν ἐπὶ τῷ βέλτιον, ξήσεσθαι τοὺς πάλαι ἀπομνόντας, ἀπὸ τῆς γῆς ἀναδύντας. Nam quominus recta his sententia accommodari possit, impedimento est hic Apostoli locus<sup>14</sup>: « Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei hereditare non possunt: » quo sensilem hanc et aspectabilem quam gerimus carnem regno cœlesti excludendam, et resurrectionis beneficio privandam significari putat. Hinc τὴν κεκρυμένην τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὑπὸ τῶν συνετωτέρων τρανότερον νοεῖσθαι ibidem scribit; et alibi resurrectionem ἐν τῇ συνθετικῇ τῶν ἀπλουστέρων ὄνομάεσθαι ἀνάστασιν σαρκός.

VI. Quantumvis autem perspicua videatur Origenis et constans opinio, repugnat tamen Pamphilus, et ne a carne quidem ipsa resurrectionem abjudicasse eum demonstrat, depromptis illius verbis e *Commentario in psalmum xv*, quæ sunt huiusmodi: « Offendatur qui vult ex nostro sermone: ego autem cum omni fiducia assevero,

A quia sicut primogenitus ex mortuis est Christus, ita primus carnem evexit ad cœlum; » et paulo post: « Hæc propter illud quod dictum est: Quoniam caro mea requiescat in spe<sup>15</sup>. In qua spe? Non solum quia ex mortuis resurgit; parum enim hoc est: sed in ea spe requiescit, quod assumpta est in cœlum. » Quibus adderem et illud e lib. III *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 5, nisi Rusini interpretis fraudes subvererer. « Denique caro nostra ab imperitis et infidelibus ita post mortem deperire existimat, ut nihil prorsus reliquum substantiæ sua habere credatur. Nos vero qui resurrectionem ejus creditimus, immutationem ejus tantummodo post mortem factam intelligimus, substantiam vero ejus certum est permanere, et voluntate Creatoris sui, certoque tempore rursus reparari ad vitam, atque iterum permutationem ejus fieri, ut quæ primo fuit caro ex terra terrena, tum deinde dissoluta post mortem, et iterum facta cinis ac terra; quoniam terra es, inquit, et in terram ibis<sup>16</sup>, rursum resuscitetur e terra; et post hoc jam velut meritum inhabitantis animæ poposcerit, in gloria corporis proficiet spiritualis. » Nempe hic quoque, ut in aliis plerisque sibi non constat Origenes, et modo has, modo illas sectatur partes, et ut in rebus adolescentiæ adhuc Christianismo subobscuris, et nondum per Ecclesiæ definitis animo indulget, et quidquid sibi pro tempore sit verisimilius, arripit. Unde ne ipse quidem Origenis castigator Methodius sine cespitatione hoc argumentum tractavit, homines singens post resurrectionem habitatores in terra jam instaurata, et per aerem temperatissimum ambientem in melius mutata, et in paradisi deliciis beatum æcum acturos; angelis autem coelestes orbes destinatum esse domicilium. Eusebium quoque Origenis partiarium resurrectionem mortuorum sustulisse narrat Photinus in epistola quadam ad Constantinum. In ejusdem erroris suspicionem mutuo sese vocant Hieronymus et Rusinus, quem tamen uerque summa cura diluere conatur. Huic etiam adhæsisse Arnobium verisimile est; ait enim lib. II *Contra gentes*: « Audeatis videre nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram, quam quidem nos dicere consemur; sed a vobis aliter quam sentiamus, audiri. » Quod idem est ac illud Origenis carnis resurrectionem esse dicentes ὑπὸ τῶν συνετωτέρων τρανότερον νεονόμενην. Denique proditum est ab Epiphanio et Hieronymo hauc ipsam fuisse Marcionis aliorumque hæreticorum de resurrectione falsam sententiam.

VII. Quamvis crassam illam carnis molem et compaginem a corporibus resurrecturis secretum iri senserit Origenes: quibus tamen prædicta ea fore qualitatibus ratus sit, cum resurgent, quam passa mutationem, qua instructa forma, non satis liquidum est. Nonnunquam enim suscitatum iri eadem, subtiliora licet ac splendidiora, asserit. Velut lib.

<sup>12</sup> Matth. xvi, 26. <sup>13</sup> I Cor. xv, 55. <sup>14</sup> I Cor. xv, 50. <sup>15</sup> Psalm. xv, 19. <sup>16</sup> Gen. iii, 19.

ii *Pepl ἀρχῶν*, cap. 10, num. 1 : « Si necesse est nos esse in corporibus, sicut certe necesse est, non in aliis quam in nostris corporibus esse debemus; » et ibid. num. 8 : « Videndum quoque est, ne forte etiam illud iste sermo significet, quod sicut sancti corpora sua, in quibus sancte et pure in hujus vita habitationibus vixerunt, lucida et gloria ex resurrectione suscipient: ita et impii quique qui in hac vita errorum tenebras et noctem ignorantiae dilexerunt, obscuris et letris post resurrectionem corporibus induantur; » et lib. iii, cap. 6, num. 4: « Non autem dubitandum est naturam corporis hujus nostri, voluntate Dei qui tales fecit eam, usque ad illam qualitatem subtilissimi, et purissimi ac splendidissimi corporis posse a Creatore perduci, prout rerum status, vocaverit, et meritum rationabilis naturae poposcerit; » et mox num. 6 : « Ita etiam de natura corporis sentiendum est, quod non aliud corpus est, quo nunc in ignobilitate, et in corruptione et infirmitate utimur; et aliud erit illud quo in incorruptione et in virtute et in gloria utimur: sed hoc idem abjectis infirmitatibus in quibus nunc est, in gloriam transmutabitur spiritus effectum, ut quod fuit indignitatis vas, hoc ipsum expurgatum fiat vas honoris, et beatitudinis habitaculum; » deinde ostendit non nobis ex quinto illo philosephorum corpore dictum iri a Deo corpus, « cum manifeste definiat sanctus Apostolus, quia non nova aliqua corpora resurgentibus a mortuis dentur, sed haec ipsa quæ viventes habuerant, ex deterioribus in melius transformata recipient. » Denique libro primo *De resurrectione*, ut est apud Pamphilum in *Apologia*, absurdum et iniquum fore ait, si sua mercede fraudetur corpus, quod cum anima fortiter decertavit; ea autem privatum iri non resurgat. Hanc corporis reparationem in melius cogitabat, ni fallor, Glycas cum opinatum scribit Origenem τὰ σώματα ἡμῶν μὴ ἀντασθαται ταῦτα ἐπὶ ἀναστάσει. quæ verba repetit Cedrenus de Origenistis loquens in quinto concilio damnatis.

Aliquando vero ne idem quidem corpus in vitam redditurum visus est tradidisse. His videlicet persuasus Apostoli I Cor. xv, 42-44 : « Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surgit in gloria; seminatur in infirmitate, surgit in virtute; seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale, » corpus resurrectum quidem existimavit, sed immutatum natura, et a priore diversum, ac plane aliud; quemadmodum e grano tritici spica surgit a grano diversa; quod confirmari puta isto a priore ad Corinth. xv, 36-38 : « In sapientia, tu quod seminas non viviscatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed audiun granum, ut puta, tritici aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut voluit, et unicuique seminum proprium corpus. » Unde lib. v contra Cels., num. 22, mortuo corpori velut semen futuri corporis inesse dicit, *hominigne e mortuis resurgent corporis pro divino*

A arbitrio impositum iri; tum concludit num. 23 : « Ήμεῖς μὲν οὖν οὐ φαμεν τὸ διαφθαρὲν σῶμα ἐπανέργειας εἰς τὴν ἑξ ἀρχῆς φύσιν, ὡς οὐδὲ τὸν διαφθαρέντα κόκκον τοῦ σίτου ἐπανέρχεσθαι εἰς τὸν κόκκον τοῦ σίτου· λέγομεν γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κόκκου τοῦ σίτου ἐγείρεται στάχυς, οὕτω λόγος τις ἔγκειται τῷ σώματι, ἀφ' οὗ μὴ φθειρομένου ἐγείρεται τὸ σῶμα ἐν ἀριθμοῖς· » ei paulo superius, num. 22 : « Ήμεῖς δὲ πειθόμενοι διτι τὸ σπειρόμενον οὐ ζωποιεῖται, ἐάν μὴ ἀποθάνῃ· καὶ διτι οὐ τὸ γενητόμενον σῶμα σπειρέται· ὁ γὰρ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς τὸ θέλησα, etc. Similia leguntur libro ii *Pepl ἀρχῶν*, cap. 10, num. 3. Quo loco atque item lib. ii *De resurrectione*, « substantiæ rationem » appellat resurrectionis germen, quo corpora reparanda censebat,

B quani a scholasticis « substantiam radicalem » dici recte adnotavit Genebrardus; licet alio penitus ac diverso modo effectio ejus ac virtus ab iisdem intelligatur. Itaque Gennadius lib. *De dogmatibus*, cap. 6, sic disputat : « Et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est aliud novum corpus pro carne; sed eadem caro corruptibilis quæ cedit, tam justorum quam injustorum, incorruptibilis resurget. »

C Quamvis autem aliud proditum corpus, et a priore diversum fixerit sibi Adamantius, iisdem tamen notis, eadem forma insigne futurum affirmat in *Commentario ad psalm. I*, pag. 534, 535, quem commentarium in epitomen a Methodio contractum repräsentat Epiphanius hæres. lxiv, cap. 12 et seq. Is ergo cap. 14 scribit corpora quæ per alimentorum susceptionem vitam tolerant, nunquam eadem remanere, sed per ciborum esum et excretionem fluvii instar, perpetuo fluere et mutari: eadem tamen manere corpora haec, non ratione duntaxat animæ, quæ eadem semper est: sed propter earumdem etiam formarum, quæ corporum singulorum notæ quædam propriae sunt ac characteres, perseverantiam, unde lentigines, cicatrices, navi ad mortem usque corporibus adhærent; in resurrectione igitur animæ circumponi formam illam, qua Petrus verbi gratia constituitur, diversa licet materia sit, ac diversum corpus; animas quippe variis pro locorum varietate uti corporibus; et quemadmodum aliud necesse foret subire corpus, si in aquis victuri essemus, ita nobis vitam acturis in celo, spiritualia necessaria corpora esse ascenda; sed mutato licet corpore, eamdem tamen nequitiam extinctum iri speciem ac formam, quemadmodum Jesus, Moses ac Elias in transformatione sese eadem agnoscendos specie præbuerunt. Explanat idipsum subinde Methodius cap. 38, ac eam quoque Origenis dissertationem in *Apologiam suam Pamphilus* inserit. Eustathius Antiochenus in libro *De Engastrimytho* narrat Origenem male de resurrectione sententiam abunde a Methodio fuisse confutatum, ab eoque aperte demonstratum ansam inde hæreticis præbitam, cur specie solum, non corpore ipso homines olim fore suscitandos opinarentur. Notabilis vero est Nicetæ Acominati accusa-

tio lib. iv *Thes. orthod. fid.*, bæres. xxxi, qua Origenis sententiam his exponit verbis, juxta Petri Morelli interpretationem: « Corpus hoc quo involvimus, resurrectionis illius die non resurget, sed humana tantum forma, qua Paulus forte vel Petrus dignoscitur; atque adeo extrinseca illa figura resurget, que sub forma quoque comprehenditur. Porro subjectum ipsum, sive corpus, haudquaquam idem manebit: Seminatur enim *corpus animale*, inquit Apostolus<sup>17</sup>, *corpus spirituale resurget*. Quapropter necesse est, ut resurrectionem in sola forma futuram speremus; in subjecto vero non item. » Addit deinde Nicetas sententiam suam de resurrectione a Platonicis Origenem accepisse; tradere autem illos duplex idoli genus animas unicuique adhærere; aliud ab æterno ei adnexum, splendidum et lucens; alterum crassius, ipsique ex astrorum dispositione circumpositum; huic deteriora animæ munia, illi præstantiora deberi: separari illud nonnunquam ab anima corpore exsoluta, et ad pristinam sedem revolare: hoc ab illa solvi neenti- quam posse, sed in Orcum, vel inter sidera post mortem abire. Quibus ita expositis hæc demum subjungit: « Itaque Origenes, ut mea quidem fert sententia, cum animam idolo hujusmodi vestisset, quod proprias actiones, sibique involutas circumferret, fore subjecit, ut una cum hoc illa resurgeret, futuroque Judicio subjiceretur, qua in re gentes prorsus imitatur; mortalis autem tactuque exposta caro deflueret atque evanesceret. »

Ulterius etiam abit nonnunquam Origenes, ac ne formam quidem ipsam et figuram corporibus suscitandis inhæsuram pronuntiat; et quemadmodum e grano tritici spica surgit grano absimilis, nec ex hoc transit in illam quidquam aliud, præter rationem seminis, seu σπενθητισμού, ita corpori mortuo inesse semen, quod germinabit novissima personante tuba, et aliud de se corpus dabit. Fusa hæc edidicit Hieronymus in epistola adversus Joannem Jerosolymitanum, et Origenem sic inducit disputantem, cap. 8: « Cum autem judicij dies advenierit, et in voce archangeli, et in novissima tuba<sup>18</sup> tremuerit terra, movebuntur statim semina, et in puncto horæ mortuos germinabunt: non tamen easdem carnes, nec in iis formis restituendæ, quæ fuerunt. » Capite deinde sequenti, ita loquentem singit Adamantium, ossium, sanguinis ac membrorum singulorum repudiata resurrectione: « Nunc oculis videmus, auribus audimus, manibus agimus, pedibus ambulamus; in illo autem corpore spirituali toti videbimus, toti audiemus, toti operabimur, toti ambulabimus, et transfigurabit Dominus corpus humilitatis nostræ conforme corpori claritatis suæ gloria<sup>19</sup>. Quando dixit, transfigurabit, id est μετασχηματιστ, membrorum quibus nunc utimur, diversitas denegatur. Aliud nobis spiritale et aethereum promittitur, quod nec tactui subjacet, nec oculis cer-

A nitur, nec pondere prægravatur, et pro locorum, in quibus futurum est, varietate mutabitur. » Tum sibi Christi resurrectionem opposuit, et suscitatum ejus corpus, stans, ambulans, latere, manibus, carnibus, ossibus instructum: sed alia virtute polle corpos respondet, quod de viri semine concretum non est, ac nostra corpora; et tale idcirco apparuisse Christi corpus, et ut dubitantibus apostolis fidem faceret resurrectionis; et aereum tamen et spirituale fuisse, ut quod clausis ostiis ingressum sit, et in fractione panis ex oculis evanuerit. Quam responsionem, ac reliquam item Origenis disputationem valide in sequentibus Hieronymus oppugnat. Ac idem, cum sibi fuisset propositum, accurate quoque dissolvit Augustinus epist. 49, ad Deocratias.

Erroris certe illius notæ reperire licet in *Commentario* Origenis ad psalm. 1, pag. 555, 556, quem in epitomen contraxit Methodius. Ibi quippe locum Ezech. cap. xxxvii, quo futuræ resurrectionis mysterium planissime aperitur, in aliud sensum detorquet; nam aridis illis ossibus, acerbam Ju-dæorum captivitatem notari putat, quæ corpora succo exhausta macie deformaverat; resurrectione autem, libertatem Ju-dæorum, quæ in pristinum eos statum, et integrum ac vividum corporis habitum erat restitutura. Alio itidem deflectit illud Matth. viii, 12, « Ibi erit fletus et stridor dentium, et alia que ejusmodi, quibus corpora resurrectura esse conficitur; nec ibi futuros dentes respondet, ubi nullus dentium usus futurus est; et corpoream illam speciem mutatum iri; nec primam materiam, quam eamdem esse sæpe dicit ac corpus, ullo modo resurrecturam; ad idque grani et spicæ exemplum, quo usus est Apostolus, accommodat. Tomo quoque xvii in *Matth.*, num. 30 et 35, de quæstione a Saduceis Sospitatori proposita agens genitalibus caritura decrevit corpora in cœlo, quod ibi genitalium usus abolendus sit. Sed et ex fine libri ii *De principiis*, assert hunc locum Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 2: « Cumque in tantum proficerimus, ut nequaquam carnes et corpora, forsitan ne animæ quidem fuerimus, sed mens et sensus ad perfectum veniens, nulloque perturbationum nubilo caligans, intuebitur rationabiles intelligibilesque substantias facie ad faciem. » Quæ sic depravavit suo more Rufinus: « Et ita crescent per singula rationabilis natura, non sicut in carne vel corpore, et anima in hac vita crescebat, sed mente ac sensu aucta ad perfectam scientiam, mens jam perfecta perducitur, nequaquam jam ultra istis carnalibus sensibus impedita, sed intellectualibus incrementis aucta, semper ad purum, et, ut ita dixerim, facie ad faciem rerum causas inspiciens. » Denique libro v *contra Cels.*, num. 19, propter migrationes e loco in locum corporibus nos opus habere docet; id autem certam non requiri partium posituram,

<sup>17</sup> I Cor. xv, 44. <sup>18</sup> I Thess. iv, 15. <sup>19</sup> Philip. iii, 21.

sod quodvis admittere corpus, corpus modo sit.

VIII. Inclinasse eodem quo Origenes videtur Hieronymus lib. iii in Epist. ad Ephes., cap. 5, vers. 28, « Foveamus igitur, inquit, et viri uxores, et animae nostra corpora, ut et uxores in viros, et corpora redigantur in animas, et nequaquam sit sexuum ulla diversitas. Sed quomodo apud angelos non est vir et mulier, ita et nos qui similes angelis futuri sumus, iam nunc incipiamus esse, quod nobis in cœlestibus repromissum est. » Acriter ea explodit Rufinus, utpote ex quibus interitus corporum, et sexuum abolitio consequatur; demum sic ait: « Quanto rectius faceres, si nos, quos culpas, imitareris in talibus, et hec soli Deo, ut se veritas habet, nosse permitteres; et te potius ignorare fatearis, quam ea scriberes, quæ paulo post tu ipse damnares. » Sed purgat se Hieronymus lib. i Apolog. adv. Rufin., cap. 6, talia sese ex Origenis persona, non quasi rem a se asseriam, sed quasi sibi objiciendam protulisse respondens. Eam et valide in Origenista quodam sese confutasse narrat epist. 27, ad Eustoch., cap. 11, et alibi quoque pro falsa a se haberi testatur. Sexuum discretionem tunc iri abolidum non pauci e Patribus antiquis affirmabant. Theodoreetus: Ταῦτης γάρ τῆς διαιρέσεως ἐνδέής τῶν ὑπὸ τῷ θανάτῳ τελούντων ἡ φύσις. « Hac enim discretione indiget eorum natura, qui sub mortis imperio degunt; » deinde: Τοῖς δέ γε ἀσωάτοις γεγενημένοις τὸ θῆλυ γένος παντάπαις περιττόν. « His enim qui immortales evaserunt omnino supervacuus est sexus muliebris. » Consultantur præterea Athanasius serm. 3 contra Arianos, Basilius in psalm. xxiv, Hilarius can. 23 in Matth., eadem illorum esse propemodum ac Origenis causa super hac quæstione de beatorum corporum sexu reperiatur.

IX. Si animam in resurrectione aliud recepturam

A corpus, et aliter formatum ratus est Adamantius, quam quod in mortali gestaverat vita; ecquiamnam corpori huic figuram potius ascriperit quam globosam, utpote rerum cœlestium propriam, et formarum omnium perfectissimam, ac animis expurgatis et in perfectiore reparatis statum maxime congruam? Sane Origenistas monachos, qui Palæstinæ asceteria Justini et Justiniani temporibus infestabant, dixisse refert Cyriacus apud Simeonem Metaphrastem (47), « Quod ætherea et sphærica excitantur nostra corpora in resurrectione: sic Domini quoque corpus fuisse excitatum, et nos futuros ei pares in resurrectione. » Quapropter Justinianus in epist. ad Menam probris Origenem incensis, quod corpora hominum orbiculata suscitatum B iri affirnaverit. Hinc ita conceptus est quintus ex anathematismis eidem epistolæ subjectis: Εἰ τις λέγει ή ἔχει ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδή τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔγειρεσθαι σώματα, καὶ οὐκ ὅμοιοις ἔργοις ἡμᾶς ἔγειρεσθαι, ἀνάθεμα ἔστο. « Si quis dicit aut sentit globosa hominum suscitari corpora, nec constitutus nos rectos suscitari, anathema esto. » Damnat id ipsum in Origene et fuse confutat Antipater Bostrensis episcopus in Dissertatione aduersus Origenem, inserta Joannis Damasceni Ecclisis titulo, Περὶ ἀμοιβῆς τῶν εὖ κατ' ἀρετὴν βιοτευτάτων, quas calamo exaratas habent Claramontani Patres Societatis Jesu. Damnat et Nicephorus lib. xvii, cap. 27. Huc spectat illud Hieronymi epist. 61, ad Pamphach., cap. 10: « Sic et Dominus noster in monte transfiguratus est in gloria, non ut manus ac pedes, cæteraque membra perderet, et subito in rotunditate vel solis, vel sphærae volveretur, sed eadem membra solis fulgere rutilantia apostolorum oculos perstringerent. »

(48) Quod si ita sensisse constaret Origenem, a Platone illuc impulsum fuisse dicere, qui finem

(47) Metaphrast. in Vita Cyriaci.

(48) Quod si ita sensisse constaret Origenem, etc. Certe corpora cœlestium globosa esse aperte docet Origenes lib. De oratione, num. 31, p. 268: « Εὐχηματίσθαι γάρ τῶν ἐπουρανίων τὰ σώματα, ὡς καὶ γόνατα σωματικὰ ἔχειν αὐτὰ, ὑπολαμβάνειν οὐ πάντα τὸ χρῆσθαι σφαιροειδῶν παρὰ τοὺς ἀκριβῶν περὶ τούτων διειληφότων ἀποδεξειγμένων αὐτῶν τῶν σωμάτων. » Ο δέ μὴ βουλόμενος τοῦτο παραδέξασθαι, καὶ τὰς χρείας ἔχαστον τῶν μελῶν, ἵνα μὴ μάτην ἡ τὸ διδημιουργημένον αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐὰν μὴ ἀναδέηται πρὸς τὸν λόγον, παραδέξεται, ἔκατερον πταίων. εἴτε φήσει μέλη σώματος μάτην καὶ μὴ ἐπὶ τῷ ἴδιῳ ἔργῳ γεγονέναι, αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, εἴτε ἐρεῖ τὸ ἔχαστα, καὶ τὸ ἀπευθυμένον ἔντερον τὰς λίστας χρείας ἐπιτελεῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Σφόδρος δὲ μωρῶν ἀναστραφῆσται, ἐάν τρόπον ἀνδράπτων τις νομίζῃ τὴν μὲν ἐπιφάνειαν μόνην εἶναι ἀνθρωποειδή, οὐχέτι δὲ καὶ τὰ ἐν βάθει. « Neque enim illo modo putandum est ita conformata esse cœlestium corpora, ut genua etiam corporea habeant, eum rotunda esse eorum corpora demonstrauimus sit ab his qui accurate ista tractarunt. It qui admittere nolit, is nisi rationi impudenter resistat, etiam singularium usum membrorum, ne quid in his a summo artifice Deo frustra factum sit, admittere enge-

D tur; utrinque offendens, sive dicat partes corporis frustra, nec ad proprium singularium opus eis a Deo datae esse; sive dicat viscera et rectum intestinum proprios usus in cœlestibus obtinere corporibus. Stultissime autem aget qui putabit ea statuarum more humanam speciem in cœla superficie, nou etiam in penitioribus habere. » Porro cum sexcentis in locis dicat Origenes similes nos post resurrectionem angelis evasuros, ac presentium tom. xvi in Matth., num. 30, pag. 813, 814, ubi ait: « Εγὼ δὲ οἵμαι διὰ τούτων δηλοῦσθαι ὅτι οὐ μόνον κατὰ τὸ μὴ γαμεῖν, καὶ τὸ μὴ γαμεῖσθαι, ὡς οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ ἄγγελοι γνωστοὶ οἱ καταξιούμενοι τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ μετασχηματιζόμενα αὐτῶν τὰ σώματα τῆς ταπεινώσεως γίνεσθαι τοιαύτα, ὅποιά ἔστι τὰ τῶν ἄγγελων σώματα, αἰθέρια, καὶ αὔγειδες φῶς. » Ego vero inde manifestum fieri opinor, non ex eo solummodo quod neque matrimonium contrahant, neque clocepius qui resurrectione a mortuis digni habentur, angelis cœli similes evadere; sed ex eo etiam quod transfigurata humilia eorum corpora, talia evadant, qualia sunt corpora angelorum, ætheria scilicet, et splendida luci consimilia; sequitur corpora hominum post resurrectionem sphærica fore sensisse.

ponebat ἐξομοίωσιν τῷ Θεῷ, Deum autem corpore licet carentem, forma globosa præditum fingebat, quemadmodum et Xenophanes, ut est apud Ciceronem *Academ.*, et Laertium in *Platone*, et *Xenophane*: ac proinde animis finem sumū adepti sphaericam formam tribuere cogebatur. Sed Hieronymus epist. 59. ad Avit., cap. 3, verba Origenis recitat e libro *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 1, quibus homines ait corpora idecirco deposituros, ut Deo similes sint, juxta illud Servatoris <sup>10</sup>: « Ut quomodo ego et tu unum sumus, sic et isti in nobis unum sint. » Demum sic ait: « E duobus alterum suscipere cogimur, ut aut desperemus similitudinem Dei, si eadem semper sumus corpora habituri; aut si beatitudo nobis ejusdem cum Deo vita promittitur, eadem qua vivit Deus nobis conditione vivendum est. » Tum Hieronymus: « Ex quibus omnibus approbatur, quid de resurrectione sentiat. » Deum plane incorporeum, ut est, ita esse putabat Origenes, ac ideo omni figura carere: qui ergo globosa corpora habituras animas reris potuit, quas similes futuras putabat Deo, quem corpore ac figura carere arbitrabatur? Itaque lib. ii *De principiis*, cap. 10, num. 2, quosdam impugnans haereticos, qui resurrectionem funditus tollebant, « Requirimus, inquit, ab eis, si possunt nobis spiritalis corporis habitum demonstrare atque describere, quod utique nullo modo facere poterunt. » Vides inconstantiam hominis, animis suscitatis corpora detrahentes nonnunquam, nonnunquam afflignantis, nec pro certo habentis equamnam illa figuram habituras.

X. Scribit Origenes tom. xvii in *Matt.*, num. 33, neminem a mortuis iri suscitatum, qui in hac vita non decertaverit. Verba haec sunt: Εἰ οὖν ἔτι μακαρίστητι οἱ γέρως ἄξιούμενοι διὰ τὸν ἑνεστήκτα αἰώνα ἐνῷ καλῶς ἔβιωσαν, ἐν ἐκείνῃ ἔσονται τῇ ζωῇ, καὶ οὐδεὶς τῶν μὴ ἀγωνισαμένων ἐνταῦθα καταξιοῦται τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, δηλονότι δὲ ἐνταῦθα διὰ γένεσιν χρεῖα ἦν, ταῦτα οὐκ ἔσται ἐκεῖ. Quod si quis colligit inde, resurrectione priuandos impios Origenem existimasse, abunde is sese a Pamphilo confutatum intelligat, vel ab ipso potius Origene in eo loco, quem e libro ipsius xxviii in *Isaiam profert Apologia* auctor, quo justos et impios a mortuis suscitandos declarat; duplē autem futuram resurrectionem, primam alteram justorum, alteram secundam impiorum, juxta illud Joannis Apocal. xx, 5: « Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors noua habet potestatem; » non ita ut illa tempore prior sit ista, sed modo et ratione. Ex hoc enim Joannis commate dividenda resurrectionis occasionem arripuisse eos verisimile est, de quibus Gennadius lib. *De dogmati*, cap. 6: « Erit resurrectionem mortuorum omnium hominum, sed una et in-

A simul et semel: non prima justorum, et secunda peccatorum, ut fabula est somniatorum, sed una omnium. » Hanc autem fore resurgendi rationem definit Origenes: unumquemque prout sese in vita gesserit, crassius subtiliusve a Deo corpus accepturum. « Sane, » inquit lib. ii *De resurrect.*, pag. 34, « qualis fuerit uniusecumque præparatio in hac vita, talis erit et resurrectio ejus. Qui beatius hic vixerit, corpus ejus in resurrectione diviniore splendoris fulget, et apta et mansio beatorum tribuetur locorum. Huic vero qui in malitia consumperit tempus sibi vita præsentis indulsum, tale dabitur corpus quod sufficere et perdurare possit in pœnis, » etc. Iterantur eadem lib. ii *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, et cap. 10, num. 2, 3, et lib. iii, cap. 6, num. 4., ubi ad cætera illud adjicit, postquam adeo res redierint, ut omnia unum sint, sicut Pater et Filius unum sunt, tum desitaram illam corporum diversitatem. Cum ergo resurrectione privatum iri impios dixit Origenes, resurrectionem illam intellege quæ damnationi opponitur. Ita Lactantius lib. vii *Divin. institut.*, cap. 21: « Tunc quorum fuerit probata justitia, il præmium immortalitatis accipient: quorum autem peccata et scelera detecta fuerint, non resurgent; sed cum impiis in easdem tenebras recondentur, ad certa supplicia destinati. » Duplici quippe modo accipi potest resurrectio, vel pro reditu ad vitam, et nova corporis ac animæ coniunctione; vel pro vita æternæ acquisitione: priore modo omnes homines ex aequo resurgent, posteriore justi duntaxat. Expositionem hanc confirmat alter Origenis locus e tom. xiii in *Matt.*, xixii, num. 21: Οἱ γὰρ ὄντες ἐν τῷ στήγηται ἄγιοι στανάζουσι βαρούμενοι: ἀπὸ τοῦ τῆς ταπεινῶσεως σώματος, καὶ πάντα πράττουσιν ἵνα ἄξιοι γένωνται εὑρεθῆναι ἐν τῷ τῆς ἀναστάσεως μυστηρίῳ: ὅτε μετασχηματίσει ὁ Θεὸς οὓς πάντων τὸ σῶμα τῆς ταπεινῶσεως, ἀλλὰ τὸν Χριστῷ γνησιῶς μαθητευομένων, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸς σύμμαρφον τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. In resurrectionis mysterio inveniri nos dicit, quando corpus nostrum mortale gloriose Christi corpori simile Deus efficit; quod beneficium non ad omnes homines, sed ad sanctos tantummodo pertinebit. Confirmat et alter ille e *Comment. in psalm.* 1, p. 532, recitatus ab Epiphanio haer. lxxiv, cap. 10 et 12, quo simpliciores quosdam, fretos illo Davidico: « Ideo non resurgent impii in iudicio<sup>11</sup>, r resurrectione aut iudicio dignandos a Deo malos negare ait, non satis aperte indicantes quid resurrectionem aut iudicium esse arbitrentur.

D XI. Cæterum ut alias fere semper, ita in his quoque de resurrectione quæstionibus Platone magistro usus est Adamantius. Futurum quippe aiebant Platonici, ut animæ olim

incipiant in corpora velle reverti,  
(VIRGIL. *Æneid.* vi, vers. 751.)

<sup>10</sup> Joan. xvii, 21. <sup>11</sup> Psal. 1, 5.

easque in corpora a prioribus diversa fore revocandas. Tertullianus libro *De resurrect. carnis*, cap. 4 : « Platonici importalem animam e contrario reclamant : imo adhuc proxime etiam in corpora remeabilem affirmant, etsi non in eadem. » Legendus Plato lib. x *De republ.*, ubi ex Heri Pamphylii persona, animae statum post mortem, poenas, μετερψύχωσιν, et immortalitatem describit. Sed multo magis in *Phaedone*, quo materiam illam exhaustus. Legendus quoque Augustinus lib. xxii *De civit. Dei*, cap. 26 et 27.

XII. Sed ne solitum Origeni nostro desit officium, si quæ in ejus patrocinium præter superiora colligi possunt, paucis comprehendamus. Sua primum illi in hujus argumenti tractatione faveat inconstantia, qua cum ex superioribus satis manifesta est, tum ex eo etiam quod de fine rerum disputans, et utrum in corpore, an extra corpus supra beatitudine fructuari simus inquirens, triplicem opinionem unicuique pro libitu persequendam proponit lib. II *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 3, num. 7, quem locum repeatit Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 2. Caput quoque sextum libri primi *De principiis*. eamdem Origenis fluctuationem testatur; nam postquam duplicem de statu beatorum sententiam exposuit, quarum prior interituram corporum naturam definit, et a qua sese alienum proficit, alia naturam corporream in modum ætheris expurgatum iri tradit, tandem sic concludit num. 4 : « Certius tamen qualiter se habitura sit res, scit solus Deus, et si qui ejus per Christum, et Spiritum sanctum amici sunt. » Pari prope modo consimilis argumenti disputationem claudit lib. II *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 2. Prodest quoque ad excusandum eum Rusini responsio lib. *De adult. librorum. Origen.* pertendentis errores istos circa resurrectionis materiam scriptis ipsius ab hereticis suis aspersos. Verba ejus sunt : « Vel iterum de resurrectione carnis, qui tam evidenter pronuntiavit naturam carnis in cælum ascendisse cum Verbo Dei, atque inibi cœlestibus apparuisse Virtutibus, novum et admirandum ei sui visum præbenter, possibile erat ut hanc iterum non esse salvandam diceret? » At inde tamen præcipuum sibi arcessit Origenes præsidium, quo sua æfale nondum quæstiones illæ fuerant ab Ecclesia p. dijudicatae; quo factum est, ut dum eum a veritatis norma deflexum revocare satagit Methodius, a vero ipse deerraverit, et alii quoque non sine offensione in hac quæstione versati sint, ut ostendimus supra; et Hieronymus velut titubans materiam hanc tractaverit epist. 61, ad Pamphach., cap. 45; ait quippe : « Ergo, inquires, et nos post resurrectionem comesuri sumus? Nescio, non enim scriptum est; et tamen si queratur, non puto comesuros. » Quæ causa est, cur suam de resurrectione declaraturus sententiam Origenes, retinendam veterum opinionem pronuntiaverit, quia nimur quantumvis absconsona ejus dogmata suos tamen autores et patronos habuere.

<sup>22</sup> Rom. viii, 22.

A XIII. Ex supra dictis subvertitur Methodii rationatio, qua hoc Origenis pronuntiatum confutare aggressus est, peccatorum omnium causam ad corpus referri. Ait quippe Methodius contraria sibi loqui Origenem; cum enim animam citra corpus peccasse, et proprius peccatum scortis tunics vestitam fuisse, tunicasque illas corpora ipsa esse concesserit; nunc sibi ipsum repugnare, cum corpus causa esse dicit cur anima peccet. Origenianæ doctrinæ connexionem non vidit Methodius. Diximus enim supra corporeas animas vel incorporeas appellasse Adamantium, crassiorum vel tenuiorum corporum ratione, cum revera corporeas esse, et Deum unum incorporealem censuerit. Idem animas pro peccatorum gravitate graviora subire corpora B assernit. His nequitam repugnat illud, animas a corporibus suis trahi in vitia, et cum nunquam corpore cariture sint, futuros semper beatitudinis et damnationis circuitus; et antequam humanis astriecte essent membris, in peccata tamen fuisse prolapsas; ac meritas cur e subtilioribus corporibus in spissiora demergerentur. Atque ita commune aliquid habet Origenes cum Porphyrio, qui dicebat, « ut beata sit anima, corpus omne esse fugiendum. » Sed ut communia quedam cum Porphyrio sit locutus, penitus tamen diversa sensit.

C Notandum porro auctorem dialogi *De recta in Deum fide*, qui sub Origenis nomine prodicit, Marinum Bardesianistam inducere haec dogmata propugnantem; hominem sola anima constare; animam scelere admissa, tunics pellicéis, hoc est corpore, tanquam vinculo ac compede fuisse constictam, atque inde a Jeremia vinclitos nos appellari; ac animo malorum omnium causam esse corpus: Adamantium autem haec ipsa impugnantem; et hominem, corpore licet et anima constet, animam tamen in Scripturis vocari demonstrantem, eademque Marino regerentem, quæ apud Epiphanius Origeni Methodius opposuit.

#### QUÆSTIO X

##### DE POSTRENO JUDICIO.

- Exploratur placitum Origenis de rebus supremo Dei arbitrio judicandis. II. Et de ratione ac loco judicii postremi.

- Mortuorum resurrectionem supremum Dei iudicium excipiet. Quo cum ulciscenda sclera, mercede autem donanda sint recte acta et virtutes, idcirco statuta opinatus est Origenes, quæcumque vel recte vel male agendo præmia vel supplicia promoveri possunt. Superioris autem ostendimus angelis ipsum, sideribus ac elementis bene vel male agendi potestatem affinxisse. « Futurum est, » inquit homil. 4 in *Ezech.*, num. 1, pag. 370, « ut in die judicii non solum homo, sed etiam universa conditio judicetur: Omnis quippe creatura congermisset et concoleat ». Tum in hunc rerum judicandarum censem conjicit angelos, cælum, quæque supra et infra cælum sunt, terram ipsam et aerem. Qua de opinione late disseruimus, cum de

angelis et de sideribus ageremus. Quinam præterea in iudicium sistendi sint, ignorari declarat : « Utrum autem omnes gentes, » inquit tractat. xxxiv in Matth., num. 70, « ab omnibus quæ in omnibus generationibus fuerint, aut ille tantum quæ in consummatione fuerint derelictæ, aut illæ tantum quæ crediderunt in Deum per Christum ; et ipse utrum omnes, an non omnes, non satis est manifestum. » De eodem etiam ambigit tractat. xxx in idem Evangelium, num. 51. At in veram tamen et orthodoxam sententiam videtur concedere lib. ii in Epist. ad Rom., num. 4, pag. 479 (si qua Rusini interpretationi fides habenda est), omnesque omnino homines in supremo illo διαδικτυῳ judicandos agnoscere. « Requiritur sane, inquit, a quibusdam, cur dies hic, de quo superius bibliothecas propheticas movimus, in fine mundi statutus sit, ut omnes qui ab initio seculi usque ad finem ipsius defuncti sunt, ad hunc ultimum diem judicandi reserven- tur. »

H. « Item tractandum est utrum in loco futurus est Salvatoris adventus in gloria, an alteram expositionem debemus exquirere. Quis enim erit locus ille, ut capiat in uno aspectu et omnes angelos venientes cum Christo, et omnes gentes illæ congregatas ? Et de sede gloriæ ejus quid est dicendum ? Putas corporale aliquod subsellium erit, aut etiam hoc opus habet interpretatione subtiliore ? » Hæc scribit Origenes tractat. xxxiv in Matth., num. 70, de loco et modo iudicij postremi C ambigens ; ac respondet postmodum tum adventurum Christum, cum universis hominibus sese cognoscendum dabit, « ante oculos mentis eorum jam non fidei aut diligentia alicuius inquisitione repertus, sed ipsius divinitatis suæ manifestatione prælatus ; » et cum peccata sua ac virtutes unusquisque manifesto intuitu perlustrabit; atque eo paeto eventurum illud : « Congregabuntur ante eum omnes gentes<sup>12</sup>. » Nec certum aliquem ultimæ huic disceptationi locum addicit, sed « Ubique, inquit, futurus est Christus, et ipse in conspectu omnium erit ubique, et omnes ubique erunt in conspectu ipsius ; et sic constituentur ante sedem gloriæ ejus, hoc est ante regnum ejus, et potestatem domi nationis ipsius ; » et paulo post : « Sic erunt ante D eum, ut non localiter audianus omnes gentes fieri ante eum » Similia jactantur lib. ix in Epist. ad Rom., num. 41, pag. 662, ubi a sacris scriptoribus usurpata dicitur iudiciorum humanorum forma, quo iudicium illud extremum Christi dilucidius explicaretur. « Declarari videmus, inquit, ex omnibus certissime futurum esse iudicium Dei, cuius species ut notior hominibus fieret, judicandi forma ex iis quæ inter homines geruntur, assumpta est ; » atque ita metaphorice vult intelligi excelsum illud Christi tribunal, et reliquum tremendi illius dici apparatus, illudque duntaxat tenendum, « Judicem

A omnium Christum natura et maiestate eneatis eminentem introspicere corda, et conscientiam singulorum, manifestare occulta, et obiecta re velare, ut et bonis actibus laudem tribuat, et mali pœnam, quam merentur, excipiant. » Nempe allegoriis suis sincerum illud dogma corrupit, « quod in confessione ac professione tenet omnis Ecclesia Dei veri » (ait Augustinus lib. xx De civit. Dei, cap. 4), « Christum de cœlo esse venturum ad vivos et mortuos judicandos ; » non modo per vim et majestatem suam omnia completem, mentesque omnium collustrantem, et in actorum suorum memoriam retorquentem ; sed corpore præsentem, et homines universos in unum adducentem, et suprema ac decretoria sententia res hominum compонentem. At hic quoque meminerimus nondum certis finibus Ecclesiam has quæstiones tunc temporis sepsisse.

## QUÆSTIO XI.

## DE PŒNIS ET PRÆMIIS.

1. *Origenis opinio ex ipsius principiis summaris deducitur.* II. *Eadem deinde fusius ipsius verbis declaratur. Ac primum de pœnis. Omnes homines igne examinando fore sensit.* III. *Deinde in varia loca pro meritis dimittendos;* IV. *Ac torquendos.* V. *Quales pœnas futuras arbitratus sit; quid ignem aeternum.* VI. *Ecquas prater ignem pœnas mortuis infligendas decreverit.* VII. *Ex his variis adversus eum criminationes.* VIII. *Sed sui tamen ei non desunt astipulatoris, suaque defensio.* IX. *De præmiis agitur, et in quo positam sanctorum beatitudinem voluerit Origenes, explicatur.* X. *Re censentur variis gradus per quos ad eam perveniri sensit.* XI. *De loco, quo animas sanctorum con quiescere docuit, disputatur : nempe de cœlo novo et terra nova.* XII. *Ac de paradiso.* XIII. *Unde hæc transstulerit, exquiritur.* XIV. *Hinc in Patrum multorum reprehensiones incurrit.* XV. *Sed aliqua tamen in ejus excusationem afferrri possunt.* XVI. *Utrum et quomodo pœnia damnatorum pœnum impositum iri, et omnia unum in Deo per ἀποκατάστασιν futura ratus sit.* XVII. *Non alias pœnas quam purgatorialia admisit.* XVIII. *Quid sit justa Origenem novissima inimica mors, deque damnorum pœnis queritur.* XIX. *Utrum beatitatis quoque futura spatium terminis circumscriptur.* XX. *Horum dogmatum fontes reserantur.* XXI. *Proprie illa a Patribus graviter reprehensus est.* XXII. *An fuerit in heresi Chiliasmistarum.* XXIII. *Nonnulla Origeni defendendo adducuntur.* XXIV. *Nonpunctum solius diaboli pœnas fore aeternas asseverat.* XXV. *Ab Origenina super pœnas damnatorum opinione Patres aliquot non multum recedunt.* XXVI. *Investigatur significatio vocis aiōvios.*

1. Postremo Dei arbitrio dijudicatis hominum rebus, sua quemque præmia, suæ pœnae prosequentur. In ejus rei tractatione tantum sibi permisit Origenes, ut non aliam ob causam majores in se querelas concitarit : nam et quales pœnae ac præmia, et quanta futura sint, pervestigans, in absurdas opiniones prolapsus est, dum falsis doctrinæ suæ principiis dogmata hæc quoque accommodat. Diximus enim jam saepè putasse illum mentes rationis compotes pro meritorum suorum me-

<sup>12</sup> Matth. xxv, 52.

sura ac modo variis adjungi corporibus; subtilioribus, si recte se gesserint; sin secus, gravibus et crassis: easdemque quemlibet statum adeptas, arbitrii sui libertate ad bene vel male agendum frui, ac perpetuos esse proinde a supernis ad inferiор lapsus et reditus. Inde sequitur certum nullum beatitatis futurum statum, nullum miseriam; semperque vel in felicitate, vel in penitentia futuros progressus aut regressus, prout in vitio animae vel in virtute profecerint: ac damnatorum idcirco poenas et beatorum gaudia nentiquam fore sempiterna.

II. Opinionis istius partes singulas si subtilius persequi velimus, et non ex Origenianæ doctrinæ connexione, sed ex ipsis Adamantii verbis aestimare singula, et quaecunque præterea in id argumentum disseruit colligere, res erit scilicet in proclivi. Primum itaque homines omnes igne examinatum iri definit: sed ita tamen ut illasi et illibali prætereant sancti; impiorum vero noxa et vitia flammis excoquantur. « Veniendum est ergo, » inquit homil. vi in *Exod.*, num. 4, « omnibus ad ignem; veniendum est ad conflagatorium: sedet enim Dominus, et conflat, et purgat filios Iuda<sup>18</sup>. Sed et illuc cum venitur, si quis multa opera bona, et parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igni resolvitur ac purgatur, et totum remanet aurum purum. Et si quis, plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, ut amplius decocquatur, ut et si parum aliquid sit auri, purgatum tamen resideat. Quod si aliquis illuc totus plumbus venerit, fieri de illo hoc quod scriptum est: Demergetur in profundum, tanquam plumbum in aquam validissimam<sup>19</sup>. » Et homil. iii in *psal. xxxvi*, num. 4: « Certum est quia manet nos ignis ille qui præparatus est peccatoribus, et venientis ad illum ignem, in quo uniusenjusque opus quale sit ignis probabit<sup>20</sup>. » Et, ut ego arbitror, omnes nos venire necesse est ad illum ignem. Etiam si Paulus sit aliquis vel Petrus, venit tamen ad illum ignem. Sed illi tales audiunt: *Etiam per ignem transseas, flamma non aduret te*<sup>21</sup>. Si vero aliquis similis mei peccator sit, veniet quidem ad ignem illum, sicut Petrus et Paulus, sed non sic transit, sicut Petrus et Paulus. » Ac illius transitus discrimen Hebræorum Ægyptiorumque per mare Rubrum transitus comparatione explanat, adductis scilicet his Pauli I Cor. iii, 13: « Uniusenjusque opus quale sit, ignis probabit. » Et homil. xiv in *Luc.*: « Ego puto, quod et post resurrectionem ex mortuis indigeamus sacramento eluente nos atque purgante; nemo enim absque sordibus resurgere poterit; nec ullam posse animam reperiri, quæ universis statim vitiis careat. » Et lib. v *Contra Gelsen*, num. 15, Epicureum hunc confutans, qui receptam apud Christianos de mundi conflagratione opinionem irridebat, dicit ignem universo mundo

A inferri: Eixodus δέ οἱ τοῦ ἔκαστον τῶν διομένων τῆς διὰ τοῦ πυρὸς δίκης ἄμφα καὶ λατρεῖας, καίοντος μὲν καὶ οὐ καταχαλοντος τοὺς μὴ ἔχοντας ὅλην διομένην ἀναλούσθαι ὑπὲκείνου τοῦ πυρὸς καίοντος δὲ καὶ καταχαλοντος τοὺς ἐν τῇ διὰ τῶν πράξεων, καὶ λόγων, καὶ νοημάτων τροπικῶς λεγομένη οἰκοδομῆς ἔνδικα, χόρτου, ἢ καλάμην οἰκοδομήσαντας. Cum ait ergo lib. viii in *Epist. ad Rom.*, num. 12, pag. 640, quicunque Verbo Dei purgatus non fuerit, hinc igne excruciatum iri; igne quoque lustratum, sed non adustum iri intelligit, qui Verbo Dei fuerit purgatus.

At homilia tamen 24 in *Lucam*, eos tantum igneum lumine a Christo baptizandos affirmat, qui aqua et spiritu fuerint baptizati, et purgatione eguerint.

B Econtrario vero homil. 2 in *Jerem.*, num. 3, sanctos dicit Spiritu sancto a Iesu baptizari, scelestos vero igne. Homilia autem 25 in *Num.*, num. 6, unumquemque purgatione indigere ait, « sed mystica haec esse et ineffabilia. Quis enim nobis, inquit, enarrare poterit quæ sint purificationes que parentur Paulo, vel Petro, vel aliis horum similibus? » Ceterum mentem Origenis parum assecuti sunt Sixtus Senensis et Genebrardus, verba ejus referenda censentes ad ignem ultimæ conflagrationis, qui electos quosdam nondum satis purgatos lustrabit, reprobos vero omnes apprehendet, nam ne sanctissimos quidem, Petrum putat, vel Paulum, hoc igne futuros inimunes Adamantius arbitratur.

C III. Igne hoc probati homines varia loca pro meritis ex decreto Origenis sortientur, alii infernum, variaque inferni loca, et mansiones; et quemadmodum terrena haec loca mentibus et coelesti domicilio propter peccata deturbatis pro inferno habentur, ita hominibus e terra digressis et scelere contaminatis inferiorem assignari sedem, quæ infernus appellatur. Τάχα δὲ, inquit cap. i *Philoc.*, ὥσπερ οἱ ἐντεῦθεν κατὰ τὸν κοινὸν θάνατον ἀποθνήσκοντες, ἐκ τῶν ἐνταῦθα πεπραγμένων οἰκονομοῦνται, εἰ κειθέλεν δέξιοι τοῦ καλουμένου χωρίου ἄδου, τόπῳ διαφόρῳ τυγχάνειν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἀμαρτημάτων· οὐτως οἱ ἐκεῖθεν, οὐ οὐτως εἴπω, ἀποθνήσκοντες εἰς δέδην τοῦτον καταβαίνουσι κρινόμενοι δέξιοι τῶν τοῦ παντὸς περιγέλου τόπου διαφόρων οἰκητηρίων ἢ χειρόνων. Quæ sic a Rusino redditæ sunt lib. iv *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 2, num. 23, p. 185: « Fortassis enim sicut hi qui de hoc mundo secundum communem mortem istam recedentes pro actibus suis et meritis dispensamur, prout digni fuerint judicati, alii quidem in locum qui dicitur inferus, alii in sinum Abrabæ, et per diversa quaque vel loca vel mansiones: ita etiam ex illis locis velut illic (si diei potest) morientes, a superis in hunc inferum descendunt. Nam ille inferus ad quem hinc morientium animæ dicuntur, credo, ob hanc distinctionem infernus inferior a Scriptura nominatur in

<sup>18</sup> Malach. iii, 3. <sup>19</sup> Exod. xv, 10. <sup>20</sup> 1 Cor. iii, 13.

Psalmis : Quia liberasti animam meam ex inferno inferiori <sup>36</sup>. » Quæ ab Hieronymo quoque epistola 59, ad Avitum, cap. 4, inserta sunt. Quoniam autem infernum Christus tenebras exteriores non nunquam appellat, inde sit ut eas extra mundum Adamantius ableget tract. xxxiii in Matth., num. 69 : « Quoniam legimus, inquit, aliquem qui fuit ante nos exponentem de tenebris abyssi, et dicentem quoniam abyssus est extra mundum foris, et tenebræ. Consideremus ergo, si potest vera esse expositio ejus, ut quidam quasi indigni toto mundo in abyssum illum, quam ille exposuit, foras ejiciantur, in qua sunt tenebræ, nemine eas illuminante, cum sint extra totum mundum. » Sed alibi tamen aliter tenebras exteriores exponit, ut mox ostendemus. Homilia autem 1 in Genes., num. 1, abyssum illam cui in rerum initio tenebrae incubabant, eam esse scribit in quam diabolus, ipsiusque angeli mittendi sunt.

IV. Assignatis locis ac sedibus suis redditos homines poenæ ac supplicia pro scelerum modo torquebunt. Ait enim lib. 1 *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 3 : « Interim tam in his quæ videntur, et temporibus sæculis, quam in illis quæ non videntur et æterna sunt, omnes isti pro ordine, pro ratione, pro modo, et meritorum dignitatibus dispensantur, ut alii in primis, alii in secundis, nonnulli etiam in ultimis temporibus, et per majora ac graviora supplicia, necnon et diurna, ac multis, ut ita dicam, sæculis tolerata, asperioribus emendationibus reparati et restituti, eruditionibus primo angelicis, tum deinde etiam superiorum graduum virtutibus, et sic per singula ad superiora proiecti, usque ad ea quæ sunt invisibilia et æterna proveniant, singulis videlicet quibusque cœlestium virtutum officiis quadam eruditione in specie peragratis. Ex quo, ut opinor, hoc consequentia ipsa videtur ostendere, unamquamque rationabilem naturam posse ab uno in alterum ordinem transeuntem, per singulos in omnes, et ab omnibus in singulos pervenire, dum accessus profectum, defectumve variis pro motibus vel conatibus propriis unusquisque pro liberi arbitrii facultate perpetitur. » Prolimum locum describere necessum habui, quia ad Origenianæ doctrinæ emendationem, et sequentium intellectum confert.

V. Jam vero cujusmodi poenæ futuras opinatus sit Origenes, videamus. Ignem illum æternum, in quem capitali Christi decreto impii mittendi sunt, nihil aliud esse ratus est, quam conscientiae vermem. Consulatur caput 10 libri 11 *De principiis*, num. 4, quod id argumentum excusset : ibi ait revocata divina virtute, et ob oculos impii positam peccatorum memoriam (juxta illud Pauli Rom. 11, 15, 16 : « Inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus, in die cum judicabit Deus occulta hominum), mentem ejus stimulis pungere,

A ut sui ipsa sit accensatrix et testis; eamque adeo flammis ultricibus urere : ignis hujus escam esse admissas ante noxas, quas idcirco Apostolus ligna, fenum et stipulam nominavit; hinc scriptum esse apud Isaiah 1, 11 : *Ambulate in lumine ignis vestri, et flamma quam accendistis.* « Per quos sermones, inquit, hoc videtur indicari, quod unusquisque peccatorumflammam sibi ipse proprii ignis accendat, et non in aliquem ignem qui antea jam fuerat accensus ab alio, vel ante ipsum substiterit, demergatur. » Quarit deinde num. 5 an præter illos, vel iræ, vel furoris, vel insanie, vel mororis ignes, quibus impii cum in hac vita torti fuerint, in futura quoque torquebuntur, aliqua generali poena post mortem puniendi sint. Deinde dicit eo cruciatu affectum iri animam, ab ordine atque harmonia, ad quam fuerat a Deo condita, divulsam, quo afficitur corpus cum membra soluta compage distrahabuntur : « Quæ, inquit, anime dissolutio atque divulsio, cum adhibiti ignis ratione fuerit explorata, sine dubio ad firmorem sui compaginem instaurationemque solidatur. » Præterea num. 6, quemadmodum curandis morbis ferrum et ignis saepe adhibentur, ita conjectat « medicum nostrum Deum volentem diluere vitia animarum nostrarum, quæ ex peccatorum et scelerum diversitate collegant, uti hujuscemodi poenalibus curis insuper etiam ignis inferre supplicium his qui sanitatem animæ perdiderunt. » Idem libro v *contra Celsum* non aliud quidquam per ignes intelligere docet eos quos Scriptura stultos mundi appellat, ή τὴν διὰ φύσου καὶ φυντασίας τῶν κολάσεων ἐπιστροφήν, καὶ τῶν πολλῶν κακῶν ἀποκῆγμα. Tale illud e tract. 34 in Matth., num. 72 : « Qui autem recedunt ab Iesu, decidunt in ignem æternum, qui alterius generis est ab hoc igne quem habemus in usu. Nullus enim ignis inter homines est æternus, sed nec multi temporis; extinguitur enim cito. Æternus autem ignis est ille, de quo et Isaías dicit in fine prophetie suæ : *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur* <sup>37</sup>. » Simili igne uti dæmones asseverat homil. 27 in Num., num. 8, nempe cum homines a vitiis ad meliora conversos certunt, tum vero acerbissimas eos sufferre poenæ, et meritis ignibus exardescere.

Alias ignem peccata excedentem et assumentem, Deum ipsum esse vult, propter hoc Deuter. iv, 24, « Dominus Deus tuus ignis consumens est. » Inde homilia in Jerem. 2, num. 2, et 16, num. 5 et 6, igne hoc ligna, fenum et stipulam, Christi fundamento superstructa, opera nempe peccati narrat absumi, postquam anima fuerit a corpore sejuncta : aurum vero, argentum, et gemmas, virtutes scilicet, et recte acta, illibata et intacta servari. At lib. 1 *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 1, num. 2, alio detorquet locum hunc Deuteronomii, nec pro future vita purgatione accipit, sed pro presentis hujus gratia

<sup>36</sup> Psal. LXXXV, 13. <sup>37</sup> Isa. LXVI, 24.

mentibus humanis a Deo infusa. » Quid enim, inquit, consumet Deus secundum hoc quod ignis est? Nunquidnam putabitur consumere materiam corporalem, ut est lignum, vel fenum, vel stipula? et quid in hoc dignum de Dei laudibus dicitur, si Deus ignis est hujusmodi materias consumens? Sed consideremus quia Deus consumit quidem et exterminat, sed consumit malas mentium cogitationes, consumit gesta turpia, consumit desideria peccati, cum se credentium mentibus inserit, et eas animas quae Verbi ejus ac Sapientiae efficiuntur capaces, una cum Filio suo inhabitans, secundum quod dictum est: *Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus*<sup>28</sup>; omnibus eorum viitiis passionibusque consumptis, purum sibi eas seque dignum efficit templum. » Ita et lib. II in *Cantic. canicor.*, pag. 52: « Denique ob hoc Deus noster ignis dicitur esse consumens<sup>29</sup>, et nihilominus lux in quo tenebrae non sunt<sup>30</sup>. Lux sine dubio justis, et ignis efficitur peccatoribus, ut consumat in eis omne quod in anima eorum corruptibilitatis aut fragilitatis invenerit; » nec aliter homil. I in *Ezech.*, num. 12 et 13. Animam ceteroquin ignibus attingi et exuri non posse statuit lib. VI contra *Cels.*, num. 71, Ημεῖς δὲ ἀσύματον οὐσίαν οὐκέτι τεμένη ἐκπυρουμένην, οὐδὲ εἰς πῦρ ἀναλυμένην τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν, η̄ τὴν ἀγγέλων, η̄ θρόνων, η̄ χωριστῶν, η̄ ἀρχῶν, η̄ ἔξουσιῶν ὑπόστασιν.

Nonnunquam tamen supremam mundi conflagrationem igne hoc denotari putat, eoque hominum peccata exuri et purgari. Legatur in libro V contra *Celsum*, num. 15, locus ille, quo impurum hunc philosophum futuram mundi conflagrationem negantem refellit; ostendit enim incendio hoc homines universos lustratum iri, illesis tamen iis in quibus opera peccati, idoneum scilicet igni huic pabulum, nulla reperientur; exustis vero aliis, qui noxas et sceleras, ligna nimirum, fenum et stipulam flammis exedenda collegerint. Quarto quoque operis ejusdem libro, num. 20 et 64, mundum tradit nunc diluvii repurgari, nunc incendiis, καὶ τάχα οὐ τὰ ἐπὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ὅλῃ τῷ κόσμῳ, θεομένῳ καθαρισίῳ ὅταν πολλή ἡ κακία γένηται ἐν αὐτῷ.

Utut ignem hunc intelligendum censem, nullam aliam præterea noxiis hominibus inflictum iri poenam, licet illa pro peccatorum ratione diversis modis intendatur vel remittatur, scribit in libro *De Proverbiis Salomonis*: « Manifestum est quod una poena tam dæmonum naturæ, quam humano generi peccatorum a Domino praesinita sit illa, quam Dominus sua sententia designavit dicens: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus*<sup>31</sup>; ostendens quia eadem species poenarum peccatoribus, hominibus, et diabolo, et angelis ejus

A preparata sit, licet in eadem poena diversa sit quantitas poenæ. Alius enim gravius ac vehementius cruciatur pro magnitudine peccatorum; alius autem remissius, cuius leviora et faciliora peccata sunt. » Locum profert Pamphilus in *Apologia*.

VI. Sæpius tamen aliis præter ignem suppliciis homines castigari a Deo fassus est. Homilia 18 in *Jerem.*, num. 15, pag. 261, majus aliquod gehenna ignis esse supplicium concludit ex eo quod is sit gehennæ ignis reus, qui dixerit fratri suo, « *Fatuus*<sup>32</sup>; » majus itaque impendere supplicium majorum criminum reis, puta adulteris; quod cuiusmodi sit futurum in cor hominis non ascendisse. Libro VII contra *Celsum*, num. 5, scribit animam insontem et puram, statim atque corpore exiit, ad B puriora ætheris loca sublimem ferri: quæcumque vero noxia est, peccatis oppressam circa terram huc et illuc volutari; quasdam circa mortuorum sepultra, inde spectra oculis hominum quandoque objici; alias alibi errare. E Platone transtulit commentum istud, ut alia pleraque, cujus ea est in *Phædone* assertio, hominum corporeis rebus dum viverent implicitorum animas circa monumenta versari, quibus cum conspicabilis aliqua corporis pars etiamnum adhærescat, hinc tenebrisosas animarum imagines, aspectabiles existere. Eam nihilominus sententiam repudiat tom. XXVIII in *Joan.*, num. 5, absurdumque esse decernit existimare animam, postquam corpore liberata est, mortuo assidere.

C Aliud præterea supplicii genus notari putat his Lucæ verbis, quibus futurum minatur Christus, ut imprudentem servum dividat, partemque ejus cuni infidelibus ponat<sup>33</sup>. » Genus autem supplicii id esse putat, divisionem animæ a Spiritu sancto; vel divisionem nobilioris partis animæ, quæ ad imaginem et similitudinem Dei facta est, ab ea parte quæ per liberi arbitrii lapsum deformata est; vel divisionem animæ ab angelo tutelæ sue præfecto. Sed et errorum tenebras et ignorantiae caliginem vult exprimi tenebris exterioribus, in quas mitti jubet eum rex, qui ueste nupciali non induitus in nuptiali convivio discumbebat<sup>34</sup>; et servum nequam et pigrum, qui talentum sibi commissum in terram desoderat<sup>35</sup>. Quo accedit tractat. XXXIII in *Matt.*, num. 69, tenebras exteriores ita exponens: « Ubi nulla illuminatio est, forsitan nec corporalis, nec est respectio Dei illic, sed quasi indigni speculatione Dei qui talia peccaverunt, condemnantur in his quæ exteriores tenebre appellantur: forsitan donec intellexerint, ut convertantur et digni efficiantur exire ab eis. » Aliter tamen paulo post: « Consideremus ergo, inquit, si potest vera esse expositio ejus, ut exteriores tenebras illas intelligamus, ut quidam quasi indigni toto mundo in abyssum illam, quam ille exposuit, foras ejiciantur

<sup>28</sup> Joan. xiv, 25. <sup>29</sup> Hebr. xii, 29. <sup>30</sup> I Joan. i, 5. <sup>31</sup> Matth. xxv, 41. <sup>32</sup> Matth. v, 22. <sup>33</sup> Luc. xii, 26. <sup>34</sup> Matth. xxii, 13. <sup>35</sup> Matth. xxv, 30.

in qua sunt tenebrae, nomine eas illuminante, cum A sint extra totum mundum. »

Cujuscunque porro generis sint poenae, vehementius iis cruciatum iri corpora putat, quibus resurgentem induemur; utpote subtiliora et spiritualia, quam quae hac in vita gestamus; quemadmodum nudum corpus mollius est ad verbera, iisque acerius afficitur, quam si veste contegatur. Verba Origenis e *Commentario in psalm. vi*, pag. 580, Pamphilus in *Apologia* recitavit. Denique Hieronymus in epist. 95, ad Avitum, cap. 1, scripsisse Origenem resert in fine libri primi *Hept. apocr.*, animam quandoque « pro dolore poenarum et ignis ardore, magis eligere ut brutum animal sit, et in aquis habitet, et fluctibus, ac corpus assumere hujus vel illius pecoris. »

VII. Multiplicem commemorata dogmata Origeni exprobationem peperere. Inter alia objectum ei narrat Pamphilus in *Apologetico*, negasse illum sceleris inferenda supplicia; quod poenam sensus, ut vocant, videatur sustulisse, cum ignem aeternum interpretatus est perturbationes animi, et conscientiae stimulus. Eo spectant ista Hieronymi lib. III in *Epist. ad Ephes. v*, 6: « Quia igitur sunt plerique, qui dicunt non futura pro peccatis esse supplicia, nec extrinsecus adhibenda tormenta, sed ipsum peccatum, et conscientiam delicti esse pro poena, dum vermis in corde non moritur, et in animo ignis accenditur, in similitudinem febris, quae non torquet extrinsecus ægrotantem, sed corpora ipsa corripiens ponit, sine cruciatum extrinsecus adhibitione, quos possidet. » Notat praeterea Hieronymus in epist. 59, ad Avit., cap. 1-4. Origenem dixisse animas pro criminum modo crassioribus hominum, vel jumentorum, vel etiam demonum corporibus immitti, easdemque resipiscentes ad angelorum naturam redire: quod jam observavimus. Addit cap. 2 tormenta cum et ignem gehennæ in conscientia peccatorum libro II *Hept. apocr.* posuisse, quod iterat *Apol. ii*, cap. 1, et in *Commentariis in Epist. ad Ephes.*, cap. 5 et 6. Queritur quoque apud Augustinum Orosius in *Commentorio*, jactare solitos Origenistas quosdam, « Ignem aeternum quo peccatores puniantur, non esse ignem verum, dicentes dictum esse ignem propria conscientiae punitionem; ac sic omnes peccatorum animas post purgationem conscientiae in unitatem corporis Christi esse reddituras. » Arguit item circuitus illos beatitudinis et damnationis semipiternos Augustinus *Hæres. xlvi* ad Quodvultdeum, et lib. xxi *De civit. Dei*, cap. 17. At Nicetas Choniates lib. IV *Thes. orthod. fid.*, hæc. xxxi, dixisse ait Origenem, futurum ut anima tantisper in igne maneat, dum vitiorum sordibus expurgetur; at verem tam sine fine permansurum, nec unquam gehennam extinctum iri, « ut hoc pacto stimuletur in posterum, refricereturque memoria divinae humanitatis in animis, quae a perennibus hisce suppliciis liberatae fuerint. »

VIII. Nihilominus tamen multorum consensione et patrocinio noster Origenes defenditur, suaque imprimis dubitatione, cum lib. I *Hept. apocr.*, initio capituli sexti, de rerum consummatione, deque poenis damnatorum, ac heatorum premiis acturus sic præfatur: « Quæ quidem a nobis etiam cum magnæ metu et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus, quam pro certo ac definito statuentibus. » Et ita demum caput idem claudit: « Certius tamen qualiter se habitura sit res scit solus Deus, et si qui ejus Christum et Spiritum sanctum amici sunt. » Pari quoque modo initio capituli sequentis hesitationem suam declarat. Id ne ipse quidem inficiatus est Hieronymus, cum epist. 59, ad Avit., cap. 1, Origenem de eodem argumento multa commentatum scripsisse tandem ait: « Hæc juxta nostram sententiam non sint dogmata, sed quæsita tantum, atque projecta, ne penitus intractata viderentur. »

Cæterum in asserendo igne illo qui justos in fine rerum itidem ut impios invasurus ab Origene singitur, ipsi consentit Lactantius *Instit. lib. vii*, cap. 21: Justos, inquit, cum judicaverit, etiam igni eos examinabit: tum quorum peccata vel pondere, vel numero prævaluerint, perstringentur igni atque amburentur: quos autem plena justitia et maturitas virtutis incoherit, ignem illum non sentient. » Hilarius quoque cap. 2 in *Matth.*: « Baptizatis in Spiritu sancto reliquum » esse dicit « consummari igne judicii, » atque ne hac quidem lege immunem fore putat B. Virginem. Idem habet in *Comment. ad psalm. cxviii*, 20. Ambrosius serm. in *psalm. xxxvi*: « Igne ergo purgabuntur filii Levi, igne Ezechiel, igne Daniel; » et deinde: « Salvi erimus per fidem, sic tamen salvi quasi per ignem; nisi non exuremur, tamen uremur. » Quæ sequuntur, ex Origene manifeste translata sunt: « Quomodo tamen alii remaneant in igne, alii pertranseant, docet nos divina Scriptura: nempe in mare Rubrum demersus est populus *Egyptiorum*, transivit ante populus *Hebreorum*. » Igneam vero ejusmodi purgationem gladio flammeo circa ostium paradisi circumacto et rotato significari ait *Comment. in psalm. cxviii*. Et Hieronymus lib. III in Amos vii, 4, sanctos et impios ignibus pariter expurgando esse ait quibus omnibus prælusi Sibyllinorum oraculorum scriptor lib. II:

*Kαὶ τότε δὴ πάρτες διὰ αἰθομέρου ποταμοῖο,  
Καὶ φλογὸς ἀσέστον δισδεύσορθ· οἱ τε δὲ  
χαιοῦ  
Πάρτες σωθῆσορτ·, ἀσεβεῖς δὲ εἰς τοσικ  
διλούνται  
Εἰς αἰώνας ὅλους, δύσσοτε κακὰ πρόσθετε ἐρε  
ξειν.*

Et deinde:

*Toὺς δὲ διλούς, δύσσοις τε δίκη, κατὰ τ' ἔργα  
[μέμηλει,  
Ἄγγελοι αἱρόμενοι διὰ αἰθομέρου ποταμοῖο  
Εἰς φῶς δέξονται.  
Tunc vero omnes per ardentem fluvium,  
Et flammam inextinctam transibunt: justi autem*

*Omnis salutem adipiscuntur; impii vero peribunt  
In omnia saecula, quicunque malu ante gesse-  
[runt:]*

*Et deinde:*

*Alios vero, quibus justitia, et recta opera curae  
[uerunt],  
Angeli tollentes per ardentem fluvium  
In lucem deducent.*

Ignem in conscientiae facibus et flagellis itidem ut Origenes constituit Ambrosius lib. vii in *Luc.*, cap. 14, iisdem sere ipsius verbis: Ergo, » inquit, neque corporalium stridor aliquis dentium, neque ignis aliquis perpetuus flamarum corporalium, neque vermis est corporalis. Sed haec ideo, quia sicut ex multa cruditate et febres nascuntur et vermes; ita si quis non decoquat peccata sua, velut quadam interposita sobrietate abstinentiae, sed miscendo peccata peccatis, tanquam cruditatem quamdam contrahat veterum et recentium delictorum, igne aduretur proprio, et suis vermibus consumetur. » Hieronymus doctrinæ huic alias satis insensus, in eam tamen benigne se gerit sub finem libri xviii *Comment. in Isaiam*: « Vermis autem qui non morietur, et ignis qui non extinguetur, a plenisse conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in suppliciis constitutos, quare vitio suo atque peccato caruerint electorum bono; » et paulo post: « Si quis igitur habeat in conscientia sua zizania, quæ inimicus homo, dormiente patresfamilias, superseminavit, haec ignis exureret, haec vorabit incendium. » Minime quidem fidem his a se adjungi testatur; sed nec ea sibi improbari significat; nec sub aliena, sed sub sua ipsius persona proponit. Diversa vero est Augustini ratio, nam quamvis lib. xxi *De civit. Dei*, cap. 9, eorum opinionem reprobet, qui ignem damnatorum metaphorice sumunt, eumque corporeum fateatur libri ejusdem cap. 10 et libro xii *De Genes. ad litter.*, cap. 52 et 53, neget inferorum substantiam esse spiritalem; et ea quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, doceat non esse corporalia, sed similia corporalibus; tamen libro xx *De civit. Dei*, cap. 16, ignem illum dicit se « cuiusmodi, et in qua mundi vel rerum parte futurus sit hominem scire arbitrari neminem, nisi forte cui divinus Spiritus ostendit. » Capite 26 libri sequentis haec Apostoli, I Cor. iii, 15: « Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit; » et vers. 15: « Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem, » significare putat angustias ac noxores, quibus homo percellitur, cum rebus animo suo preter æquum charis et complacitis orbatur: « Quod enim, inquit, sine illiciente amore non habuit, sine urente dolore non perdet. » Hoc quoque igne mortem notari conjectat, Ecclesiæ persecutiones, martyria; ac eum proinde ab æterno hoc igne distinguit, in quem damnati Christi decreto mittendi sunt. At illud adverti omnino velim: « Post istius sane corporis mortem, donec ad illum veniatur, qui post resurrectionem corporum futurus est damnationis et remunerationis ultimus

A dies, si hoc temporis intervallo spiritus defunctorum ejusmodi ignem dicuntur perpetui, quem non sentiant illi qui non habuerunt tales mores et amores in huius corporis vita, ut eorum ligna, et fenum, et stipula consumantur: alii vero sentiant, qui ejusmodi secum ædificia portaverunt; sive ibi tantum; sive et hic et ibi, sive ideo hic ut non ibi, sæcularia, quamvis a damnatione venialia concremantem ignem transitoriae tribulationis inveniant, non redarguo, quia forsitan verum est. » Nec levius in Græcis scriptoribus positum Origeni præsidium est: Philo in libro *Peri τῆς εἰς τὰ προτα-θεύματα συνέδοσην*. Τὴν δικιον καὶ ὀλεον φυχὴν φυγαδεύων ἀφ' ἔαντοῦ πορφυράτῳ διέσπειρεν εἰς τὸν ἥδοντον καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ ἀδικημάτων χῶρον· ὁ δὲ χῶρος οὗτος προσφύεστατα ἀσεβῶν καλεῖται, οὐχ ὁ μυθεύδεμενος ἐν ἔδου· καὶ γὰρ ὁ πρὸς ἀλήθειαν ἔδης, ὁ τοῦ μοχθηροῦ βίος ἔστιν, ὁ ἀλάστωρ, καὶ παλαι-ναῖος, καὶ πάσαις ἀραις ἔνοχος. « Injustam et impianam animam fugatam a seipso longe procul dispergit (Deus) in voluptatum, et cupiditatum, et criminiū locum. Hic autem locus aptissime impiorum appellatur, non qui apud inferos fabulose singitur. Versus enim infernus, vita est hominis nequam, perniciosa, conselerata, et omni execratione digna. » Corporeuni quoque negat esse infernum Gregorius Nyssenus lib. *De anima et resurrect.*, quemadmodum ignem æternum materia constare inficiatur Joannes Damascenus in fine libri iv *De orthod. fid.*, cujus tamen sententiam mollire conatur S. Thomas, ut est apud Sextum Senensem *Biblioth.* lib. v, adnot. 144. Ignem et vermem in scelerum memoria ponit Theophylactus in ix *Marc.*: Σκώληξ δὲ καὶ πῦρ κολάζοντα τοὺς ἀμαρτωλούς ή συγελθοῖς ἔστιν ἔκάστου, καὶ ή μνήμη τῶν πραχθέντων ἐν τῷ βίῳ τούτῳ αἰσχρῶν· ήτοις ὡς περ σκώληξ καταδαπανῆ καὶ ὡς πῦρ φλέγει. « Vermis autem et ignis, qui puniunt peccatores, conscientia est uniuscujusque et memoria turpium in hac vita gestorum; quæ sicut vermis absumit, et sicut ignis urit. » Nicetas lib. iv *Thes. orthod. fid.*, bær. xxxi, Deum ignis illius nomine notari suspicatur, quia « vitium consumit, et in favillam convertit. » In statuendo inferorum loco extra mundi hujus metas Origeni suffragatur Chrysostomus homil. 31 in *Epist. ad Rom.*, gehennam in spatiis ab hoc mundo secretis statuens hoc argumento, quod regum carceres et metalla remota esse soleant. Suffragatur et Augustinus lib. xii *De Genes. ad litter.*, cap. 53, 54, cum inferos extra terram collocat; et lib. xx *De civit. Dei*, cap. 16, cum ignorare se profitetur, « in qua mundi vel rerum parte futurus sit ignis ille. » Quamvis lib. ii *Retract.*, cap. 24, sub terris hunc esse tandem concedat. Certe de loco et natura ignis hujus, licet nullum adhuc editum sit peculiare decretum, nedum Adamantii ætate, universæ tamen consensus Ecclesie satis ostendit, quid unicuique tenendum sit. Denique Joannes Philoponus, Christianus philosophus, animas corporibus exem-

ptas circa monumenta voluntari cum Origene decrevit: nam hominem triplici instructum anima, vegetativa, sensitiva et rationali, prioribus duabus per mortem privari dixit, tertiam vero superesse; quæ si sceleribus inquinata sit, expiandis iis spiritu tenui vestiri, in eoque commeritas poenas dare; alioquin incorpoream animam, corporeis rebus affici non posse; spiritale itaque istud corpus supplici torqueri; et in sepulcretis interim degere, variisque indui formis, et vaporibus nutriti; eoque tandem absumpto, tum demum expiatam animam absolví, et in cœlum ferri.

Nihil porro iterare attinet, quod suo jam disputavimus loco, ecquonam tempore daemonibus inferenda supplicia Origenes putaverit. Perspicuum enim fecimus nullas, ipsius opinione, poenas iis infligi, quoad postremo judicio in ignem æternum conjecti sint; multosque e sanctis Patribus poenam, uti appellatur, sensus ab iis removisse.

IX. Nunc quid de beatitate commentus sit, explorremus. Hanc in eo positam sensit, ut quisquis eam sit adeptus, unus cum Deo efficiatur, juxta illud Joan. xvii, 24 et 21: « Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum; ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. » Ad id autem felicitatis culmen non statim putavit perveniri, sed per cognitionem primum et eruditionem, qua errorum et ignorantiae caligo discutitur; ac deinde per Dei similitudinem; et demum per intimam cum Deo conjunctionem et unitatem, qua supremum bonum continetur. Multis hæc explicantur lib. II *De principiis*, cap. 11, num. 3, et lib. III, cap. 6, num. 1 et seq.: nam priore loco ostendit Origenes comedustros sanctos « panem vitae, qui veritatis et sapientiae cibis nutriat animam, et illuminet mentem, et potet eam divina sapientia pocius.... quibus sapientia escis nutrita mens ad integrum et perfectum, sicut ex initio factus est homo, ad imaginem et similitudinem Dei reparetur. » Hinc unicuique a Deo insertum esse ait discendi amorem, qui tum explebitur, cum post diligenter quæsitam in hac vita veritatis notitiam, clariorem rerum perceptionem consequi promeruerimus. Multiplicem deinde rerum scientiam enumerat, qua tum mens illustrabitur, non simplici quidem et repetita collatione, sed diversa, et promentis captu et progressu continentis successione impertiita. Posteriore autem loco docet summum bonum, seu finem omnium, ad quem natura rationalis universa tendit, hunc esse, similem Deo, quoad ejus fieri potest, evadere; atque ex hac similitudine in melius proficientem animam unum jam fieri cum Deo, prout pollicitus est Christus Joan. xvii, 24 et 21, atque ita porro in fine omnia, et in omnibus Deum futurum esse. Exponit postmodum qui omnia et in omnibus Deus esse possit<sup>\*\*</sup>; nempe cum rationis pollens anima, omni-

A vitiorum face purgata, nihil aliud vel intelligere vel sentire potest, quam Deum; nec amplius ex arbore scientie boni et mali decerpitos fructus degustare concupiscit, cum semper in bono sit, nec ei malum perpetrare promptum sit; eoque tandem pacto finem reparari in principium, rerumque exitus initii conferri, cum in illum statum restituatur anima, quem cum teneret, ligno scientie boni et mali non egebat; tunc eam morti obnoxiam non futuram, detersum tri omniem malitia sensum, Deumque vere futurum omnia in omnibus. Ad hæc quale futurum sit spiritale illud corpus quo circumvestiendi sunt beati, patefecit, splendidius nimilrum et excellentius corporibus reliquis quæ sub aspectum cadere possunt; eo vero plus subtilitatis ac splendoris adeptum, quo ratione instructa anima plus meritis suis ac virtutibus poposcerit. Quærerit demum utrum post rerum consummationem, cum Deus erit omnia in omnibus, idem erit corporum omnium fulgor et gloria; respondeatque summum illum et perfectum statum adepturam corpoream naturam, postquam sanctis doctrinis eruditas animas Deo Patri Christus subjecerit. Atque hæc fere habet Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 3, et ad finem libri hujus tertii *Ἐγῆ ἀρχῶν* ista Origenem intulisse ait: « Et erit Deus omnia in omnibus, ut universa natura corporea redigatur in eam substantialiam quæ omnibus melior est, in divinam scilicet, quæ nulla est melior; » quod Rufinus dissimulavit. Dissimulavit et hoc alterum, quod ex eodem Originis libro cap. 6, num 5, adducit ibidem Hieronymus: « Nec dubium est quin post quædam intervalla temporum rursus materia subsistat, et corpora flant, et mundi diversitas construitur; propter varias voluntates rationabilium creaturarum, quæ post perfectam beatitudinem usque ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora dilapse tantam malitiam receperunt, ut in contrarium verterentur, dum nolunt servare principium, et incorruptam beatitudinem possidere. » Id quippe perulgatum Originis dogma de beatorum animorum peccatis et lapsibus, in alios transfert interpretatione sua Rufinus libro eodem III *De principiis*, cap. 6. Sic enim habet: « Verum istam perfectionem ac beatitudinem rationabilium creaturarum, vel naturarum, ita demum quidam permanere in eodem statu, quo supra diximus, putant, id est ut Deum omnia habeant, et Deus eis sit omnia, si nullatenus eas societas naturæ corporalis amoveat. Alioquin existimant gloriam summæ beatitudinis impediri, si materialis substantia interseratur admistio. » Quin etiam quod aliis ascribentem Adamantium inducit Rufinus, id confutantem ipsum exhibet capite eodem num. 6: « In quo statu (beatitudinis) etiam permanere semper et immutabiliter Creatoris voluntate est credendum, fidem rei faciente sententia Apostoli dicentis: *Domum habentus non manus*-

<sup>\*\*</sup> I Cor. xv, 28.

*ciam, æternum in cælis* <sup>27</sup>. De fine quoque rerum agit Origenes lib. i *De principiis*, cap. 6, num. 1, 2, omniaque dicit ad unum finem revocanda, quemadmodum ab uno initio prefecta sunt, postquam scilicet regnaverit Christus, omnesque inimicos sibi subiucerit, ipsumque novissimum inimicum mortem destruxerit, et Patri regnum tradiderit tuncque cœlestia, terrestria et inferna ad unum finem deventura, et per bonitatem Dei, et subjectionem Christi, atque unitatem Spiritus sancti. Addit insuper soli Trinitati bonitatem substantialiter inesse, ceteros inde mutuatam et derivatam habere; et tunc esse in beatitudine, cum de sanctitate, ac sapientia, et de ipsa divinitate participant: quod quicunque negligunt, propriæ desidiae vitio felicitate hac eos excidere, et a Deo pro culpe modo adhiberi. Nec ab his discrepant quæ ex Origene profert Catena Corderiana in Psalms, ad psalm. lx, 3, pag. 739, ubi Christus esse dicitur tabernaculum, et mons sanctus, in quo perfecti conquiescent; deinde subiicit: Πλὴν εἰ καὶ οὕτω τελειώθητος ἔχει ἡ τοιαύτη σκηνὴ, ὡς καὶ ἄγρια εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἔστι μετ' αὐτὴν κατάστασις ὑπερέχουσα τῶν λογικῶν, καθ' ᾧ ἔσονται ἐν Πατρὶ καὶ Γεῷ, μᾶλλον δὲ τῇ τριάδι. διὸ παροικεῖν εἰς τοὺς αἰώνας, ἀλλ' οὐ κατοικεῖν ἐν τῷ σκηνώματι εἰρηταί: δὲ ἐν τούτῳ τῷ οἶκῳ γεγονὼς σκεπασθήσεται ἐν τῇ τῶν πτερύγων τοῦ Θεοῦ εἰπεῖ. Hoc est: Et tabernaculo, quod est Christus, digressi sancti in Trinitate conquiescent, cum regne Christi absoluto, Pater ipse regnum suscepit. Hac doctrina imbutus Theodorus Ascidas, Cæsareæ Cappadociæ episcopus, Origenistarum Justiniani aetate patronus, dixit: *Ei vūv oī ἀπόστολοι, καὶ oī μάρτυρες θαυματουργοῦσι, καὶ ἐν τῇ τοσαύτῃ τιμῇ ὑπάρχουσιν, ἐν τῇ ἀποκαταστάσει εἰ μή ίσοι γένοντο τῷ Χριστῷ, πολὺ ἀποκαταστάσις αὐτοῖς ἔστιν;* Si nunc apostoli et martyres miracula edunt, et in tanto sunt honore; in restitutione si aequales Christo non evadant, qualis eorum restitutio futura est? Quam vocem in quinta synodo damnatam fuisse testatur Evagrius lib. iv, cap. 38. Verumtamen in præfatione *Comment. in Joan.* a communi theologorum sententia minime recedit Origenes, in Dei cognitione et contemplatione beatitudinem sitam esse docens, et finem esse τὸ θεωρητικὸν, εἰς δὲ καταλήγειν τὸ τέλος ὁδοῦ ἐν τῇ λεγομένῃ ἀποκαταστάσει.

X. Non statim autem ad supremam beatitudinem, sed pedentem ac per diversos gradus perveniri voluit. Nam animas beatitudinem promeritas, sed terrenarum rerum contagie etiamnum laborantes, postquam corpore emissæ sunt, per varia deduci loca fixit, in quibus expurgatas, et ab angelis huic ministerio destinatis eruditas, et errorum tenebris exsolutas, splendidiorem ac celsiorem regionem concendere; ibique novis instructas doctrinis, aliisque usas magistris in sublimius ferri, donec ad

A summum, quem diximus, felicitatis apicem evaserint; ac primum in certo quodam terra loco terræ nas feces, et ignorantiam deponi, atque hunc esse paradisum; inde in aere, et in diversis postmodum cœli locis novam capessere disciplinam, et perfecta demum beatitate frui; in singulis autem mansionibus eo diurniore agere moram animas, quo pluribus, dum corpori adjunctæ essent, sese noxis contaminarunt, pluribusque inquinamentis expurgandæ sunt. Frequentes exstant doctrinæ hujus notæ: nos precipuas excerptemus. Ilomilia 26 in Num., num. 4, digressum animæ a corpore, Israelitarum exitu de Ægypto exprimi tradit, cum, relictis mundi hujus tenebris, et corporis cœxitate, in alium orbem transit anima, qui vel sinus Abraham, ut in Lazari historia; vel paradisus, ut in illa Istronis, nuncupatur; vel etiam, inquit, si qua novit Deus esse alia loca, vel alias mansiones, per quæ transiens anima Deo credens, et perveniens usque ad flumen illud, quod laetificat civitatem Dei, intra ipsam sortem promissæ Patribus hæreditatis accipiat, et aliquanto post, num. 5: Istius ergo terræ hæreditatem, posteaquam de mundi hujus Ægypto exierit, Deo credens anima consequitur: et alibi quidem ii qui sub lege vixerunt; alibi autem qui per Jesu Christi fidem et gratiam dispensati sunt. Homilia deinde sequenti repetit hæc eadem, et diversis mansionibus Israelitarum in deserto, animæ mansiones notari scribit; ut et illo Christi Joan. xiv, 2: In domo Patris mei mansiones multæ sunt; ac variis præterea prophetarum testimoniis, quæ subinde enumerat: per hæc ergo loca peregrinantem animam ad quietis locum cum gemitu et dolore anhelare; hebescere etiam, et caligare, quoad itineris sui metam assecuta sit: Per singulas quasque, inquit num. 4, pag. 377, digrediens mansiones, illas scilicet multas, quæ dicuntur esse apud Patrem, illuminatur amplius ex una ad aliam veniens, majora semper illuminationis augmenta conquirit, usquequo assueta sit ipsius veri luminis, quod illuminat omnem hominem, intuitum pati, et miræ majestatis ferre fulgorem. Inculcat idem in sequentibus, num. 6: Post resurrectionem ascensura ad cœlos (anima) non subito, nec importune ad summa concendit, sed per multas deducitur mansiones, in quibus illuminata per singulas, et augmentatione semper splendoris accepto, in unaquaque mansione illustrata sapientiae lumine usque ad ipsum perveniat lumen Patrem. Post hæc mansionum illarum deserti nomina mansionibus accommodat, quas anima in cœlum abiura peragrat, ostenditque hanc etiam tum dæmonum insidiis et tentamentis esse obnoxiam, laboresque sustinere, at non invitam, nec tantum lis defatigari, quantum spe sublevatur; sed et refrigeriis animam soveri, paulatimque ad cœlestium cognitionem assurgere, jamque plenam in corpus exercere potesta-

<sup>27</sup> II Cor. v, 1.

tem, et tum curriculi metam stringere, cum pervernit ad flumen Dei, et sapientiae fluentis, undisque divinae scientiae irrigatur. Ex quibus satis apparet sententiae huius Origenis vim asserre Sextum Senensem lib. v *Biblioth.*, adnot. 128, cum ait mansiones illas, non ad diversa ascensionum tempora, sed ad diversos præmiorum gradus esse referendas. Denique hom. 28 in *Num.*, num. 2, 3, aliquem nobis a Deo locum præparari comminiscitur, ubi ad certum tempus habitemus, si que peccata imprudentes admisiimus; quemadmodum certas refugii urbes iis assignavit Moyses, qui homicidium casu et inconsulto commisissent; et unumquemque in hac illave cœli parte a Christo pro meritis constitui. Addit homil. 25 in *Josue*, num. 4, filios Abraham locatum iri in cœlo secundum ordinem stellarum et partium cœli; datumque iri aliis sortem ad orientem, aliis ad occidentem, ad austrum aliis, aliis autem qui Deo magis noti sunt ad aquilonem. Facit ad rem illud ex homil. 4 in *psal.* xxxviii, num. 8: « Alium facit diem solis iste cursus nostri bujus cœli spatiis terminatus; aliud habet diem ille qui ad secundi cœli pervenire meretur ascensum. Multo enim clariorem diem dicit ille qui usque ad tertium cœlum vel rapi, vel pervenire potuerit, ubi non solum inefabile lumen inveniet, verum etiam verba quæ homini loqui non licet, audiet. Novi et alios dies, quorum numerum fortassis propheta merito requirit. » Clarissimum vero istud quod legitur tractat. xxx in *Matth.*, num. 51, pag. 871: « Unumquodque cœlum suæ institutionis et initia habet, et perfectiones, id est terminos. Ut puta post conversationem summam quæ fuit super terram, suscipit iterum hominem conversationem unius cœli, et perfectio quæ in ea est. Iterum suscipit eum tertia conversatione tertii cœli, et perfectio quæ in ea est. Et sic intellige mihi multorum cœlorum multa conversationum initia esse et terminos, id est perfectiones, a quibus initia et terminis diversorum cœlorum congregat Deus suos electos. » Idem libro *De principiis*, cap. 6, docet ad unum finem reditura omnia, quemadmodum eadem initia habuerunt, tum scilicet cum imperium tenuerit Christus, et proli-gatis inimicis, sibique subjectis, ac ipsa etiam morte, regnum Patri tradiderit. Ostendit deinde suis ordinibus delapsas quasdam rationales naturas, aliis fuisse ad regendum traditas que locum suum tenuissent, earumque salubribus disciplinis reformatas amissam beatitudinem recuperare posse: « Ex quibus, » inquit num. 2, « existimo, prout ego sentire possum, hunc ordinem humani generis institutum, qui utique in futuro sæculo, vel supervenientibus sæculis, cum cœlum novum et terra nova secundum Isalam erit, restituetur in illam unitatem, quam promittit Dominus Jesus. » Quasdam preterea in tantam ait devenisse nequitiam, ut virtutum cœlestium eruditionem penitus respuant, hisque repugnant; atque illas ab apostolis virtutes contrarias appellari, unde mortalium vitæ

A certamina et agones existunt. Tum docet in praesenti et in futuro sæculo singulas diversis castigatas suppliciis, angelicis disciplinis emendari, donec ad perfecta et æterna perveniant; quem locum non semel supra adduximus. Tandem in eo desinit, non interituram quidem in fine rerum corporalem naturam, sed mutatum iri ætheris in modum, et celestem quamdam subtilitatem ac splendorem adepturam. Multis etiam argumentum istud explanat lib. ii *Hept. apxwōr* cap. 3, sibique querendum proponit, utrum post hunc mundum curatio aliqua et emendatio futura sit, asperior quidem in eos qui Verbo Dei morem non gesserunt; erga ceteros vero mollior et lenior, qui jam in studio veritatis, dum viverent, subacti, divinæ sapientie capaciores effecti sunt: utrum etiam finis omnium hanc vitam sit exceptura, alius vero mundus futurus sit ad eos corrigendos, qui id meriti sunt. Hanc deinde excitat opinionem quæ corpoream naturam in fine rerum penitus in nihilum redigendam asseverat; quam edisserens ait num. 2: « Hæc materia corporis, quæ nunc corruptibilis est, induet incorruptionem, cum perfecta anima, et dogmatibus incorruptionis instructa uti eo coepit; » docetque animam corporis indumentum futuram, quæ ipsa Christo induetur, unde incorrupta evadet. Postmodum addit: « Incorruptio autem et immortalitas quid aliud erit, nisi Sapientia, et Verbum, et Justitia Dei, quæ formant animam, et induunt, et exornant? » Eam autem sententiam, quæ futurum statuit, ut incorporea vita agenda sit, cum Christo subjecta omnia fuerint; vel alteram hanc quæ corpoream substantiam purissimis spiritibus pro meritis sociandam, et in æthereum statum transmutandam decernit; aut tertiam denique, quæ desitulum mundi bujus habitum definit, et supra sphærām ἀπλανῆ in tuto collocandam piorum stationem, tum qui castigationibus delicta expiarunt, tum qui virtutibus eo pervenire meruerunt, proponit unicuique, ut quæ animo suo collibuerit magis, eam pro arbitrio amplectatur. Capite 11 libri ejusdem, num. 6, putare se pronuntiat migrantes ex hac vita animas in locum aliquem in terra positum secedere, quem paradisum Scriptura appellat, ibique sic tanquam in schola, D rerum quas in terris viderant, ac futurorum etiam causas condiscere. Quo mundior autem, et exercitator aliqua fuerit, eo magis proficiem, citius in aerem consensuram, hinc ad sphæras cœlestes, in quibus novis eruditionis accessionibus locupletabitur. Eadem habentur lib. iii *Hept. apxwōr*, cap. 6, num. 6, docetque per immensa annorum currula animas suis in locis emendari, præcurrentibus aliis, et citato cursu ad summa enitentibus, subsequentibus proxime aliis, nonnullis tardius; et sic per diversos ordines proficere, ac Deo reconciliari, donec destruator postremus inimicus, mors scilicet; ac restitutor tandem in hunc statum animis, naturam corporalem ad gloriam perductum iri; omniaque unum futura, cum Deus fuerit omnia in omni-

bns. Sub finem capituli ejusdem num. 8 id ipsum A inculcat, additique in alia terra sanctos esse angelicis institutionibus informandos. At homilia 11 in Num., num. 4, ad superiora adjicit angelos iis regendis in futuro saeculo fore prefecitos, quos labore suo ac ministerio e diversis gentibus congregatos ad Christi notitiam adduxerint; adeo ut Christus non tam rex futurus sit, quam « Rex regum, et Dominus dominantium »<sup>28</sup>, et nonnullos ab angelis Christo offerri, aliquos vero archangelis duntaxat. Denique sic concludit num. 5 : « Sicut ex initio saeculi hujus, cum dispergeret Deus filios Adam, statuit fines gentium secundum numerum angelorum Dei, et unaquaque gens sub illo angelo facta est, una autem fuit et electa gens Israel, quae portio Domini fuit, et funiculus hereditatis ejus »<sup>29</sup>; ita credo et in fine hujus mundi, atque in initio saeculi alterius, futurum ut iterum dividat Excelsus filios Adam, et qui non potuerint ita mundi esse corde, ut ipsum videant Dominum, et esse portio Domini, videant sanctos angelos, et sint secundum numerum angelorum Dei. Sed beatus est qui dignus fuerit in illa vita esse portio Domini, et populus ejus Jacob, ac funiculus hereditatis sue Israel. » Germanum horum est quod legitur hom. 21 in Num., num. 4, ubi aliud beatitatis genus iis assignat, qui cœvina ministeria in vivis obierint; aliud iis qui virtutem segniss excoluerint: illos quippe scribit supergredi summa cœli fastigia, et ibi semper in Domino, semper in Verbo ejus ac Sapientia versantes summis deliciis frui; hos vero terræ alicujus sublimioris et potentioris, terræ nempe viventium hereditatem capturos. Scribit præterea homil. 3 in Luc., in futura vita non omnes statim atque corpore exierint, Deum angelosve visuros, sed eos tantum qui munditie cordis dignos se Dei aspectu præbuerint; quamvis autem in eodem loco futuri sint et qui puro corde erunt, et qui sordibus foedati, disparem tamen utrorumque futuram sortem, et illos Dei intuitu fruituros, quo hi carebunt. Homilia 17 sequente asseverat ab Ecclesia cœlesti dejectum iri digamos, quemadmodum in terra ab ecclesiasticis dignitatibus arcentur. « Non quo, inquit, in aeternum mittantur incendum, sed quo partem non habeant in regno Dei: » et deinde eos ait « esse de secundo gradu, et de his qui invocant nomen Domini, et qui salvantur quidem in nomine Jesu Christi, nequaquam tamen coronantur ab eo. »

Ad postremum quoniam ad summam perfectiōnē res creatae nondum adductæ sunt, idcirco nondum beatos plenam recepisse lœtitiam, nec summo gaudio frui affirmavit, ne ipsos quidem prophetas, vel apostolos, imo ne ipsum quidem Christum. Verba ipsius hæc sunt homil. 7 in Levit., num. 2, p. 222: « Nondum enim receptorū lœtitiam suam, ne apostoli quidem, sed et ipsi exspectant ut et

B ego lœtitiae eorum parteceps sim. Neque enim decedentes hinc sancti continuo integra meritorum suorum præmia consequuntur, sed exspectant etiam nos, licet morantes, licet desides. Non enim est illis perfecta lœtitia, donec pro erroribus nostris dolent, et lugent nostra peccata. » Cui probando utitur hoc Apostoli Hebr. xi, 39, 40: « Hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt recompensationem: Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. » Addit postmodum sanctos perfectam nobiscum in die judicii una beatitudinem capturos, propterea quod totum simul corpus suscitandum sit, homines nimis universi: quod corpus cum multis constet membris, singulis videlicet hominibus, futurum scilicet truncum corpus et imperfectum, si qua sui parte careat, nec perfecta proinde ac plena fructum lœtitia, quoad integratam suam receperit. Et postea: « Quod si tibi, qui membrum es, non videtur esse perfecta lœtitia, si desit aliud membrum: quanto magis Dominus et Salvator noster, qui caput et auctor est totius corporis, non sibi perfectam dicit esse lœtitiam, donec aliquid ex membris deesse corpori suo videt? » Laboranti Origeni succurrere conatur Genebrardus in Collect. cap. 6, et hæc scribit: « Atqui id de integra et absoluta beatitudinis consummatione, quād nondum sancti in corporibus receperunt, potest explicari. » Quid juvat autem recusanti opem ferre, cum hac neutiquam de causa, quam contumeliat Genebrardus, sanctos existimet nondum perfecta frui lœtitia: « Non enim est illis, ait ipse, perfecta lœtitia, donec pro erroribus nostris dolent et lugent nostra peccata. »

Cum ait autem Origenes tom. x in Matth., num. 2 et 3, animas, postquam pro sordium et inquinamenti ratione, plus minusve fuerint expurgatae, tandem unum solare lumen futuras, et inferioribus lucem suam præbituras: id sibi vult, supremum illas felicitatis apicem consecuturas, supra quem assurgere non licet: quem locum quacunque tenuerint, æquali luce fulgere, et pari beatitatis mensura frui necesse est. Verum aliquibus ex hoc numero semper residentibus ad pristina vitia, et e summo illo gradu labentibus, obtusiori luce, et priore ac multum inferiori splendebunt. Similiter intelligentius est, cum ait futurum aliquando Deum omnia in omnibus, cumque supremum illum finem ad quem omnia pervenient, rerumque universarum ἀποκατάστασιν commemorat. At cum tomo xv in Matth., num. 36, pag. 706, scribit in remunerandis hominibus, voluntatis duntaxat ipsorum ac studii rationem habere Deum, non temporis quod exercendis virtutibus impenderunt, ac idcirco æqualibus præmiis donandos quicunque pro virili laborarunt, id ita ex superioribus explicandum est, eamdem iis tribuendam esse mercedem, salutem nimirem, at non

<sup>28</sup> Apoc. xix, 16. <sup>29</sup> Deut. xxxi, 8, 9.

eamdem adhiberi purgationem, si diu illi in virtute, vel parum isti desudarunt, similibus licet in Deum studiis elati vitam clauerint; sed diversis utrosque disciplinis, et emendationibus reparari, antequam in supremo beatitatis culmine collocentur. Itaque subjicit Origenes num. 57, pag. 707: Ἐχέτωσαν μὲν γὰρ διὰ τὴν μετάνοιαν καὶ τὸ καταλαμβάνεσθαι ἐν ἐπεστραμμένῳ βίῳ χρείττονα τῶν καταλαμβανομένων ἐν ταῖς ἀμαρτίαις, οὐ μὴν χρὴ ὑπολαμβάνειν περὶ αὐτῶν ὅτι ὅμοιοι εἰσὶ τοῖς παρὰ τοῦτο ἀμαρτηκόντων ἐν τῇ νεότητι, παρὰ τὸ μῆδε τὴν ἀρχήν τὰ τῆς πίστεως μεμαθήκενται. Plurimum ergo haec inter Origenis deliria ac Joviniani hæresim interest, qui virtutes ac peccata esse æqualia, ac æqualem proinde mercedem et pœnam fore arbitrabatur. Stoicos secutus qui « de parilitate peccatorum, » ut ait Augustinus epist. 29, ad Hieronym., « soli ausi sunt disputare contra omnem sensum generis humani. »

XI. Emensis illis ac peragratis spatiis, quæ animas purgandi causa decurrere finxit Origenes, quo eas subsistere loco ac conquiescere ratus sit, vindendum est. Novum quidem cœlum, ac terram novam felicitati et quieti post hanc vitam deputat lib. I *Hærl dρχῶν*, cap. 6, num. 2, propter illud Isaiae LVI, 17: « Ecce enim ego creo cœlos novos et terram novam; et non erunt in memoria priora, et non ascendent super cor; » quod repræsentatur II Petr. III, 13, et Apocal. XXI, 1. Propter illud autem Pauli I Cor. VII, 31, « Praeterit enim figura hujus mundi, » et istud Davidis psalm. CI, 27, « Cœli peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent; » et hoc fortasse Isaiae LI, 6, « Cœli sicut fumus liquefiant, et terra sicut vestimentum alteretur, » eatenus novum cœlum et novam terram creatum iri docet, quatenus in fine rerum destruetur iste mundus, et in novam terram, ac novum cœlum reparabitur: « Innovatio, » inquit ibid., num. 4, « cœli et terræ, et transmutatio habitus hujus mundi, et immutatio cœlorum his sine dubio præparabitur, qui per illam viam, quam supra ostendimus, iter agentes ad illum finem beatitudinis tendunt, cui etiam ipsi inimici subjiciendi dicuntur, in quo fine omnia, et in omnibus dicitur esse Deus. Itaque Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 1, censuisse Origenem queritur, futurum ut ex animis quibusdam « hominum constet genus in uno aliquo ex mundis, quando juxta Isaiam cœlum et terra nova fluent. »

Supra hoc etiam conspicabile cœlum, terram novam ac cœlum novum quandoque collocat; et summi illius ac novi cœli ratione firmamentum esse inferos ait, quemadmodum ratione firmamenti terra hæc nostra, quam proprie aridam appellandam censet, inferi sunt; inferorum vero ratione cœlum ipsa est; et quemadmodum discedentes ex his terrenis sedibus animæ pro suis meritis diversa apud inferos obtinent loca, ita quæ a sum-

A mo loco moriuntur, alegari in firmamentum, vel in terram, et varia ibi loca nascisci: ac rursum quemadmodum migrantes ex inferis animæ, et ob recte gesta in terram remeantes, nasci dicuntur; ita varios animarum ortus in firmamento, et supremo item cœlo contingere. Verba ipsa Origenis, quibus hæc continetur doctrina, adducit Hieronymus capite 2 et 4 epist. 59, ad Avit., e libro IV *Hærl dρχῶν*, num. 23. Hujus certe libri num. 22 tradit Origenes Jerosolymam, sed et reliquas etiam terræ regiones, alias sibi cognomines in coelis habere, ibique Aegyptum, Babyloniam, Tyrum et Sidonem reperiri; multaque de locis illis vaticinatos esse prophetas, quæ si quis ad terrena loca referat, valde eum hallucinari. Plurima ibi in sacris voluminibus memorata recenset, quæ allegorice interpretanda, et ad coelestia detorquenda arbitratur. Homilia 28 in Num., num. 2, Judæam in cœlo suis distinctam montibus, suis civitatibus et vicis, suis etiam tribubus statuit, in caue sedem positurum populum Dei, et verum Israelem, Jesu duce, cuius imaginem gessit Jesus alter illius Nave; unumquemque autem in hanc illamve tribum iri ablegatum pro meritis ac virtutibus; « neque solum pro meritis eorum qui dispensantur, » inquit num. 4, « sed et pro novissimi Adam, in quo omnes vivificandi dicuntur, contemplatione. » Ibidem collocat Jerusalem, et montem Sion, juxta Apostolum Gal. IV, 26, et Hebr. XII, 22, et Joannem Apocal. III, 12, et XXI, 2, et templum Dei; diesque ibidem festos celebratum iri putat, et quæcumque demum præcipiuntur in lege, quam umbram continere dicit Apostolus futurorum honorum. Eadem habet homil. 23 in Josue, num. 4, eoque refert istud Joan. XIV, 2, « In domo Patris mei mansiones multæ sunt, » et super civitates illas cœlestes potestatem habiturum existimat servum illum frugi, qui commissum sibi pecuniam utiliter posuit. Has ergo inter animarum sedes eam proportionem statuit et similitudinem Origenes, ut cœlestium umbras esse et imaginem velit terram hanc, quæquo in terris geruntur, juxta Apostolum Hebr. VIII, 5. Memorabilis vero præ cæteris ille locus quem homil. 5 in psalm. XXXVI, reperimus, ubi hoc explanans psalmi XXXVI, 34, « Et exaltabit te, ut hæreditate capias terram, » terram hanc esse vult dorsum ipsius firmamenti: « Unde, » inquit num. 4, « ego arbitror, quia sicut cœli ipsius, id est firmamenti inferius solum arida hæc in qua nos habitamus, terra ejus dicitur; ita et illius superioris, quod principaliter dicitur inferius solum, in quo habitatores illi cœlestes conversantur, et, ut ita dicam, dorsum ipsum firmamenti hujus, merito, ut dixi, terra illius cœli esse dicitur: sed terra bona, terra sancta, terra multa, terra vivorum, terra fluenus lac et mel. » Fusa totum doctrine sue contextum explicat lib. II *Hærl dρχῶν*, cap. 3, num. 6, 7, atque rerum omnium universitatem, infernarum, terrenarum, cœlestium, et quæ supra

cœlum sunt, generati nomine mundum ait, appellari, quo cæteri mundi continentur; et quemadmodum firmamentum terram hanc capacitate sua complectitur, ita sphæram quamdam superiorem, quæ in Scripturis terra bona, et terra viventium nominatur, et mitibus ac mansuetis promittitur, suo constringi cœlo, in quo sanctorum nomina descripta sunt; ex hoc autem cœlo, ex eaque terra, terre ac cœli nominibus affecta fuisse firmamentum et aridam; aliudque esse cœlum et terram que initio a Deo creata sunt, ac firmamentum quod die secundo conditum dicitur: mundum hunc autem superiorem, eum esse, unde missum se significat Christus dicens Joan. viii, 25: « Ego non sum de hoc mundo, » corruptioni nequitam ipsum esse obnoxium, nec oculis aspectabilem, sanctis autem et perfectis sedem hanc esse destinatam, et terram quidem mundi illius iis qui castigationibus et emendationibus fueront expurgati, alii vero cœlum, qui dum in terris agerent Dei mandatis obtemperarunt, sed ita tamen ut ab illa terra ad cœlum supremum transitus pateat. Consimilia sunt quæ habentur ejusdem libri cap. 9, num. 3, et quæ capite postremo libri iii, num. 8, 9, ubi et illud adjicit, rerum istarum cœlestium, quæ inferiorum harumque typum gerunt, formam Moysi in monte fuisse monstratam; ad ejusque exemplum tabernaculæ et sacrificiorum instrumenta ipsum comparasse, secundum præceptum illud Dei Exod. xxv, 40: « Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. » Adjicit etiam in summo illo cœlo futurum illud « quod aeternum dicitur Evangelium et Testamentum semper novum, quod nunquam veteraset: » in eaque piorum terra eruditum iri ab angelis animas, quemadmodum et in commemoratis supra mansionibus, donec supremum adeptis cœlum sit Deus omnia in omnibus. Nec ab his absudit homil. I in Genes., num. 2, cum scribit cœlum illud supremum et incorporeum, quod Dei sedes est, primum a Deo conditum, deinde corporeum cœlum, hoc est firmamentum: nam incorporeum appellat, ut supra ostendimus, quod propter eximiam tenuitatem sub sensu non cadit. Item capite ultimo libri II *Hæpl. ap. xix.*, num. 6, postquam sanctos ex hac vita discedentes in quendam terræ hujus locum deuenturos dixit, qui paradisus appellatur, inde aeris mansionibus ac cœlestibus transgressi ad ea quæ non videntur, et quæ nomine duntaxat nobis cognita sunt, affirmat ascensuros. Hinc libro vii in *Epist. ad Rom.*, num. 5, pag. 600, ea quæ oculis usurpantur, aridam nimirum vel firmamentum sperari vetat, sed quæ in oculos non incurront, et aeterna sunt, nempe cœlum: « Imo potius, inquit, cœlos multo eminentiores et excelsiores quam est illud firmamentum quod videri oculis potest, » et terram mansuetis assignatam, edicente Apostolo II Cor. iv, 18: « Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim viden-

A tur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt. »

XII. Ad paradisum quod attinet, a summo illo et supremo cœlo eum Adamantius distinxit, et in certo aliquo terræ loco collocavit; cum terrestrem econtrario paradisum, quem in terra situm fuisse certissimum est, allegorice exponens supra cœlum constituerit, ut ostendemus. Ac de priore manifestum est testimonium lib. ii *Hæpl. ap. xix.*, cap. 11, num 6: « Puto enim, inquit, quod sancti quique discendent de hac vita permanebunt in loco aliquo in terra posito, quem paradisum dicit Scriptura divina, velut in quadam eruditio[n]is loco. » Atque hanc primam esse vult mansionem, in qua corpore exentes animæ terrenis sordibus expurgantur; B quam et idem esse vult ac sinum Abrahæ. « Sed et illam figuram, » inquit homil. 26 in *Nom.*, num. 4, « esse diximus exeundi de Ægypto, cum relinquit anima mundi hujus tenebras, ac naturæ corporeæ cæcitatem, et transferitur ad aliud sæculum, quod vel sinus Abrahæ, ut in Lazaro; vel paradisus, ut in latrone qui de cruce eredit, indicatur. » Aliquis etiam paradisum differentiis discriminat homil. 13 in *Ezech.*, num. 2, pag. 403, 404, ut alter sit paradisus, alter deliciarum paradisus. Atque hunc deliciarum paradisum, cum Eden, hoc est, terrestri paradiſo confundit lib. i, in *Cantic.*, pag. 42; ait enim: « Qui autem dignus fuerit redire et esse cum Christo, quique in parvo fideliis inventus constituetur super multa, ille gustabit, et capiet voluptatem Domini, perductus ad locum quendam, qui pro hujusmodi ciborum copiis et varietatibus, deliciarum nominatur locus. Propter quod et in Eden positus dicitur, quod delicias indicat. » Quo de terrestri paradiſo quid senserit, infra explorabimus.

XIII. Hausta sunt et illa fere e Platonis fontibus: nam beatitudinem in Dei similitudine sitam ille voluit. Testes Laertius in Platone, et Clemens Alexandrinus Strom. lib. ii, qui et in eadem fuisse Stoicos sententia demonstrat, et Abammon Ægyptius in responsione ad epistolam Porphyrii. Plato præterea in *Phædone*, postquam inferni topographiam descripsit, narrat animas, quæ virtutem inter et vitium medium tenuerunt viam, post latam de se sententiam ad Acherontem profectas, consensis vehiculis ad Acherusiadæ paludem deportari, expiatisque illic per supplicia sceleribus solvi, et præmia tandem rerum bene gestarum referre, et ad animalium etiam generationem nonnunquam remitti: quæ vero insanabilibus sese facinoribus alligant, in Tartarum absque ulla futuri exitus spe precipitari: at quorum crimina sanari possunt, projici et illas in Tartarum, sed transacto illuc anno, fluctu inde ejici, et ad Acherusiadæ revolvi, nec ante liberari, quam eos exoraverint, quos injuria vel morte affecerunt: quæ puram autem et insontem duxerunt vitam, eas regionem quendam superiorem, et deliciis affluentem, quæ

terræ supereminet, ascendere; nonnullasque ex iis philosophiæ præceptis institutas corporeæ mole liberari penitus, et in amœniora loca concedere. Præcipue notandum venit illud Plotini *Enn.* iii, lib. iv, cap. 6, quo animarum ad superiora progressarum nonnullas asseverat in sensili hoc mundo vitam agere, alias extra hunc mundum: quæ in sensili mundo degunt, alias penes solem, vel aliquem planetam, alias in firmamento ævum agitare, unquamque pro meritis. Dictaverat vero jam ante Pythagoras, ut resert Laertius in *Pythagora*, είναι πάντα τὸν ἀέρα φυγῶν ἐμπλεων, « aerem omnem animis plenum esse. » Atque hæc interpolata Origenes ad Scripturæ sacrae effata utcumque aptavit.

Terra autem illa firmamenti convexis incumbens, quam describit Adamantius, alteri huic persimilis est, quam libro eodem Plato commemorat, ubi ait, αὐτὴν τὴν γῆν καθαρὰν ἐν καθαρῷ κείσθαι τῷ οὐρανῷ, ἐν ὧπέρ ἔστι τὰ ἕστρα, δύ δή αἰθέρα ὁνομάζεται τοὺς πολλοὺς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγεται οὐδὲ ὑποστάθμην ταῦτα είναι, κατ' ξυρρέεντας εἰς τὰ κοῖλα τῆς γῆς. « Puram terram in puro sitam esse cœlo in quo sunt astra, quod multi ex iis qui hujusmodi de rebus disserere solent, aetherem appellant, cuius hæc esse faciem, et in concava terræ semper confluere. » Hinc Tertullianus lib. *De anima*, cap. 55: « Sed in aethere dormitio nostra cum pueris Platonis; aut in aere, cum Ario; aut circa lunam, cum Endymionibus Stoicorum. » Vetusta quoque illa poetarum theologia beatorum animas in terram quamdam, Elysium nempe nenus, recipiebat. Inde Christianis objectabat Celsus nos ab ethniciis eductos dixisse abituras post mortem animas in aliam terram hac meliorem. Tum vero magistri sui Origenem puduit (49), et quæ a Platone didicerat, referre maluit ad Moysem, qui bonis Deum induxit promittentem terram lacte et melle manantem; cuius symbolum esse et imaginem Iudaæam hanc terrenam et Jerusalem dixit, juxta Apostolum Hebr. xi, 22. In eorum argumentum quibusdam utitur Davidis testimoniis, frugi hominibus terræ cujusdam hereditatem pollicentis. Illius quoque terræ gemmas ab Isaia LIV, 12, transstulisse Platonem arbitratur, ac reliqua itidem quæ ad hanc fabulam pertinent, quemadmodum et a Moyse, aliisque prophetis. Aggæum vero nominatum laudat, qui cap. ii, vers. 7, terram ab arida manifester distinguit.

XIV. Origenianos errores libris *Hapl. ἀρχῶν* insertos percensens Hieronymus in epist. 59, ad Avit., memoratos illos de supra felicitate, ac diversis felicitatis gradibus minime prætermisit. Primum hujus epistolæ caput legi velim, ac alterum item, quod in his verbis, e fine secundi *De principiis* libri petit, desinit: « Cumque in tantum profecerimus, ut nequaquam carnes et corpora, forsitan ne

<sup>49</sup> Joan. xvii, 15.

(49) Orig. lib. vii *contra Celsum*, num. 29, 50.

A animæ quidem fuerimus, sed mens et sensus ad perfectum veniens, nulloque perturbationum nubilo caligans, intuebiter (*legendum fortasse, intuebimur*) rationabiles, intelligibilesque substantias facie ad faciem. » Legi velim et quartum ejusdem caput epistolæ, quo dixisse Origenem prodit Hieronymus adversus animos in rerum fine ad cœlestem Jerusalem properantes adversariorum fortitudinum bella consurgere, ne animarum remollescat virtus, sed ut præliis exercitæ novum roboris incrementum capiant. Tangit id et Theophilus *Pasch.* ii, cum somniasset dicit Origenem « ascendere animas in cœlum et descendere; et nunc proscire, nunc ad inferiora delabi. » Variarum quoque cœli mansionum segmentum perstringit paulo inferius, dixisse Origenem tradens, « corpora que resurgunt, post multa sæcula in nihilum dissolvenda, nec futura aliquid, nisi cum de cœlorum mansionibus animæ ad inferiora dilapsæ, indignerint novis, quæ alia rursum siant, prioribus omnino deletis. » Totam hanc etiam de cœlo novo, et terra nova, deque cœlesti illo mundo, hujus nostri persimili, commendationem exsufflat Hieronymus cap. 4, epist. 59, ad Avit. At immerito Origenem culpat Epiphanius *hær. LXIV*, cap. 4, quod Davidicum illud psalm. cxiv, 7, « Convertere, anima mea, in requiem tuam, » ad requiem illam cœlestem retulerit, quam ob præclara in vita hac gesta anima consequitur; totum quippe hunc psalmum eodem resert Ecclesia. Augustinus in libro *De hæresibus*: « Paradisum, et cœlos, et alia non credunt (Origeniani) esse secundum litteram, sed in allegoria. » Denique Michael Glycas *Annal.* part. i et iv vexat Origenem hoc nomine, ipsiusque sententiam a Joanne Chrysostomo profligata commemorationat.

XV. Attamen contra tot adversariorum assultus Origeni præsidio est hæc ipsius obtestatio lib. i *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 6, num. 1, qua animos lectorum ad supra exposita dogmata ita præmunit: « Quæ quidem a nobis etiam cum magno metu et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus, quam pro certo ac definito statuentibus. Indicatum namque a nobis in superioribus est, quæ sint de quibus manifesto dogmate terminandum sit, quod D et pro viribus nos fecisse puto, cum de Trinitate loqueremur. Nunc autem disputandi specie magis, quam definiendi, prout possumus, exercemur. » Ad hæc libro sequenti, cap. 5, num. 6, quid aut quo loco sit iste mundus, e quo venisse se significabat Servator, cum dicebat, « Ego non sum de hoc mundo <sup>50</sup>, » non satis constanter prodidit: « Sed utrum mundus iste, inquit, quem sentiri vult, separatus ab hoc sit, longeque divisus, vel loco, vel qualitate, vel gloria; an gloria quidem, et qualitate præcellat, intra tamen mundi hujus circumscriptiōnem cohibeatur, quod et mihi magis verisimile videtur, incertum tamen est, ut ego ar-

bitror, et humanis adhuc cogitationibus et mentibus inusitatum; » deinde triplici de rerum consummatione et summa beatitudine proposita sententia, ad quamlibet persequendam unicuique arbitrii sui libertatem permittit. Et postremum tandem caput libri III, *De principiis*, quod est *De consummatione mundi*, claudit his verbis: « Hactenus nobis etiam corporeæ naturæ vel spiritalis corporis ratione discussæ, arbitrio legentis relinquimus, ex utroque quod melius judicaverit eligendum. » Homilia 23 in *Josue*, num. 4, postquam oca cœlestia his terrestribus similia assignavit, ejusmodi mysteria veneratione digna et silentio esse declarat, nec a mortalium quoquam, ne ipsis quidem apostolis perfecte proferri posse. Quamobrem et libro IV *Hæpl dpxw̄r*, num. 23, pag. 186, regnum cœlorum thesauro in agro abscondito comparatum fuisse putat.

Verumtamen, quamvis liquido et sine ambage asseverasset, quæ incertus proposuit, sanctorum aliquot virorum suffragiis et consensu adjuvaretur. Clemens Alexandrinus lib. II *Strom.* id Platonis axioma, quo tum beatum hominem esse definit, cum Deo similis est, Scripturæ sacræ auctoritate defendit. De modo ac loco felicitatis sanctorum, a primis usque Ecclesiæ temporibus ad Innocentium III et Benedictum XI, ac Florentinam synodum, nihil certi fuit ab Ecclesia præscriptum, adeo ut in diversa Patres abierint. Eorum sententias et testimonia collegit Sixtus Senensis lib. V *Bibl.*, adnotat. 545, ut in hisdem huc reponendis supervacanea omnis esse opera videatur. Præter eos qui ab ipso commemorati sunt, adiri velim Cypriani epistolam 52, ad Antonianum, Novatianum lib. *De Trinit.*, cap. I; Athanasium in *Expositione fidei*, paradi-  
sum latroni a Christo in cruce promissum, eum esse censemus unde Adamus ejectus est, cum Cyrillo Jerosolymitano *Catech. mystag.* I, Basilio in libro *De paradiso*, et cap. 27 libri *De Spiritu sancto*; Gregorio Nysseno in orat. in *quadraginta martyres*, et Paulino Nolano, idem sententibus ac sensit Athanasius. Adeatur et Epiphanius in epist. ad Joan. Jerosolym., cap. 4, et in *Ancorato*, cap. 54, alibi paradisum collocans, alibi cœlum; et Augustinus lib. XX *De civit. Dei*, cap. 14 et 16, in aliquibus D Origeni consentiens, et auctor *Quæstionum ad Antiochum*, hominibus absconditum hoc, et ignotum esse mysterium edicens.

XVI. Satis ex superioribus, etiam me silentie, colligitur damnatorum pœnis modum aliquando et finem ex decreto Origenis impositum iri: cum enim futurum ratus sit, ut quemcunque teneant statum animæ, peccare possint, et re ipsa persepe peccent, ac pro peccatis vel meritis perpetuo circuitu ab imis ad summa, a summis ad ima revolvantur, ipsiusque diaboli aversa a Deo voluntas olim conterenda sit, et Deo Patri regnum Christus sit traditurus, tumque existimaverit plenam omnium ἀποκατάστασιν ac perfectam felicitatem futu-

A ram, cum Deus erit omnia in omnibus; consequitur illinc necessario desitura damnatorum supplicia, eaque noxarum duntaxat expurgandi causa a Deo hominibus infligi. Hominis esset intemperantis, neque satis tempori parentis suo, quæcumque venania hac oblitera in Origenianis commentariis reperiuntur, lectori recensenda objicere; adeo multus est in hoc dogmate prodendo, et odiosus Adamantius. Sed ne nos tamen a more deflectamus nostro, illustria solum fidei causa seponemus. Prior occurrit locus homil. 7 in *Levit.*, in qua prolixè disputat quomodo Patri subjectus Filius dici possit, ostenditque Filium eatenus dici Patri non esse subjectum, quatenus nos, qui sumus Christi membra, Patri minime subjecti sumus. « Cum vero, » inquit, num. 2, pag. 222, « consummaverit opus suum, et universam creaturam suam ad summum perfectionis adduxerit, tunc ipse dicetur subjectus in his quos subdidit Patri, et in quibus opus quod ei Pater dederat consummavit, ut si Deus omnia in omnibus. » Subjungit deinde Christum tum vinum bibitum, « cum subjecta ei fuerint omnia, et salvatis omnibus ac destructa morte peccati, ultra jam necessarium non erit offerre hostias pro peccato. » Addit paulo post: « Quanto magis Dominus et Salvator noster, qui caput et auctor est totius corporis, non sibi perfectam dicit esse lætitiam, donec aliquid ex membris deesse corpori suo videt? » Subjectionem illam simili modo exponit lib. III *Hæpl dpxw̄r*, cap. 5, num. 6, cum scribit Christum in semelipso complectentem omnes quos subjecit Patri, et qui hujus ope salutem consecuti sunt, cum ipsis et in ipsis Patri subjectum dici. Subnecit postea num. 7: « Si ergo bona et salutaris accipitur ista subjectio, qua subjectus esse dicitur Filius Patri, valde consequens et cohærens est, ut inimicorum que dicitur Filio Dei esse subjectio, salutaris quedam intelligatur et utilis: ut sicut cum dicitur Filius Patri subjectus, perfecta universæ creaturæ restitutio declaratur; ita cum Filio Dei inimici dicuntur esse subjecti, subjectorum salus in eo intelligatur, et reparatio perditorum. » His consonant que leguntur in fine tractatus XXIII in *Mattæ.*, num. 8. Sed et aliqua de subjectione illa Filii disserit tract. XXX, num. 55, operis ejusdem, quæ quoniam alterius sunt argumenti, prætermitto. Succedat homilia 6 in *Num.*, num. 4, in qua de lepra disputans, propter quam castris ejiciebantur qui ea laborabant, lepram pœccato confert, eamque non perpetuo manusuram ait, sed completa septimana ad castra leprosos revocatum iri, in fine nempe mundi, cum plenitudo gentium introierit, et omnis Israel salvus erit, sicutque unus grex, et unus pastor, et Deum ita omnes conclusisse sub peccato, ut omnium demum in Christo miseretur. Illustris et ille locus e Catena Regia in Ezech. V, 15, pag. 415: Καὶ συντελεσθήσεται ὁ θυμὸς μου· τοῦτο δηλοῖ διὰ πέρας ἔξει ὁ θυμὸς τοῦ Θεοῦ, ὅμοι τῆς συντελείας τοῦ κόσμου· et hic ex

nomil. 4 in eundem prophetam, num. 8: « Talis est justus: vidit mundum ante diluvium<sup>41</sup>, hoc est ante consummationem: vidit mundum in diluvio, in corruptione et in interitu peccatorum, quæ in die sunt eventura judicii: rursum videbit mundum in resurrectione omnium peccatorum; » et ille quoque ex homil. 10, sequente num. 3: « Aiant Hebrei Sodomam in eundem statum restituendam, in quo et antea constituit, ut rursum paradiso Dei et terræ Ægypti comparetur. Si hoc se sic habet, et sive futurum est, sive non; quærentur enim istiusmodi res apud eos qui doctissimi sunt: ut autem fiat quod dicitur, complebuntur mihi annorum tria millia, et tunc restituetur excruciaata tribus millibus annorum Sodoma, id est anima mea: Sodoma, meis poena peccatis. Grande intervallum temporis inter restitutionem et ruinam positum est. » Animæ postmodum noxie figuram esse ait Samariam, que non alias restituenda sit, quam cum decem tribus fuerint reversæ, tum ait: « Si autem tanto post tempore restituetur id quod præcessit in signum, quando tu restitueris, si tamen restitueris, Samaritana et hæretica anima. qua simulacris et fériis non veris, ac sigmenis de Jero-boain corde venientibus credidisti? » Eiusmodi nonnulla in sequentibus videre est, quibus doctrina eadem inculcatur. Sed in Adamantii tamen gratiam notetur istud, « Si tamen restitueris, quo incertus ejus et fluctuans animus prodit: si modo Origenianum re ipsa hoc est, non Rusinianum. Illustrius etiam istud et libri I *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 1, 2, in quo probat hoc Scripturæ testimonio: « Dicit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum<sup>42</sup>, » et illo I Cor. xv, 24, 25: « Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri: cum evacuaverit omnem principatum, et potestatem, et virtutem. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus, » cum sequentibus; et isto psalm. lxi, 2: « Nonne Deo subjec erit anima mea? ab ipso enim salutare meum; » his, inquam, Scripturæ testimonis futurum probat, ut subactis Christi inimicis in unum finem per Filium, bonitas Dei creaturam revocet universam: subjectionem autem illam id ipsum esse vult, quo Christo adhærescentes efficimus sancti, et salutem adipisci-mur: talem autem futurum finem, qualia fuerunt initia, cum omnes Dei nutibus obtemperantes in unum conspirabant. In sequentibus deinde omnia in unum reparanda esse demonstrat ex hoc Christi<sup>43</sup>: « Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus: Ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum; » et illo Pauli Ephes. iv, 13: « Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum

A perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi; » nec daemones quidem ipsos restitutionis hujus beneficio carituros esse putat. Quærerit ad hæc tom. x in Matth., num. 3, pag. 445, quomodo diversa erit in resurrectione hominum claritas, juxta Apostolum, I Cor. xv, 41, cum dixerit Servator: « Justi fulgebunt sicut sol, » Matth. xiii, 43; tum respondet in ipso beatitudinibus initio, futurum ut diversa sit hominum claritas, nondum omnibus expurgatis; at postquam collecta fuerint e regno Christi scandala, et igne absumptæ nequitiae, tunc omnes unum solare lumen futuros. Non satis vero cohærere videtur quod sequitur; scribit enim fore ut justi tunc inferioribus fulgeant, qui lucis eorum participes sient, quemadmodum sol terræ lucem suam præbet. Nam si ita omnium expurgata tunc erunt peccata, ut nullo claritatis discrimine fulgeant, quinam inferiores erunt, quinam superiores? Nempe nemini beatitudinem ut jam supra monui usque adeo propriam esse putat, ut non novis delictis ad inferiora semper delabi possit: ad ima igitur retrocedentibus semper aliquibus, qui locum suum tenuerint, lumen iis suum imparten-tur. Eiusdem et istud est farinæ e tom. xv in Matth., num. 27, pag. 693: « Άλλὰ κατὰ μὲν ταῦτα πρώτους ἀποδεδώκαμεν τοὺς σωθησομένους, ἐσχάτους δὲ τοὺς μὴ ἀξίους τῆς τοιαύτης τῶν σωθησομένων τάξεως, ἀλλὰ κολάσεως, καὶ τοῦ ἐγκαταστηθῆναι, ἢτοι ἔως τὸ πλήρωμα τῶν ἑβρῶν εἰσέλθῃ, ἢ ἔως ἐκπληρώσωσι τὰ περὶ τῶν Ἰδίων ἀμαρτη-máτων. » et istud e tractat. xxxiii in Matth., num. 69: « Iste autem qui unum acceperat talentum, et absconderat ipsum in terra, non solum quasi malus et piger arguitur, sed quasi inutilis mittitur in tenebras exteriores, ubi nulla illuminatio est, forsitan nec corporalis, nec est respectio Dei illuc; sed quasi indigni speculatione Dei qui talia pecca-verunt, condemnantur in his quæ exteriores tene-bræ appellantur; forsitan donec intellexerint, ut convertantur, et digni efficiantur exire ab iis, for-sitan et propter aliam causam quam nos ignoramus; » et hoc quoque quod scribitur lib. viii contra Cels., num. 72, sub easdem leges concludendum aliquando quidquid est rationis particeps, cum verbo Dei in perfectum statum restituetur. In cuius argumentum affert illud Sophonias iii, 9: « Tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, et serviant ei humero uno. »

XVII. Perspicuum hinc est non alias admisso-poenas Origenem, quam piacularies et temporarias; cuiusmodi sunt purgatoriæ illæ, quas Ecclesia catolica agnoscit. Sed et manifestius illud est ex eo quod habetur homil. 8 in Levit., ubi agens de puer-pera, juxta veteris legis præscriptum, per septem dies immunda, si masculum peperisset; per qua-tuordecim, si feminam, septimanam hanc præsentis vitæ tempus esse dicit, per quod usquequaque

<sup>41</sup> Psal. cix, 1. <sup>42</sup> Joan. xvii, 21-23.

mundi esse non possumus, nisi octavus venerit **A** liarum Sion, et sanguinem expurgabit e medio ipsorum spiritu judicii et spiritu ustionis<sup>43</sup>. De Chaldaeis autem sic dicit: *Habes carbones ignis, sede super eos, hi erunt tibi in adiutorio*<sup>44</sup>. Et in aliis dicit: *Sanctificabit Dominus in igne ardenti*<sup>45</sup>: et in Malachia propheta dicit: *Sedens conflabit et purgabit, et fundet purgatos filios Iuda*<sup>46</sup>. Item lib. viii in Epist. ad Rom., num. 12, pag. 640, « Verum, inquit, in hac ipsa purgatione quæ per poenam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantisve sæculis de peccatoribus exigat cruciatus, solus scire potest ille, cui Pater omne iudicium tradidit. » Denique lib. iv contra Cels., num. 10, poenas futuræ vitae dicit esse ἀναγκαῖς τῷ παντὶ, τάχα δὲ καὶ τοῖς πεισομένοις αὐτὰς οὐκ ἀχρήστους.

**B** XVIII. Quoniam autem Paulinum illud saepe testimonium usurpat, quod est I Cor. xv, 26, « Novissima autem inimica destruetur mors, et minime silentio premenda videtur allata ab eo loci hujus expositione. Mortem itaque diabolum significare existimat, quem ita destructumiri putat, quatenus impia ejus et a Deo aversa voluntas expugnabitur. Demus ipsa verba e lib. iii *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 5: « Propterea namque etiam novissimus inimicus, qui mors appellatur, destrui dicitur, ut neque ultra triste sit aliquid, ubi mors non est, neque adversum sit, ubi non est inimicus. Destruī sane novissimus inimicus ita intelligendus est, non ut substantia ejus, quæ a Deo facta est, pereat; sed ut propositum, et voluntas inimica, quæ non a Deo, sed ab ipso processit, intereat; » et ista ex homil. 8 in Josue, num. 4. « De diabolo autem dicens, ait: *Novissimus inimicus destruetur mors*<sup>47</sup>, quia vere tunc vincetur mors, cum mortale hoc absorbebitur a vita. » Certe Hebr. ii, 14, mortis quidem imperium diabolus habere dicitur; at a morte tamen distinguuntur, « ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum. » Quod exponens Origenes tom. xiii in Matth., num. 9, pag. 582, Κράτος δὲ θανάτου, inquit, νομιστέσσον ἔχειν τὸν διάβολον, οὐ τοῦ μέσου καὶ ἀδιαφόρου, καθ' ὃν ἀποθνήσκουσιν οἱ σύνθετοι ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, χωριζομένης αὐτῶν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου καὶ ἔχθρον τοῦ εἰπόντος· Ἐγώ εἰμι η̄ ζωὴ<sup>48</sup>, καθ' ὃν ψυχὴ ἀμφράγουσα, αὕτη ἀποθανεῖται<sup>49</sup>.

Cum ait aversam a Deo diaboli voluntatem olim, fore conterendam, satis significat se ne dæmones quidem ab æterna felicitate excludere. Sed clarius etiam id evincitur ex dogmatum ipsius sequela, et ex hoc loco e lib. i *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 3, quem et supra jam adduximus, et hic quoque repetemus: « Jam vero si aliqui ex his ordinibus qui sub principatu diaboli agunt, ac malitia ejus obtinerant, poterunt aliquando in futuris sæculis converti ad bonitatem, pro eo quod est in ipsis liberi facultas arbitrii: an vero permanens et inveterata malitia velut in naturam quamdam ex consuetudine

<sup>43</sup> Isa. iv. <sup>44</sup> Isa. xlvi, 14. <sup>45</sup> Isa. x, 17. <sup>46</sup> Malach. iii, 5. <sup>47</sup> I Cor. xv, 26. <sup>48</sup> Joan. xi, 25; et xiv, 6. <sup>49</sup> Ezech. xviii, 4.

convertatur, etiam tu qui legis probato, si omnimo-  
de neque in his quæ videntur temporalibus sæculis,  
neque in his quæ non videntur, et æterna sunt, pe-  
nitus pars ista ab illa etiam finali unitate, atque  
convenientia discrepabit. » Jacet eadem sententia in  
istis e Corderiana Catena in Joannem, ad Joan. xii,  
51 : Τὸν τῷ σταυρῷ πάθημα αὐτοῦ κρίσις ἡγε-  
τοῦ κόσμου τούτου παντὸς ἐπειπερ εἰρηνοποιήσας  
διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ ἔσται, εἴτε τὰ ἐπὶ γῆς,  
εἴτε τὰ ἐν οὐρανοῖς, μετὰ θριαμβεύσεως ἐν τῷ Εὐλόγῳ,  
ἃς ἐπεκδύσατο ἀργάς καὶ ἐξουσίας, ἐκάθισεν ἐν τοῖς  
ἐπουρανίοις, ἀποκαθιστάς πάντα ἐπὶ τῷ ἐκάστῳ ἀρ-  
μόδιον καὶ πρέπον τέλος. « Mors ejus, seu in cruce  
passio, judicium erat universi mundi, quoniam ef-  
fuso in cruce sanguine suo pacem conciliavit tam in  
terra quam in cœlis, dum post triumphum in ligno,  
quos exuerat principatus ac potestates constituit in  
cœlestibus, universa ad convenientem cujusque fi-  
nem perducens. »

XIX. Cæterum non pœnarum duntaxat, sed felici-  
tatis etiam tempus certis circumscriptum termi-  
nis esse voluit, animasque ad perfectionis culmen  
evectionis, et peccati ac corporeæ molis sordibus ex-  
purgatas, statim atque a virtute in vitium deflexe-  
rint, in crassioris corporis carcerem compingi. Verba Origenis e lib. II *De princip.* assert Justinianus,  
quibus corpora interitura dicuntur, cum Deo sub-  
jecta fuerint omnia, τῆς τῶν σωμάτων φύσεως ὑπο-  
στησμένης δεύτερον, ἐὰν πᾶλιν λογικὰ ὑποκαταβῇ,  
« cum iterum reparanda sit corporum natura, si  
rursum rationalia descendant. » Affert et alia ex  
quarto libro, quibus corporum naturam per inter-  
valla existere docet, διά τινα συμπτώματα γινόμενα  
περὶ τὰ λογικά, δεδμένα σωμάτων· καὶ πάλιν τῆς  
ἐπανορθώσεως τελείως γινομένης εἰς τὸ μὴ εἶναι ἀνα-  
λύεσθαι ταῦτα, ὥστε τοῦτο δὲ γίνεσθαι. « Propter  
quosdam lapsus rebus ratione pollutibus contin-  
gentes, quæ corporibus indigent; et rursum facta  
einemendatione perfecta, dissolvi illa in nihilum, adeo  
ut id semper fiat. » Affert et ista e lib. I Hieronymus  
epist. 59, ad Avit., cap. 1 : « In fine atque consum-  
matione mundi... (50) cum omnes (animæ) liberum  
habeant arbitrium, et sponte sua vel virtutes pos-  
sint capere, vel vitia, illæ multo in pejori conditione  
erunt, quam nunc sunt; haec ad meliorem statum D  
pervenient: quia diversi motus, et variae voluntates  
in utramque partem diversum accipient statum, id  
est, ut angeli, homines vel demones, et rursum ex  
his homines, vel angeli sint; » et illa e lib. III,  
cap. 6, num. 3, « Nec dubium est quin post quæ-  
dam intervalla temporum rursus materia subsistat,  
et corpora sint, et mundi diversitas construatur,  
propter varias voluntates rationabilium creatura-  
rum, quæ post perfectam beatitudinem usque ad fi-  
nem omnium rerum paulatim ad inferiora delapsæ  
tantam malitiam receperunt, ut in contrarium verte-  
rentur, dum nolunt servare principium, et incorru-

A ptam beatitudinem possidere. » Quibus et haec ad-  
jungenda e libro eodem, cap. 4, num. 21 : « Ex quo  
opinamur, quoniam quidem, ut frequenter diximus,  
immortalis est anima et æterna, quod in multis et  
sine fine spatis per immensa et diversa sæcula pos-  
sibile est, ut a summo bono ad insima mala descen-  
dat, et ab ultimis malis ad summa bona repara-  
tur. »

XX. Quod si quis dogmatum istorum requirat originem, sciat ille præter quædam Scripturæ testi-  
monia, quæ mox a nobis commemorata sunt, Ada-  
mantium quoque in errorem induxisse male inter-  
pretatum illud, quod exstat Isaie xxiv, 22, « Et  
claudentur ibi in carcere, et post multos dies visi-  
tabuntur; » et hoc Joan. x, 16, « Fiet unum ovile, B  
et unus pastor, » quod ipse in dogmatis sui fulcimen-  
tum usurpat in fine homil. 6 in Num. Item illud e  
parabola quam proponit Christus Matth. xviii, 15,  
cum servum nequam iratus dominus jussit tortori-  
bus tradi, quoad debitum integrum refunderet. Un-  
de Origenes homil. 35 in Luc., « Quæ est lex carce-  
ris istius (inferni)? Non egredior ex eo, neque me  
exactor patitur exire, nisi debitum omne persolve-  
ro. » Fraud ei fuit perperam acceptum et istud  
Apostoli Rom. xi, 25, 26, « Cæcitas ex parte conti-  
git in Israel, donec plenitudo gentium intraret,  
et sic omnis Israel salvus fieret. » Piacolares autem,  
quas dixi, et purgatorias pœnas his defendit verbis  
ex 1 Cor. iii, 12, in quibus uniuscujusque opus  
igne examinatum iri Paulus affirmat. Aliis quibus-  
dam opinionis hujus propugnaculis uti solere Orige-  
nistas tradit Hieronymus ad calcem *Commentario-  
rum in Isaiam*; hoc nimicrum Pauli Rom. xi, 32,  
« Conclusit Deus omnia sub peccato, ut omnibus  
misereatur; » et illo Mich. vn, 9 : « Iram Domini  
sustinebo, quia peccavi ei: donec justificet causam  
meam, et auferat judicium meum, et educat me in  
lucem; » et hoc etiam Isaie xii, 1 : « Benedicante,  
Domine, quoniam iratus es mihi: avertisti faciem  
tuam a me, et misertus es mei; » necnon et isto O-  
seæ xiv, 5 : « Cum ira furoris mei transierit, rur-  
sum sanabo, » atque itidem illo psalm. xxx, 20,  
« Quam grandis multitudo bonitatis tue, Domine,  
quam abscondisti timentibus te! »

Verum non sacris duntaxat auctoribus, sed pro-  
fanis etiam regendum sese videtur Origenes tradi-  
disse: Platoni imprimis, qui in *Phædone* Socratem  
inducit ita disserentem: hominum qui sese terrenis  
cupiditatibus dediderint, animas circa sepulera va-  
gantes pendere pœnas, quoad rursus corporibus alli-  
gentur. Docet ibidem Socrates, mortuos ab eo da-  
mone, qui viventibus ipsis obtigerat, deduci ad in-  
fers, et post longa deinde temporis spatia ab alio  
duce revocari. Ait postmodum ad Acherusiadē pa-  
ludem convenire multas mortuorum animas, quæ  
post breviores vel diurniores temporum ambitus,  
rursum ad animalium generationem emittantur;

(50) Vide finem lib. I *De princip.*

sanabilibus modo noxis inquinatae sint : quæ vero àvlatæ crimina admiserint, detруди in Tartarum, unde nulla spes exeundi supersit. Repetit idipsum in Gorgia, pœnasque temporarias levioribus culpis insanabilibus vero æternas, et fine carituras decernit. Idem lib. x De republ. ex Heri ejusdem Armenii persona animas narrat ex coelo sub terras, ac vicissim, ultra citroque remeare ; quæ cœlo fruuntur, deliciis illic et gaudio perfundi ; quæ sub terris agitant, illuc χιλιετῆς πορεταὶ capessere, ac inde tandem exire. Et in Timœo, animam quæ recte hic se gesserit, sideris in numerum referri asserit ; quæ male, in muliebre corpus demitti ; utrique vero post mille annorum curriculum novæ vitæ optionem dari ; et quæ novis sese contaminari vitiis, in pecudum corpora relegatum iri ; neque malorum finem ante habituram, quam adhaerentes sibi ex elemorum colluvie sordes ratione depulerit. Quæ in libro De universitate a Tullio Latine redita, et ab Alcinoo cap. 16 repetita exstant.

Posíremo nimium obterendæ Valentinianæ hære-sos desiderium Origeni errandi cansam obtulit, nam cum illi damnari non posse crederent, qui es-sent spiritualis naturæ ; servari, qui terrenæ ; et in-ter hos diabolum censerent, angelos inter illos : Origenes in diversa abiens cespitavit, asserens an-gelos damnari posse, et aliquos re ipsa quandoque damnari ; diabolum servari posse, et revera serva-tum aliquando iri.

XXI. Minime ergo mirum est Platonis, Platonico-rumque dictata audientem Adamantium, et Chri-stianis eadem non satis caute proponentem, explo-sum a Patribus ac rejectum fuisse. Futuram illam diaboli conversionem et salutem amare huic expro-brat Epiphanius in epist. ad Joan. Jerosol., cap. 3, et in synopsi tom. I Panarii, lib. II, cap. 18. Ex-probrat et Theophilus Paschal. II his verbis : « Ta-lis pastor gregis morbidi Christum ubique suggillat injuriis, et diabolum honore sustollit, dum illum asserit purgatum vitiis atque peccatis pristinam ali-quando gloriam recepturam, et hunc regnare desi-stere, simulque cum diabolo sub Patris imperio re-digendum. » Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 1, dixisse eum queritur, « omnem creaturam secun-dum Apostolum, vanitati esse subjectam, et liberari in revelationem filiorum Dei, » et in epist. 61, ad Pammach., cap. 3, « quod dicat et diabolum, et demones acturos pœnitentiam aliquando, et cum sanctis ultimo tempore regnatores ; » quod et fusius explicat cap. 5 et in epist. 63, ad Pammach. et Ocean., cap. 2, sensisse illum ait : « Post multa sæcula, atque unam omnium restitutionem, idipsum fore Gabrielem, quod diabolum ; Paulum, quod Cai-pham ; virgines, quod prostibulas ; » et in epist. 73, ad Vigilantium, scribit veniam tunc hominibus con-donandam existimasse Origenem, quando diabolo condonabitur ; et lib. I advers. Pelagianos, cap. 9, « Si autem, inquit, Origenes omnes rationabiles creatureas dicit non esse perdendas, et diabolo tri-

A byt pœnitentiam, quid ad nos ? » et lib. VI in Isaie xiv, 20, « Ubi sunt ergo qui dant diabolo pœnitentiam, et dicunt illum posse mundari ? » et lib. VIII in Isaie cap. xxvii, vers. 1, « Qui dicunt diabolum acturum pœnitentiam, et veniam consecutorum interpretentur nobis quomodo hoc accipient, quod scriptum est : Et interficiet draconem qui est in mari ; » et lib. I in Dan. III, 96 : « Quidam pessime ad diabolum referunt, quod in consummatione et fine mundi etiam ipse recipiat notitiam Dei, et om-nes ad pœnitentiam cohortetur. » Acerrime vero in Jonæ III, 6, aduersus doctrinam hanc invehitur : « Alioquin, inquit, si omnes rationabiles creature æquales sunt, et vel ex virtutibus, vel ex vitiis sponte propria aut sursum eriguntur, aut in ima-B mergantur, et longo post circuitu atque infinitis saeculis, omnium rerum restitutio fiet, et una dignitas militantium ; que distantia erit inter virginem et prostibulum ? que differentia erit inter Ma-trem Domini, et (quod dictu quoque scelus est) vi-cimas libidinum publicarum ? idemne erit Gabriel, et diabolus ? idemne apostoli, et dæmones ? idemne prophetæ, et pseudoprophetæ ? idem martyres, et persecutores ? Finge quælibet, annos et tempora duplica, et infinitas ætates congere cruciatibus ; si finis omnium similis est, præteritum omne pro-nihilo est, quia non querimus quod aliquando fueri-mus, sed quid semper futuri sumus. » Aliis hujus-modi plerisque referendis supersedeo. Miror itaque quid in mentem venerit Halloxi, cur negaret lib. IV Origen. defens., quæst. 5, Epiphanium, Theophi-lum, et Hieronymum quidquam de ea re prodidisse. Cum cætera autem Origenis commenta defendi posse dicat Augustinus hær. XLIII, ad Quodvultdeum, istud frustra ab ejus defensoribus excusari fate-tur : « Quis enim Catholicus Christianus (verba sunt Augustini) vel doctus, vel indoctus nou vehementer exhorreat eam quam dicit purgationem malorum, id est, etiam eos qui hanc vitam in flagitiis et facinoribus, et sacrilegiis, atque impietatibus quamlibet maximis finierunt : ipsum etiam postremo diabolum atque angelos ejus, quamvis post longissima tempora pur-gatos atque liberatos, regno Dei, lucique restituvi- D et rursus post longissima tempora omnes qui li-berati sunt, ad haec mala denuo relabi, et re-verli, et has vices alternantes beatitudinem et misericordiam rationabiles creature semper fuisse, semper fore ? De qua vanissima impietate aduersus philosophos, a quibus ista didicit Origenes in libro De civitate Dei diligentissime disputavi ; » libro, opinor, secundo, cap. 17 et 23, ubi dogma idem excutit, et ejus causa merito reprobatum ab Eccles-ia Origenem fuisse narrat ; ut et libro De gestis Pelagi, cap. 3. Adi et librum ipsius contra Priscilianistas et Origenistas, cap. 5 et 6, et libro huic præfixum Orosii Commonitorum ad Augustinum. Suggillat enudem ipsa hac de causa auctor libri De communi essentia, lib. III, cap. 6, et auctor Dia-logorum qui Cæsario Gregorii Nazianzeni fratri

assignantur (51), quamvis Maximi, qui Cæsario recentior fuit, fragmentum exhibeant. Inter anathematismos Justiniani epistole ad Menam subnexos, postremus ille est : *Εἰ τις λέγει ἡ ἔχει πρόσκαιρον εἶναι τὴν τῶν δαιμόνων καὶ ἀσεβῶν ἀνθρώπων κόλασιν, καὶ τέλος κατὰ τινα χρόνον αὐτὴν ἔξειν, ἥγονū ἀποκατάστασιν γενέσθαι δαιμόνων, ἡ ἀσεβῶν ἀνθρώπων, ἀνάθεμα ξεῖν.* « Si quis dicit aut sentit temporariam esse daemonum vel impiorum hominum positionem, siueque aliquo tempore haec habituram, simirum restitutionem futuram daemonum, vel impiorum hominum, anathema sit. » Et in hac ipsa quoque epistola, quemadmodum et in altera ad synodus quintam, eundem errorem notat, et ad calcem loca nonnulla Origenis eo pertinencia adducit. Quin etiam synodus quinta hanc haeresim decreto suo jugulavit, si quid Cedreno, et Photio in libello *De synodis*, et anonymo auctori libri *De conciliis œcumenicis*, et Nicephoro credimus. Quid appelle Gregorium Magnum, qui lib. xxxiv *Moral.* cap. 19, et lib. iii *Exposit.* in *I Reg.* cap. ii, hoc Origenistarum deliramentum prolixè arguit? quid Maximum, qui in scholiis ad Dionysii librum *De cœlesti hierarch.*, cap. 6, verba hæc Origenis e lib. i *Περὶ ἀρχῶν* recitat : *Μετὰ δὲ τὸ ἐπὶ πᾶσι τέλος, πάλιν ἀπόρρευσις καὶ κατάπτωσις γίνεται;* quid Theophanem Cerameum, qui homil. 2, haec disserit : *Τὸ μέντοι, ἵνας ἀπόδημος πᾶν τὸ δρειλόμενον, σὺν χρονικήν σημασίαν δηλοῖ, κατὰ τὴν μυθώδη Ὀριγένους ἀποκατάστασιν, ἀλλὰ τὸ ἀστριστὸν καὶ ἀτελεύτητον τῆς κολάσεως.* « Hoc certe : Donec persolverit omne debitum, non temporarium quid significat, juxta fabulosam Origenis restitutionem, sed poenæ flue carentes? » quid Bedam qui lib. i *Expositionis in Proverb.*, quæ Hieronymo falso tribuitur, ad cap. ii, 19, et lib. ii, ad cap. xi, 7, et in *Retractione in Acta apost.*, ad cap. iii, hanc reprehendit doctrinam, eamque ait Origenianos hoc Isaiae testimonio defendere : « Et claudentur ibi in carcere, et post multos dies visitabuntur<sup>52</sup>? » quid Stephanum Gobarum (52), qui in questionibus in utramque excussis partem, quæ fere Adamantii placitis constant, sic habet : *Οὐτε οἱ ἐν τῇ κολάσει παραδιδόμενοι τῶν διμαρτωλῶν καθαίρονται τῇ κακίᾳ ἐν αὐτῇ, καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἀπολύνονται τῇ κολάσεως· καίτοι οὐ πάντες οἱ παραδοθέντες τῇ κολάσει καθαίρονται καὶ ἀπολύνονται, ἀλλὰ τινες, καὶ ὅτι, ὅπερ ἐστιν ἀληθὲς τῆς Ἐκκλησίας φρόνημα, οὐδεὶς ἀπολύεται τῇ κολάσεως.* « Peccatores poenæ traditos a nequitia expurgari in ipsis; et post expurgationem poenæ solvi. Nec purgari tamen et absolvi omnes qui suppliciis addicti sunt, sed non nullos. Et neminem supplicio liberari, quæ vera est Ecclesiæ sententia? » quid Nicetam Acominatum, qui lib. iv *Thesauri orthod. fid.*, hær. xxxi, Origenem male sensisse prædicat de poenarum ac præmiorum perennitate, futurumque dixisse ut ex-

<sup>51</sup> Isa. xxiv, 22.

(51) *Dialog.* iii, resp. 143.

PATROL. GR. XVII.

A stinguatur quidem ignis, sordibus absorptis; vermis autem sine fine permaneat? quid denique Genndium *De dogmat.*, cap. 9; Leontium *Act. x*; Joannem Scholasticum, cognomento Climacum, *Scal. par.* cap. 5; anonymum Photii cod. cxvii, toties jam in partes vocatum; Sophronium in epist. ad Serg., act. 11 syn. vi; Theophylactum in *Matth.* iii et xxv, et *Marc.* viii; Freculphum Lexoviensem, Anastasium Bibliothecarium *Hist.*, ann. mundi 5715; Cedrenum in *Comp. hist.*; Zonaram lib. ii; Glycann *Ann.* part. iii et iv; Constantium Harmenopulum *De sectis*; Nicephorum lib. xvii, cap. 27; Vincentium Bellocensem *Spec. doctr.* lib. xviii, cap. 43, et Guidonem Carmelitam in hær. Origen. eamdem haeresim insectantes?

B XXII. His prætermisis in Joanne Damasceno finem facio, qui in libro *De heresibus* Origenistas censere ait : *Christi regnum tandem aliquando desitum, et simul angelos desituros,* » nempe cum omnia unum cum Deo sicut; et lib. ii *De fide orthod.*, cap. 1, Origenianam hanc in integrum restitutionem arguit, quam post mille annorum spatium futuram credidisse Adamantium asserit. Gobarus quoque Tritheita apud Phot. cod. ccxxxii, inter disputatas questiones hanc etiam posuit : *Οὐτε πρότερον οἱ δίκαιοι ἀναστῆσονται, καὶ σὺν αὐτοῖς πάντα τὰ ζῶα, καὶ ἐπὶ χλιαὶ ἐτη τρυφήσονται, καὶ ἐσθίονταις, καὶ τεκνοῦνταις, καὶ μετὰ τοῦτο ἡ καθολικὴ ἐπιστῆσαι ἀνάστασις.* « Justos primum resurrecluros, et cum ipsis omnia animalia, et per mille annos delicios fruituros, et edentes, et bibentes, et gignentes, posteaque futuram universalem resurrectionem. » Si in hac fuit Origenes sententia, illam Platonis χιλιετῆ πορείαν, quam diximus, in Christianam fidem transferre conatus fuerit, atque ita Chiliastra propriæ dictorum haeresis, a Cerintho, vel, ut alii, a Papia Hierapolitano episcopo orta. Auctor quippe est Eusebius lib. iii *Hist. eccles.*, cap. ultimum, Papiam illum, mediocri ut erat prædictus ingenio, parum acute intellectis apostolorum scriptis (vice-si nemppe Apocalypses capite), regnum Christi post resurrectionem per mille annos inter summas corporum voluptates in terris perseveraturum patasse, ac ipsis deinde auctoritatem idem Ireneus persuasisse. Sectam quoque illam persecuti sunt alii eruditione nobiles viri Tertullianus, Victorinus Petabionensis, et Lactantius, donec in apertam erupit haeresim, in Apolinario damnata a Damaso papa. Attamen vix sibi persuadere potest Epiphanius assertorem fuisse Apollinarium dogmatis hujusmodi, cuius nec afflorem fuisse Origenem perspicuum est ex his verbis tom. xvii in *Matth.*, num. 35, pag. 827 : *Καὶ ὅσπερ πλανῶνται οἱ διὰ τὸ μὴ τροπολογεῖν τὰ προφητικὰ οἰόμενοι μᾶλλον ἡμᾶς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐσθίειν καὶ πίνειν σωρα-*

(52) Apud Phot., cod. ccxxxii.

τικὰ βρώματα, ἐπεὶ αἱ λέξεις τῶν γραφῶν τοιαῦτα περιέχουσιν· οὕτω καὶ τὰ περὶ γάμων γεγραμμένα, καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν τηροῦντες ἐπὶ τοῦ φῆτοῦ, καὶ οἰδέμνοις συνουσίαις ἥμας καὶ τότε χρήσεσθαι, δι' ἐς οὐδὲ σχολάζειν ἔστι τῇ προσευχῇ δυνατόν· ἐν μολυσμῷ πως ὄντων καὶ ἀκαθαρσίᾳ τινὶ τῶν χρωμάτων ἀφροδισίοις. Adversus eamdem hæresim parimodo excandescit lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 11, num. 2, et prologo in *Cantic.*, pag. 28: « Accidit ut simpliciores quidam nescientes distinguere ac secernere quæ sint quæ in Scripturis divinis interiori homini, quæ vero exteriori deputanda sint, vocabulorum similitudinibus falsi ad ineptas quasdam fabulas et figimenta inania se contulerint; ut etiam post resurrectionem cibis corporalibus utendum crederent, potumque sumendum non solum ex illa vite vera et vivente in sæcula, verum et ex his vitibus ligni. » Ea præterea de resurrectione, déque pœnis damnatorum opinatus est, quæ Chilonetitarum vesaniae ex adverso repugnant. Inde Hieronymus in præfat. libri xvi Commentar. in *Isaiam*, quæ est ad Eustochium, adversus Millenarios disputans, errorem illorum eorum errori qui resurrectionem tollunt contrarium et oppositum esse agnoscit: et Justinianus in epistola ad quintam synodum quam exhibet Cedrenus, doctrinam Pythagoræ et Platonis, hujusque adeo verba super his mille annorum periodis exponens, eam Origeni nusquam tribuit.

XXIII. Quamvis autem manifestum erroris teneamus Origenem in quæstione de pœnarum et beatitudinis perennitate, multa tamen in ejus defensionem adduci possunt, cum ex ejus de prompta scriptis, tum apud laudatos scriptores conquisita. Quæ priusquam attingamus, dignum illud animadversione est quod commemorat auctor *Prædestinati*, quem edidit Jacobus Sirmondus, hær. XLII, Ampullianum quemdam hæreticum Bithynum in eam incurrisse hæresim, et ut diceret omnes criminosos cum diabolo et dæmoniis eo usque in gehenna decoqui, usquequo puri redditii possint inde mundi et immaculati egredi; et quapropter cum universam Ecclesiam adversum se commovisset, vitiatos a se libros Origenis, et eos præcipue qui sunt *Περὶ ἀρχῶν* in sententiæ suæ præsidium protulisse. Addit deinde libelli auctor: « Sed qui sani sensus est, et habet splendidos oculos, sic videt addita in Origenis opusculis mala ista, atque cognoscit, sicut si in stragulo coccineo pannos albos, aut cujusque alterius coloris cernat adsutos. » Nunc quæ pro se ipse Adamantius suppeditat, colligamus. Primum homil. 8 in *Levit.*, num. 5, esse ait peccata quædam, « quæ post hanc vitam nobiscum transeunt, et esse in ipsis quædam ita animabus infixa, ut nequeant aboleri. » Homilia 4 in *Isaiam*, num. 4, nesciri pronuntiat, quæ post mundum eventura sint: « Novissimæ, inquit, ut sunt, non valent enarrari. Quis annuntiavit de novissimis? ait Scriptura ». Quæ videmus

A (ut tamen concedatur quia aliqua videmus) media sunt: quæ ante mundum fuerint, ignoramus; fuerint porro quædam ante mundum. Quæ post mundum secutura sunt, ad certum non apprehendimus: erunt autem alia post mundum. » Tum postea: « Ea quæ post extremum sæculum futura sunt in sæcula sæculorum, quis potest exponere? Garrulorum est hominum horum notitiam polliceri, nescientium quia homo ea tantum potest capere, quæ media sunt, et ea quæ post mundum usque ad consummationem in judicio sunt futura de pœnis, de retributio. Et horum quoque multa absconsa sunt nobis, ut propter hoc quidem scriptum sit: *Dicibus velabant faciem*<sup>21</sup>. » Unde res eas pertractaturus lib. I *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 4, hac obtestatione lectoris mentem occupat: « Quæ quidem a nobis etiam cum magno metu et cautela dicuntur; discutientibus magis et pertractantibus, quam pro certo ac definito statuentibus. Indicatum namque a nobis in superioribus est, quæ sint de quibus manifesto dogmate terminandum sit, quod et pro viribus nos fecisse puto cum de Trinitate loqueremur. Nunc autem disputandi specie magis, quam definiendi, prout possumus, exercemur. » Atque hac admonitione præmunitam dissertationem altera hac excipit, initio capituli sequentis: « Hæc quidem quæ superius disseruimus, generali nobis sermone digesta sint, per consequentiam magis intellectuum, quam definito dogmate pertractata atque discussa C de rationabilibus naturis, post eum locum quem de Patre, et Filio, et Spiritu sancto pro nostris viribus exposuimus. Nunc ergo videamus quæ sint de quibus disserere in consequentibus convenient secundum dogma nostrum, id est, secundum Ecclesiæ fidei. » Magis etiam fluctuat tom. XXVIII in *Joan.*, num. 7, quærens an aliquando vinculis solvendus sit, necne, homo ille impudens, qui cum absque nuptiali ueste ad convivium accessisset, mitti iussus est in tenebras exteriores, ligatis pedibusque manibusque: Οὐ γάρ ἐμφανεῖται, inquit, τὰ περὶ ἀπολύτεως ἐσομένης γεγραμμένα περὶ αὐτοῦ· οὐ δοκεῖ δέ μοι ἀσφαλὲς εἶναι μὴ καταλαβόντα ὅτι ποτοῦ, μάλιστα τῷ μὴ γεγράφθαι περὶ αὐτοῦ, ἀπογνωσθεῖται: et lib. VIII, in *Epist. ad Rom.*, num. 12, pag. 640: « Verum in hac ipsa purgatione, quæ per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantisque sæculis de peccatoribus exigatur cruciatus, solus scire potest ille cui Pater omne iudicium tradidit<sup>22</sup>. »

Facit et illud pro Origene quod lib. III *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, legitur: cum enim tandem Deum dixisset futurum omnia in omnibus, quandiu animæ absque ulla materiæ corporalis admistione perseverassent, addit demum num. 6: « In quo statu etiam permanere semper et immutabiliter Creatoris voluntate est credendum, fidem rei faciente sententia Apostoli dicentis<sup>23</sup>: *Domum habemus non ma-*

<sup>21</sup> Isa. xli, 26. <sup>22</sup> Isa. vi, 2. <sup>23</sup> Joan. v, 22. <sup>24</sup> II Cor. v, 1.

*perfactam, æternam in cælis.* » Nisi haec forte de suo Rufinus interpres attexuit. Et id subsidium quoque præstat Adamantio, quod scriptum est tract. **xxxiv** in *Matt.*, num. 72, p. 889 : « Nullus enim ignis inter homines est æternus, sed nec multi temporis; extinguitur enim cito. Æternus autem ignis est ille, de quo et Isaías dicit in fine prophetæ suæ : *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur* »; » et quod homil. 35 in *Luc.* : « Quod si magnam pecuniam debuerimus, sicut ille qui scribitur decem millia talenta debuisse, quanto tempore claudemur in carcere, donec reddamus debitum, non possum manifeste pronuntiare. Si enim qui parum debet, non egredietur nisi exsolvat minutum quadrantem; utique qui tanto debito fuerit obnoxius, infinita ei ad reddendum debitum sæcula numerabuntur. » Quin etiam certam aliquando et immutabilem felicitatem futuram concedit lib. **iv** *Pepl. ἀρχῶν*, num. 24 : « Sed et comminationes positæ sunt his qui prævaricati fuerint legem; nec non et his qui purificatione indigebant, diversa purificationum genera, velut qui frequentius essent polluendi traduntur; ut per hæc tandem ad illam unam purificationem veniant, post quam pollui ultra non licet. » Et homil. 48 in *Jerem.* **xviii**, num. 1, pag. 241, ad emendationem post mortem neutriquam suscipero homines decernit : « Επάν δε μετὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰώνα ἡκουμεν πρὸς τῷ τέλει νενόμενος τῆς ζωῆς, ἐπειτα πυρωθέντες, ήσοι ὑπὸ τοῦ πυρὸς τῶν πεπυρωμένων τοῦ πονηροῦ βελῶν γενέσθαι διτιποτούν γινώμεθα. » Ή ὑπὸ τοῦ θείου πυρὸς, ἐπειτα καὶ ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἔστιν, ἐάν γενώμεθα, φημι, ὑπὸ τοιοῦδε ή τοιοῦδε πυρὸς, διτιποτὸν γενώμεθα ἐάν συντριβώμεν, εἴτε ἀπὸ τοῦ μοχθηρὸς σκεύη γεγονέναι εἰς σωτηρίαν, εἴτε ἀπὸ τοῦ μοχθηρὸς σκεύη γεγονέναι εἰς ἀπώλειαν, οὐκ ἀνακτιζόμεθα, οὐδὲ ἐπιδέχεται ἡμῶν ἡ κατασκευὴ βελτίωσιν.

**XXIV.** Uli possumus præterea ad tuendum aliquia ex parte Origenem testimonio quodam, quo damnatis quidem aditum ad beatitudinem patescantum aliquando iri statuit, diabolo autem penitus interclusum. Habetur illud lib. **viii** in *Epist. ad Rom.*, num. 9, pag. 634, ibique Luciferi casum a lapsu Israelitarum differre asseverat : « Illorum enim, inquit, vel in fine sæculi conversio erit, tunc cum plenitudo gentium subintraverit, et omnis Israel salvis fiet : istius autem qui de cœlo cedisse dicitur, nec in fine sæculi erit illa conversio. » Inde est quod vehementer succenset in epistola ad amicos suos Alexandrinos jactatum fuisse in vulgus se dicere, « Patrem malitia ac perditionis, et eorum qui de regno Dei ejiciuntur, id est diabolum, esse salvandum : quod, inquit, ne aliquis quidem mente motus et manifeste insaniens dicere potest. » Propterea Hieronymus *Apolog.* ii in *Rufin.*, cap. 5, palam eum hoc crimine exsolvit, quod alias ipsi persepe objicit : « Asserit Candidus, inquit, diabo-

A lum pessimæ esse nature, et quæ salvari nunquam possit; contra hoc recte Origenes respondit non enim perituræ esse substantiæ, sed voluntate propria corruisse, et posse salvare. Hoc Candidus verit in calumniam, quasi Origenes dixerit diaboli naturam esse salvandam. Quod ille falso objecerat, hic refutat. »

**XXV.** Nempe rebus ab Ecclesia nondum hoc tempore definitis varia animo agitavit Origenes, quod et ab aliis subinde Patribus factum observamus. *Justinus Martyr* in *Dialogo cum Tryphone* decrevisse videtur pœnas damnatorum per mortem animarum esse finiendas : « Άλλὰ μὲν οὐδὲ ἀποθνήσκεται φημι πάσας τὰς φυχὰς ἐγώ. Ξρυπαῖον γάρ ήν ὡς ἀληθῶς τοῖς χακοῖς. Άλλὰ τι; τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν ἐν κρίστοιν ποι κύρωψ μένειν, τὰς δὲ ἀδίκους καὶ πονηρὰς ἐν χείροιν, τὸν τῆς κρίσεως ἐκδεχομένας χρόνον τότε· οὔτως αἱ μὲν ἀξιαὶ τοῦ Θεοῦ φανεῖσαι, οὐκ ἀποθνήσκουσιν. Ετι, αἱ δὲ κολάζονται ἐπὶ τὸν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ θεὸς θέλῃ. » Verum enimvero neque mori dico animas omnes : revera enim malis optandum id et opportunum esset. Quid ergo? piorum quidem in meliori loco manere, iniquas autem et malas in pejori, judicii tempus exspectantes. Atque ita quæ dignæ Deo apparuerint, non moriuntur amplius, illæ vero puniuntur, quandiu eas et esse et puniri Deus voluerit. » Eamdem arripit doctrinam Irenæus lib. **ii**, cap. 64, ubi animas non secus ac alia Dei opera tanti superesse et perseverare asserit, « quoad usque ea Deus et esse et perseverare voluerit; » nec multo post : « Non enim ex nobis, inquit, neque ex nostra natura vita est, sed secundum gratiam Dei datur : et ideo qui servaverit datum vite, et gratias egerit ei qui præstítit, accipiet et in sæculum sæculi longitudinem dierum; qui autem abjecerit eam, et ingratus extiterit factori ob hoc quod factus est, et non cognoverit eum qui præstat, ipse se privat in sæculum sæculi perseverantia. » Arnobius animas tormentorum diurnitate et sævitia consumptum iri et extinctum arbitratu est; alique hanc esse mortem æternam impiis hominibus tam sæpe in Scriptura intentatam: piorum vero et sanctorum hominum animas felici immortalitate ac vita æterna perfici. Quamobrem animas humanas ancipiatis esse, mediaque vitam inter et mortem ac ambiguæ naturæ libro secundo iterum iterumque repetit. Gregorius Nazianzenus orat. 39 hæreticos difficilem et diurnum ignis baptismum suscepturos minatur, nisi ab hæresi discedant, quo igne omnis malitia sic tanquam fenum exurenda sit. Oratione vero sequenti dubitat utrum sempiternæ damnatorum pœnæ futuræ sint, an vero a Deo pro sua humanitate breviandæ. Narrat profecto Simeon Metaphrastes, in *Vita S. Cyriaci*, cap. 10, cum a Cyrillo monacho quereret Cyriacus, quenam præcipue dogmata therentur

<sup>11</sup> Isa. LXVI, 24.

Nonnus, Leontius, aliisque Novae Lauroe Origenistæ respondisse Cyrillum affirmare illos et dogmata de præexistentia et restitutio in eundem statum esse media et ab omni periculo aliena; dicentes illa eis ad hoc ferre testimonium, quæ alicubi in suis *Apologeticis* magnus Gregorius ita reliquit scripta: *Mihi videtur res non vilis nec contemenda, dare in tempore unicuique dimensum orationis, et dispensare in judicio veritatem nostrorum dogmatum, quæ de mundo, aut de mundis philosophamur, de materia, de anima, de intelligentia, et naturis intelligentibus, tam præstantioribus, quam detrioribus; de providentia quæ omnia colligat quæ videntur evenire ratione, et quæcunque præter rationem inferiorem et humanam: et quæ præterea de prima nostra constitutione, figurisque, et veritate, et testamentis, et Christi primo adventu, et secundo: in his enim et assequi est non inutile, et non assequi vacat periculo.* 1 Hoc Origenistæ præsidium eripere conatur Aloysius Lipomanus, Veronensis episcopus; sed quidquid tamen afferat, videtur id sibi voluisse Gregorius has quæstiones nondum satis liquidas, nec per Ecclesiam fuisse circumscriptas. Quid hoc est autem quod ibidem subjicit Cyriacus, existimasse Origenistas illos, et quod in pristinum statum resurrectione, poterunt quæcunque sunt ratione prædicta, ad dæmones usque fabricari æones, id est sæcula? Nam æones, aliaque Valentiniæ-norum τερπτεύματα Origenes satis aversabatur. Gregorius alter Origenianum sententiam absque ulla dubitatione amplectitur in *Disputatione de anima et resurrectione*, qua animas exemptas corporibus, et dæmones quoque, omni olim deposita vitiositate Christum esse confessuros declarat: et alio Dissertationis ejusdem loco Deum ait non aliter esse posse omnia in omnibus, juxta Apostoli sententiam, quam evulsa funditus et extirpata omni nequitia. Alia deinde permulta huic astrueudo congerit, que vitande causa prolixitatis prætereō. Catecheticæ præterea orationis capite 8, post hanc vitam curari a Deo pravos animi affectus affirmat, qui in hac vita sanari per virtutem non potuerunt; tum cap. 20, non homines duntaxat nequam, et impios, sed peccati etiam auctorem diabolum a Filio Dei beneficio affectum doceat, quem ita expurgari ait, quemadmodum aurum adhibito igne expurgatur, secreta et excocta sequiore materia; tandemque aliquando per longos temporum ambitus consumptio quod naturæ inest omni malo, damnatos in integrum iri restitutum, ut uno ore gratias creatæ res universæ Deo refundant. Aurum itidem in exemplum asciscit cap. 33 libri ejusdem, et ne futuræ quidem spe salutis eos intercludit, qui neque baptismi, neque pœnitentiae, neque ulla denique purgatione vitæ noxas eluerunt. Verum intercedit Germanus patriarcha Constantinopolitanus, qui ut hujus opinionis iacobem a Gregorio Nysseno

A alistergeret, librum scripsit, cuius excerpta habet Photius cod. cxxxiii. Hoc opere demonstrandum sibi proponit Germanus, ab eo errore alienum fuisse Gregorium; si qua vero in ejus scriptis illuc videntur pertinere, fuisse ab Origenistis intexta, vel certe depravata. Id ipsum se inaudisse narrat Nicephorus lib. xi, cap. 19. Ne Ambrosius quidem ab Origene dissonat, cum psalmum cxviii expōnens, reos suppliciis subjici censet, quia iis aliquando eximendi sunt; diaboli vero pœnam differi, ut nunquam fieatur. Quo accedit Ambrosiaster in Epist. ad Ephes. cap. ii, Ecclesiam docens, etsi sancta dicatur, hominibus tamen vitiosis constare, non perituri quidem, sed per ignem purgandis: et in cap. iii, prædicationem ecclesiasticam ait dæmonibus proficere, ut detrectato diaboli imperio ad Deum convertantur. Cautè quoque observandum est Hieronymum qui tot Origeniano nomini contumelias inflixit, id fere in Origene super hac quæstione arguere, quod diabolum pœnis liberandum esse assernerit, quamvis contrarium fateatur alicubi, ut notavimus; de liberatione vero hominum siluisse ipsum. Itaque abnormia dissertat quædam, et a fide aliena lib. 1 *advers. Pelagian.*, cap. 9, pœnas tradens sempiternas destinari diabolo et hominibus impiis; at inquis et peccatorum reis temporales solunummodo. Impium autem ab iniquo ha distinguit: « Omnis impius iniquus est et peccator: nec reciprocatur ut possimus dicere, omnis peccator et iniquus etiam impius est: impietas enim proprie ad eos pertinet, qui notitiam Dei non habent, vel cognitionem transgressione mutarunt; peccatum autem et iniquitas pro qualitate vitiorum post peccati et iniquitatis vulnera recipit sanitatem. » Postmodum sententiam suam cum Origeniana ita componit: « Si Origenes omnes rationabiles creature dicit non esse perdendas, et diaboli tribuit pœnitentiam, quid ad nos, qui et diabolum et satellites ejus, omnesque impios et prevaricatores dicimus perire perpetuo: et Christianos, si in peccatis præventi fuerint, salvandos esse post pœnas? » Clara sunt et illa in quibus finem ponit *Commentariis suis in Isaiam*, dicens neutiquam evulgandum esse illud dogma, quod damnatorum terminat pœnas, ne, metu supplicii æterni ablato, magis sese licentia prorumpat. Demum sic desinit: « Et sicut diaboli, et omnium negatorum atque impiorum, qui dixerunt in corde suo: *Non est Deus*<sup>56</sup>, credimus æterna tormenta; sic peccatorum atque impiorum, et tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur et mistam clementiam sententiam judicis. » Hæc cum *Commentariis* quoque suis in *Epistolam ad Ephesios* aspersisset, reprehensus est a Rufino *Invest.* 1 et 11, hujus licet reprehensiones devitare conetur Hieronymus lib. 1 *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 6. Libro vero ejusdem

<sup>55</sup> Psal. lxx. 1.

*Apologiae* secundo, cap. 1, haec habet: « Quod autem imprecariis fratribus, hoc est erminatoribus tuis, æternos ignes cum diabolo, non tam fratres mihi videris premere; quam diabolum sublevare, cum hisdem, quibus homines Christiani, ignibus punientur sit; » quasi alio ignis genere diabolus cruciandus sit, alio homines Christiani. Itaque Stanislaus Pannonius Anabaptista hunc Origenis propugnans errorem, in libro *De divina philanthropia*, Hieronymi auctoritatem non sine ratione usurpat, immixtoque a Sixto Senensi lib. vi *Bibl.*, adn. 290, ob eam rem reprehenditur: nam quamvis nefariae penitus et damnatae doctrinæ defensionem suscepit hereticus ille, in eoque impudenter egisse fatendum sit, Hieronymi tamen patrocinium absque impostura et mendacio, quæ ipsi objicit Sixtus, sibi asciscit. Proferantur enim licet sexcenta Hieronymi testimonia, quibus contrarium tradidit; unum inde illud efficitur, mutasse illum aliquando sententiam, nec unicæ semper opinioni adhaesisse. At par pari retulit Hieronymus, quo Rusinus remorderet, qui cum haec ad Anastasium papam in *Apologia fidei sue* scripsisset: « Si quis negat diabolum æternis ignibus mancipandum, partem cum ipso æterni ignis accipiat, ut sentiat quod negavit, » in suspicionem tamen asserte diaboli salutis vocare tentavit Hieronymus *Apolog.* ii, cap. 1, eam a se licet suspicionem propulsare Rusinus *Invectiva* prima laborasset. Verum, omisso hoc Rusini loco, quem non sine cavillatione in sequiore trahi posse sensum putamus, aperte definit in *Symbolo* sempternis quidem tormentis cruciandum esse diabolum; sontes vero homines, temporariis et aliquando finiendis: nam quid aliud sibi velle potest, cum affirmat futurum ut peccatores « absque interitione sua debitas luant poenæ? » et justis quidem « perpetuitatem gloriae, peccatoribus autem prolixitate confusionis et poenæ » Deus ministret? Recte quidem et ex Ecclesiæ præscripto de poenarum perennitate disserunt Chrysostomus et Augustinus, sed uterque tamen peculiare illud habet, quod cruciatus damnatorum, si minus finiri, at vivorum certe precibus et sacrificiis mitigari putavit; hic in *Enchiridio ad Laurentium*, cap. 110 et 112, ille in 3 homil. ad *Philip.* Prorsus vero platonizat Synesius epist. 44, ad Joannem: dæmones quippe ait expiandi sceleribus præfectos eamdem in animas artem, quam fullones in sordidas vestes exercere: animarum ergo quarundam non magno labore abstergi maculas, pristinumque induci nitorem; aliis vero ita inolitas esse sordes, ut nulla lotione, purgatione nulla mundari possint: cætera meri sunt Platonismi. Comparatio illa purgandæ animæ, cum panno sordido fullonis arte mundando, ut et aliae a Patribus ad id explanandum argumentum cum igne et auro institute, profectæ videntur ex his Malachiæ iii, 2, 3: « Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum: et sedebit conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et

A colabit eos quasi aurum, et quasi argentum; » et ex illo Jeremie ii, 22: « Si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es in iniustitate tua coram me, dicit Dominus Deus. » Prius illud Malachiæ usurpavit Origenes lib. vi *contra Cels.*, cum quereret quare vallis Ennon, quæ ipsa est gehenna et poenarum locus, in eadem tribu, Benjamitica nimirum, in qua Jerusalem, censeretur; respondetque locum hunc poenarum accipi pro cruciatibus purgatoriis, qui a cœlestis Jerosolymæ Rege ac Domino animæ infliguntur, secundum verba e Malachia adducta. Subnectit deinceps mysteria haec silentio obsignanda, ne homines nequam in vitium effrenes ruant, quippe qui ne poenarum quidem æternarum, et sine carentium opinione ac metu a sceleribus absterreantur. Quod expressit Hieronymus in fine *Comment. in Isaiam*. Perspicuum est itaque sententiam hanc de terminandis aliquando damnatorum suppliciis, Origenis ætate, multisque post annis, nondum clara hæreseos et expressa nota fuisse infamata, ut pote quam non nulli de cœtu Patrum, iisque non insini puncto suo comprobarint. Quocirca Facundus Hermianensis lib. iv, cap. 4, scribit Domitianum Ancyranum, Origenianæ doctrinæ defensorem, in libello quem scripsit Vigilio papæ, « conquerentem de his qui contradicebant dogmatibus Origenis, asserentis animas humanas ante corpora in quadam beata vita præexistisse, et omnes quæ fuerint æterno supplício destinatae, in pristinam beatitudinem cum diabolo et angelis ejus restitui, dicere etiam haec: Prosiluerunt ad anathematizandos sanctissimos et gloriissimos doctores, sub occasione eorum quæ de præexistentia et restituzione mota sunt, dogmatum, sub specie quidem Origenis, omnes autem qui ante eum et post eum fuerunt sanctos anathematizantes. »

Petrus Halloixius, Origenianarum partium insignis patronus, duobus fere modis objectum Adamantio crimen amoliri studet *Origen. Defens.* lib. iv, quæst. 4: nam vel eum conatur ostendere non dixisse quidem damnatos et dæmones ad superiora regresuros, sed regredi tantum posse, idque certis quibusdam conditionibus, quæ cum neutiquam possint contingere, non aliter intelligendum Origenem, ac si omni penitus liberatione diabolum, damnatosque homines privasset. Conditiones autem illæ sunt hujusmodi, posse angelos et beatos ad ima provolvi, si libertate utentes arbitrii a virtute deficiant; ac e contrario ad summa posse damnatos et dæmones pervenire, si gratia adjuti divina resipiscant; cum autem nullo prorsus modo futurum sit ut hi resipiscant, illi a virtute deficiant, hinc colligit Halloixius arbitratum fuisse Origenem nec a beatitate diapsuros illos, nec hos poenis iri liberatum. « Quare, inquit, quoties dicit Origenes diabolum posse salvare, intelligentius est dicere ex parte nature, non ex eis. »

« sive quod natura ejus non sit renum tenebant Valentinia excusatio, satis, ni fallo

batum est superioribus testimoniis, quæ non ὅποις τίχως, sed absolute et simpliciter felicitatem damnatis et dæmonibus pollicentur. Plus habet roboris in specie Halloxi defensio altera, quæ in copiosa Origenianorum locorum congerie posita est, quibus aeternæ diabolo et damnatis pœnæ, aeterni ignes ascribuntur. Nam quod dixerat Origenes αἰώνιον, interpres Latine æternum, reddiderunt. Tota ergo argumentationis vis in vocis illius αἰώνιον propria significatione posita est.

XXVI. Atq; non simplici notione gaudet, nam modo finitum tempus, modo indefinitum, modo infinitum sonat. Hesychius : Αἰών, δὲ βίος τῶν ἀνθρώπων· δὲ τῆς ζωῆς χρόνος· ποτὲ δὲ καὶ ἐπὶ μακροῦ χρόνου νοεῖται. Plures etiam Joannes Damascenus lib. II *De fide orthod.*, cap. I, vocis αἰών significationes proponit, quæ partim ad terminatum, partim ad interminatum temporis spatium pertinent. Aristoteles i *De cœlo* factam putat vocem αἰών ab ἀεὶ, quo æternitatis notatio continetur. Hanc originationem deinde usurparunt Plotinus, Proclus, *Etymologus*, et alii. At eo tamen vocabulo utrumque tempus exprimi satetur ibidex Aristoteles. Ab αἰών prolixit Latinum ævum, inserto digamma Ἀeolic; ut ab ɔ̄z, oris. *Ævum* igitur, ut αἰών, multiplicem habet vim, modo tempus sine carens, modo terminatum designans. Prioris testes Servius in vi *Aeneid.*, vers. 764; Censorinus, cap. 16, et Isidorus *Originum* lib. V, cap. 38 : « *Ævum*, inquit, est ætas perpetua, cuius neque initium, neque extremitas nascitur, quod Græci αἰώνα vocant, quod aliquando apud eos pro sæculo, aliquando pro æterno ponitur. Unde et apud Latinos est derivatum. » Posterioris significacionis testis Horatius *Carmin.* lib. II, od. 9, vers. 13, ubi *ter aeo* functum Nestorem dicit, qui tres γένεας excesserat, hoc est 90 annos. Idem *ævum* pro tempore usurpat epist. I, lib. II, vers. 159, cum sit vestigia ruris in longum *ævum* mansisse. Sæpe pro ætate adhibetur, unde *longævus*, *grandævus*, *cœrvus*. Ab *aero*, *æritas*, et per contractionem *ætas*: cuius idem est intellectus ac *aevi*, nam modo tempus æternum, modo circumscriptum signat. Ab *aero* itidem *ævaternus*, et per syncopen *æternus*; qua voce tempus etiam finitum aliquando exprimitur. Notabile illud Ciceroonis lib. III *De orat.* : « Nullum est enim genus rerum, quod aut avolum a ceteris per se ipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam atque æternitatem conservare possint. » Errant multi, item docti, et etymologicæ artis principes, qui ab *æternus* factum putant *semipernus*. Repugnat modulus syllabæ secundæ, quæ corripitur. *Sempiternus* sit a *semper*; ut ab *heri*, *hæsternus*, a *diu*, *diurnus*, auctore Prisciano. Quod αἰών apud Græcos, *ævum* apud Latinos, idem apud Hebreos significat ἔλλην, *tempus*, *sæculum*, *æternitas*: a radice ἔλλην, quid est, *abscondere*, *latere*:

A fortasse quod tempus res sit vulgo ignorabilis; vel quod nobis parum liquido nota sint præterita, futura vero penitus ignota; vel quod tempus tacite et occulte subrepatur. Diceres ad hanc originem respxisse Horatium cum scripsit lib. I, od. 12, vers. 45 :

*Crescit occulto, velut arbor, ævo.  
Fama Marcelli;*

et Ovidium, *Metam.* X, vers. 519 :

*Labitur occulte, fallitque volatilis ætas.*

VALET ad superiorum confirmationem, quod habetur Deuteronom. XV, 17, de homine qui se in voluntariam et æternam servitutem mancipat : « Assumes subulam, et perforabis aurem ejus in janua domus tuæ, et serviet tibi usque in æternum. » Hebr. B בְּמִלְחָמָה עַל־גָּתָתְךָ לְתִרְשָׁחוּתְךָ LXX, καὶ ἔσται σοι οἰκέτης εἰς τὸν αἰώνα. Cui simile illud Horatii lib. I, epist. 10, vers. 41 :

*Serviet æternum, quia parvo nesciit uti.*

Utile etiam hoc Hieronymi in *Ezechielis cap. xxvi*, vers. ult. : « Et ultra non eris in sempiternum : sive ut in Hebraico ἔλλην, et in Græco αἰών scribitur, unum sæculum significat, juxta illud Isaiae, qui post septuaginta annos dicit Tyrum restituendam in integrum statum. Aiunt autem unum sæculum, id est, humanæ tempus ætatis septuaginta annorum numero suppeditari, Psalmista dicente : *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni* <sup>¶</sup>; et istud in Galat. I : « In Hebraeo sæculum, id est ἔλλην, ubi litteram positam habuerit, æternitatem significat: ubi vero sine littera scribitur, annum quinquagesimum, quem illi Jubilæum vocant. » Atq; vero non infinitum tempus, sed indefinitum significat in istis Lucas I, 33 : « Et regnabit in domo Jacob in æternum, » εἰς τοὺς αἰώνας· nam si id spatium temporis interminatum exprimeret, quorsum adderetur : « Et regni ejus non erit finis. » Id sibi vult ergo Lucas, sive potius Gabriel : Obtinebit ille quidem in domo Jacob regnum diuturnum, ac nullo fine caritatum. Sæpe igitur τὸν αἰώνα τούτον, pro presenti tempore, et τὸν αἰώνα ἐρχόμενον, ac τοὺς αἰώνας ἐπερχόμενους, pro futuro, in Novo Instrumento reperies. Inde Origenes homil. 6 in *Exod.*, num. 15 : « Quoties in sæculum dicitur, longitudo quidem temporis, D sed esse finis aliquis indicatur : et si in aliud sæculum dicatur, aliquis sine dubio longior quidem, tamen ponitur finis : et quoties sæcula sæculorum nominantur, fortasse licet ignotus nobis, tamen a Deo statutus aliquis terminus indicatur; » et lib. II *Hebr. ap̄xw*, cap. 3, num. 5 : « Movet autem in hoc Scripturæ sanctæ auctoritas, quæ dicit : *In sæculum et adhuc* <sup>¶</sup>. Et adhuc enim quod dicit, plus aliquid sine dubio quam sæculum vult intelligi. Et vide ne illud quod dicit Salvator quia *volo*, nō ubi *ego sum*, et isti sint *mecum*; et *sicut ego et tu unum sumus*, et isti sint in nobis unum <sup>¶</sup>, ostendere videatur plus aliquid quam est sæculum et

<sup>¶</sup> Psal. LXXXIX, 10. <sup>¶</sup> Exod. xv, 18. <sup>¶</sup> Joan. xvii, 21-24.

sæcula; forte etiam plus quam est sæcula sæculorum; id videlicet, cum jam non in sæculo sunt omnia, sed in omnibus Deus. » Igitur neque in sæculum, neque in sæcula sæculorum spatium interminatum significare voluit Origenes. Quorsum ergo ait Cæsarius *Dial. iii* existimasse illum finitum iri supplicia damnatorum, ἐκ τοῦ αἰώνιον μόνον φῆσαι τὸν Κύριον τὸν κολαστήριον πῦρ, καὶ οὐκ αἰώνιον αἰώνων. « Quod aeternum tantum dixerit Dominus piacularēm ignem, non aeternum in sæcula? » Astipulatus superioribus Leontius Byzantius, qui Origenistas dicere ait, δεῖ τὸ τοῦ αἰώνος θνομα ἐπὶ ὥρισμένου χρόνου λαμβάνεται, καὶ διαν εἴπη ἡ Γραψὴ δεῖ αἰώνια ἔστιν ἡ κόλασις, οὐ, λέγει εἰ μὴ ἐπὶ ὥρισμένου χρόνου. « Nomen αἰώνος de tempore terminato intelligi, et cum ait Scripturā αἰώνια esse punitionem, nonnisi finitum tempus significare. » Tum fatetur, δεῖ τῷ διτι τὸ τοῦ αἰώνος θνομα καὶ παρὰ τοὺς ἔχον, καὶ παρὰ τῇ Γραψῇ πολλάκις ἐπὶ ὥρισμένου χρόνου λαμβάνεται. « Revera nomen αἰώνος, et apud profanos auctores, et in Scriptura sære pro finito tempore sumi. » Subjectam vero Origeniani hujus dogmatis confutationem ab aliis jam contrita usurpavit.

Primitivi sui notationem repræsentat αἰώνος, rem indicans quandoque infiniti temporis; quandoque rem certi temporis et terminati. Quapropter sæculares ludos centenis fere quibusque recurrentes annis, αἰώνιους Græci dixere. Frustra ergo in Origenis gratiam et tutelam ea adducuntur testimonia, in quibus infernum ignem, aeternum fore pronuntiat, vel ut Græce scribebat, αἰώνιον hac enim voce longum, sed finiendum tempus intellexit. Qualem igitur huic vocabulo affingebat sensum, talem illi a scriptoribus sacris fuisse inditum censebat. Memoranda in id argumentum scripsit Augustinus in libello contra Priscillianistas et Origenistas; nam cum ad eum Commonitorium scripsisset Orosius, quod huic Augustini opusculo præfigi solet, in quo jactari ex Origenis libris conquerebatur tartareum illum ignem, qui aeternus prædicatur, « juxta etymologiam Græcam non esse perpetuum, etiam Latinus testimonio adjecto, quia dictum sit, *In aeternum, et in sæculum sæculi;* » respondet Augustinus cap. 6 et 7, geminum esse intellectum vocis αἰών, aliquando sæculum, aliquando aeternitatem notantis; at vocem αἰώνος rebus sine carentibus imponi solere. Quod ita tamen non esse et nos supra probavimus, et facile probatur ex duobus Scripturæ locis, quos sibi objicit Augustinus, et frustra, si quid video, solvere satagit. Prior saepissime in Pentateucho occurrit, cum ceremoniis et ritibus legis antiquæ institutis, dicit Deus: « Hoc vobis erit legitimū aeternū<sup>60</sup>. » — « Quanquam, inquit Augustinus, si diligentius dicta intelligentur, ea fortassis quæ illis sacramentis significabantur, finem non erant habitura. Ita enim, ne longius

A beam, dicimus aeternum Deum, non utique istas duas brevissimas syllabas, sed quod eis significatur. » Quasi vero cum sancti Deus, ut non nisi induitus lineis feminalibus tabernaculum testimonii ingrediatur Aaron; additque, « Legitimum sempiternum erit Aaron, et semini eius post eum<sup>61</sup>, » id non ad mandatum proxime institutum, sed ad mysterium mandato hoc significatum pertineat. Quasi has, quæ proxime scriptæ sunt, syllabas legitimū sempiternum esse velit; non præceptum syllabis illis institutum, quoad litteram, non quoad anagogicum sensum. Quid est autem litteram destruere, si hoc non est? Non minus validus est sequens locus ex Epist. ad Tit. i, 2: « Spem vitæ aeternæ, quam promisit non mendax Deus ante tempora aeterna: » B Græce πρὸ χρόνων αἰώνων. « Cum autem, inquit, retrorsum tempora a constitutione mundi habere videantur initium, quomodo sunt aeterna, nisi quia aeterna dixit, quæ ante se non habent ullum tempus? » Atqui nullum licet tempus tempora illa præcesserit, ab initio tamen aliquo profluere illa aliquando coepérunt; ac proinde ab anteriori parte finita sunt. Infirma est igitur utraque solutio hæc, et ita sane ab Augustino proposita, ut non multum ei innixus sit. Addit deinde, in illo Matth. xxv, 46: « Ibunt illi in ambustionem aeternam, justi autem in vitam aeternam, » parem esse vocis αἰώνος utrobius notationem, sive cum vitæ justis promissæ, sive cum igni malis' inferendo adjungitur; ac proinde ignes sine caritatu significari, quoniam vitam illam sine caritaram ex æquo apud omnes constat; quod idem legitur quoque lib. xxi *De civit. Dei*, cap. 23. At id parum omnino valet contra Origenem, qui tam beatorum felicitati quam impiorum cruciatis terminum præscribebat.

Complures vocabuli αἰών notiones proponit *Etymologus*, modo vitam, modo vite tempus significantis; tum hæc habet: Αἰών καὶ ὁ τῶν χιλίων ἑτῶν ἀριθμός· et paulo post: Αἰών λέγεται καὶ οἱ ἐπτὰ αἰώνες ἀπὸ τῆς τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς κτίσεως μέχρι τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων ἀναστάσεως. Priore modo usus est voce αἰών Origenes, cum dixit damnatos cruciatum iri ad mille annos, si modo revera post mille annorum decursum in integrum restitutum iri D damnatos opinatus est, ut supra objectum ei a Joanne Damasceno narrabamus: posteriore fortasse, cum eosdem tortum iri confessus est εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων. Cæterum non est præter Origenis opinionem alia hæc vocabuli αἰών significatio, quam notat ibidem *Etymologus*: Αἰών καὶ ὁ ἀδειος καὶ ὁ ἀτελεύτητος· nam tom. xxviii in *Joan.* num. 7, εἰς αἰώνα, vel εἰς αἰώνας intelligi vult Origenes, pro eo quod est ἀει. Verba hæc sunt: Σητήσεις δὲ περὶ τοῦ μὴ ἐνδεδυμένου ἐνδυμα γάμου, περὶ οὐ εἰρηται· Δῆσαντες αὐτὸν ποδῶν καὶ χειρῶν, ἐκβάλλεται αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἔξωτερον, πότερον εἰ ἀει μένει δεδεμένος, καὶ ἐν τῷ ἔξωτέρῳ σκότῳ:

<sup>60</sup> Levit. xvi, 29, 34. <sup>61</sup> Exod. xxviii, 43.

et quod referuntur ad Eum tunc aliorum, qd. Eius ratio. A tale atque essentia, in qua et Dei primus preteriti sunt, deciderunt? » Eadem dicit cap. 3 libri in De princip., num. 2: « Pro motibus suis unquamque mens vel amplius vel parvius homini negligens, in creaturam boni, quod sine dubio malum est, trahitatur. Ex quo videtur semina quedam et causas varietatis ac diversitatis illae omnium conditor accepisse, ut pro diversitate mentium, id est rationabilium creaturarum, quam diversitatem ex ea causa quam superius diximus, putandis sunt conceperisse, rationis ac diversum mundum crearet. » Capite vero eodem, num. 6, rem altius repetens, Deum ait ab initio eam rationis compotes naturas creare vellet, nullam habuisse creandi illarum causam praeter seipsum, sicutque honestatem: in eo autem cum nulla sit diversitas, neque ex parte rerum creandarum illa esset, aequales eas, et undique similes ipsum procerasse: has vero, ut pote libero primitus arbitrio, non eodem modo omnes hac usus esse facultate, aliis in vitium ac nequitiam reuertibus, aliis ad meliora assurgentibus: atque inde rationalium naturarum existisse differentiam: Deum autem unamquamque pro meritis ornare volentes vel ulcisci, diversitates mentium in unius mundi consonantiam traxisse, sic tanquam in unam domum, quae vasis aureis, argenteis et siccilibus instruitur. » Et has causas, inquit, ut ego arbitror, mundus iste sue diversitatis accepit, dum unumquemque divina providentia pro varietate motum suorum, vel animorum, propositoque dispensat. » Quocirca tomo xix in Joan., num. 5, et capite 5 libri ut *Hapl. ἀρχῶν*, num. 5, observat creationem mundi apud scriptores sacros novo hoc et proprio καταβολῆς nomine nuncupari, quia nimurum et de superioribus ad inferiora descensum est, non solum ab his animalibus que id motum suorum varietate meruerunt, verum et ab iis quae ad totius mundi ministerium ex illis superioribus et invisibilibus ad haec inferiora et visibilia deductae sunt, licet non volentes; vanitati quippe creatura! subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe \*\*, quae vel sol, vel luna, vel stellæ, vel angelii explerent obsequium mundo, et his animalibus quae ob nimios defectus mentis crassioribus istis et solidioribus indigere corporibus, et propter eos quibus hoc erat necessarium, mundus iste etiam visibilis institutus est. » Et mox: « Talem vero ac tantum putandum est factum esse mundum, qui vel omnes eas animas, quae in hoc mundo statutæ sunt exerceri, caperet, vel omnes eas virtutes quae adesse eis, et dispensare eas ac juvare paratae sunt. » Atque haec ipsa loca librorum *Hapl. ἀρχῶν* reprehensionis causa profert Hieronymus epist. 59, ad Avit., cap. 2 et 3. Alia praeterea duo e libro ut *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 1, num. 4, et e lib. iv refert Justinianus ad calcem epistolæ ad Menam, que huc inseruisse supervacuum non fuerit. Prior hic est: Οὐτω δι ποικιλωτάτου κόσμου τυγχάνοντος, καὶ το-

## QUESTIO XII.

DE MUNDO, PARADISO TERRESTRE, ET ADAMO.

I. Duo de mundo queri possunt: II. Primum, utrum et quo sensu dixerit Origenes mundum propter rationales naturas fuisse a Deo conditum; III. ita ut existimasset eum Patres aliqui testificantur: IV. alterum, utrum plures vel fuisse, vel esse, vel fors mundos existimaverit; V. quemadmodum ipsi a Patribus quibusdam objectum est: VI. quoniam ejus causam nonnulla adjurant. VII. Exploratur Origenis sententia de conditione paradisi terrestris, VIII. et de scortis tunicis, quibus post peccatum Adamus induitus est. IX. Quaritur utrum dixerit Adamum per peccatum similitudinem Dei omisisse: X. et utrum homines Praadamias existisset sibi finierit.

I. Circa questionem de mundo duplex excutendum venit paradoxum Origeni ascriptum: primum, utrum et quo sensu dixerit mundum propter animas rationales a Deo fuisse conditum: alterum, an unicum duntaxat mundum creasse antehac, vel posthac creaturarum esse asseveraverit. Quae duo quarenda sibi proponit Origenes in tertio capite libri ii *Hapl. ἀρχῶν*, quod inscribitur, *De initio mundi et causis ejus*.

II. Primum quod attinet, nemo non videt ex antecedenti ipsius doctrina aptum id esse, naturalium illarum gratia, quae sunt rationis participes, mundum a Deo fuisse procreatum. Cum enim animas quocunque statu collocare sint, arbitrii sui libertate ad peccandum vel recte agendum uti voluerit, et pro peccatis hanc iis irrogatum iripenam, ut in graviora ac crassiora corpora amendantur, nam ob rem dicere debuit gravia illa corpora formari a Deo, quemadmodum ergastula ad retinendos reos construuntur. Copiosa ad id probandum Origenis habeatur dissertatio lib. ii *Hapl. ἀρχῶν*, cap. 1: « Cum ergo, inquit num. 1, tanta sit mundi varietas, atque in ipsis rationabilibus animalibus sit tanta diversitas, propter quam etiam omnis reliqua varietas ac diversitas putanda est existisse; quam causam aliam dici oportebit, qua mundus exsisterit, præcipue si intueamur illum finem per quem omnia restituenda in statum initiali sui libro superiori dissertum est? Quod utique si consequenter dictum videtur, quam aliam, ut diximus, causam putabimus tantæ hujus mundi diversitatis, nisi diversitatem ac varietatem motuum, ac prolapsum eorum, qui ab illa initiali uni-

\*\* Rom. viii, 20.

σαῦτα διάφορα λογικὰ περιέχοντος, τί ἄλλο χρή λέγειν αἴτιον γεγονέναι τοῦ ὑποστῆναι αὐτὸν, ή τὸ ποικίλον τῆς ἀποπτώσεως τῶν οὐχ ὅμοιως τῆς ἐνάδος ἀπορρέεντων. « Ita cum summa diversitate constet mundus, totque diversas contineat rationales natus, quæ alia causa dicenda est eur subsistat, quam varios decidendi modos, eorum qui ab unitate similiter non defluunt? » Alter ita se habet : Ἀνάγκη μὴ προηγουμένην τυγχάνειν τὴν τῶν σωμάτων φύσιν, ἀλλὰ ἐκ διαλειμμάτων ὑφίστασθαι διά τινα συμπτώματα γινόμενα περὶ τὰ λογικὰ, δεδμένα σωμάτων. « Necessæ est non præexistisse corporum naturam, sed per intervalla subsistere propter aliquos casus qui contingunt naturis ratione præditis, et quæ corporibus indigent. »

III. Itaque hoc etiam nomine non Justiniani solum, sed et aliorum convicia sensit Origenes. « Quis propheta, inquit Theophilus Pasch. I, sentire docuit (Origenem) propter ruinam et lapsus de cœlis animalium, Deum esse compulsum corpora fabricare? Quis juxta bestum Lucam, eorum qui viderunt, et ministri fuerunt sermonis Dei, huic tradidit ad docendum, negligentia et motu, et fluxu de altioribus rationabilium creaturarum, provocatum Deum mundi hujus condere diversitatem? » Et postmodum : « Dicit enim propter peccata intelligibilium creaturarum mundum esse cœpisse. » Hieronymus in Epist. ad Ephes. I, 4, non expresso Origenis nomine, sententiam ipsius exponit : « Alius dicit, inquit, ante visibiles creaturas cœlum, terram, maria, et omnia quæ intra ea sunt, suis alias invisibiles creaturas, in quibus et animas, quæ ob quasdam causas soli Deo notas dejectæ sint deorsum in valle in istam lacrymarum. . . . Itaque priusquam animæ, inquiunt, præcipitarentur in mundum, et mundus ex animabus fieret, cum habitatricibus suis in insimum ipse dejectus, elegit Paulum Deus. » Quæ quamvis ex alterius opinione recitata sint, his tamen consensisse Hieronymum contendit Rufinus Invect. I, sed calumniam a se removet Hieronymus lib. I Apolog. in Rufin., cap. 6. Augustinus vero lib. XI De civit. Dei, cap. 23, Origenem nominatum adoritur : « Animas dicunt, non quidem partes Dei, sed factas a Deo peccasse a Conditore recedendo; et diversis progressibus pro diversitate peccatorum a cœlis usque ad terras, diversa corpora quasi vincula meruisse. Et hunc esse mundum, eamque causam mundi suis faciendi, non ut conderentur bona, sed ut mala cohiberentur. Hinc Origenes jure culpatur; in libris enim quos appellat *Περὶ ἀρχῶν*, id est, *De principiis*, hoc sensit, hoc scripsit. » Atque haec valide postmodum oppugnat. Oppugnat etiam cum alibi, tum maxime libro contra Priscilianistas et Origenistas, cap. 8, eum scripsisset ad eum Orosius in Commonitorio, id esse Origenistis quibusdam persuasum, « Mundum novissime ideo esse factum, ut in eo animæ purgarentur, quæ ante peccaverunt. » Isidorus lib. VIII Origin., cap. 5 : « Origeniani, inquit, animas in mundi principio

A dicunt peccasse, et pro diversitate peccatorum de cœlis usque ad terras lapsas, diversa corpora quasi vincula meruisse, eaque causa mundum factum fuisse. » Quæ sere autoleξει repetit Honorius Augustodunensis in libro *De heresisibus*. Denique S. Thomas adversus eamdem opinionem lib. II *Contr. gentil.*, cap. 44, acerrime decertat.

Quoniam autem ita cum antecedentibus conjuncta est, ut quæ ad tuendam Origenis causam supra attulimus, hic quoque valere possint, quid attinet plura conquirere; cum præsertim Hieronymus, postquam cap. I, epist. 59, ad Avitum, quæcunque in I lib. *Περὶ ἀρχῶν* damnosa sunt, colligit, inter quæ frequens occurrit isthac quæ tractamus opinio, talia illum denuntiare dicat : « Hæc Juxta nostram sententiam non sint dogmata, sed quæsita tantum, atque projecta, ne penitus intratia viderentur. »

IV. « Jam sane quoniam diversos motus rationabilem creaturarum, variasque sententias causam dedisse diversitatis mundo huic, sermo superioris disputationis ostendit, videndum ne forte similis initio exitus quoque huic mundo conveniat. Dubium enim non est quin finis ipsius in diversitate multe adhuc et varietate reperiendus sit; quæ utique varietas in hujus mundi fine deprehensa causas rursus diversitatum alterius mundi post hunc futuri occasionesque præstabit, quod scilicet hujus mundi finis initium sit futuri. Verba sunt Origenis lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 4, num. 3, superioris quæsiti cum isthoc, quod hoc loco nobis excutendum proposuimus, connexionem declarantis. « Possibile euim videtur, inquit lib. II *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 3, ut rationabiles naturæ, a quibus nunquam auferunt liberi facultas arbitrii, possint iterum aliquibus motibus subjacere. . . . Quos motus siue dubio rursum varietas corporum et diversitas prosequetur, ex qua mundus semper adornatur, nec unquam poterit mundus nisi varietate ac diversitate constare, quod effici nullo genere potest extra materiam corporalem. » Doctrinæ igitur suæ cohærentiam servavit Origenes, et quod ex dogmatibus suis effici putavit, id manifesta assertione decrevit : nam in sequentibus, repudiatis nonnullis, qui mundo huic pares usquequaque mundos ac consimiles in futuris sæculis continentis successione prodituros affirrabant, quod libertati arbitrii officeret ejusmodi sententia; alios quidem, sed plane diversos conditum iri statuit; an autem dignitate superiores, an inferiores, vel æquales nescire se fatetur. Addit præterea mundum hunc, qui et ipse sæculum dicitur, multorum sæculorum esse finem, ac multorum porro sæculorum initium. Sed velut dubitanter ait tandem post multorum sæculorum creationem et interitum, aliquid sæculis majos in omnium restitutione futurum esse, cùm Deus erit omnia in omnibus. Libro deinde operis ejusdem tertio, cap. 5, postquam mundum cœpisse, et interitum esse ostendit, objici adver-

sus hanc assertionem solere seribit, num. 3 : « Si A cœpit mundus ex tempore, quid ante faciebat Deus, quam mundus inciperet? Otiosam enim et immobilem dicere naturam Dei impium est simul et absurdum, vel putare quod bonitas aliquando bene non fecerit, et omnipotencia aliquando non egerit potentatum. » Atque id demum præclare solvere se potuit bac responsione : « Nos vero consequenter respondebimus observantes regulam pietatis, et dicentes, quoniam non tunc primum cum visibilem istum mundum fecit Deus, cœpit operari; sed sicut post corruptionem hujus erit alias mundus, ita et antequam hic esset, fuisse alios credimus. » Duplex his confirmandis adhibet Scripturæ testimonium, alterum ex Isaiae LXV, 17, et LXVI, 22, ubi cœlum novum, et terram novam creaturum se prædictit Deus : alterum ex Eccles. 1, 9, 10, quod est hujusmodi : « Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est: Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nil sub sole novum; nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est: jam enim processit in saeculis que fuerunt ante nos. » Mundos autem istos non plures simul esse, sed perpetua serie sibi successores fore censem. Atque hæc ipsa reprehensionis causa indidem transtulit Hieronymus in epistolam 59, ad Avit., cap. 3. Eadem porro est Origeniani hujus loci ratiocinatio, quæ libri i Perpl ἀρχῶν, cap. 2, num. 10, ubi ait omnipotentem Deum esse, hoc est παντοκράτορα, quatenus aliqua habet in quæ potentiam suam exercere possit: « et ideo, ut omnipotens ostendatur Deus, omnia subsistere necesse esse: » quod si quis aliquando non fuisse velit ea quæ deinceps facta sunt, huic fatendum esse necessario omnipotentem tunc non fuisse Deum, omnipotentiam vero deinde accepisse, cum habere cœpit quæ potentia sua gubernaret. « Quod si nunquam est, inquit, quando non omnipotens fuerit, necessario subsistere oportet etiam ea per quæ omnipotens dicitur, et semper habuit in quibus exercuerit potentatum, et quæ fuerint ab ipso, vel rege, vel principe moderata. » Officiose quidem et amico adversus Origenem animo, at non perinde vere, id sibi velle eum adnotat Genebrardus, « Denique Patrem omnipotentiam suam ostendisse, dum genuit Filium: ac nisi genuisset, non fuisse omnipotentem: » nam de rebus numero pluribus, in que imperium teneat Deus, non de una aliqua, qualis est Filius, agere Origenem manifestum est: sed et res creatas in animo habuisse satis illud evincit quod sequitur: « De quibus plenius in locis propriis, in quibus de creaturis ejus disputandum fuerit, disseremus. » Ac superior ille locus Origenis vel alter certe ipsi consimilis, refertur a Methodio in libro Perpl τῶν γενητῶν, cuius excerpta habet Photius cod. CCCXCV. Et οὐκ ἔστιν, inquit, δημιουργὸς ἄνευ δημιουργημάτων, ἡ ποιητὴς ἄνευ ποιημάτων, οὐδὲ παντοκράτωρ ἄνευ τῶν κρατουμένων.

(53) Sed ante saecula ita a Deo procreatam, ut lumen a sole proficiatur. Vide supra quast. 2,

B τὸν γὰρ δημιουργὸν διὰ τε δημιουργήματα ἀνάγκη, καὶ τὸν ποιητὴν διὰ τὰ ποιήματα, καὶ τὸν παντοκράτορα διὰ τὰ κρατούμενα λέγεσθαι· ἀνάγκη ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι, καὶ μὴ εἶναι χρόνον, ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα. Et deinde: 'Αλλὰ καὶ ἀλλοιοῦσθαι, καὶ μεταβάλλειν τὸν ἀτρεπτὸν καὶ ἀναλλοίωτον συμβῆσται Θεόν· εἰ γὰρ θετέρον πεποίηκε τὸ πᾶν, δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν εἰς τὸ ποιεῖν μετέβαλε· τοῦτο δὲ ἀτοπὸν μετὰ τῶν προστρημένων· οὐκ ἀραι δυνατὸν λέγειν μὴ εἶναι ἀναρχὸν καὶ συναλλιόν τῷ Θεῷ τὸ πᾶν· « Si non est opifex sine opificiis, vel conditor sine re condita, neque Omnipotens sine rebus gubernatis; nam opificem necesse est propter opificia, et conditorem propter res conditas, et Omnipotentem propter res gubernatas dici: necesse est ab initio hæc a Deo fuisse facta; neque esse tempus, quando hæc non fuerint. » Et deinde: « Sed variari et mutari immutabilem et invariabilem Deum continget. Nam si deinde omnia fecit, manifestum est illum a non faciendo ad faciendum transisse. Absurdum autem illud ex antedictis. Dici ergo non potest non esse principii expers, et Deo coæternum hoc universum. » Dignum et istud est animadversione quod ait Adamantius homil. 4 in Isaiam, num. 1, « Que ante mundum fuerint, ignoramus; fuerunt porro quædam ante mundum. Que post mundum seculura sunt, ad certum non apprehendimus; erunt autem alia post mundum. » Ne quis vero Dei Filium hic intelligat, qui ante saecula a Patre genitus est, vel Spiritum sanctum, qui nunquam non ab utroque processit, aquas illas super quas cerebatur Spiritus Dei, et tenebras quæ erant super faciem abyssi, creatas quidecum, sed tamen mundo antiquiores intelligere se declarat. Et demum: « Ea, inquit, quæ post extremum saeculum futura sunt in saecula saeculorum quis potest exponere? Garrulorum est hominum horum notitiam polliceri. »

D Quod autem materiam Deo coæternam impugnans disserit in Comment. in Genes. 1, 12, et lib. II Perpl ἀρχῶν, cap. 4, num. 4, sic accipendum est; respondiare eum quidem materiam illam ἀγένητον, ortu et principio carentem, qualem invexerant philonophi quidam, et Marcionitæ defendebant, Deo coævam, et alterum rerum principium: at nihil secius materiam aliam admittere, non ortus quidem et principii expertem, (53) sed ante saecula ita a Deo procreatam, ut lumen a sole proficiatur. In eo ergo ab hereticis illis dissentiebat, quod duo hi rerum principia ponerent, Deum, et materiam, utrumque utrique coæternum, neutrum ab altero pendens; ille Deum unicum rerum universarum statueret principium, qui materiam ex se nunquam non produxerat. Mundos autem ex materia illa deinceps conflari fingebat. Ita discrepabat a Marcionitis, quamvis ipsorum argumentis uteretur. Hermogenem enim hereticum codem modo num. 24, observationes nostras in hæc Huettii verba: vel quia materiam e qua constatus est mundus, etc.

ratioe inatum esse refert Tertullianus libro peculiari ipsum oppugnans; Deum enim siebat semper fuisse Dominum; Dominum autem ab omni retro tempore esse non potuisse, nisi semper fuisse aliquid, cuius esset Dominus; proindeque materiae semper Dominum fuisse; unde efficitur nunquam non fuisse materiam. Hanc ratiocinationem a veteribus philosophis sumpserant Marcionistæ, eamque in Proclo obterit Philoponus *De aeternitate mundi*. At quamvis mundum ex materia quidem aeternis, a Deo tamen conditum dixerit post Socratem Plato; et in tempore quoque creatum affirmaverit, ut tradunt Ambrosius, et Zacharias Mitylenæus; atque ita dixisse eum Aristoteles et Theophrastus censuerint; Platonici tamen recentiores, ut magistrum suum cum Aristotele conciliarent, factum quidem mundum dixisse Platonem fatebantur, at ab aeterno; adeo ut principio temporis, careret, sed principium causæ, Deum nempe haberet; nec essei hoc videlicet temporis, sed substitutionis initium, ut ait Augustinus lib. x *De civit. Dei*, cap. 31, qui et hoc comparatione quadam explicari a Platonicis ita scribit: «Sicut enim, inquit, si pes ex aeternitate semper fuisse in pulvere, semper ei subesset vestigium; quod tamen vestigium a calcante factum nemo dubitaret, nec alterum altero prius esset, quamvis alterum ab altero factum esset: sic, inquit, et mundus, atque in illo dii creati, et semper fuerunt, semper existente qui fecit, et tamen facti sunt.» Atque hanc fuisse Platonis mentem pertendant Boetius; Simplicius item, Taurus, Porphyrius et Proclus; Censorinus, Apuleius et Macrobius. Vigente hac itaque Origenis temporibus, et vulgo inter Platonicos recepta sententia, in eam quoque ille concessit.

In alterum porro, de perpetua mundorum propagatione placitum unde inductus sit, si quis querere velit, nihil occurrit verisimilius quam id ab eo esse consicuum ad illud Stoicorum, quod conflagraturum mundum hunc statuit, aliumque huic omni ex parte consumilem, vel parum certe discrepantem proditum; adeo ut non hujus solum figuram penitus referat, sed eosdem etiam casus, eadem omnia; alteroque hoc etiam combustio, alium oriturum postea, ac deinde alium, renascentibus semper ac conflagrantibus mundis. Platonici vero, et Pythagorei, ab Aegyptiis instructi, mundum quidem incorruptibilem autumnabant, sed sideribus post longos anfractus ad eamdem stationem reversis, rursum eventura eademi, eosdemque nascituros homines, et in pristinam formam redditura omnia, quam simili vigente astrorum positione tenuerunt. Quamvis autem ejusmodi delirations libro v *contra Cel.* num. 20, 21 et seq. exploserit Adamantius, pro eo ac debuit; nihilominus tamen ex his recoclis suum illud procudisse dogma censuerim; accedente praesertim genuino, quem recitavimus supra, Salomonis

A et Isaiae loco, ad quem falsa interpretatione deterratum interpolatas illas philosophorum' opiniones concinnavit lib. iii *Peripl. ἀρχῶν*, can. 5, num. 3.

V. Minime illud quidem silentio pressum Patres Origeni condonarunt, nam et refellitur a Methodio apud Photium, cod. ccxxxv, et ab Hieronymo epist. 59, ad Avit., cap. 2, his verbis: «In secundo autem libro *Peripl. ἀρχῶν* mundos asserit innumerabiles, non juxta Epicurum uno tempore plurimos et sui similes, sed post alterius mundi finem alterius esse principium: et ante hunc nostrum mundum, alium fuisse mundum: et post hunc alium esse futurum, et post illum alium, rursumque post ceteros. Et dubitat utrum futurus sit mundus alteri mundo ita ex omni parte consimilis, ut nullo inter se distare videantur; an certe nonquam mundus alteri mundo ex toto indiscretus, et similis sit futurus (54).» Mox adducit verba Origenis: «Et idcirco arbitror pro varietate causarum diversos mundos fieri; et elidi errores eorum, qui similes sui mundos esse contendunt.» Tradita fuisse haec eadem ab Origene lib. i et iii *Peripl. ἀρχῶν*, refert Hieronymus cap. 4 et 3 ejusdem epistolæ; quamobrem et hunc in crimine vocat *Apolog.* lib. i, cap. 5, et lib. ii, cap. 3. Justinianus quoque in epistola ad Menam ita scribit: «Υποτίθεται δὲ καὶ διαφόρους κόσμους συστῆναι τέ καὶ συνιστᾶσθαι, τούτο μὲν παρελθόντας, τοῦτο δὲ μέλλοντας.» Statuit autem et diversos constituisse mundos, et constare, partim præteritos, partim futuros. »

Notanda vero accurate quæ præcedunt: Κάκεζην δὲ τὸ πάσης δυστενείας ἀνάμεστον τῆς αὐτοῦ ἐστι μυθολογίας τὸ λέγειν ὅτι πάντα τὰ γένη, καὶ τὰ εἶδη συναττίδια ἐστι τῷ Θεῷ. Illud vero omni impietate plenum ipse fabulatur, dicens omnia genera et species esse Deo coæternas. » Ipsa etiam verba adducit Justinianus ad calcem epistolæ e libro i *Peripl. ἀρχῶν*. Parem suo tempore propugnasse doctrinam Origenistas quosdam significare videtur Orosius in *Commonitorio ad Augustinum*, et Primum omnia antequam facta apparerent, semper in Dei sapientia facta mansisse dicentes hoc verbo: Deus enim quæcumque fecit, faciendo non coepit. » Quæ multis refutat Augustinus in libro *contra Priscillianistas et Origenistas*, cap. 8. Pulsat eadem de causa Origenem Nicephorus, non genera et species, sed κτισμάτα Deo coæternā statuisse ipsum prædicans, perperam scilicet, ut videtur, accepta Origenis sententia, aperte tamen exposita lib. i, *Peripl. ἀρχῶν*, apud Justinianum in fine epistolæ ad Menam: «Genera, inquit, omnia et species semper erant: non ita de singularibus differentibus numero dixerit quispiam.» Hanc in sententiam Origenem magistri sui Platonis ideæ perpulerunt. Itaque genera et species Deo esse coæternā catenus

(54) Haec extant lib. ii *Peripl. ἀρχῶν*, cap. 4, num. 3.

dixerit, quatenus Deus ab omni retro ævo ea in A suisse ait in tertium cælum, et in paradisum; ex eoque collegisse idem esse paradisum ac tertium cælum; quod negant Methodius et Epiphanius, paradisum a tertio cœlo distinguendum esse asserentes. « Quis audiat, » inquit Epiphanius in epist. ad Joan. Jerosolym., cap. 3, « in tertio cœlo dominante nobis Origenem paradisum, et illum quem Scriptura commemorat, de terra ad celestia transferentem, et omnes arbores, quæ scribuntur in Genesi, sic allegorice intelligentem, quod scilicet arbores angelicæ fortitudines sunt, cum hoc veritas non recipiat? » et postea: « Sed dicis: Legimus quod S. Paulus raptus sit usque ad tertium cœlum, et usque in paradisum. Bene dicis: Quando ponit tertium cœlum, et postea addit, et in paradisum, B ostendit alibi esse cœlum, et alibi paradisum. » Atque id Joanni Jerosolymitano objectum, minime ab ipso purgatum suisse ait Hieronymus epist. 61, ad Pammach. cap. 3, qui et in caput x Danielis, « Eorum, » inquit, deliramenta conticescant, qui umbras et imagines in veritate querentes, ipsam conantur evertere veritatem; ut flumina et arbores et paradisum putent allegoriz legibus se debere subruere. » Sophronius quoque in epistola ad Sergium, et Anastasius Sinaita lib. vii *Anagog. contemplat.*, et Joannes Damascenus in libro *De hæresib.*, et Cedrenus, paradi plantationem ab Origenistis sublatam, corpus Adamo et Evæ detractum, et serpentis colloquium refutata criminantur. Sed audiamus ipsum Origenem: Τίς γοῦν, inquit lib. iv *De principiis*, num. 16, νοῦν ἔχων οἰήσεται πρώτην, καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἡμέραν, ἑσπέραν τε καὶ πρωῒν χωρὶς ἥλιου γεγονέας, καὶ σελήνης, καὶ ἀστρων; τὴν δὲ οἰονεὶ πρώτην καὶ χωρὶς οὐρανοῦ; τὶς δὲ οὐτως ἡλίθιος ὡς οἰηθῆναι τρόπον ἀνθρώπου γεωργῶν τὸν Θεὸν πεφυτευκέναι παράδεισον ἐν Ἱερὲμ κατὰ ἀνατολάς, καὶ ξύλον ζωῆς ἐν αὐτῷ πεποιηκέναι ὄρατὸν καὶ αἰσθητὸν, ὅστε διά τῶν σωματικῶν δόντων γευσάμενον τοῦ καρποῦ, τὸ ζῆν ἀναλαμβάνειν καὶ πάλιν καλοῦ καὶ πονηροῦ μετέχειν τινὰ παρὰ τὸ μεμασθῆσαι τὸ ἀπὸ τοῦδε τοῦ ξύλου λαμβανόμενον; ἐὰν δὲ καὶ ὁ Θεὸς τὸ δεῖλινδν ἐν τῷ παραδεισὶ περιπατεῖν λέγηται, καὶ δὲ Ἀδάμ υπὸ τὸ ξύλον κρύπτεσθαι. Οὐκ οἶμαι διστάζειν τινὰ περὶ τοῦ αὐτὰ τροπικῶς διὰ δοκούσης ἴστορίας, καὶ οὐ σωματικῶς γεγενημένης, μηνύειν τινὰ μυστηρία. Quod sic verit Rutilius: « Cuinam, queso, sensum habenti consequenter videbitur dictum, quod dies prima, et secunda, et tercia, in quibus et vespera nominatur et mane, fuerint sine sole, et

VI. Verumtamen quantumvis hæc diserte videatur affirmasse Origenes, id tamen præmisit in Proœmio librorum *Hapl. ἀρχῶν*, num. 7: « Est præterea et illud in ecclesiastica prædicatione, quod mundus iste factus sit, et a certo tempore cœperit, et pro ipsa sui corruptione solvendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, jam non pro manifesto multis innotuit: non enim evidens de his in ecclesiastica prædicatione sermo profertur. » Quarum rerum obscuritatem significari ait hom. 4 in *Isaiam*, num. 1, per alias illas quatuor seraphinorum duorum, quæ Dei faciem ac pedes velabant. Unde existimari potest, quæcunque super hoc arguimento conscripsit, velut meras conjecturas proposuisse, non tanquam dogmata asseverasse.

Prætermittere vero minime decet illud Hieronymi e lib. i in *Epist. ad Tit.*, non longe ab initio: « Sex millia needum nostri orbis implentur anni, et quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas sæculorum origines suisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes, cæteræque virtutes servient Deo, et absque temporum vicibus, absque mensuris, Deo jubente, substituent. » Materiam autem a Deo ante mundum creatam posuerunt Philo, Tatianus, Lactantius, et alii, ex qua mundum postea fabricaverit.

VII. Multorum disputationibus ita celebrata est ea Origenis opinio, quæ paradisi conditionem ad allegoricam expositionem detorquet, ut nostrum quoque postulare videatur examen. Arbitratus ille est paradisum hunc qui terrestris vulgo dicitur, positum in tertio cœlo suisse; arbores vero, aliaque quibus velut terrestris quidam notatur locus, ac reliqua denique omnia allegorice explicavit: nam animas in cœlo degentes, per Adamum et Evam in paradiiso creatos signari opinatus est; crimina quæ illuc animæ admittunt, per vetiti mali esum; animalium exsilium propter delicta, per expulsionem primorum parentum e paradiiso; terrenum corpus et mortale animabus impositum, per scortearias tunicas, quibus Adamum et Evam Deus induit.

(55) Id ipsi objiciunt Methodius apud Epiphanius D hær. 64, cap. 47, et Photium, cod. 234, Eustathius *De Engastrimytho*, ipse Epiphanius, capit. 4 ejusdem hæreseos, et in *Ancorato*, cap. 54, quibus locis ostendunt opinionem suam firmasse Origenem hoc Pauli testimonio, II Cor. xii, 2-4, ubi raptum se

(55) Id ipsi objiciunt Methodius, etc. Idem objicit et Chrysostomus homil. 13 in *Genes.*, tom. IV novæ editionis, pag. 102 et 103, ubi ait: « Hoc loco illud, plantavit, sic intelligendum, scilicet ipsum imperasse, ut paradisus in terra fieret.... Ideo etiam loci nomen affert Moyses in Scripturis, ut ne licet frusta nugari voluntibus simpliciorum auribus imponeat, dicere non esse in terra paradisum, sed in cœlo, et fabulas hujusmodi somniare. Nam si cum divina Scriptura tanta usa sit verborum ac-

culatione, non dubitarunt tamen quidam de fæcundia sua, neconon de philosophia exotica alium sapientes, adversa Scripturis loqui et dicere paradisum in terra non esse, multaque alia præter ea quæ dicta sunt adoptantes, contra Scripturam sentire, et adversam tenere viam, atque ea quæ de terra dicta sunt, de cœlis dicta putare, nisi humili illa et attemperata verborum ratione usus Moyses esset, Spiritu sancto linguam ejus movente, quo non devoluti essent? »

sine luna, et sine stellis; prima autem dies sine cœlo? Quis vero ita idiotes invenietur, ut putet vellet hominem quemdam agricolam Deum plantasse arbores in paradiſo, in Eden contra orientem, et arborem vitæ plantasse in eo, id est lignum visibile et palpabile, ita ut corporalibus dentibus manducans quis ex ea arbore, vitam percipiat, et rursus ex alia manducans arbore, boni et mali scientiam eapiat? Sed et illud quod Deus post medridiem deambulare dicitur in paradiſo, et Adam latere sub arbore, euidem nullum arbitror dubitare quod figurali tropo hæc a Scriptura proferantur, quo per hæc quedam mystica indicentur. • Vide item homil. I in Genes., num. 4, et lib. IV contra Cels., num. 39.

In eam sententiam traxit Origenem Philo ad allegoriam hæc ipsa itidem flectens in fine libri *De opificio sex dierum*, et in lib. I *Allegor. Legis*. Traxit et Papias, et Irenæus, et Pantænus, et Clemens Alexandrinus, quos paradiſi descriptionem ad mysticam expositionem deflexisse narrat Anastasius Sinaita lib. VII *Anagog. contemplat.* eorumque deinde exemplo Gregorium utrumque. Origenem vero secutus est Ambrosius, et paradiſum terrestrem in cœlo tertio collocavit, eodem innixus Pauli loco, ex quo opinioni suæ robur additum Origenes existimavit. Hec ille quidem in libro *De paradiſo* cap. 3, quamvis alibi in I Cor. vi, paradiſum terrestrem ab eo distinguat, in quem sublatus fuit Paulus. At in epist. ad Sabinum omnia hæc ad allegoriam convertit. Hieronymus autem ante mundi hujus fabri conditum paradiſum affirmat in *Traditionibus Hebraicis in Genes.* Quod si conditum hunc ante mundum opinatus est, utique extra mundum fuisse censuit. Moses bar Cepha lib. I *De paradiſo*, cap. 8, medium ipsum terras inter et firmamentum locat; in eumque dimissam putat pīl latronis animam, quod et de aliorum sanctorum animabus affirmant Severianus, orat. 5 *De cosmop.*, et Eulogius apud Phot., cod. ccxxx. Quin etiam errorem Origenis paulo ante suam etatem a Francisco Georgio renovatum scribit Sixtus Senensis lib. V *Biblioth.*, adnot. 34, totamque ejus loci quæſtionem proximis adnotationibus exhaustus.

Alii tamen Origenes paradiſum Eden, seu terrestrem eundem esse scribit ac paradiſum illum, in quem piorum animæ post obitum dimittuntur; quem cum in terris collocaverit, ut supra dixi, illum quoque in terris esse necesse est. • Qui autem, • inquit lib. I in *Cantic.*, pag. 42, • dignus fuerit redire et esse cum Christo, quique in parvo fidelis inventus constituetur super multa, ille gubernabit et capiet voluntatem Domini, perductus ad locum quemdam qui pro hujusmodi ciborum copiis et varietatibus, deliciarum nominatur locus. Propter quod et in Eden positus dicitur, quod delicias indicat. •

VIII. Ut paradiſi plantatione mysticum quid notari finxit sibi Adamantius, ita scortearum tunica-

A rum quibus Adamum post noxam Deus induit, textara corpus ipsum terrenum et mortale significari somniavit, quo Adami anima illigata est, cum antea immortalis esset et incorporalis; alioqui ridiculum fore Deum asserere, sic tanquam coriarium et sutorem, animantes glubisse, et detractas pelles consuisse. Hunc refellunt errorem Irenæus, lib. I, cap. 4, et Tertullianus *advers. Valent.*, cap. 24 et lib. *De resurrect. carn.*, cap. 7; jam enim ante Origenis etatem inoleverat. Refellit quoque, et in Cassiano quodam damnat Clemens Alexandrinus *Strom.* lib. III, ut inonuit me Paulus Pellissonus, in quo plusne ingenii amoenitatem an præstantiam doctrinæ laudem nescio. Refellunt et Justinus, seu quisquis auctor est *Quæſtionum ad orthodoxos*, quæſt. 49, et auctor *Dialogorum* qui Cæsario, Gregorii Nazianzeni fratri, tribuuntur, dial. III, interr. 149; et Gregorius Nyssenus *Orat. cat.*, cap. 8, et Chrysostomus homil. 18, in III *Gen.*, et Anastasius Sinaita *Contempl. anagog.* lib. XI, et Rupertus lib. III, cap. 2 in III *Gen.* Eundem exprobrant Origeni Methodius apud Epiph. hær. LXIV, et apud Phot. cod. ccxxxiv; Epiphanius hæres. LXIV, et in epist. ad Joan. Jerosol., cap. 3; Hieronymus epist. 61, ad Pammach., cap. 3; Sophronius in epist. ad Serg.; Stephanus Gobarus Tritheita apud Phot., cod. ccxxxiii; Joannes Damascenus *De hæres.*; Glycas, part. I et IV *Annal.*; Cedrenus, et Nicetas *Thes. orthod. fid.* lib. IV, hæres. XXXI.

In varios profecto sensus tractus est iste Scripturæ locus: Methodius vestes scortreas, non quidem mortale corpus esse dixit, sed corporis antea immortalis, deinde vero mortalis effecti dissolutionem significare. Gregorius Nazianzenus corporis nuditate exprimi vult immortale prius et nullis obnoxium morbis Adami corpus; vestibus vero, mortalitatem, gravitatem, ac infirmitatem, quæ corpus illud invaserunt. Nonnulli vero, quos refellit Theodoreetus quæſt. 39 in *Genesim.*, scortreas tunicas esse dixerunt arborum cortices, quæ sunt velut arborum pelles et indumenta.

His suffragatoribus errorem suum excusaret Origenes, si ejus esset manifestus. At quanta fuerit ipsius in hac quæſtione fluctuatio ex sequenti loco patet, quem catenæ uno consensu Origeni tribuunt. Is ergo in *Genes.* III, 21, postquam ineptum esse dixit Denū singere detractas animalium pelles consuentem, subdit: Πάλιν τε φυγόντα τὸ οὐτως ἀποπον, λέγειν τοὺς δερματίνους χιτῶνας οὐκ ἄλλους εἶναι, η τὰ σώματα, πιθανὸν μὲν, καὶ εἰς συγκατάθεσιν ἐπισπάσασθαι δυνάμενον οὐ μή σφές, ὡς ἀληθές. Εἰ γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες σάρκες καὶ δοτέα εἰσι, πῶς πρὸ τούτων φῆσιν δ' Ἀδάμ· Τοῦτο γῦν δστοῦν ἐκ τῶν δστῶν μον, καὶ σάρξ ἐκ τῆς σαρκὸς μον; • Rursum vero si quis rem adeo absurdam fugiens dixerit scortreas tunicas non alias esse quam corpora, probabile erit id quidem, et ad assensum trahere valens; non clarum tamen, quale esse debet quod verum est. Nam si tunicæ

scorteas carnes et ossa sunt, quomodo antea dicit Adam : *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea*<sup>43</sup>? Addit præterea nonnullos his circumseptos angustiis existimasse scorteas tunicas esse moriendi necessitatem Adamo et Evæ post peccatum impositam : quod ipsum difficultate non carere censem. Clarius in orthodoxam videtur concedere sententiam homil. 6, in *Levitico*, num. 2, enī ait : « Velim conferre illa infelia indumenta, quibus primus homo, cum peccasset, induitus est, cum his sanctis et fidelibus indumentis. Et quidem illa dicitur Deus fecisse : *Fecit enim, inquit, Deus tunicas pelliceas, et induit Adam et mulierem ejus*<sup>44</sup>. Illæ ergo tunicae de pellibus erant ex animalibus sumptuæ : talibus enim oportebat indui peccatorem, pelliceis, inquam, tunicis, quæ essent mortalitatis, quam pro peccato acceperat, et fragilitatis ejus, quæ ex carnis corruptione veniebat, indicium. » Ilaque anctor *Dialogi de orthodoxa fide*, qui Origeni vulgo tribuitur, ipsum inducit sect. 5, pag. 862, veram et in Ecclesia receptam opinionem de tunicis illis scorteis, adversus Marinum Bardesianistam propugnante.

IX. Inter criminationes quas adversus Origenem collegit Epiphanius hær. LXIV, cap. 4, et in epistola ad Joannem Jerosolym., cap. 4, una hæc est : « Inter multa etiam illud ausus est dicere, perdidisse imaginem Dei Adam : » quod et Hieronymus repetit in epist. 61, ad Pammach., cap. 3. Quasi Adamum voluerit in poenam peccati, non gravi duntaxat corpore, sic tanquam compedibus fuisse constrictum, sed imagine etiam Dei, ad quam conditus fuerat, excidisse. At paulo inferius docet Epiphanius non idem super hac quæstione sensisse Origenistas omnes : « Quidam enim eorum, inquit, dicunt quod imago Dei, quam prius accepit Adam, illo peccante perierit : alii suspicuntur corpus, quod Filius Dei habiturus esset ex Maria, ipsam esse imaginem ; alii sensum ; alii virtutem ; isti baptismum ; hi quod homo ad imaginem Dei dominetur omnibus. » Nicetas vero in *Thesauro orthodoxæ fidei*, lib. IV, hær. XXXI, dixisse ait Origenem Adamum, antequam peccaret, effigiem humanam corporeis involucris immunem, et sola humana forma præditam conservasse ; admissio autem peccato formam illam amisisse, cum corpus hoc anima subiit. Tum deinde de Origene hæc disserit : « Aliud enim Deum, aliud id quod ad imaginem efformatum est ; aliud item similitudinem, aliud id quod ad similitudinem effectum est, esse statuebat. Atque primas quidem imagines et similitudines Dei angelos, aliasque virtutes esse dicebat : nos autem secundos ab illis, ut minores illis, qui ad illorum scilicet imaginem efformati simus. Deinde ad deteriora deflectens, imaginem invisibilis Dei Unigenitum Filium vocat, apostolica voce corrupta, nec eo adjecto, quod in illo mutationi obnoxium non est ; nosque ad imaginem Dei, seu Filii

A unigeniti factos esse scribit, quod impietate non caret. »

Certe si satis constaret dixisse Origenem per peccatum imaginem Dei Adamum amisisse, Augustinum tamen sibi suffragantem haberet, qui lib. VI *De Genesi ad littera*, cap. 27, ita loquitur : « Hanc imaginem in spiritu mentis impressam perdidit Adam per peccatum, quam recepimus per gratiam justitiae. » Id nihilominus emollit lib. II *Retractat.*, cap. 24, non erasam ex homine hanc imaginem dicens, sed ita deformatam, ut fuerit reformanda. At si doctrina Origenis, non ex adversariorum questionibus, sed ex ejus specteiori verbis, prout a Rufino, levi prorsus interprete, conversa sunt, sine causa hic ipsum vapulare fatehimur. Nam B animo hominis, non corpori, imaginem Dei impressam esse docet, cum a Deo conditus est : Dei vero similitudinem tunc adipisci, cum animum virtutibus exornat. « Hunc sane hominem, inquit homil. I in *Genesi*, num. 13, « quem dicit ad imaginem Dei factum, non intelligimus corporalem. Non enim corporis segmentum Dei imaginem continet, neque factus esse corporalis homo dicitur, sed plasmatus, sicut in consequentibus scriptum est. Ait enim : *Plasmarit Deus hominem*<sup>45</sup>, id est, fixit de terræ limo. Is autem qui ad imaginem Dei factus est, et ad similitudinem, interior homo noster, est invisibilis et incorporalis, et incorruptus atque immortalis. In his enim talibus Dei imago rectius intelligitur. Si qui vero hunc corporeum putent C esse, qui ad imaginem et similitudinem Dei factus est, Deum ipsum corporeum, et humanæ formæ videntur inducere, quod sentire de Deo manifestissime impium est. » Mox imaginem Dei, ad quam formatus est homo, ipsum esse asserit Christum, quatenus figura est substantia Dei, non quatenus corpore a Maria sumpto induitus. « Ad hujus ergo, inquit, imaginis similitudinem homo factus est, et propterea Salvator noster, qui est imago Dei, misericordia motus pro homine, qui ad ejus similitudinem factus fuerat, videns eum deposita sua imagine maligni imaginem induxisse, ipse motus misericordia, imagine hominis assumpta, venit ad eum. » Ostendit deinceps peccando similes nos effici diabolo ; recte agendo, Christo : « Sed nemo, inquit, desperat videns similitudinem suam magis esse cum diabolo, quam cum Deo, posse se iterum recuperare formam imaginis Dei, quia non venit Salvator vocare justos, sed peccatores in penitentiam ». Tomo quoque XX in *Ioan.*, num. 20, pag. 335, Dei nos similitudinem assumere ait, cum mandatis ipsius obsequimur ; diaboli, cum ad vitia inclinatur : tum subjicit : Κατ ἡμῶν δὲ ἡ προηγουμένη ὑπόστασις ἔστιν ἐν τῷ κατ' εἰκόνα τοῦ χεισαντος· ἡ δὲ ἐξ αἰτίας ἐν τῷ ληφθέντι ἀπὸ τοῦ χού τῆς γῆς πλάσματι· κατ εἰ μὲν ὑσπερ ἐπικαθόμενος τῆς ἐν ἡμῖν χρείττονος φύσιας, ὑποτάξωμεν ἔστοις

<sup>43</sup> Genes. ii, 23. <sup>44</sup> Genes. iii, 21. <sup>45</sup> Genes. ii, 7. <sup>46</sup> Luc. v, 32.

τῷ ἀπὸ τοῦ χοῦ πλάσματι, καὶ τὸ κρείττον τὴν εἰκόνα τοῦ χοῖκου λήψεται, εἰ δὲ συνέντες τὸ ποιηθὲν κατ' εἰκόνα, καὶ τὸ ληφθὲν ἀπὸ τοῦ χοῦ τῆς γῆς, δῶς προσνεύσομεν πρὸς τούτον, οὐ κατ' εἰκόνα γεγόναμεν, ἐσάμευτα καὶ καθ' ὅμοιωσιν Θεοῦ, πᾶσαν τὴν πρὸς ὑλὴν καὶ σώματα προσπάθειαν, καὶ τὴν πρὸς τὰ τῶν καθ' ὅμοιωσιν ἀπὸλείμαντες· et num. 21, pag. 342: "Οσον μὲν οὖν ζῇ δὲ ἀνθρωπος, οὐ φορεῖ τὴν τοῦ χοῖκου εἰκόνα ἀποικήσακον δὲ, καὶ ἀναιρούμενος ὑπὸ τοῦ ἀνθρωποκτόνου, ἀμα τε συνέχει τὴν τοῦ Θεοῦ εἰκόνα, καὶ ἀναλαμβάνει τὴν τοῦ χοῖκου καὶ νεκροῦ νεκρός γάρ δὲ χοῖκος, ὥσπερ ζῶν δὲ ἐπουράνιος. Manifestius etiam illud e lib. III *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 6, num. 1: « Igitur summum bonum ad quod natura rationalibilis universa festinat, quod etiam finis omnium dicitur, a quam plurimis etiam philosophorum hoc modo terminatur, quia summum bonum sit, prout possibile est, similem fieri Deo. Sed hoc non tam iporum inventum, quam ex divinis libris ab eis sumptum puto. Hoc namque indicat Mōyses ante omnes, cum primam conditionem hominis enarrat dicens: Et dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*. Tunc deinde addit: *Et fecit Deus hominem, ad Dei imaginem fecit eum, masculum et feminam fecit eos, et benedixit eis*<sup>67</sup>. Hoc ergo quod dixit, *Ad imaginem Dei fecit eum*, et de similitudine siluit, non aliud indicat, nisi quod imaginis dignitatem in prima conditione percepit; similitudinis vero perfectio in consummatione servata est: scilicet ut ipse sibi eam propriæ industrie studiis ex Dei imitatione concisceret, cum possibilitate sibi perfectionis divinitus data per imaginis dignitatem, in fine denum per operum expletionem perfectam sibi ipse similitudinem consummaret: » et illud e lib. IV in *Epist. ad Rom.*, num. 5, pag. 550: « In initiosis homo, cum propositum fuisse ut ad imaginem et similitudinem Dei fieret, ad imaginem quidem factus est, similitudo autem dilata est, ob hoc ut prius consideret in Deum, et ita fieret similis ei, et ipse audiret quia similis ei fiet omnis qui confidit in eum. » Hanc imaginis et similitudinis distinctionem videtur perstrinxisse Methodius, cum scripsit in libro *De resurrectione*, datum fuisse homini a Deo, τὸ θεοειδὲς, καὶ θεοεικὲν, καὶ πάντα πρὸς ἔχειν γάπηρισμάνην τὴν πρωτότυπον τοῦ Πατρὸς, καὶ Μονογενοῦς εἰκόνα. « *Imaginem ac similitudinem Dei præferre, et omnia ad perfectam hanc Patris ac Unigeniti primigeniam effigiem*, » Reprehendit id quoque Jansenius tom. I, lib. II, cap. 7, quasi per imaginem Dei Adamo impressam, animæ solum inspirationem notari putaverit Origenes; per similitudinem vero, habitualis gratiæ infusionem (scholæ verba usurpamus); ac proinde Origenem, nulla gratiæ hujus habitualis dote instructum in creatione credidisse Adamum, atque eam ab actibus totam suspendisse; eoque multum de naturæ integræ dignitate derogasse, in qua Adamus, cum in

A faciem ipsius spiravit Deus, Spiritum sanctum accepit. Verum postremus ille Origenis locus ex proxime præcedenti explicandus est: unde apparebit vitam ipsum mortalem cum futura comparasse vita, et existimasse nos in illam prodeentes, ab ortu præferre imaginem Dei, hoc est, ut ait ipse, « possibilitatem perfectionis divinitus datam, » tum cum crearetur Adamus; adumbratam vero per recte facta similitudinem, in sequenti ævo, sive « in consummatione, » omnibus numeris iri absolute. Quod si imaginem Dei nihil aliud esse voluit Origenes, quam « possibilitatem perfectionis divinitus datam, » ut præ se fert Rusiniana interpretatione, sequitur ipsum neutiquam censuisse ea Adamum excidisse, quippe quem plena nunquam non libertate fruitur esse sexcentes asseveravit. Eamden porro imaginis et similitudinis distinctionem retinuerunt Victorinus lib. I *adversus Arium*, et Eucherius Lugdunensis lib. I *in Genesim*, et Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei*, lib. IV, hæc. XXXI.

B X. Ex superioribus lux conciliatur obscurò ac difficulti Origenis loco tom. XIV in *Matth.*, num. 16, pag. 638, ubi ab hominibus qui humo formati sunt, eos distinguit, qui ad Dei similitudinem fuere procreati: « Υἱοὶ τοῦ γάρ ποτε ἔχειν, » inquit, Ἐπλαστὸς Κύριος δὲ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ τὴν βοηθόν. Factos quippe ad imaginem Dei homines, interiores homines et spirituales intelligit, sensuum ac corporalium rerum contagione immunes. Unde statim adjicit: « Οὐδέποτε γάρ γυνὴ κατ' εἰκόνα, οὐδὲ ἀνήρ· ἀλλ' οἱ μὲν διαφέροντες, ἀρέτες οἱ δὲ δεύτεροι, θῆλυ. Qui carni autem dediti sunt, et fluxis ac solididis rebus delectantur, eos esse statuit virum et uxorem, duos nempe in una carne. Similiter Philo hominem ex humo factum ab eo sejungit et secernit, qui ad imaginem Dei creatus est; sed rem aliter explicat; hunc quippe hominem esse vult et ἀρχέτυπον et νοητὸν, sive hominis ideam, quæ Dei menti inest, illum vero hominis esse mortalem ac terrenum, ad hujus formam expressum. Inique ergo consuleretur in Origenem, si ex eo loco Præadamitas invexisse homines argueretur, cum alias saepe Adamum ab initio rerum a Deo creatum assent, ac primum hominem appellat. Iniquius etiam consuleretur in ipsum, si ex hoc altero, quem exhibet Methodius apud Photium, cod. CCCXXV, erroris ejusdem insinuaretur: « Οὗτος οὖν ἀπὸ Αδὰμ, ὡς φασὶ τινες, πρότερον οὐκ ὁν δὲ ἀνθρωπος, τότε πρῶτος πλασθεὶς εἰς κόσμον παρῆλθεν. οὗτος αὖ κόσμος πρὸ ἐξ ἡμερῶν τῆς τοῦ Αδὰμ γενέσεως ἤρξατο δημιουργεῖσθαι. » Neque ergo ab Adamo, ut aiunt quidam, homo qui antea non erat, tunc primam formatus in mundum venit: neque rursum mundus ante sex dies quam fieret Adam, condi coepitus est. Non hic quidem Præadamitas, ut dictum est, sed

<sup>67</sup> Genes. I, 26-28.

pejus quid flingit; nempe ante hunc mundum mundos alios exstissee. Ait quippe Methodius ibi ipsum de universi aeternitate disserere.

## QUÆSTIO XIII.

## (56) DE ALLEGORICA SCRIPTURÆ INTERPRETATIONE.

- I. Allegoriis nimis indulsisse Origenem Patres clament. II. Varia afferuntur loca in quibus litteram visus est pessum dedisse. III. A quibus morem hunc interpretandæ Scripturæ acceperit, exquiritur. IV. Idem aliquando suam litteræ dignitatem servat. V. Refelluntur Eustathii Antiocheni adversus Origenis allegorias querelæ.

I. Quandoquidem theologæ fundamentum est Scriptura sacra, et ex perversis fere sanctorum librorum interpretationibus hæreses profectæ sunt, plurimum reipublicæ Christianæ interest, salvos eorum sartosque servare sensus, et nimium in ea explicanda ingenio suo permittentium hominum quorundam licentiam coercere. Propositum id unice fuit vetustis Ecclesiæ Patribus, ut ex perpetuis illorum adversus Scripturæ corruptores velationibus intelligimus; adeo ut Origenes, quod in divinis voluminibus edisserendis pessundato nonnunquam, vel neglecto historicò sensu, allegorici expositionibus rei veritatem oblimasset, multorum insimulationes vivus vidensque expertus sit, ut ipse queritur homil. 13 in *Genes.*, num. 5: « Si ergo incipiam et ego, inquit, veterum dicta discutere, et sensum in eis querere spiritalem; si conatus fuero velamen legis amovere, et ostendere allegorica esse quæ scripta sunt, fodo quidem putatos; sed statim mihi movebunt calumnias amici litteræ, et insidiabuntur mihi, inimicitias continuo, et persecutions parabunt, veritatem negantes stare posse nisi super terram. » Et quoniam perlata patet iste error, multorumque errorum veluti seges est, idcirco e novem criminacionibus a Pamphilo in *Apologia collectis*, quarta et sexta eo pertinere repudiatur. Theophilus quoque, *Paschal.* i: « Quæ enim illum ratio, inquit, quis disputationum ordo perduxit, ut allegoræ umbris et cassis imaginibus Scripturarum tolleret veritatem? — « Veritatem historiæ, » ait Epiphanius, epist. ad *Jocn. Jerosol.*, cap. 2, « allegoræ depravans mendacio, infinita verba multiplicat: » quod eidem objicit hær. *LXIV*, cap. 4, adjicuisse ad falsarum opinionum præsidium testimonia scriptoribus sacræ perperam afflita ab eo afferri. Eadem de causa hunc culpat Hieronymus in epist. 61, ad *Pammach.*, cap. 3. At in cap. x Danielis, nomini Origenis pepercit, rem ipsam coarguit. Coargunt et Basilius hom. 9 in *Hexaem.*, et Chrysostomus homil. 13 in *Genes.*, et Augustinus lib. xiii *De civit. Dei*, cap. 21, et lib. viii *De Genes.* ad litter., cap. 4, et Anastasius Sinaita lib. vii *Anagog. contemplat.*, et Michael Glycas *Annal.* part. iv, et N. cetas Choniates in *Thesauro orthod.*

<sup>66</sup> Ezech. xx, 25. <sup>67</sup> Exod. 1, 17. <sup>70</sup> ibid. 21.

(56) De methodo quam ad interpretandas Scripturas sibi propriam fecit Origenes, vide *Præfationem nostram* tomo Origenis secundo (1. XII) præfixam.

A fid., lib. iv, hær. xxxi, et his omnibus antiquior Eustathius Antiochenus in libro *De engastrimytho*, ejus incursiones in Origenem et assultus infra retundemus.

II. Jurene an injuria lis ea adversus Origenem mota sit, videamus. Sæpe quidem historicum sensum proculeandum ac contemnendum esse docet: velut lib. vi contra *Cels.*, num. 70. Τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πτεῦμα ἔωστοι· γράμμα μὲν τὴν αἰσθητὴν ὄντας εἰναὶ ἐκδοχὴν τῶν θείων γραμμάτων, πνεῦμα δὲ τὴν νοητὴν. Ibidem, num. 60 et 61, imperitiæ eos arguit qui rebus procreandis sex viros dies Deum insumpsisse putant: et lib. viii, num. 20, refellens Celsum, qui instituta quadam Christi Mosaicæ legi contraria esse pugnabat, duplarem esse legem respondet, alteram juxta litteram, alteram juxta intellectum; legem quæ est πρὸς τὸ φῆτὸν, ab Ezechiele <sup>68</sup> appellari δικαιώματα οὐ καλά, καλ προστάγματα οὐ καλά· at legem quæ est πρὸς διάνοιαν, ab eodem propheta δικαιώματα καλά, et προστάγματα καλά nuncupari. Idem homil. 6 in *Genes.*, num. 3. « Quæ nobis, inquit, ædificatio erit legentibus Abraham tantum patriarcham, non solum mentitum esse Abimelec regi, sed et pudicitiam conjugis prodidisse? Quid nos ædificat tanti patriarchæ uxor, si putetur contaminatiibus exposita per conniventiā maritalem? Hæc Judæi putent, et si qui cum eis sunt litteræ amici, non spiritus. » Et homil. 10 sequenti, num. 4: « Sæpe jam dixi quod in his non historiæ narrantur, sed mysteria contextuntur. » Homilia vero 2 in *Exod.*, num. 1: « Si secundum historiæ narrationem suscipienda essent quæ scripta sunt, videatur hoc quod dicit Scriptura, quia non fecerunt obstetrics secundum quod præcepérat ei rex Ægypti <sup>69</sup>, stare non posse; » et paulo post: « Hæc interim propter eos qui amici sunt litteræ, et non putant legem spiritalem esse, et spiritualiter intelligendam. Sed nos qui omnia quæ scripta sunt, non pro narrationibus antiquitatum, sed pro disciplina et utilitate nostra didicimus scripta, » etc.; et deinde, num. 2: « Quia timebant obstetrics Deum, fecerunt sibi domos <sup>70</sup>. Quod dictum nullam consequentiam secundum litteram habere potest; » et postea, num. 3 « Nolite putare, ut sæpe jam diximus, veterum vobis fabulas recitari, sed doceri vos per haec, ut agnoscatis ordinem vitæ. » Homilia sequenti, num. 2, hæc scribit: « Et tu ergo nisi ascenderis ad montem Dei, et ibi occurris Moysi, id est, nisi excelsum legis ascenderis sensum, nisi ad spiritualis intelligentiae cacumen evaseris, non est os tuum apertum a Domino. Si in humili loco litteræ steteris, et historiæ textum Judaicis narrationibus innectas, non occurristi Moysi in montem Dei, nec os tuum aperuit Deus, neque instruxit te quæ oporteat te loqui. » Homilia 11 in librum eum-

dem, num. 2, talia quoque offendit: « Si quis est, qui legens Moysen murmurat adversus eum, et displicet ei lex quæ secundum litteram scripta est, quod in multis non videtur servare consequentiam, ostendit ei Moyses petram, quæ est Christus, et adducit eum ad ipsam, ut inde bibat et reficiat sitem suam. » Homilia 5 in *Levitic.*, num. 5, Judeos inepte et inutiliter servasse ait præceptum, quo immunitorum et cadaverum contactus prohibetur, atque id allegorice intelligendum esse tradit, quod et in homil. 7 in *Levitic.*, num. 4 et seq., multis inculcat. Præterea homilia eadem 3, num. 8, præceptum *Levitici* exponens, quod pro peccato non spontaneo arietem immaculatum siculo sancto emptum offerri jubet, secundum litteram absurdum id esse decernit, et ad spiritualem expositionem trahit. Homilia 4 ad mandatum de azymis, quæ quisquis tingerit, sanctificatum iri lex sancit, sic ait num. 7. « Enimvero nullo modo vel rei natura, vel veritas religionis hoc recipit; et ideo redeundum nobis est ad expositiones evangelicas atque apostolicas, ut lex possit intelligi. Nisi enim velamen abstulerit *Evangelium* de facie Moysi, non potest videri vultus ejus, nec sensus ejus intelligi. Vide ergo quomodo in Ecclesia apostolorum discipuli adsunt his quæ Moyses scripsit, et defendant ea, quod et impleri queant, et rationabiliter scripta sunt: Judæorum vero doctores, et impossibilia hæc, et irrationalia, sequentes litteram faciant: » quibus consimilia habentur homil. 9 in *Josue*, num. 4. Hæc insuper commentatur homil. 5 in *Levitic.*, num. 1, ad Moysis præceptum de hostia pro peccato, quod exstat *Levitic.* vi, 25 et seq.: « Hæc omnia nisi alio sensu accipiamus, quam litteræ textus ostendit, sicut æpse jam diximus, cum in Ecclesia recitantur, obstatum magis et subversionem Christianæ religioni, quam hortationem ædificationemque præstabant. » Addit postmodum Scripturam constare corpore, anima et spiritu; littera nimirum sensu qui intra ipsam deprehenditur, et umbra quadam regnum celestium; corpus usui suisque iis qui nos præcesserunt, nobis animam, spiritum iis qui cœlestem hæreditatem consequentur: multis deinde interjectis ait, num. 5: « Triplicem namque in Scripturis divinis intelligentiæ inveniri æpse diximus modum, historicum, moralem et mysticum: unde et corpus inesse ei, et animam, ac spiritum intelleximus. » Apertissimum vero quod legitur homil. 7 in *Levitic.*, num. 5: « Si assideamus litteræ, et secundum hoc vel quod Judæis, vel id quod vulgo videtur, accipiamus quæ in lege scripta sunt, erubesco dicere et confiteri, quia tales leges dederit Deus. Videbuntur enim magis elegantes et rationabiles hominum leges, verbi gratia, vel Romanorum, vel Atheniensium, vel Lacedæmoniorum. Si vero secundum hanc intelligentiam, quam docet Ecclesia, accipiat Dei lex, tunc plane omnes

A humanas supereminet leges<sup>4</sup>, et vere Dei lex esse creditur. » Homilia 6 in *Isaiam*, num. 4, aliqua asserit haberit in Evangelii, quæ juxta litteram falsa sint et mendacia; quale illud Servatoris esso dicit: *Si credideritis, non solum quæ ego facio, sed et majora horum facietis*<sup>5</sup>; at juxta spiritalem sensum, majora Christi operibus opera apostolos edidisse; Christum quippe homines et corporaliter, et hos et spiritualiter et sanasse. Tomo x in *Joan.*, num. 2, veritatem Evangeliorum servari, eorumque dissonantiam solvi nonnisi per anagogem posse scribit; et in *Joan.* ii, 13 et seq., num. 16, dubitat, reverane numerarios et propolas templo exturbarit Christus, uti Evangelia narrant: quemadmodum columbas et turtures pro Christo oblatos, aliud aliquid quam volucres, « divinum scilicet quiddam, et humana contemplatione augustinus» fuisse conjectat homil. 14 in *Luc.* Quemdam præterea ejus locum in *Genes.* iii, 21, ceteræ afferunt, in quo postquam multis disseruit de scorieis tunnicis, ita demum concludit: Λεκτέον ὅτι οὐ δὲ παρίχεσθαι τοῦ γράμματος τῆς Γραφῆς, ὡς ἀληθοῦς· τὸ δὲ κεχρυμμένον θησαυρὸν ἐν τῷ γράμματι ζητεῖν. « Dicendum non adhærendum esse litteræ Scripturæ, quasi vera sit, sed occultum in littera thesaurum esse investigandum. » Denique Socrates quantumlibet Origeniani nominis studiosus, sic utrum scribit lib. v, cap. 21: «Οστις (Ὀριγένης) σοφὸς ἦν διδάσκαλος, καὶ κατιδῶν ὅτι τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου Μωϋσέως ἀσθενεῖ πρὸς τὸ γράμμα ἀποδοθῆναι, τὸν περὶ τοῦ Πάσχα λόγον εἰς θεωρίαν ἀνήγαγεν, Ιψὶ Πάσχᾳ μόνον ἀληθινὸν γεγενῆσθαι λέγων, διπερ ὁ Σωτὴρ ἐπετέλεσεν ἐνεργήσας κατὰ τῶν ἀντικείμενῶν δυνάμεων διὰ τοῦ προσομβῆσαι τῷ σταυρῷ, τροπαῖῳ τούτῳ κατὰ τὸ διαβόλου χρησάμενος. Quæ sic interpretatur Epiphanius scholasticus: « Qui cum sapiens esset magister, et consideraret quod impossibilitas Mosaicæ legis ad litteram esset infirma, rationem Paschæ ad modum contemplationis evexit, unum Pascha solummodo verum fieri dicens, quod Salvator celebravit adversus contrarias protestates, dum crucem susciperet, et hoc tropæo uteretur contra diabolum. » Sed quoniam huic argumento totum fere librum iv *Περὶ ἀρχῶν* a num. 8 usque ad num. 28, consecravit, sumum capitulū hujus, quod in *Philoxenia Graece* scriptum habetur, huc referre operæ pretium esse duco. Primum igitur ad allegoricam Scripturæ interpretationem adstruendam, Judæorum imperitiam castigat, quibus quominus Christum susciperent, impedimento fuere diversa Scripturæ vaticinia, quæ quamvis allegorice ad Christum pertinerent, eadem tamen juxta litteram accipientes, in Jesu minime completa putavérunt. Addit euodem Scripturæ interpretandæ modum Valentinianos, Marcionistas, aliasque hæreticos compulisse ut geminum admitterent Deum, justum alterum mundi opificem, bonum alterum

μηνιστα τῆς ἐν τοῖς ἀλληγορουμένοις ιδέας ἀπόλυτον. « Qui sectæ ipsorum auctores multa monumenta doctrinæ in allegoriis positæ reliquerunt. » Hoc ipsum clarius Philonem his verbis repetere ait aliquibus interjectis Eusebius : Al δὲ ἔξηγήσεις τῶν ιερῶν Γραμμάτων γίνονται αὐτοῖς δὲ ὑπονοῶν ἐν ἀλληγορίαις. « Άπασα γάρ ή νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις ἐσικέναται ζώω· καὶ σῶμα μὲν ἔχει τὰς φρήτας λέξεις, ψυχὴν δὲ τὸν ἐναποκείμενον ταῖς λέξεις ἀδρατὸν νοῦν. » Interpretantur autem sacras Scripturas figurate per allegorias. Universa quippe lex viris illis animali similis esse videtur : et corpus quidem ipsa esse verba, animam autem esse delitescentem et occultum sensum, qui aspectari non potest. « Quam similitudinem Origenes quoque usurpavit, ut superius dictum est. Itaque si stare velimus id quod scribit de Philone Photius cod. cv, Ἐξ οὐ, οἷμα, καὶ πᾶς δὲ ἀλληγορικὸς τῆς Γραφῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ λόγος ἔστην ἀρχὴν εἰσρυμένος. » Ex eo, opinor, omnis allegorica Scriptura interpretandæ ratio in Ecclesiam irruendi habuit initium ; et quod ait Bellarminus, Testamenti Veteris Scripturas Philonem primum exposuisse, ita accipiendum est, primum eorum esse Philonem, quorum expositiones in Testamentum Vetus ad hanc ætatem pervenerunt. Cum veteres ergo therapeutiæ majorum suorum instituta persequentes Scripturam allegoriciis explanationibus illustrarent, hanc ab illis consuetudinem accepisse Philonem ipsum verisimile est, cuius luculentæ in Scripturam allegorizæ supersunt. Aristobulus quoque Judeus Philone vetustior commentariis suis in Pentateuchum Moysis, allegorias inseruerat. At Porphyrius apud eundem Eusebium lib. vi *Histor.*, cap. 19, refert Origenem ex assidua librorum Chæremonis Stoici, et Cornuti tractatione, haustum hinc allegoriarum modum ad Scripturas sacras transtulisse. Cur non et eo impulsum dicam Metrodori Lampsaceni exemplo, quem narrat Tatianus totum Homerum in aliegorias traxisse, et Heraclidi Pontici Homericarum allegoriarum scriptoris? Equidem præter superiora Paulum præcipue Origeni auctorem fuisse censeo, cur allegoricas expositiones sectaretur : is namque in Epistola ad Galatas per allegoriam dicta sciscit, quæ in Scriptura de Isaaco et Ismaele, hoc ex ancilla nato, illo et libera, commemorantur. Inde Origenes lib. iv *contr. Cels.*, num. 44 : Νύμφας τε καὶ θεραπαινίδας ἀνάγεσθαι ἐπὶ τροπολογίαν οὐχ ἡμεῖς διδάσκομεν, ἀλλ᾽ ἀνώθεν ἀπὸ σοφῶν παρειλήφαμεν· ὃν εἰς τις ἔγασκε διεγέρων τὸν ἀκροάτην ἐπὶ τροπολογίας· Λέγετέ μοι, οἱ τὸν νόμον ἀναγνώσκοντες, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε ; quæ verba habentur Gal. iv, 21. Itaque arcessitis e Paulo testimonii allegorias suas tueri consueverat Origenes; velut illo Pauli e I Cor. x, 4: « Bibebant autem de spirituali consequente eos pepla; pepla autem erat Christus: » et isto e. II Cor. iii, 6 :

« II Cor. iv, 7. »

(28) Attamen accuratius scripta ejus evolventi multa occurrent, in quibus suam litteræ dignitatem

A : Qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non litteræ, sed spiritus : littera enim occidit, spiritus autem vivificat : » et reliquo capite ac sequenti, ex quo illud præcipue usurpabat : « Habemus autem thesaurum istum in vasis sicutilibus » : et hoc etiam e Col. ii, 16, 17: « Nemo ergo vos judicet in cibo aut in poto, aut in parte diei, aut neominiæ, aut Sabbatorum : quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi, » aliisque multis, quæ lib. iv *De principiis*, cap. 2, et lib. iv *contr. Cels.*, num. 44, recitantur. Nonnulla quoque Joannes, nonnulla etiam Christus Dominus ad allegoriam trahenda docuit : quibus exemplis fatus Origenes in allegorias poterat excurrere, si modum tenuisset. At Celsus ejusmodi interpretationes in calumniam trahebat, cum diceret multa in Scripturis haberi honestati morum parum consentanea, iisque allegoriarum prætextum a Judæis et Christianis consulto obtendi, cum omnem tamen allegoriam respuerent, ac meræ essent fabulae. Respondet Origenes in eam sententiam, quasdam historias historicum complecti sensum, quasdam dedita opera ad id esse scriptas, ut allegorice interpretentur : cui multis Scripturæ locis fidem facit. Tum quia adiecera Celsus conscriptas in libros sacros allegorias turpes esse et absurdas, hoc in Philonis vel Aristobuli commentarios jactum suspicatur Origenes ab impuro sophista, quamvis multa inde Græci philosophi suos in usus excerpserint : Numenium quoque Pythagoreum, πολλαχοῦ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ ἐκτιθέμενον τὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφτῶν, καὶ οὐκ ἀπιθάνως αὐτὰ τροπολογοῦντα. Atque hæc Adamantio ad interpretandam allegorice Scripturam alluxisse faciem reperio. Quo eum etiam per pulit præbita a Marcione occasio, pestifero hæretico, quicum perpetuis velitationibus conflictabatur : is enim cum allegorias a Scriptura expositionibus penitus excluderet, ejus oppugnandi studio contraria omnia secutus est, allegorisque consulto indulxit. Quod et adversus litteræ sectatores factum ab eo conjicere licet ex iis quæ homilia 14, in *Levitie*, ipse conscripsit.

IV. (58) Attamen accuratius scripta ejus evolventi multa occurrent, in quibus suam litteræ dignitatem servat, et de ea æqua ac recta scribit; historicum in aliquibus admittens sensum, allegoricum in pluribus, in multis utrumque. Quid usitatius illi ad populum peroranti, quam mysticæ expositioni interpretationem litteræ veluti fundamentum substernere ? Homilia quidem priore in *Genesim*, num. 14 et 15, versum 27 et 28, primi capituli edisserens, ab explanatione litteræ auspicatus ad allegoriam transit. Homilia sequenti num. 1, verba facturus de fabrica arcæ Noeticæ, « Primo omnium, inquit, videamus quæ de ea secundum litteram referuntur, et quæstiones proponentes quæ objici a pluribus solent,

servat, etc. Vide Proæfationem tomij nostri secundi, articulo 8.

etiam absolutiones earum ex his quæ nobis sunt a majoribus tradita, requiramus; ut cum hujuscemodi fundamenta jecerimus, ab historiæ textu possimus ascendere ad spiritualis intelligentiae mysticum et allegoricum sensum, et si quid in eis arcanum continetur, aperire. » Homilia 7 in *Genes.* de Isaco et Ismaele agens, Apostolum narrat allegorice interpretandam eorum historiam censuisse; tum ait num. 2: « Quid ergo? Isaac non est secundum carnem natus? Non eum peperit Sara? Non est circumcisus? Hoc ipsum quod ludebat cum Ismaele, non in carne ludebat? Hoc est enim quod mirabile est in Apostoli sensu, quod de quibus non potest dubitari quin secundum carnem gesta sint, hæc ille dicit esse allegorica: ut nos quid faciendum sit in cæteris neverimus, et in his maxime, in quibus nihil divina lege dignum historicæ videtur indicare narratio. » Homilia 14 in *Levit.* num. 2: « Cum Scripturas quis legit, et litteram quidem sequitur, intellectum autem repudiat spiritalem, hic matrem quidem Israelitam habet, id est litteram; sensum vero, quia spiritalem non sequitur, sed carnalem, isti est Ægyptius pater: » et mox: « Nos vero qui ex utroque genere Israelitæ sumus, et litteram, et spiritum in Scripturis sanctis defendimus. » Totam vero in ejus rei tractatione homilia contrivit, quæ undecima est in Num. ubi de primitiarum oblatione disputans: « Hanc ergo legem, » inquit num. 4, « observari etiam secundum litteram, sicut et alia nonnulla, necessarium puto. » Postea sic ait: « Sunt qui ita dicant, quia si aliquid omnino observandum est secundum litteram, cur non et cuncta serventur? Si vero ad spiritalem intelligentiam, quæ lex continet, referenda sunt, nihil omnino secundum litteram, sed spiritualiter debent universa discerni. Nos autem utriusque assertionis insolentiam temperantes, qualis regula in hujuscemodi legis sermonibus observanda sit, ex auctoritate diuinarum Scripturarum proferre tentabimus. » Tum haberi dicit in Scriptura leges, mandata, justifications, præcepta, testimonia et judicia, a se invicem discreta et diversa, quæ neutiquam permiscenda et confundenda sint, licet hæc omnia nonnunquam unico legi nomine significantur: legem ergo, juxta Apostolum, umbras habere futurorum bonorum<sup>40</sup> reliqua non item: « Hæc ergo singula, quæ nequaquam penitus secundum litteram observanda dicit Apostolus, omnia fere apud Moysem sub legis titulo designari: » quæ autem mandati nomine censentur, puta isthæc: « Non occides, non adulterior facies, non suraberis<sup>41</sup>, » et reliqua hujusmodi, secundum litteram esse observanda; nam « Quid opus est in allegoriam querere, cum edificet etiam littera? » inde sic concludit: « Ostendimus ergo esse quædam quæ omnino non sunt servanda secundum litteram legis, et esse quædam, quæ allegoriam penitus immutare non debet, sed omnimode, ita

A ut Scriptura de iis continent, observanda sunt. Ostendit postmodum aliqua secundum litteram servanda esse, et allegoricum tamen sensum complecti, velut illud: « Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suæ, et erunt duo in carne una<sup>42</sup>, » quod juxta Apostolum et mysteria continet, et secundum litteram observandum est. In hoc etiam censu ea collocat quæ de Ismaele et Isaco in Scripturis tradita ad allegoriam Paulus retulit, et quæ de primitiis offerendis sanctiuntur. Subiungit denique: « Ostendimus (ut opinor) auctoritate Scripturæ divinæ, ex iis quæ in lege scripta sunt, aliqua penitus refugienda esse, et cavenda ne secundum litteram ab Evangelii dispensulis observentur; quædam vero omnimode, ut scripta sunt, obtinenda; alia autem habere quidem secundum litteram veritatem sui, recipere tamen utiliter et necessario etiam allegoricum sensum. » Atque eorum discretionem sapienti Scripturarum interpreti permittit. Constat certe plerisque locis sensum utrumque admittere Codices sacros, ut testis est ipse Paulus? Cor. 1, 1, et Galat. IV, 24, constat et illud, solam in nonnullis allegoriam esse requirendam; quidquid contra obtendant scholastici quidam; velut ubi de spontanea sui ipsius castratione Christus loquitur: atque in istis verum est quod ait Hieronymus *Apolog.* 1 in *Rufin.*, cap. 6. « Quando dico tropicam intelligentiam, doceo verum non esse quod dicitur, sed allegoriae nubilo figuratum. » Non aliud autem aliis inesse sensum quam historicum censem aliqui. At Origenes etiam si hunc solummodo in aliquibus requirendum esse sensum putet, ne hæc quidem tamen mysteriis vacare existimat; hujus enim illud pronuntiatum est homil. 1 in *Exod.*, num. 4. « Ego credens verbis Domini mei Iesu Christi, in lege et prophetis iota quidem unum, aut unum apicem non puto esse mysteriis vacuum, nec puto aliquid horum transire posse, donec omnia siant. » Unde lib. IV *Pepl. ἀρχῶν*, num. 26 et 27, pleraque Scripturæ sacrae mysteria hominibus ignorabilia esse fatur. Per pauca quidem, sed ad purgandum Origenem satis apposita protulit *Apologiae* auctor e lib. II *Pepl. ἀρχῶν*, cap. 2, magna ex parte petita, in quibus Veteris Testamenti historias, non ficticias, sed veras esse prædicat, et ab iis necessario admittendas, qui salutem adipisci cupiunt. Quid quod historicam sapere, mysticam, et moralem in Scriptura expositionem rimatur; velut homil. 17 in *Genes.* disserens de benedictionibus patriarcharum: « Quæ res, inquit num. 1, nobis tripartitam (ut in aliis fecimus) explanationis materiam subjicit, ita ut benedictiones historiæ locum servent, prophetia vero mysticum atque dogmaticum, morum correptionis et oburgatio moralem dirigat stylum: » atque triplicem hanc explanationem in reliqua homilia persequitur. Quæ quidem in Origenis gratiam ab interpretibus

<sup>40</sup> Hebr. 1, 1. <sup>41</sup> Rom. XIII, 9. <sup>42</sup> Genes. II, 24.

confusa et interpolata ne causere : ecce enim tibi  
ilium tomo xv in *Matth.*, num. 15, pag. 672, dictum  
hoe Christi . « Si vis perfectus esse, vade, vende  
quæ habes, et da pauperibus »<sup>11</sup>, ad allegoriani,  
spreta littera converti vetantem, et ne quis id  
attentare audeat, historiis ethnicorum quibusdam  
abstinentem.

V. (59) His animadversis facilis est jam dijudicatio, æquane censura Origenem vexaverit Eustathius Antiochenus, qui acerrime præ reliquis ipsius allegorias insectatus est in Diagnostico de Engastrimytho. Ac primum id queritur, eum exætera allegoriis alioqui pervertere solitus, deos illos quos de terra ascendentis videre se Sauli dicebat Pythonissa I Reg. xxviii, 13, ad litteram exposuisse. Profecto de illa Samuelis evocatione idein quod Origenes plurimi tradiderunt, ut dicemus infra. In eo autem quod angelum simul cum illo ascendisse ratus est, multorum quoque juvatur suffragii, qui angelos φυχοπομποὺς animabus adjungunt, quemadmodum superius ostendimus. Nullam ergo sui carpendi ansam hic obtulit. Difficilior ejus foret defensio, si id objecisset, quod a multis objici solet, omnia eum fero in allegoricum traxisse sensum, præterquam illud Sospitatoris, quo voluntariam cui ipsius, cœlestis regni consequendi causa, exactionem commendat, et illud quo unicam servandam tunicam, abjicienda calceamenta, in crastinum neutram prospiciendum esse ait; quæ allegoricam tamen interpretationem maxime omnium postulabant. Attamen temerarius juvenilis ætatis calor excusationi est, quo vigente talia attentavit; sed prodeuntibus annis mutasse consilium id mihi persuadet, quod spontaneam castrationem damnaverit tom. xv in *Matth.*, num. 2, pag. 653, ut alibi a nobis observatum est. Alterum id expostulat Eustathius, quod paradisum terrestrem, et fructiferas paradisi arbores allegorica expositione aboleverit. Hoc ipsum sere criminati sunt, quotquot allegoricas ipsius interpretationes damnasse notavimus. At patrocinatur Philo Judæus, e cuius libris Περὶ ποσιγονίας, et *Allegor.* leg. 1, suam de paradi sententiam mutuatus est. Futilis est sequens Eustathii cavillatio in vocabulo μῦθος, quo paradi historiam Origenes appellavit, cum grammatici D sciant μῦθον nomine res quoque vere gestas significari, quemadmodum historiarum nomine fabulae quoque nonnunquam intelliguntur. Propertius lib. iv, Eleg. 4 : *Hactenus historiæ*, cum Trojæ fabulas fuisse persecutus. Pergit conqueri Eustathius quod effosso ab Abrahamo puteos in allegoriam derivaverit, qui sua tamen ætate supererant. Verum vel illud postremum iniquam ejus criminationem satis refellit, nam Origeni qui tot in Judea transegit annos, ignoti esse non potuerunt hi putei; tamne vero projecti ipsum pudoris fuisse credeamus, ut

<sup>11</sup> Matth. xix, 21.

(59) His animadversis facilis est jam dijudicatio, æquane censura Origenem vexaverit Eustathius An-

A rem in proposito positam, et omnium oculis obviam, commentitiam esse ac fictitiam affirmaverit? Isaaci præterea et Rebeccæ res gestas immutasse eum refert. Certe homilia 10 in *Genes.*, quam hic designasse videtur Eustathius, id habet Origenes, num. 4. « Sæpe jam dixi quod in his non historicæ narrantur, sed mysteria contexuntur : » quod ita intelligo, narrari historias quidem, sed non tam id agi, quam mysteria contexi : cum et homil. 15, num. 1, in *Genes.* Scripturam asserat, non tantum historicis servire narrationibus, quantum rebus et sensibus mysticis. Sin secus sensit, Eustathii querelam probbo. Dictum illud quoque de iis velim, quæ peccata ab eo circa Jobi historiam idem ait. Iniquum vero prorsus et ineptum est quod subjicit, perperam ab Origene Lazarum, quem propter virtutem Christus diligebat, in hominem peccatis laborantem anagogica interpretatione fuisse mutatum. Consulat lector tomum: xxxviii in *Joan.*, num. 6, Origenem culpa immunem comperiet : nam postquam Lazari historiam, juxta litteram, fuse explicavit, hac præterea homines signari addit, qui peccatis admissis, amicitia cum Jesu prius contracta, qui animæ vita est, excidunt, et novis rursum gratiæ auxiliis excitati eamdem recuperant. Aliud est autem laborare peccatis, aliud hominis peccatis laborantis imaginem gerere ; postremum hoc Lazaro tribuit Origenes, prius vero minime. Quid ad sequentia porro respondeam non habeo, in quibus insimulatur Adamantius, quod contra Evangelii auctoritatem Judæos negaverit lapides in Christum jaciendos sustulisse, remque ad tropologiam detorserit : nam vetustate immunitis Commentariis in *Jeannem*, pars illa intercidit, in qua hæc Evangelii narratio explanatur. Quomodo ergo ab Origene accepta sit, incertum est. Denique ægre Eustathio est, quod argumentis ex nominum interpretatione petitis, in allegorias Adamantius nonnunquam excurrat, cum duo sæpissime homines moribus et ratione vite penitus discordes idem tamen nomen gerant. At non tam inde allegorias Origenem arcessere verum est, quam aliunde petitas hoc insuper arguento, quantumvis levè confirmare.

#### QUÆSTIO XIV

##### QUÆSTIUNCULAS ALIQUIT QUASI PER SATURAM COMPLEXA.

- Quæritur Origeni sententia de ligandi et solvendi potestate sacerdotibus concessa. II. Executitur ejusdem de Eucharistia opinio. III. Quadam ipsius de matrimonio dogmata notantur. IV. Utrum magicis artibus fauerit, exploratur : V. ei de Engastrimytho quid statuerit; VI. ecquid de mendo, VII. et de jurejurando.

- Postremam hanc questionem aperiet brevis de sacerdotum potestate, juxta Origenis sententiam, disputatio. Is tomo xii in *Matth.*, num. 14, pag. 531, scribit potestatem clavium habere episcopos,

tiochenus, etc. Vide iterum Præfationem tomi secundi, articulo 8.

mo xi in Matth., num. 14, pag. 498, exhibemus. A suisset nacturus, si sumpsisset. Materia autem constans illa panis pars, quam in secessum ejici ait, ea sunt accidentia materiæ panis inherētia et ejus propria, quæ corrupta a stomacho, et in novam conversa substantiam, vel in secessum abeunt, vel humani corporis formam induunt. Precationem vero illam, quæ panem comedentibus utilem efficit, et sermonem super pane prolatum, quid aliud esse dicam, quam mystica illa verba, quibus panis consecratur, et que εὐχὴ ac mysticam precem nonnulli Patres appellant? quia precationem, licet non expressam, involvunt, qua Deum rogat sacerdos ut prolatis a se mysticis verbis idem efficiat, quod effecit olim, cum eadem ipse proferret. Atque per hæc cum panis in corpus Christi efficiatur conversio, comedentem accidentia illa minime juvant, sed per mystica illa verba fit, ut esu corporis Christi adjuvemur. Typicum denique et symbolicum corpus appellat, vel quod sub specie et similitudine panis delitescat; et cum corpus Christi re ipsa sit, typo et symbolo panis esse videatur: quod idem est ac si sacramentale dixisset, quia non nudum Christi contingimus corpus, sed sub symbolis involutum. Quapropter homilia 7 in Levit., num. 5, sic disserit Adamantius: «Est et in Novo Testamento littera, quæ occidat eum, qui non spiritualiter quæ dicuntur adverterit. Si enim secundum litteram sequaris hoc ipsum quod dictum est »: *Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis sanguinem meum; occidit hæc littera.* Spiritualiter hæc intelligi jubet, quia sacramentaliter carnem suam manducari et sanguinem suum bibi sancit Christus, non quo modo carnae alias dentibus comminuimus. Nec responsio hujus robur infringit Edmundus Albertinus (40), cum ait negare illic Origenem comedere carnem Christi secundum litteram; quisquis autem comedet Christi carnem, licet non in propria specie et figura comedat, Christi tamen carnem secundum litteram comedere. Iulcior enim carnem Christi eum comedere secundum litteram, qui illam non in propria specie et figura comedit: nam comedere secundum litteram, illud est, ita comedere, quomodo esculentia comedere consuevimus, nimirum ori inserta dentibus permolare, lingua versare, palato degustare, gula sorbere, in ventriculum demissa concoquere, intestinis excepta a fecibus secernere, et in corporis alimentum distribuere. Hac ratione cum Christi caro neutquam a nobis comedatur, non comeditur profecto secundum litteram, sed sacramentaliter. Vel eucharisticum panem eatenus appellat Origenes corpus typicum et symbolicum, non quatenus absentis corporis Christi typus est et symbolum, quod vult Edmundus Albertinus, alioque cum eo heterodoxi: sed quatenus, cum re ipsa sit corpus Christi, aliarum rerum typus est et symbolum, puta sui ipsius extra

\* Joan. vi, 54.

(40) Albert., *De sacram. Euchar.* lib. ii, in Exam. testim. Origen., cap. 1

et quæ ab ipsis vel ligata vel soluta sunt in terris, A ligata esse et soluta in celo, si modo Petri virtutes æmulentur: sin peccatorum vinculis alligati tenentur, frustra eos ligare et solvere. Quod si meritis licet ac pietate inferiores Petro, nihilominus ligatum iri sperent in celo, et solutum, quæ in terris ligaverint et solverint; legitimum eos Scripturarum ignorare sensum, et superbia excœatos esse. In hunc locum annotat Sixtus Senensis lib. vii an. 70, alludere Origenem ad errorem ab Hus-sitis postmodum propugnatum, qui papæ et episcoporum potestatem ex morum sanctitate pendere volebant, ut quotiescumque peccando fierent Petri dissimiles, una potestatem ipsius amitterent; damnatumque hunc esse a Tridentina synodo, sess. 14, can. 10, his verbis: « Si quis dixerit sacerdotes qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi et solvendi non habere, anathema esto. » Assentior Sexto, et peccare ait Origenem, atque hanc videri amplecti haeresim, in qua deinde versati sunt Donatistæ, cum a sacerdotum sanctitate Ecclesie potestatem suspenderunt. Attamen commodam hæc possunt interpretationem admittere. Frustra, inquit, ligandi vel solvendi potestatem sibi arrogant episcopi, quæ Petro præcipue concessa est, nisi eadem qua Petrus sanctitate et æquitate florent: hoc est, nisi eamdem quam Petrus æquitatem in solvendo et ligando adhibeant. Cum ergo tam sancte jure suo Petrus uteretur, ut eos tantum criminibus solveret, qui id pœnitentia sua et pietate esent arcemitti, solos noxios ligaret; si quis episcopus Petro dissimilis potestate abutens sua insontes ligaverit, indignos solverit, non perinde in celo se res habebit. Subsidio est Origeni istud Hieronymi lib. iii in Matth. xvi, 19. « Iustum locum episcopi et presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisæorum assumunt supercilium, ut vel damnent innocentes, vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sentient sacerdotium, sed reorum vita queratur. » Noxios dicit, qui nosis impliciti, nulla scelerum pœnitidine tanguntur: aliqui nemo solvi potest nisi noxius.

Afferit præterea Origenes tomo xiii in Matth., num. 31, pag. 613, ligandi et solvendi potestatem omnibus a Christo fuisse concessam, quicunque noxios ter reprehenderint. Ita tomo xii, num. 10, pag. 524, omnem Christi discipulum petram esse ait super quam Ecclesia Christi aedificatur; cœli claves perfectis quibusque tribui; et quicunque tandem Petro pollicitus est Christus adeptum, quisquis Petro similem se præstiterit. Verum posteriora hæc allegorice dicta esse, non dogmaticæ, illud evincit quod subest: Εἰ τις λέγει τοῦτο (Σὺ εἶ δὲ Χριστός δὲ Γιῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος) πρός αὐτὸν (Χριστὸν), οὐ αρχός καὶ ἀμάτος ἀποκλυφάντων αὐτῷ, ἀλλὰ τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατρὸς τεύξεται τῶν εἰρημένων, ὡς μὲν τὸ γράμμα τοῦ

<sup>84-85</sup> Joan. viii, 12. <sup>86</sup> Matth. v, 14. <sup>87</sup> Joan. vi, 41. <sup>88</sup> I Cor. x, 17. <sup>89</sup> Joan. xv, 1. <sup>90</sup> Jerem. ii, 21. <sup>91</sup> I Cor. x, 4. <sup>92</sup> I Petr. ii, 9,

B Εὐαγγελίου λέγει, πρὸς ἔκεινον τὸν Πέτρον· ὡς δὲ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ διδάσκει, πρὸς πάντα τὸν γενόμενον ὄποιος δὲ Πέτρος ἔκεινος. Ostendunt idem et sequentia, in quibus portas inferi esse peccata, haereses esse daemones, regna cœlorum virtutes esse dicit. Priore autem, quem laudavimus, loco, licet ligandi et solvendi potestatem omnibus tribuat, quicunque ter peccantes corripuerint; peculiari tamen modo, et pleniori potestate, ac potiori jure Petro id concessum fuisse vult, cum in uno duntaxat celo solvere illos et ligare posse affirmet, Petrum autem in omnibus. Adde easdem apud Patres sæpe locutiones occurtere, quæ ad rectam itidem interpretationem revocandæ sunt. Irenæus lib. iv, cap. 20, « Omnes justi sacerdotalem habent ordinem. » Tertullianus lib. De exhortatione castitatis, cap. 7, « Nonne et laici sacerdotes sumus? Scriptum est: Regnum quoque nos, et sacerdothes Deo, et Patri suo fecit. » Gregorius Nyssenus lib. De perfectione: Διὰ τούτου καὶ τῶν τοιούτων πέτρα καὶ ἡμεῖς ἐσ-μεθα, μιμούμενοι, καθὼς ἔστι δυνατόν, ἐν τῇ τρεπτῇ φύσει τὸ ἀτρεπτόν καὶ ἀμετάθετον. « Per hæc et his similia nos quoque petra erimus, imitantes, quoad ejus fieri potest, in mutabili natura, quod constans et immutabile est. » Ambrosius Comment. in Luc. ix: « Qui carnem vicerit, Ecclesie fundamentum est, et si æquari Petro non potest, imitari potest: » deinde: « Magna autem Christi gratia, qui omnia prope vocabula sua discipulis ipsis donavit: Ego sum, inquit, lux mundi <sup>84-85</sup>; et id tamen, quo ipse gloriatur, discipulis nomen indulxit, dicens: Vos estis lux mundi <sup>86</sup>: Ego sum panis vivus <sup>87</sup>; et: Nos omnes unus panis sumus <sup>88</sup>: Ego sum vitis vera <sup>89</sup>; et tibi dicit: Plantavi te vitem fructuosam omnem veram <sup>90</sup>. Petra est Christus (bibebant enim de spiritali sequente petra; petra autem erat Christus <sup>91</sup>): etiam discipulo suo hujus vocabuli gratiam non negavit, ut et ipse sit Petrus, quod de petra habeat soliditatem constantiæ, fidei firmitatem. Enitere ergo ut et tu petra sis. » Augustinus, lib. ii Quæst. evang., cap. 40, « Sacerdotium vero Iudaorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse sacerdotij regalis, quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi, summi et veri principis sacerdotium. Nam nunc et omnes unguntur, quod tunc regibus tantum et sacerdotibus siebat. Et quod ait Petrus ad Christianum populum scribens: Regule sacerdotium; utrumque nomen illi populo convenire declaravit, quo illa unctione pertinebat. » Ligandi quoque et solvendi potestatem eorum omnium, qui peccantes fratres objurgationibus incessunt, communem esse volunt Augustinus de verbo Domini, homil. xv, Theophylactus in Matth. xviii, 18, et Anastasius Nicenus quæst. 61.

II. Magnis vero et repetitis controversiis vexatus est ille Origenis de Eucharistia locus, quem hic

tomo xi in *Math.*, num. 14, pag. 498, exhibemus. A summo illius haec est: Quemdam objicit sibi dicentem, cum juxta Christi pronuntiatum, quod in os intrat, hominem non inquiet, ita quod in os intrat, hominem sanctum non efficere, licet secus de pane Christi simpliciores sentiant. Respondet Origenes, quemadmodum non cibus edentem inquit, sed ejus conscientia qui cum dubitatione comedit; et quemadmodum impuro homini mundum nihil est, non ex se, sed propter impuri hujus hominis immunditiam; ita quod per verbum Dei, et precem consecratum est, non ex se comedentem efficere sanctum, alioquin et ei qui peccatis pollutus comedit, sanctitatem collaturum; sed ex eotum emolumentum capi, cum pura mente et integra conscientia accipitur: neque abstinendo ab hoc pane vel eundem comedendo, ex hac abstinentia vel esu, bono aliquo nos fraudari vel augeri, sed ita duntaxat si vel nequam vel probi simus, dicente Paulo I Cor. viii, 8: *Neque enim si manducaverimus, abundabimus; neque si non manducaverimus, deficiemus.* Subiungit præterea, quemadmodum in ventrem demittitur, quod intrat in os, ac deinde ejicitur in secessum; ita panem consecratum, secundum id quod materia concretum huic inest, in ventrem demitti, et ejici in secessum, sed per precationem quæ illi accessit, uilem comedenti effici pro ejus fidei portione; nec panis materiam, sed prolatum super eo sermonem, eum juvare, qui non indigne ipsum comedit. Denique panem illum, typicum et symbolicum corpus appellat. Reliqua ad esum corporis Christi spiritualiter pertinent, non sacramentali ut superiora, contra quam opinatus est Vincentius Bellavensis, *Specul. doctrinal.*, lib. xviii, cap. 45, Origenem haec de causa immerito castigans. Facilis est loci hujus juxta Ecclesiæ doctrinam expositio: nam ut ex corporis Christi esu adjumentum quis capiat non esus ipse sufficit, sed integra præterea et intaminata mens requiritur, alioquin judicium sibi manducat et bibit, qui noxis pollutus ad altaris sacramentum accedit. Itaque non ex se solum et simpliciter edenti sanitatem confert, sed ita, si ab edente certa fides et purus animus adhibeantur. Similiter homo hoc abstiens sacramento, vel quod nondum sibi sit satis probatus, vel quod nondum justam attigerit ætatem, vel alia quavis legitima de causa, detrimentum ex hac abstinentia non capit; imo nec bono aliquo inde privari ait Origenes; quod ita intelligo: cum homo nondum sibi satis probatus, vel alicuius criminis sibi conscientia, si ad altaris sacramentum accedat, judicium sibi manducet et bibat, atque ex hoc esu et potu mortem animæ suæ conciscat, nedum fructum aliquem inde percipiat, sequitur ut si hæc reformidans sacramento abstineat, bono aliquo non privetur, dum non sumit corpus Christi; cum malum tantum

<sup>43</sup> Joan. vi, 54.

(40) Albert., *De sacram. Euchar.* lib. ii, in Exam. testim. Origen., cap. 1

A suisset nacturus, si sumpsisset. Materia autem constans illa panis pars, quam in secessum ejici ait, ea sunt accidentia materiæ panis inherenteria et ejus propria, quæ corrupta a stomacho, et in novam conversa substantiam, vel in secessum abeunt, vel humani corporis formam induunt. Precationem vero illam, quæ panem comedentibus uilem efficit, et sermonem super pane prolatum, quid aliud esse dicam, quam mystica illa verba, quibus panis consecratur, et quæ εὐχὴ ac mysticam precem nonnulli Patres appellant? quia precationem, licet non expressam, involvunt, qua Deum roget sacerdos ut prolatis a se mysticis verbis idem efficiat, quod effecit olim, cum eadem ipse proferret. Atque per hæc cum panis in corpus Christi efficiatur conversio, comedentem accidentia illa minime juvant, sed per mystica illa verba sit, ut esu corporis Christi adjuvemur. Typicum denique et symbolicum corpus appellat, vel quod sub specie et similitudine panis delitescat; et cum corpus Christi reipsa sit, typo et symbolo panis esse videatur: quod idem est ac si sacramentale dixisset, quia non nudum Christi contingimus corpus, sed sub symbolis involutum. Quapropter homilia 7 in *Levit.*, num. 5, sic disserit Adamantius: «Est et in Novo Testamento littera, quæ occidat eum, qui non spiritualiter quæ dicuntur adverterit. Si enim secundum literam sequaris hoc ipsum quod dictum est <sup>43</sup>: *Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis sanguinem meum; occidit hæc littera.* » Spiritualiter hæc intelligi jubet, quia sacramentaliter carnem suam manducari et sanguinem suum bibi sancit Christus, non quo modo carnes alias dentibus comminuimus. Nec responsio hujus robur infringit Edmundus Albertinus (40), cum ait negare illie Origenem comedи carnem Christi secundum litteram; quisquis autem comedit Christi carnem, licet non in propria specie et figura comedat, Christi tamen carnem secundum litteram comedere. Inferior enim carnem Christi eum comedere secundum litteram, qui illam non in propria specie et figura comedit: nam comedere secundum litteram, illud est, ita comedere, quomodo esculentia comedere consuevimus, nimirum ori inserta dentibus permolare, lingua versare, palato degustare, gula sorbere, in ventriculum demissa concoquere, intestinis excepta a facibus secernere, et in corporis alimentum distribuere. Hac ratione cum Christi caro neutiquam a nobis comedatur, non comeditur profecto secundum litteram, sed sacramentaliter. Vel eucharisticum panem eatenus appellat Origenes corpus typicum et symbolicum, non quatenus absentis corporis Christi typus est et symbolum, quod vult Edmundus Albertinus, aliisque cum eo heterodoxi: sed quatenus, cum reipsa sit corpus Christi, aliarum rerum typus est et symbolum, puta sui ipsius extra

sacramentum, ut fuit olim in cruce, et ut es nunc in celo; vel resurrectionis nostrae, juxta Nicenum concilium; vel & unius illius corporis, cuius ipse (Salvator) caput existit, cuique nos, tanquam membra, arctissima fidei, spei et charitatis conne-  
xione astrictos esse voluit, > juxta Tridentinos Pa-  
tres; vel fidei et promissionis, juxta Clementem Alexandrinum. Penitus confirmant expositionem istam similes locutiones Origenis, in quibus res quædam symbolicae appellantur, vel symbolice tales talesve esse dicuntur; non quod revera tales, talesve non sint; sed quod cum tales talesve re-  
vera sint, aliarum tamen rerum symbola sint. Sic tomo xxxii in Joau., num. 13, Joannem ait sym-  
bolice recubuisse in sinu Christi: non quod re-  
vera in sinu Christi nos recubuerit, sed quod re-  
cubitus ille symbolum esset propensi affectus et  
pronæ fidei quam erga Christum gerebat Joannes. Similiter tomo eodem num. 16, ait symbolice no-  
ctem fuisse, cum Iesum proditurus Judas exire; non quod revera nox non esset, Joannes quippe no-  
ctem fuisse scribit, cap. xiii, vers. 30, sed quod nox illa symbolum esset noctis alterius quæ Judæ  
animo incubabat. Quin etiam tom. xiv in Matth.,  
num. 22, pag. 646, Paulum jussisse ait, ut episco-  
pus, presbyter et diaconus, quos symbola fuisse  
vult veraram rerum, symbolice monogami sint;  
pon quod revera monogamos non esse velit, tales  
enim esse debere satis hoc loco docet, sed quod monogamia illa symbolum sit munditiae animæ,  
quam tueri debent, qui sacra administrant. Idem  
præterea tom. xvi in Matth., num. 3, pag. 711,  
summum Judaeorum sacerdotem, symbolicum ap-  
pellat; non quod sacerdos revera non esset: quis enim hec neget? sed quod symbolum esset veri  
sacerdotis Christi. Ibidem sacrificia Mosaicæ le-  
gis, symbolica appellat: non quod revera sacrificia  
non essent, sed quod symbola essent sacrificiorum  
quæ sunt pro peccatis. Addit demum, cum subjici, corpore nempe suo, vectum Iesum  
exceptit vera Jerusalem, superna scilicet, tunc  
dissipatam fuisse Jerusalem, quæ umbra est: um-  
bram dicens, pro eo quod symbolum dixerat: non

<sup>44</sup> Joan. i, 14; vi, 51. <sup>45</sup> Joan. vi, 64.

(41) Nec plus valet pro adversariorum partibus alterum hoc e tractat. 33 in Matth. « Panis iste quem Deus Verbum, » etc. Non magis favent heterodoxis que post bœc verba manuscriptorum codicem auctoritate in textum restituimus: « Non enim panem illum visibilem quem tenebat in manibus corpus suum dicebat Deus Verbum, sed Verbum in cuius mysterio fuerat panis ille frangendus. Nec potum illum visibilem sanguinem suum dicebat, sed Verbum in cuius mysterio potus ille fuerat effundendus. Nam corpus Dei Verbi, aut sanguis, quid aliud esse potest, nisi verbum quod nutrit, et verbum quod letificat cor? » Tria enim hic Origenes cum veteribus quibusdam in Eucharistia distinguit: nempe speciem externam sensibus subjectam; substantiam intus latenter, et solo fidei contuitu aspectabilem; et mysticam quamdam sacramenti significationem. Ad partem externam oculis appa-  
rentem et Christi manibus contractataam respicit,

A quod Jerusalem inferior, terrena nimirum, reversa Jerusalem non esset; sed quod umbra esset ei symbolum supernæ Jerusalem. Pari modo igitur, cum corpus Christi appellat symbolicum et typicum, non illic revera adesse negat Christi corpus, sed præsens illic Christi corpus symbolum et typum esse vult rerum aliarum, earum nempe quæ commemoravimus, puta sui ipsius extra sacramen-  
tum. Id quod satis indicat Origenes, cum proxime subjungit: Πολλὰ δὲ ἂν καὶ περὶ αὐτοῦ λέγοτο τοῦ Λόγου, δε γέγονε σάρξ καὶ ἀληθινὴ βρῶσις. « Multa autem de ipso Verbo dici possint, quod caro factum est, verusque cibus », etc., in quibus disserit de Christi corpore extra sacramentum. Nulla haec, quam damus, aptior vel solidior excogitari potest B loci hujus solutio, utpote quæ ex consimilibus scriptoris ejusdem testimonii petita sit, et mentem ipsius manifesto declarat. Frustra igitur ex super-  
rioribus Adamantii de Eucharistia verbis prædi-  
dum cause suæ arcessere conati sunt multi tem-  
porum istorum heterodoxi. Frustra quoque locus ab hereticis depravatum suspicatus est Sixtus Se-  
nensis Biblioth. lib. vi, annot. 66, Frustra ab Erasmo  
interpretate corruptum conjectati sunt Genebrardus et Perronius; cum integritatem loci manu scriptorum codicum Græcorum consensus aperte probet.  
Præter duo illa Origenis testimonia, quibus de Eucharistia sacramento perperam sensisse visus est, alia quatuor generis ejusdem affert Petrus Martyr in libro contra Gardinerum, unde causam suam non parum confirmari putat. Prior locus depromptus est ex homil. 16 in Num., num. 9:  
« Bibere dicimus sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu, sed et cum sermones ejus recipimus, in quibus vita consistit, sicut et ipse di-  
cit: Verba quæ locutus sum, spiritus et vita est ». At manifeste facit illud pro catholica causa, nam sacramentalem sanguinis Christi potationem ab alia secerunt, qua verbum Christi auribus et mente, spirituali quodam modo bibitur. (41) Nec plus valet pro adversariorum partibus alterum hoc e tractat. 33 in Matth., num. 85, pag. 898. « Panis iste quem Deus verbum corpus suum esse faretur, verbum

D cum ait: « Non enim panem illum visibilem quem tenebat in manibus, corpus suum dicebat Deus Verbum. . . . Nec potum illum visibilem, sanguinem suum dicebat. » Substantiam sub externa aperie latenter aperte designat tum his præcedentibus verbis: « Panis iste quem Deus Verbum corpus suum esse faretur. . . . et potus iste quem Deus Verbum sanguinem suum faretur: » tum his subse-  
quentiis articuli: « Et ostendit (Jesus) quando eos (discipulos) hoc pane nutrit, proprium esse corpus... Deinde docebat discipulos, qui. . . . manducaverant corpus Verbi, » etc. Denique de mystica sacra-  
menti significacione per totum articulum disserit, verba institutionis Eucharistie allegorice interpre-  
tando de Verbo Dei, quod instar coquendam panis et potus coelestis « nutrit et letificat, potat et meliorat præclare corda bibentium, » Sanctus Augustinus sermone 272, ad Iulianos, eodem fere modo, quo hic Origenes disserit de altaris sacramento: « Quid

est nutritorium animarum, Verbum de Deo Verbo procedens, et panis de pane coelesti, & etc., cui consimilia reperiuntur est homil. 7 in *Levit.*, num. 5, ab Hermanno Bodio in *Collectaneis* adversus catholicam doctrinam usurpatam: nam si juxta litteram id sumendum putamus, ut sumendum vult *martyr*, quomodo panis ille qui cœnanti Christo oblatus est, fractus et discipulis distributus, quemque suum esse corpus dixit Christus, nihil aliud est quam, *verbum animarum nutritorium*, quod contendit Bodius? Quomodo panis ille, secundum id quod ex materia concretum habet, in ventrem abit, et in secessum ejicitur, ut ex Origenis tomo xi in *Matth.*, num. 44, objecisse Martyrem supra notavimus, si panis ille « *Verbum est animarum nutritorium?* » Certe tota hæc Origenis de pane illo dissertatione tractat. 55 in *Matth.* allegorica est. Nec validius est, quod hinc colligit *martyr*, *corpus Christi esse panem*, cum scripserit Origenes: « *Panis iste, quem Deus Verbum corpus suum esse fatur.* » Panis enim dicitur *corpus Christi*, quia panis fuit, et nunc quoque cum *corpus Christi* est, panis speciem gerit. Hinc appellatur etiam *ἅρτος ἀγαθόμενος*, et *consecratus panis*, hoc est, ut sic loquar, *panis transsubstantiatus in corpus Christi*.

Aperissima vero loci tertii sententia, ut frustra eam perversa explicatione corrumpere *Martyr* contendat. Talis ille est homil. 9 in *Levit.*, num. 10: « *Ritus quidem apud veteres propitiationis pro hominibus qui fiebat ad Deum, qualiter celebraretur* »

<sup>C</sup> « *Matth. xxvi, 28.*

videtis, inquit, panis est et calix, quod vobis etiam oculi vestri remuniant: quod autem fides vestra postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis Christi. Breviter quidem hoc dictum est, quod fidei forte sufficiat: sed fides instructionem desiderat. Dicit enim Propheta: *Nisi credideritis, non intelligetis...* Potest enim in animo cujusquam cogitatio talis subrori... quomodo est panis corpus ejus? et calix, vel quod habet calix, quomodo est sanguis ejus? Ista, fratres, ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spirititalem. Corpus ergo Christi si vis intelligere, Apostolum audi dicenteum fidelibus: *Vos autem estis corpus Christi et membra (I Cor. xii, 27).* Si ergo vos estis corpus Christi et membra, mysterium vestrum in mensa Dominica positum est: mysterium vestrum accipitis. Ad id quod estis, Amen respondetis, et respondendo subscribitis. Audis enim, corpus Christi; et respondeas, Amen. Esto membrum corporis Christi, ut verum sit amen. Quare ergo in pane? Nihil hic de nostro asserturus: ipsum Apostolum identidem audiamus, qui cum de isto sacramento loqueretur, ait: *Unus panis, unus corpus multi sumus (I Cor. x, 17)*; intelligite et gaudete; unitas, veritas, pietas, charitas. Unus panis: quis est iste unus panis? Unum corpus multi. Recolite quia panis non sit de uno grano, sed de multis. Quando exorcizabamini, quasi molebamini. Quando baptizati estis, quasi conspersi estis. Quando Spiritus sancti ignem accepistis, quasi cocti estis. Estote quod videtis, et accipite quod estis. Hoc Apostolus de pane dixit: *Jam de calice quid intelligeremus, etiam non di-*

*A* edocuit: sed tu qui ad Christum venisti, pontificem verum, qui sanguine suo Deum tibi propitium fecit, et reconciliavit te Patri, non haeres in sanguine carnis, sed disce potius sanguinem Verbi, et audi ipsum tibi dicentem, quia *hic sanguis meus est, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum* <sup>\*\*</sup>. Agitur hoc loco de sacrificiis Mosaicis, quæ figura erant mortis Christi: idecirco non haerendum scribit Origenes in sanguine carnis, hoc est in sacrificiis Testamenti Veteris, sed mentem ad sanguinem Christi, et sacrificium novæ legis esse erigendam. Quis hic cavillationi locus?

Sumptum e libro viii *contra Cels.* num. 33, postremum Origenis testimonium sic se habet: « *Ὕπει τῷ τοῦ παντὸς Δημιουργῷ εὐχαριστοῦντας, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθέσαι προσαγομένους ἄρτους ἔσθιομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχήν ἄγιον τι, καὶ ἀγιάζον τοὺς μεθ' ὑγιούς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους.* » Nos vero qui huius universitatibus Conditori gratias agimus, cum precibus et gratiarum actione oblatis edimus panes qui propter orationem sunt corpus quoddam sanctum quod sano proposito manducantibus sanctitatem largitur. Celsum refellit Origenes, qui rebus universis praefectos esse dæmones ceusens, quæcumque ad victimum comparant homines, quæcumque vel edendo vel bibendo consumunt, fruges, vinum, baccas arborum, squam, et ipsum quoque aerem, a dæmonibus accipere arbitrabatur; multisque in contrarium adductis sententiam, concludit tandem Adamantius panes qui nobis ad esum offeruntur,

<sup>D</sup> etiam, satis ostendit. Sicut enim ut sit species visibilis panis, multa grana in unum consurguntur, tanquam illud fiat, quod de fidelibus ait Scriptura sancta: *Erat illis anima una, et cor unum in Deum (Act. iv, 32)*: sic et de vino. Fratres, recolite unde sit vino. Grana multa pendunt ad botrum, sed liquor granorum in unitate confunditur. Ita et Dominus Christus nos significavit, nos ad se pertinere voluit; mysterium pacis et unitatis nostras in sua mensa consecravit. Hoc tantum differunt Augustinus et Origenes, quod alter symbolicam mysterii Eucharistici significationem ad unitatem fidelium in uno eodemque Christi corpore mystico, alter vero ad verbum Dei deflectat. Uterque ipsam sacramenti naturam fidelibus satis notam non nisi leviter et quasi in transitu attingit, unice attingens ad mysticas rationes aperiendas. His præmissis, quid ad causam suam confronandum ex hac Origenis allegoria eruere queant heterodoxi non video. Si enim hic excludatur quilibet sensus præter allegoricum, excluditur profecto Calvinianus de figura, tipo, virtute et efficacia corporis Christi. Si vero alius supponit sensus, utique sensus litteralis Catholicorum, quem satis clare exprimit Adamantius verbis modo citatis; non sensus Calvinianorum, cuius ibi ne minimum quidem vestigium. Alium porro sensum præter allegoricum de Verbo Dei agnoscere Origenem liquet ex homil. 16 in *Num.* « *Bibere dicuntur, inquit, sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu, sed et eius sermones ejus recipimus, in quibus vita consistit sicut et ipse dicit: Verba quæ locutus sum, spiritus et vita sunt (Joan. vi, 64).* »

Christianos dæmonibus acceptos non referre, sed Deo rerum conditori, eosque cum gratiarum actione recipere; ac per precationem corpus quoddam sanctum ipsos effici, sanctos efficiens quicunque eo cum sano proposito utuntur. Ad Eucharistiam minime haec videntur pertinere. Quod et ipse fateretur Albertinus. Quod si quis tamen contradicat, non assentiar modo, sed Ecclesia etiam doctrinam his confirmari pertendam; panes quippe ait per precationem, per mystica nimurum verba, corpus effici sanctum, et sanctos efficiens, qui cum sano proposito eo utuntur; corpus videlicet Christi.

Martyri succenturiatus prodit in pugnam Albertinus *De sacrament. Euchar.* lib. II, in Exam. testim. Origen. recocisque aliquot testimoniis ex Origene jam ante a Martyre depromptis, quatuor indidem petita de suo addit, ad trutinam nostram revocanda. Prius habet tom. XXXII in *Joan.*, num. 16, ubi de ossula Judæ a Jesu porrecta disserens, vim ei quamdam ac virtutem a Christo inditam fuisse vult, quæ Judæ utilis esse potuisset, nisi ossula prævertisset Satanæ, et ne beneficia ejus vi frueretur proditor, occupato ipsius corde impedivisse. Tum id gemino illustrat exemplo, priore corporis et sanguinis Christi, quæ pro ejus pietate vel nequitia qui suscipit, utilia sunt vel noxia; altero panis illius communis quo alimur, qui que pro comedentis habitu vel sanitatem confert ac vigorem, si valenti corpore; vel morbum, si febriculos ac infirmo exceptus sit. Locus ita conceptus est: Καὶ οὕτω δὲ ἀνάστησις αὐτοῦ ἐπιθάνων εἰς τὸν τόπον λέγοιστο, ὥσπερ ὁ ἀράξιος ἐσθίων τὸν ἄρτον τοῦ Κυρίου, η πίνων αὐτοῦ τὸ σοτήριον, εἰς κρίμα ἐσθίει καὶ πίνει, τῆς μιᾶς ἐν τῷ ἄρτῳ κριτίστονος δυνάμεως, καὶ ἐν τῷ ποτηρίῳ, ὑποκειμένη μὲν διαθέσει κριτίστονι, ἐνεργαζομένης τὸ βέλτιον· καίροιν δὲ ἐμποιούσῃς τὸ κρίμα· οὕτω τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ ψωμὸν ὅμογενὲς ἦν τῷ δοθέντι καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις ἐν τῷ· Λάβετε, γάγγετε, ἀλλ ἔκεινοις μὲν εἰς σωτηρίαν, τῷ δὲ Ἰούδᾳ εἰς κρίμα, ὡς κατὰ τὸ ψωμὸν εἰσεληλυθόνται εἰς αὐτὸν τὸν Σατανᾶν. Νοεῖσθω δὲ ὁ ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον τοῖς μὲν ἀπλουστέροις κατὰ τὴν κοινωνίαν περὶ τῆς Εὐχαριστίας ἐκδοχήν· τοῖς δὲ βαθύτερον ἀκούειν μεμαθηκότι, κατὰ τὴν θειότεραν, καὶ περὶ τοῦ τροφίμου τῆς ἀληθείας Λόγου ἐπαγγελίαν· ὡς εἰ ἐν παραδείγματι ἔλεγον, οἵτι καὶ ὁ κατὰ τὸ σωματικὸν τροφιμώτατος ἄρτος πυρετὸν μὲν ὑποκειμένον αὔξει, εἰς ὑγείαν δὲ τὴν εὐεξίαν ἀνάγει.

¶ Proinde haud absurdum in presenti loco dicereatur, quod ut, qui indigne panem Domini comedit, tel calicem ejus bibit, in judicium manducat et bibit<sup>27</sup>; in pane et calice una virtute præstantiori operante bonum in bono affectu constituto, in affectu vero malo operante condemnationem; sic ossulam a Jesu datam ejusdem generis fuisse cum ea, quam Jesus dedit ceteris apostolis, dum diceret: Accivite, comedite<sup>28</sup>; sed illis quidem ad salutem, Ju-

A da vero ad condemnationem; ita ut post offulam ingredieretur in illum Satanæ. Cæterum consideretur hic panis et hoc poculum a simplicioribus juxta communiorem intelligentiam de Eucharistia, id est, de gratiarum actione: at qui altius haec intelligere didicerint, considerent hoc dictum fuisse juxta diviniorem promissionem etiam de Λόγῳ, et Verbo veritatis alimentum uberrimus præstantem, tanquam si exemplo dicerem panem, quod ad corpus attinet, alimentum uberrimum præstantem, febrim subjectam augere, cum contra bonam corporis habitudinem ad sanitatem reducat. Ex his sic ratiocinatur Albertinus: Offula Judæ porrecta ejusdem erat generis ac eucharisticus panis, juxta Origenem: Ψωμὸν δμογενὲς ἦν τῷ δοθέντι καὶ τοῖς ἀποστόλοις· atqui ossula illa merus fuit panis: merus igitur et ille. Attendisset vero subtilis illa disputator quæ in exemplum assumuntur, in eo debere convenire cujus causa instituitur comparatio, discrepare posse in aliis, hoc est partim esse δμογενῆ, partim ἐτερογενῆ· hic autem institui ab Origene comparationem ossula Judæ oblatæ cum pane eucharistico, non ad explicandam panis Judæ porrecti naturam, sed ad declarandum ejus effectum, ac vim juvandi vel nocendi pro sumentis habitu: atque ita esse δμογενῆ, quoad illam efficientiam, de qua hoc loco queritur; ἐτερογενῆ vero quoad naturam, de qua nulla penitus hic habita est disputatio. Fimbria vestis Christi quæ αἱρορροούσῃ sanavit, ex contactu sacri corporis Christi virtutem contraxerat, itidem ut ossula a Jesu Judæ porrecta. Fimbriæ contactus, pro tangentis pietate vel nequitia, utilis esse poterat, vel noxious. Par ergo jure fimbriæ contactum cum panis eucharistici esu comparare Origenes potuit; utraque enim in eo conveniebant, quod pro tangentis et dentis habitu salubris vel damnosa esse poterant; in aliis discrepabant. Id si fecisset, utraque sane dicere potuisset δμογενῆ, nempe quoad illam vim et efficientiam; non quoad naturam. Idem dicas de ossula eucharistico pani assimilata. Alioqui cum ossulam Judæ porrectam pani illi quo vitam sustinemus, similem esse dixit Origenes, hoc est δμογενῆ, in eo nempe quod ut illa animæ, sic ille corpori pro comedentis D habitu robur conciliare potest, vel morbum; concludam utique eadem virtute pollere panem nostrum quo vescimur, ac ossulam illam, cui peculiarem vim contactu suo Christus indidit: quod est absurdum. Quid si præterea ossulam illam fuisse panem ipsum eucharisticum Judæ porrectum Origenem existimasse dicamus? Profecto locus iste contrarium nihili habet huic sententiae, quam et Cyrillus in *Joan.* vi, et Anastasius Sinaita Orat. *De synaxi* amplexi sunt. Id si sit, plane δμογενὲς fuerint eucharisticus panis et ossula Judæ porrecta, et quoad efficientiam, et quoad naturam.

Parem propemodum adhibebimus explicationem

<sup>27</sup> 1 Cor. xi, 20. <sup>28</sup> Matth. xxvi, 26.

loci alterius ex homil. 7 in *Lerit.*, num. 4, quo agitur de precepto Aaroni, et sacerdotibus tradito, ne ad altare accessuri vinum biberent. Quoniam autem lex est umbra futurorum bonorum<sup>\*\*</sup>, quid hac lego significetur perscrutans Origenes Christum hunc esse Pontificem censuit, sacerdotes apostolos, et Christum quidem cum ad altare, crucem nempe esset accessurus, in supraea coena vinum quidem non bibisse putavit, his inductus verbis Marci xiv, 25: *Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Patris mei*: apostolos vero bibisse vinum, quia nondum ad altare crucis erant accessuri. En tibi ipsa verba: «Videamus quomodo id vero Pontifici Christo Domino nostro, et sacerdotibus ejus a filiis, nostris vero apostolis possimus aptare, etc. Quærimus ergo quomodo Dominus et Salvator noster, qui est verus Pontifex, cum discipulis suis, qui sunt veri sacerdotes, antequam accedat ad altare Dei, bibat vinum; cum vero accedere cooperit, non bibat. Venerat in hunc mundum Salvator, ut pro peccatis nostris carnem suam offerret hostiam Deo. Hanc priusquam offerret, inter dispensationum moras vinum bibebat: denique dicebatur homo vorax, et vini potator, amicus publicanorum et peccatorum<sup>1</sup>. Ubi vero tempus advenit crucis suæ, et accessurus erat ad altare ubi immolarebatur hostiam carnis suæ, Accipiens, inquit, calicem, benedixit et dedit discipulis suis, dicens: *Accipite et bibite ex hoc*<sup>2</sup>. Vos, inquit, bibite, qui modo accessuri non estis ad altare. Ipse autem tanquam accessurus ad altare, dicit de se: *Amen dico vobis, quia non bibam de generatione vitis hujus, usquequo bibam illud vobiscum novum in regno Patris mei*<sup>3</sup>. Hinc Albertinus effici putat Christi discipulos merum vinum in ultima coena bibisse, quemadmodum Aaron et sacerdotes ad altare non accessuri merum vinum bibeant; nec capere se dicit quid contra opponere possimus. Respondeo vero Origenem, cum existimavit vetus illud Levitici preceptum, quo pontifici et sacerdotibus ad altare accessuris vino interdicebatur, umbram eorum fuisse quae Christo et apostolis contigerunt, quando ille ad altare crucis accessurus vino abstinuit, hi vero nondum ad crucis altare accessuri vinum biberunt, id sibi voluisse, vinum Aaronis et sacerdotum in eo διαγενη̄ fuisse encharistico vino Christi et apostolorum, quod utroque abstinenter qui accessuri erant ad altare, ab iis vero qui non essent accessuri ad altare utrumque biberetur; qua de re scilicet hoc loco agebatur: in aliis autem fuisse ἐπεργεν̄, ac in eo præcipue quod Aaronis et sacerdotum vinum, merum esset vinum; Christi vero et discipulorum, specie duntaxat. Urgebit vero aliquis dicens nulla hic nota distingui vinum illud quod cum publicanis et peccatoribus bibebat Christus, ab eo vino quo in ultima coena abstinuit, sed utrumque opponi vino Aaronis, ac prouinde simile

A fuisse vinum quo Christus abstinuit in postrema coena, vino quod cum publicanis et peccatoribus biberit. Respondeo satis fuisse Origeni, recte institui posse comparationem vinum inter Aaronis, et vinum a Christo sive epotum in vita decursu cum publicanis et peccatoribus, sive non potum, sed discipulis traditum in ultima coena. Nam quamvis hoc specie tantum esset vinum, revera esset Christi sanguis; illud vero et specie et re vinum esset, non in eo similitudinem quæsivit, vel querere debuit Origenes, quod utrumque, vinum esset vel re, vel specie, sed in eo quod illo accessurus ad altare Christus abstinerit, illud non accessurus ad altare biberit: quemadmodum Veteris Testamenti vino abstinebant pontifices et sacerdotes accessuri ad altare, idem vero non accessuri ad altare bibeant.

Tenue vero et infirmum tertii loci robur, quem e Prologo in *Canticum profert* Albertinus. In eo hominis exterioris, corporis nimurum proprium quendam esse cibum scribit Origenes, corporeum scilicet et terrenum: interioris vero hominis et spiritualis proprium quoque esse cibum: panem nempe vivum qui de caelo descendit. Sed ipsa repetamus verbū quæ extant pag. 28: «Est materialis hujus hominis, qui et exterior appellatur, cibus, potusque naturæ suæ cognatus corporeus iste scilicet et terrenus. Similiter autem et spiritualis hominis ipsius, qui et interior dicitur, est proprius cibus, ut panis ille vivus qui de caelo descendit<sup>4</sup>. Sed et potus ille est ex illa aqua quam promittit Jesus, dicens: *Quicunque biberit ex hac aqua quam ego do ei, non sitiet in aeternum*<sup>5</sup>. Sic ergo per omnia similitudo quidem vocabulorum secundum utrumque hominem ponitur; rerum vero proprietas unicuique discreta versatur, et corruptibili corruptibilia præbentur; incorruptibili vero incorruptibilia propounderunt. Unde accidit ut simpliciores quidam nescientes distinguere ac secernere quæ sint quæ in Scripturis divinis interiori homini, que vero exteriori deputanda sint, vocabulorum similitudinibus falsi ad ineptas quasdam fabulas et figurae inania se contulerint, ut etiam post resurrectionem cibis corporalibus utendum crederent, potumque sumendum non solum ex illa vite vera et vivente in sæcula, D verum et ex his vitibus et fructibus ligni. Tantum abest ut hinc aliquid pro sua causa colligere possit Albertinus, ut vel ipsius opinioni contrarium id potius et adversarium sit; vel certe pro neutra parte pugnet. Duplex siquidem cibus, duplex esus interioris hominis intelligi potest: vel esus sacramentalis, cum Christi corpus ore recipimus; vel alter, cum Verbum carnem factum fide apprehendimus et comedimus, quorum isterque capite Joannis sexto exponitur; hic quidem a versu 31 ad haec verba versus 52: *Et panis quem ego dabo*; ille vero ab his verbis ad versum 59. Si esus ille intelligitur, quo Verbum carnem factum fide comedimus, quid inde

<sup>\*\*</sup> Hebr. x, 4. <sup>1</sup> Matth. xi, 19. <sup>2</sup> Matth. xxvi, 26: <sup>3</sup> Marc. xiv, 25. <sup>4</sup> Joan. vi, 41, 51. <sup>5</sup> Joan. iv, 13.

Christianos demonibus acceptos non referre, sed A dæ vero ad condemnationem; ita ut post offulam ingrederetur in illum Satanam. Cæterum consideretur hic panis et hoc poculum a simplicioribus juxta communiorum intelligentiam de Eucharistia, id est, de gratiarum actione: at qui altius haec intelligere didicerint, considerent hoc dictum fuisse juxta divinorem promissionem etiam de Λόγῳ, et Verbo veritatis alimentum uberiorum præstantem, tanquam si exemplo dicerem panem, quod ad corpus attinet, alimentum uberrimum præstantem, febrim subjectam augere, cum contra bonam corporis habitudinem ad sanitatem reducat. Ex his sic ratiocinatur Albertinus: Offula Judæ porrecta ejusdem erat generis ac eucharisticus panis, juxta Origenem: Ψωμίον ὄμογενὲς ἦν τῷ θολέντι καὶ τοῖς ἀποστόλοις. Atque offula illa merus fuit panis: merus igitur et ille. Attendisset vero subtilis ille disputator quæ in exemplum assumuntur, in eo debere convenire cujus causa instituitur comparatio, discrepare posse in aliis, hoc est partim esse ὄμογενή, partim ἐτερογενῆ: hic autem institui ab Origene comparationem offulae Judæ oblatæ cum pane eucharistico, non ad explicandam panis Judæ porrecti naturam, sed ad declarandum ejus effectum, ac vim juvandi vel nocendi pro sumentis habitu: atque ita esse ὄμογενή, quoad illam efficientiam, de qua hoc loco queritur; ἐτερογενῆ vero quoad naturam, de qua nulla penitus hic habita est disputatio. Fimbria vestis Christi quæ αἰμορρόσουσα sanavit, ex contactu sacri corporis Christi virtutem contraxerat, itidem ut offula a Jesu Judæ porrecta. Fimbriæ contactus, pro tangentis pietate vel nequitia, utilis esse poterat, vel noxious. Par ergo jure fimbriæ contactum cum panis eucharistici esu comparare Origenes potuit; utraque enim in eo conveniebant, quod pro tangentis et edentis habitu salubris vel damnosa esse poterant; in aliis discrepabant. Id si fecisset, utraque sane dicere potuisset ὄμογενή, nempe quoad illam vim et efficientiam; non quoad naturam. Idem dicas de offula eucharistico pani assimilata. Alioqui cum offulam Judæ porrectam pani illi quo vitam sustinemus, similem esse dixit Origenes, hoc est ὄμογενή, in eo nempe quod ut illa anime, sic ille corpori pro comedentis D habitu robur conciliare potest, vel morbum; concludam utique eadem virtute pollere panem nostrum quo vescimur, ac offulam illam, cui peculiarem vim contactu suo Christus iudicavit: quod est absurdum. Quid si præterea offulam illam fuisse panem ipsum eucharisticum Judæ porrectum Origenem existimasse dicamus? Profecto locus iste contrarium nihili habet huic sententiæ, quam et Cyrillus in Joan. vi, et Anastasius Sinaita Orat. De synaxi amplexi sunt. Id si sit, plane ὄμογενές fuerint eucharisticus panis et offula Judæ porrecta, et quoad efficientiam, et quoad naturam.

Parem propinuum adhibebimus explicationem

Martyri succenturiatus prodit in pugnam Alberinus *De sacrament. Euchar.* lib. II, in Exam. testim. Origen. recocisque aliquot testimonii ex Origene jam ante a Martyre depromptis, quatuor inidem petita de suo addit, ad trutinam nostram revocanda. Prius habetur tom. XXXII in *Joan.*, num. 16, ubi de offula Judæ a Jesu porrecta disserens, vim ei quamdam ac virtutem a Christo inditam fuisse vult, quæ Judæ utilis esse potuisset, nisi offulae prævertisset Satanás, et ne benefica ejus vi frueretur proditor, occupato ipsius corde impenitus. Tum id gemino illustrat exemplo, priore corporis et sanguinis Christi, quæ pro ejus pietate vel nequitia qui suscipit, utilia sunt vel noxia; altero panis illius communis quo alimur, qui pro comedentis habitu vel sanitatem consert ac vigorrem, si valenti corpore; vel morbum, si febribuloso ac infirmo exceptus sit. Locus ita conceptus est: Καὶ οὕτω δὲ ὡς ἀπιθάνως εἰς τὸν τόπον λέγοτο, ὥστε περὶ ὁδραξιῶν ἐσθιωντὸν ἀρτον τοῦ Κυπρίου, η̄ πίνων αὐτοῦ τὸ ποτήριον, εἰς κρίμα ἐσθίει καὶ πίνει, τῆς μιᾶς ἐν τῷ ἄρτῳ χρείτενος δυνάμεως, καὶ ἐν τῷ ποτηρίῳ, ὑποκειμένη μὲν διαθέσει χρείτενον, ἐνεργαζομένης τὸ βέλτιον· γέροντες δὲ ἐμποιούστης τὸ κρίμα· οὕτω τὸ ἀπὸ τοῦ Ἱησοῦ ψωμίον ὄμογενὲς ἦν τῷ δοθέντι καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις ἐν τῷ· Λέβετε, φάγετε, ἀλλὰ ἔχεινοι μὲν εἰς σωτηρίαν, τῷ δὲ Ιούδᾳ εἰς κρίμα, ὡς κατὰ τὸ ψωμίον εἰσεληγυθένται εἰς αὐτὸν τὸν Σατανᾶν. Νοεῖσθω δὲ ὁ ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον τοῖς μὲν ἀπλουστέροις κατὰ τὴν κοινωνίαν περὶ τῆς Εὐχαριστίας ἐκδοχῇ· τοῖς δὲ βαθύτερον ἀκούειν μεμαθήσοις, κατὰ τὴν θειότεραν, καὶ περὶ τοῦ τροφίμου τῆς ἀληθείας Λόγου ἐπαγγελιῶν· ὡς εἰ ἐν παραδείγματι ἔλεγον, ὅτι: καὶ ὁ κατὰ τὸ σωματικὸν τροφιμώτατος ἄρτος πυρετὸν μὲν ὑποκειμένον αῦξει, εἰς ὑγείαν δὲ τὴν εὔεξιαν ἀνάγει. • Proinde haud absurdum in præsenti loco dicereatur, quod ut, qui indigne panem Domini comedit, vel calicem ejus bibit, in judicium manducat et bibit<sup>¶</sup>; in pane et calice una virtute præstantiori operante bonum in bono affectu' constituto, in affectu vero malo operante condemnationem; sic offulam a Jesu datam ejusdem generis fuisse cum ea, quam Jesus dedit cæteris apostolis, dum dicebat: Accipite, comedite<sup>¶</sup>; sed illis quidem ad salutem, Ju-

<sup>¶</sup> 1 Cor. xi, 20. <sup>¶</sup> Matth. xxvi, 26.

loci alterius ex homil. 7 in *Levit.*, num. 4, quo agitur de præcepto Aaroni, et sacerdotibus tradito, ne ad altare accessuri vinum biberent. Quoniam autem lex est umbra futurorum bonorum<sup>20</sup>, quid hac lego significetur perscrutans Origenes Christum hunc esse Pontificem censuit, sacerdotes apostolos, et Christum quidem cum ad altare, crucem nempe esset accessurus, in suprema cœna vīnum quidem non bibisse putavit, his inductus verbis Marci xiv, 25: *Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc genimine vītis, usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Patris mei*: apostolos vero bibisse vinum, quia nondum ad altare crucis erant accessuri. En tibi ipsa verba: «Videamus quomodo id vero Pontifici Christo Domino nostro, et sacerdotibus ejus ac filiis, nostris vero apostolis possimus aptare, etc. Quærimus ergo quomodo Dominus et Salvator noster, qui est verus Pontifex, cum discipulis suis, qui sunt veri sacerdotes, antequam accedat ad altare Dei, bibat vinum; cum vero accedere cooperit, non bibat. Venerat in hunc mundum Salvator, ut pro peccatis nostris carnem suam offerret hostiam Deo. Hanc priusquam offerret, inter dispensationum moras vīnum bibebat: denique dicebatur homo vorax, et vīni potator, amicus publicanorum et peccatorum<sup>21</sup>. Ubi vero tempus advenit crucis suæ, et accessurus erat ad altare ubi immolarebat hostiam carnis suæ, Accipiens, inquit, calicem, benedixit et dedit discipulis suis, dicens: *Accipite et bibite ex hoc*<sup>22</sup>. Vos, inquit, bibite, qui modo accessuri non estis ad altare. Ipse autem tanquam accessurus ad altare, dicit de se: *Amen dico vobis, quia non bibam de generatione vītis hujus, usquequo bibam illud vobiscum novum in regno Patris mei*<sup>23</sup>.» Hinc Albertinus effici putat Christi discipulos merum vīnum in ultima cœna bibisse, quemadmodum Aaron et sacerdotes ad altare non accessuri merum vīnum bibeant; nec capere se dicit quid contra opponere possimus. Respondeo vero Origenem, cum existimavit vetus illud Levitici præceptum, quo pontifici et sacerdotibus ad altare accessuris vīno interdicebatur, umbras eorum fuisse quæ Christo et apostolis contigerunt, quando ille ad altare crucis accessurus vīno abstinuit, hi vero nondum ad crucis altare accessuri vīnum biberunt, id sibi voluisse, vīnum Aaronis et sacerdotum in eo διερογενῆ fuisse eucharistico vīno Christi et apostolorum, quod utroque abstinerent qui accessuri erant ad altare, ab iis vero qui non essent accessuri ad altare utrumque biberetur; quia de re scilicet hoc loco agebatur: in aliis autem fuisse ἐπερογενῆ, ac in eo præcipue quod Aaronis et sacerdotum vīnum, merum esset vīnum; Christi vero et discipulorum, specie duntaxat. Urgebit vero aliquis dicens nulla hic nota distingui vīnum illud quod cum publicanis et peccatoribus bibebat Christus, ab eo vīno quo in ultima cœna abstinuit, sed utrumque opponi vīno Aaronis, ac proinde simile

A fuisse vīnum quo Christus abstinuit in postrema cœna, vīno quod cum publicanis et peccatoribus biberit. Respondeo satis fuisse Origeni, recte institui posse comparationem vīnum inter Aaronis, et vīnum a Christo sive epotum in vitæ decursu cum publicanis et peccatoribus, sive non potum, sed discipulis traditum in ultima cœna. Nam quamvis hoc specie tantum esset vīnum, revera esset Christi sanguis; illud vero et specie et re vīnum esset, non in eo similitudinem quæsivit, vel querere debuit Origenes, quod utrumque, vīnum esset vel re, vel specie, sed in eo quod illo accessurus ad altare Christus abstinerit, illud non accessurus ad altare biberit: quemadmodum Veteris Testamenti vīno abstinebant pontifices et sacerdotes accessuri ad altare, idem vero non accessuri ad altare bibeant.

Tenuerat vero et infirmum tertii loci robur, quem e Prologo in *Canticum profert* Albertinus. In eo hominis exterioris, corporis nimirum proprium quendam esse cibum scribit Origenes, corporeum scilicet et terrenum: interioris vero hominis et spiritualis proprium quoque esse cibum; panem nempe vivum qui de cœlo descendit. Sed ipsa repetamus verbū quæ exstant pag. 28: «Est materialis hujus hominis, qui et exterior appellatur, cibus, potusque naturæ suæ cognatus corporeus iste scilicet et terrenus. Similiter autem et spiritualis hominis ipsius, qui et interior dicitur, est proprius cibus, ut panis ille vivus qui de cœlo descendit». Sed et potus ille est ex illa aqua quam promittit Jesus, dicens: *Quicumque biberit ex hac aqua quam ego do ei, non sitiet in æternum*<sup>24</sup>. Sic ergo per omnia similitudo quidem vocabulorum secundum utrumque hominem ponitur; rerum vero proprietas unicuique discreta versatur, et corruptibili corruptibilia præbentur; incorruptibili vero incorruptibilia propounderunt. Unde accidit ut simpliciores quidam nescientes distinguere ac secernere quæ sint quæ in Scripturis divinis interiori homini, quæ vero exteriori deputanda sint, vocabulorum similitudinibus falsi ad ineptas quasdam fabulas et figmenta inania se contulerint, ut etiam post resurrectionem cibis corporalibus utendum crederent, potumque sumendum non solum ex illa vite vera et vivente in sæculo, D verum et ex his vitibus et fructibus ligni. Tantum abest ut hinc aliquid pro sua causa colligere possit Albertinus, ut vel ipsius opinioni contrarium id potius et adversarium sit; vel certe pro neutra parte pugnet. Duplex siquidem cibus, duplex esus interioris hominis intelligi potest: vel esus sacramentalis, cum Christi corpus ore recipimus; vel alter, cum Verbum carnem factum fide apprehendimus et comedimus, quorum utsique capite Joannis sexto exponitur; hic quidem a versu 34 ad hæc verba versus 52: *Et panis quem ego dabo*; ille vero ab his verbis ad versum 59. Si esus ille intelligitur, quo Verbum carnem factum fide comedimus, quid inde

<sup>20</sup> Hebr. x, 4. <sup>21</sup> Matth. xi, 19. <sup>22</sup> Matth. xxvi, 26: <sup>23</sup> Marc. xiv, 25. <sup>24</sup> Joan. vi, 41, 51. <sup>25</sup> Joan. iv, 13.

num. 15, pag. 494, incircumeisum appellat, qui concessis matrimonii jure voluptatibus intemperantius abutitur; circumcisum vero, « si quis in hujuscemodi negotio legitimis, et quantum posteritati sufficit utatur officiis. » In quo præterquam querendæ sobolis gratia, congressum omnem conjugalem videtur respuere, etiam illum qui ut debitum redditur, vel vitanda temptationis causa perpetratur. Sed hæc quoque in voce « legitimis » contineri possumus respondere; vel circumcisum quidem cum esse qui procreandæ tantum ad cultum Dei proliis causa actum conjugalem exercet; at non incircumeisum, qui alios præterea fines spectat, sed qui intemperanter se gerit. Hieronymus certe lib. II in *Epist. ad Ephes.*, cap. 5, reliquos omnes videtur improbare fines, unum hunc admittere, quo soboles comparanda proponitur. « Si, inquit, ita uxor subjicienda viro est, ut Christo Ecclesia; inter virum et uxorem erit sancta conjunctio, et nunquam corporis servient passionibus: » Corinthiis vero, ut infirmis, necdum solida pietate roboratis motuam debiti solutionem per τυχατάσσειν et indulgentiam Paulum concessisse dicit; at Ephesiis, ut pote in Christi doctrina provectionibus ademisse; unicuique tamen vel Ephesios, vel Corinthios æmulari fas esse. Et paulo post: « Liberorum ergo, ut diximus, in matrimonio opera concessa sunt. Voluptates autem, quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in uxore damnatae. Hoc legens omnis vir et uxor, intelligent sibi post conceptum magis orationi quam connubio serviendum. Et quod in animalibus et bestiis ipso naturæ jure præscriptum est, ut prægnantes ad partum usque non coeant, hoc in hominibus sciant arbitrio derelictum, ut merces esset ex abstinentia voluptatum. » Eo accedunt ista Epiphanius bær. 63, cap. 4, « Ο σεμνὸς δὲ γάμος παρδοκούλαν οὐχ εἰς αἰσχύνην τὰ ἐκ Θεοῦ χαλῶς κακτισμένα ἀπαγόρευε: ἀλλ' οὐτε ἄλλως μεταχειρίζεται τῆς τοῦ γάμου κοινωνίας τὴν ἐκ Θεοῦ τεταγμένην ἀγωγήν. » Neutiquam honorabiles nuptiæ ad ignominiam trabentes quæ a Deo condita sunt, liberorum procreationem prohibent; sed nec aliter usurpant nuptialis conjunctio modum a Deo institutum. » Astipulatur Augustinus libro *De bono conjugali*, cap. 7. « Reddere, inquit, debitum conjugale nullius est criminis; exigere autem ultra generandi necessitatem, culpe venialis: » quod iterat cap. 10 et 11, et lib. I *De nupt. et concupisc.*, cap. 14. Astipulatur et supplementum *Summae S. Thomæ* quæst. 49, a. 5. Quod autem jactat Theophilus *Pasch.* 2 et 3, Origenem « honorabiles condemnasse nuptias, » non id ex ejus verbis, sed ex doctrinæ ipsius consequentia arguit: sic enim ratiocinatur: Si in corpora, sic tanquam in ergastula, detruduntur animæ noxiæ, non esse illud « cubile immaculatum, » nec « honorabiles nuptias, » quæ formandis corporibus, ac animis puniendis operam dant, cum, « propter poenæ animarum, et

A non propter generationis ordinem, nuptiarum adolescentulis vincia tribuantur. »

Hoc amplius, scribit Origenes homil. 6 in *Num.*, num. 3, actibus conjugalibus Spiritum sanctorum non adesse. Verba haec sunt: « Counubia quidem legitima carent quidem peccato; nec tamen tempore illo quo conjugales actus geruntur præsentia sapienti Spiritus dabitur, etiamsi propheta esse videtur, qui officio generationis obsequitur. » At constat tamen actum hunc, si suscipienda proliis causa exerceatur, vel debiti reddendi, quia aliud est religionis opus, aliud justitiae, sanctum esse et pius, ac proinde Spiritus sancti subsidio et ope exerceri. Contradicit nihilominus Auctor *Operis imperfecti* in *Matth.* 1, 18, sitque matrimonium etiæ uteribus poenam non inferat, mercedem tamen non præstare.

Postremo iteratas nuplias, non quasi damnoes penitus ac noxias, sed quasi pio et Christiano homine indignas Adamantius traduxit: quod merito criminali sunt Magdeburgenses, Cent. 3, cap. 10. « Nunc vero, » inquit homil. 17 in *Luc.*, « et secundæ, et tertiæ, et quartæ nuptiæ, ut de pluribus taceam, reperiuntur, et non ignoramus quod tale conjugium ejiciet nos de regno Dei. » Et deinde: « De cœta primitiorum immaculatorumque Ecclesiæ, que non habet maculam, neque rugam » ejicietur digamus, non quo in æternum mittatur incedium, sed quo partem non habeat in regno Dei. Tum mox: « Puto enim monogamum, et virginem, et eum qui in castimonia perseverat, esse de Ecclesia Dei; eum vero qui sit digamus, licet bonam habeat conversationem, et cæteris virtutibus polleat, tamen non esse de Ecclesia, et de eo numero qui non habet rugam aut maculam, aut aliquid istiusmodi; sed esse de secundo gradu, et de his qui invocant nomen Domini, et qui salvantur quidem in nomine Iesu Christi; nequaquam tamen coronantur ab eo. » Hinc homilia 19 in *Jerem.*, num. 4, non æterno quidem addicendum tradit supplicio digamum, sed participem salutis alicuius futurum, non tamen tantæ felicitatis, quante qui purus vixerit. Tono quoque xx in *Joan.*, num. 10, in eo neutiquam imitandum Abrahamum pronuntiat, quod ancillæ concubuerit, et defunctæ uxori aliam in senectute superinduxerit. Profecto non Montanistæ, inter quos Tertullianus, nec Novatiani solum hac opinione infecti sunt, sed nonnulla etiam hujus affilia ex orthodoxis scriptoribus afferri solent, quæ in Decretorum parte II, caus. 31, quæst. 1, can. 8, 9 et 10, retulit Gratianus. Prior locus est ex Neocæsariensi concilio, quo « secundarium nuptiarum connubio » presbyter intereste prohibetur, cum præsertim nuptiis ejusmodi poenitentia imponi soleat. Ubi pro, « connubio, » legendum est, « convivio; » sic enim paulo post habetur: « Quis erit presbyter, qui propter convivium illis consentiat nuptiis? » Ita legitur in

ipsis concilii exemplaribus, ex Greco : Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἔσταιθεν. Quod sic reddit Dionysius Exiguus : « Presbyter in nuptiis ejus qui duas uires dicit, seu digamus efficitur, ne convivetur. » Alter locus est ex auctore *Operis imperfecti*, homil. 33 in *Math.*, 19, quo decernitur licitum esse secundum Apostoli praeceptum secundas adire nuptias, et secundum autem veritatis rationem, vere fornicationem esse : sed cum permittente Deo publice et licenter committitur, fieri honestam fornicationem. » Tertium deinceps supponit Hieronymus lib. i in *Jovinian.*, cap. 8, quo secundas nuptias vix nupliarum nomine donandas, et vix excusandas definit. At id non tam ad eas repudiandas, quam ad extollendam viduarum castitatem dictum respondet Gratianus, et ex aliis ejus testimonijis approbat. Tot vero seatet erroribus *Operis imperfecti* scriptor, ut in dogmaticis disputationibus minime sit audiendus. Neocesariensem autem synodum de pluribus simul ductis uxoribus agere nonnulli respondent : quam responsionem probare non possum. Malum fateri talem fuisse ea aetate Ecclesiae severitatem et rigorem, ut licitas Eccl. aliquam tamen incontinentiae speciem praeserentes nuptias secundas, non celebritate solum carere, eique presbyterum omnino non interesse, sed poenitentiae etiam impositione quodam modo notata esse vellet.

IV. Theophilus Alexandriensis, *Pasch.* 2 epist. Origenem causatur magicis artibus patrocinium tribuisse. Verba haec adducit e scriptis Origenis : « Ars magica non mihi videtur alicujus rei subsistentis vocabulum : sed eti si, non est operis mali, ne quid habere possit contemptui. » Tum multa adversus eum oratorie exaggerat; res attentius intraspicere insuper habet. Origenem ait Elymæ, Jamne et Mambræ fautorem esse; deletam fuisse adventu Christi idolatriam, que ex arte magica profecta et, ac deletam proinde magiam ipsam; aliaque ejusmodi plurima congerit. Quocirca anonymous apud Photium, cod. cxvii, inter criminationes in Origenem ab adversariis confitatas hanc nonno loco recusat : ὅτι οὐ κακὸν ἡ μαγία· malam non esse magiam. Meminissent accusatores illi duplēcē esse magiam, ut recte ex Hieronymo, et Justino probant Sixtus lib. vi, annot. 8, et Genebrardus *Collect.* cap. 6, alteram, quæ ex naturalibus causis et principiis res prævidet et prædictit, et nonnunquam etiam efficit, quæ proprie philosophia est; alteram, quæ dæmonum ope et subsidio utens, præstigiis homines fallit et deludit. Magos illos, a quibus magia dicta est, deorum religionibus addictos, nonne inde a patria dialecto sortitos refert Porphyrius lib. iii, Περὶ ἐμψύχων ἀποχῆς. Παρὰ μὲν γε τοῖς Πέρσαις, inquit, οἱ περὶ τὸ Θεῖον σοφοί, καὶ αὐτοῦ θεράποντες, Μάγοι μὲν ὄνομάζονται· τοῦτο γὰρ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον σημαίνει δέ Μάγος. « Apud Persas, qui rerum divinarum periti sunt, deosque colunt, Magi nuncupantur : id enim

A patria illorum dialecto significat Magus. » Præcipui autem inter philosophiæ parentes Magi commemorantur a Lætio in Proœm. Magiam ergo si rem non malam esse dixit Origenes, perinde est ac si philosophiam rem non malam dixerit. Pari modo accipiendum est quod ait lib. vii *contra Cel.*, num. 5, artem προγνωστικήν medium aliquid esse et indifferens : nam si ex causarum naturalium inspectione proficiscatur, laudabilis est ; sin ex demonum technis, vituperanda. Οὐ λόγος δῆ αἰρεῖ, inquit, φάσκει τὰ νομίζειν εἶγα τὰ τοιαῦτα (πνεύματα) τῇ προγνωστικῇ δυνάμει, μέση τυγχανούσῃ εἰς ἀπάτην ἀνθρώπων χρώμενα, καὶ πρὸ τὸ περισπάσαι αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς καθαρᾶς εἰς αὐτὸν εὑσπελεῖς. Magicas ergo artes, que dæmonum fallaciis administrantur, improbat et rejicit : sed in molitiam disertius sub finem antecedentis libri, num. 80 ; ibi quippe Celsus coarguit, qui Magos ἐνθυσιῶτας appellaverat, ἀφ' ὧν, inquit, ἡ παρώνυμος τοῦ Εἴδους αὐτῶν μαγεία καὶ τοῖς λοιποῖς ξύνεστιν, ἐπιδιαφθορᾷ καὶ διέθρῳ τῶν χρωμάτων αὔτῃ, ἐπιδιόπητικήν ειπειν. et homil. 13 in *Num.*, num. 5 : « Nec mireris, si est in magica arte tale aliquid : esse enim hanc artem designat etiam Scriptura, sed uti es prohibet. Nam et dæmones Scriptura esse designat, sed coli eos et exorari vetat. Recte ergo etiam magica uti prohibet, quia Magorum ministri angeli sunt refugia, et spiritus maligni, et dæmonia imunda. » Reliqua non minus dilucida vitande quietatis causa prætermittit. Tractatu etiam in *Maiestatis* quinto, num. 410, pag. 910, Iudaicos esse dicit adjurare dæmonia, neque secundum protestatem a Christo concessam ; quo significari vult S. Thomas 2-2, quest. 90, a. 2, id adjurationis genus, quod fit per preces, sacrificia, et ueritas cæremonias ; non alterum illud, quod fit potestatis, ut loquitur Thomas, et quo Ecclesia uti solet. Libro etiam in *Περὶ ἐμψύχων*, cap. 3, num. 5 et 4, ita dæmonia magia disserit, ut pro noxia et perniciosa hanc ipsum habuisse constet.

V. Quæ cum ita se habeant, miror id scripsisse Eustathium Antiochenum : 'Αλλ' ὁ κομψὸς Ὑπτιγένης εἰδωλολατρείας δργανα, καὶ νεκρομαντείας εὐρήματα τῷ τῆς Ἐκκλησίας Θέλων ἐπεισκυλήσας: χορῷ τοῦ Θείου καταψύσσεται Γράμματος. » Sed venustus Origenes idolatriæ instrumenta, et necromantia inventa in Ecclesiæ chorum inducere volens, in sacram Scripturam mentitur. » Locus habetur in libello *De engastrimytho*, quem lucubravit ad id rejiciendum Origenis dogma, quo animam ipsam Samuelis a Pythonissa per incantamenta evocatam decrevit. Eadem de causa peculiari libro Origenem Methodius Tyrius refellit, ut auctor est Hieronymus *De script. eccl.*, cap. 94. Hunc etiam notat errorem, suppresso licet Origenis nomine, Gregorius Nyssenus in Epistola ad Theodosium de Pythonissa. Ac Eustathius quidem, cuius librum Leo Allatius editit, variis rationibus ostendere conatur non Samuelem, Samuelisve animam Pythonissæ carmini-

bus suis excitatam, sed dæmonem, vel phasma a dæmons confictum. Sigillatim hæc persequi, non est otii nostri, nec instituti: satis habet Origenes præsidii in Patrum aliquot consensu, quos Leo Allatius in syntagmate *De engastrimytho*, cap. 7, recenset: Justini in his *dialog. cum Tryph.*; Sulpicii Severi *Histor. sacr.*, lib. 1, et Anastasii Antiocheni in *Oδηγῷ*, quæst. 112, et eorum præterea quos laudat Bellarminus lib. iv *De Christo*, cap. 11. His adde antiquissimorum rabbinorum suffragium, qui tradunt mortuorum animas, si ante annum a morte præteritum evocentur, quo tempore excita fuit Samuelis anima, videri quidem ab engastrimytho, non audiri; audiri ab eo qui oracula scitatur, non videri; ab aliis nec audiri, nec videri.

VI. Hieronymus lib. i *Apolog. in Rufin.*, cap. 4, Origenis locum assert e lib. vi *Stromat.*, in quo juxta Platonis sententiam mentiri nonnunquam licere defendit. Idem visum est ipsi Hieronymo lib. i *Comment. in Epist. ad Galat.*, cap. 2, vers. 11, multisque opinionem suam defendit. Visum id quoque Chrysostomo lib. i *De sacerdotio*, et Casiano lib. xvii *Collat.*, cap. 8 et 17, et seq. Sed pa-

A iam refragatur Augustinus in libro *De mendacio*, ad *Consentium*, cap. 2, et in *Epistola quadam ad Hieronymum*, eique assentuntur theologi omnes, quodlibet mendacium, simulationem quamlibet damnantes, et peccati nota afflentes.

VII. Qui vero mendacium non usquequaque damnat Origenes, idem jurejurando penitus interdicit tract. 55 in *Malthe.*, num. 110, pag. 910, ita disputans: « Simile est enim quod dicit in Evangelio Dominus ipse: *Ego autem dico non jurare omnino*<sup>7</sup>, et non adjurare omnino. Si enim jurare non licet, quantum ad evangelicum Christi mandatum, verum est quia nec adjurare alterum licet. » In eadem fuere sententia Athanasius, Chrysostomus, Epiphanius, Hilarius, aliisque complures, quos citat Sixtus Senensis lib. vi, annot. 26, eorumque secutus est opinionem Pelagius, ut ab Augustino traditur in calce epist. 89, et recentium heterodoxorum magna pars: cum e contrario sanctum esse et utile juramentum, pie modo et prudenter, et flagitante necessitate adhibeatur, catholica Ecclesia constitutat.

### CAPUT III.

#### Generale Origenianæ doctrinæ examen.

I. Iniqua fere pro Origene, vel contra Origenem judicia. II. Recensentur ipsius defensores. III. Multa ad Origeniani nominis oppugnatores confutandos generatim proponuntur. Mutua criminationum repugnantia; IV. Origenistarum errores Origeni afficti; V. Rufini interpretis perfidia; VI. Patrum falsis crimibus appetitorum exemplum; VII. Philocalia a Gregorio Theologo, et Basilio ex Origenis scriptis excerpta; VIII. Allegoricæ ipsius interpretationes. IX. Frustra hærecon sons appellatus est. X. Librorum ipsius depravatio. XI. Multa quoque ad ipsum excusandum in universum adducuntur: perpetua ipsius in proponendis sententiis hæsitatio; ejusdem modestia; XII. Constans hærecon insectandi studium; XIII. Nima in scribendo festinatio; XIV. Theologicæ quæstiones ipsius temporibus nondum satis excussæ, nec per Ecclesiam definitæ. XV. Eum tandem temere dictorum pœnituit. XVI. Immerito Rufinum reprehendit Hieronymus, propter inscriptum Origenis *Apologiae Pamphili nomen*. XVII. In multis peccasse Origenem satendum est. XVIII. Quo numero libri Origenis habendi sint, disputatur. XIX. Et utrum inter hæreticos ponendus ipse sit.

I. Quod de Origene Origenisque dogmatis jactabatur olim: Ubi bene, nemo melius; ubi male, nemo pejus; idem propemodum nunc de eo, iisque merito dici potest, qui de ipsius doctrina sententiam tolere: Ubi bene accipitur, neminem accipi melius, neminem majoribus extollи præconiis, neminis doctrinam acrioribus studiis defendi; ubi male, duriori neminem et asperiori censura despicari. Adeo extrema omnia, non in vita solum, sed post mortem etiam vir ille expertus est; nescio qua fati urgente pertinacia, et perpaucos Adamantium inter ipsiusque adversarios medias sectari partes patiente. Alios quidem tam inique erga ipsum animatos video, ut in nefariorum ac pestiferorum hæreticorum censu Origenem ponant, et

C tanquam de Ecclesiæ propudio ac vibice, sic de eo statuendum esse velint: alii contra tam cæco et effreni studio in eum feruntur, ut omnia ipsius facta ac dicta tueri parati sint, nec aliter dogmata eius, quam ut χρήσις δόξας amplectantur.

Unus utrique  
Error, sed variis illudit partibus<sup>8</sup>.

Evidem extrema hæc inter, medium quoddam iter tenendum puto, si quis æquus esse, nec sese ipse fallere velit. Fatendum est sæpe peccasse Origenem, et in damnosos errores incidisse; in multis falso et immerito fuisse accusatum si quis neget, profligati illum pudoris esse, et supra jam probavimus, et deinceps etiam ostendemus. Praclare Pamphilus in *Præfatione Apologiae*: « Consequens erat

<sup>7</sup>Malthe. v, 34. <sup>8</sup>Hort. lib. ii, Satyr. 5, vers. 50, 51.

*ex his omnibus laborum et studiorum suorum se-  
aliorum amplecti talem virum (Origenem) et ne-  
que defensionis studio plus dare ei meriti, quam  
measura depositit; neque rarsus obtrectandi vitio  
facile condemnare, et alienum ab ecclesiastica do-  
ctrina temere pronuntiare: cum utrumque istud  
præcipuum providens ante divinus sermo prohibi-  
buerit dicens: Non sit in te mensura major, neque  
minor: abominabile est enim in conspectu Domini  
utrumque\*. Unicuique enim, prout dignum est tri-  
boere, justitiae hoc proprium est. Propter quod et  
mensura integra, et pondus æquatae acceptabile est  
apud Deum; non hoc quod mentitur veritatem, per  
quod vel plus donatur rebus, quam merita depo-  
scunt, vel subtrahunt meritis quod debetur. » Ig-  
nitus utrorumque mihi improbarat ratio, tum qui  
apologis suis omni labore purgare Origenem student,  
tum qui ejus nomen ab Ecclesia penitus detestan-  
tur: sed iis tamen qui ipsius propugnandum sus-  
cepserunt causam plus favere me profiteor; scitum  
quippe est plus reo favendum esse, quam actori.*

*B II. Nec me quorundam hominum movent con-  
vicia, qui non sua modo defensione indignum Ori-  
genem existimant, sed iis etiam temeritatis notam  
inurunt, quicunque aliquod ei excusationis præ-  
stant officium. Quo suo decreto, non quosdam de  
trivio magistello, sed principes in litteris et pie-  
tate insignes viros percellunt. Nam ut Alexandrum  
Jerosolymitanum, Theoctistum Cæsariensem, Dio-  
nysium Alexandrinum, Firmilianum Cæsariensem,  
Gregorium Thaumaturgum, et Athenodorum, alios  
que Origeni coævos prætermittam; et totam  
denique Palestinam, Arabiam, Phœniciam et  
Achiam, quæ Origenis partes adversus Demetrium  
Alexandrinum tutatae sunt, aperte easdem luculentis  
scriptis deinde propugnaverunt Eusebius et  
Pamphilus, cum in ecclesiastica Historia, tum  
multo magis per Apologiam sex libros complexam,  
quorum unicus superest. Alios quoque magni no-  
minis viros complures Eusebii temporibus apologias  
pro Origene scripsisse tradit Photius cod. cxviii.  
Inter Origeniani nominis sautores Athanasium ponit  
Stephanus Tritheita, cognomento Gobarus,  
cojus excerpta habet Photius cod. cxxxii. His ac-  
censendus Didymus Alexandrinus, qui pro Origene D  
Apologeticum edidit, et Titus Bosiensis, et Gre-  
gorii ambo, Nazianzenum dico, et Nyssenum, qui  
a Gobaro commemorantur, et Joannes Jerosolymita-  
nus assiduis eam ob rem Epiphani et Hieronymi  
probris lacesitus. Methodium quoque, infensus  
illum Origenis adversarium, sui aliquando odii pœ-  
nituit, et inter ejus admiratores ac defensores no-  
men suum professus est. Tulit eadem ætas addi-  
ctissimum Origeni Rusnum Aquileiensem, et innu-  
meros per Aegyptum dispersos monachos, maximis  
eadem de causa cum Theophilo Alexandrino veli-*

\* Prov. xx, 10.

(43) Nocuit et illud Origeni, quod maximæ lu-  
cubrationum suarum partis Rusnum interpretem natus

A tationibus conflictatos. Anonymi cuiusdam toties a  
nobis jam supra laudati *Apologiam pro Origene*  
legisse se testatur Photius, cod. cxviii, auctoris no-  
men et etatem silentio pressit. Quid jam recentio-  
res commemorem, Joannem Picum Mirandulanum,  
Jacobum Merlinum Victuriensem, Desiderium  
Erasmum Roterodamum, Sixtum Senensem, Clau-  
diom Espençæum, Gilbertum Genebrardum, et no-  
vissime Petrum Halloxiūm, quorum luculentæ ex-  
stant in Origenis defensionem dissertationes?

III. Horum quidem exemplum sine reprehensione  
sectari me potuisse puto; neque feci tamen, nec  
porro faciam: in neutrā enim partem nimis con-  
spici velim: tantum quid utrinque affiri in uni-  
versum possit, disputabo. Primum, quid Origenis  
causæ maxime faveat, videndum est; eius duplex  
est ratio, vel constatis in eum criminationib[us] di-  
luendis, vel ipso Origene excusando. Confutantur  
primum accusations hoc arguento, quod plera-  
que sibi repugnat invicem, et in sese incurvant.  
Inter novem criminationes a Pamphilio commemo-  
ratas, contrariae sibi sunt priores quatuor, quæ ad  
Christum pertinent, ut vel silente ipso Origene, mu-  
tuō sese illæ refellant. Quod si quis superius capit,  
quod Adamantii dogmata complectitur, attentis ocu-  
lis perlustret, multa illic objecta Origeni criminis  
adversari sibi invicem deprehendet.

IV. Alterum defendendi Adamantii argumentum  
ex eo petitur, quod Origenistarum heterodoxorum  
errores Origeni sæpe afficiuntur, et quod, ut ait  
Beda in *Collectaneis* et *Florib.*, cap. de *Luminariis*  
*Eccles.*: « Multi ejus pessimi discipuli multa vene-  
nosa sub nomine hujus edidisse videntur. » Cum  
enim Christianum orbem in factiones dissipasset  
ipsius doctrina, ut multa huic falso ab adversariis  
impacta sunt, ita non pauca tanquam ab ipso tra-  
dita propugnarunt ipsius assecere; vel quæ re ipsa  
fuerant ab illo tradita, in aliam sententias  
detorserunt: quorum causa insolenti Origeni de-  
legabatur. Caute ergo et diligenter Origenista  
dogmata ab Origenicis seponat, et in diversis ca-  
sis Origenem ac Origenistas versari sciat, quisquis  
historiam hanc accurate rimari et perspectam ha-  
bere volet.

V. (43) Nocuit et illud Origeni quod maximæ lu-  
cubrationum suarum partis Rusnum interpretem  
natus est. Cujus tanta fuit in Latine reddendis  
veterum scriptis, et tam immoderata licentia, quem  
admodum sæpe monimus, cum multa detrahendo,  
vel inseriendo, tum pleraque interpolando et re-  
coquendo, ut intelligere debeat quicunque conver-  
sum a Rusno scriptorem aliquem legat, non tam se  
auctoris ipsius, quam Rusni sententias et verba  
leggere. Eo vero latius patet id vitium, quod ip-  
sum Origenianæ doctrinæ fontem, libros *Hepi-  
dōxων*, unus ille ad nos derivavit, et suis quidem

est. Vide Praefationem nostram tomo primo præfi-  
xam pag. 2, 3 et 4.

sordibus inquinatos; eius testem citamus Ruslinum ipsum in Prologo, et in Praefatione libri iii. Nemo autem superioris capituli dissertationum fidem hinc elevari posse putet; cum enim magna criminationum pars, quas Origenis oppugnatores jactant, inde petita sit; quid aptius quam responsiones indidem depromere, unde criminationes petitae sunt? Si quis ergo e corrupto libro prolatas defensiones causetur, cadat accusationum ex eodem accessitarum fides necesse est. Quod si suum his servetur robur, stabit illarum quoque auctoritas.

VI. Multum etiam ad defensionem Origenis confert Patrum aliorum exemplum, quibus errores aliqui exciderunt humanitas, quamvis orthodoxam in aliis tenuerint fidem, et inter orthodoxos posit sint. Nam ut alios brevitatis causa prætermittant, quot recensere possumus nulla haereses suspicione aspersos, et de Trinitate tamen falsa et absurdamenta? Venient in hunc ordinem Justinus martyr, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Clemens Romanus, Gregorius Thaumaturgus, Methodius, Lucianus, et Origenis præcipue discipulus Dionysius Alexandrinus, quem idcirco Anomœorum parentem appellat Basilius epist. 41, et Arianismi fontem Gennadius lib. ii, *De dogmat.* cap. 2, cum eum tamen ab his accusationibus vindicet Athanasius, et præter Athanasium Hieronymus, qui eum in *Trinitate Catholicum esse* testatur *Apolog.* lib. ii, cap. 4. Quam multos integræ et saepe fidei viros tulit Ecclesia, calumniis proscissos, et ignominia notatos? Unum laudabo præ reliquis Joannem Chrysostomum, vel hanc potissimum ob causam, quod has ipsi confutationes Origenismi suspicio peperit. Nam cum Origenistas menaciosi adversus Theophili Alexandrini injurias tueretur, in suspicionem venit affectati Origenismi, variisque artibus episcopatu depulsus, Constantinopoli deturbatus, in exsilium actus, summa ac prope ferina a submissis satellitibus inclemencia adhibitus, ægritudine tandem animi, ac corporis doloribus extinctus est; Origenisque calamitatem et fortunam Origenistas protegens in se expressit.

VII. Notandum quoque in gratiam Origenis, quæcunque nobis ipsius exhibet *Philocalia* (multa autem exhibet, etiam ab ejus criminatoribus reprehensa) quoniam a Gregorio Theologo et Basilio selecta *Philocalia* nomine affecta sunt, ipsorum quasi suffragio et approbatione munita videri; nam si secus de iis sensissent, eane Ἐκλογὰς χρησίμους τοὺς φιλολόγοις Gregorius appellasset in epistola ad Theodorum Tyaneum episcopum?

VIII. Allegoricæ præterea ipsius interpretationes lectores nonnunquam fecerunt: cum enim saepe ab expositione litteræ ad spiritalem sensum ita transeat, ut vix utriusque percipiatur commissura, allegoricas interpretationes habuerunt pro-

(44) Denique potissimum Origeni ex librorum ipsius depravatione patrocinium conciliatur. Adi-

A dogmaticis assertionibus, et sic in eas, tanquam adversus novas opiniones in Ecclesiam invectas velitati sunt.

IX. Nec fraudi huic esse nebet, quod Manichæorum, Sabellianorum, Arianorum, Eunomianorum, Anomœorum Pelagianorumque pater, et omnium haereses fons a nonnullis appellatur. Nam ut ad configendas haereses incentivum scripta ejus malis ingenii subdividisse demus, lectorumne culpam et perversa judicia præstare tenetur? meritone agri stomachi vitium in cibum sincerum transferitur? Imo vero, summæ ejus in Ecclesia auctoritatis vel ex eo præjudicium sumi potest, quod ex ipsius suffragio magnam erroribus suis vim accedere putarunt heterodoxi. Annon autem præcipuam figuram suis fidem ex Scriptura sacra conciliare itidem student haeretici? annon ex divinis Libris in alienos et nefarios sensus a se contortis pestifera sua dogmata extuderunt? Pari ergo jure errorum omnium, si ita loqui licet, Scriptura sacra, male scilicet accepta, fons dicatur et origo, ob præpostera nempe haereticorum ingenia, optima quæque pervertentium.

X. (44) Denique potissimum Origeni ex librorum ipsius depravatione patrocinium conciliatur. Argumentum illud arripuit anonymous ipsius defensor apud Photium cod. cxvii. Idem vero peculiari libello dilatavit Ruslinus, cuius summa hæc est: Inde Origenis codices ab hereticis et malevolis depravatos argui, quod contraria et repugnantia, non in diversis solum ipsius scriptioribus, sed iisdem etiam locis comperiantur, qualia ab homine non insano, nec penitus mente commoto scripta nullus suspicari possit; Patrum aliorum libros pari modo Ecclesiae perduelles corrupisse, puta Clementis Romani, Clementis alterius Alexandrini, ac Dionysii item Alexandrini; ejus libris manus ab hereticis illatas Athanasium demonstrasse; eundem casum: Athanasii ipsius codices sustinuisse; Hilarii quoque et Cypriani; nec sacris ipsis Voluminibus nefarios homines Marcionistas et Apellitas pepercisse; non unam lucubrationum suarum corruptelam ab adversariis suis profectam Origenem ipsum apprehendisse, ut ipse apud amicos Alexandrinos questus est in epistola, quam descriptis Ruslinus; Jamdem quoque querelam in alia ipsum epistola iterasse. Præ aliis vero depravatos fuisse libros Ηεράρχων idem tradit Ruslinus in Prologo iis præfixo. Huic adsonat Vincentius Lirinensis in libello *adversus haereses*, capit. 23. « Sed dicet aliquis, inquit, corruptos esse Origenis libros: non resisto, quin potius et malo: nam id a quibusdam et traditum, et scriptum est, non Catholicis tantum, verum etiam hereticis. » Auctor *Catalogi ad Desiderium*: « Multi tamen aliquos ejus (Origenis) pessimos discipulos multa venenosa sub ejus nomine edidisse testamur: » que verba repetit Beda Auctor

Praefationem tomii primi pag. 2, 3 et 4, ubi hæc sententia consultatur.

*Prædestinati*, hær. 22 et 45, minime ab his discrepat, additque Ampullianum quendam haeresiarcham Bithynum astroendi sui dogmatis gratia vitiosos a se Origenis libros protulisse. Denique Haymo Alberstatensis in libro *De Christianarum rerum memoria* ita disserit : « Ego sane de Origene viro tam illustri, abstineutissimæ vite et castissimæ, præclaræ doctrinæ, puri et lucidi sermonis, salva fide Patrum dixerim, quod hec omnino non scripserit, sed ab haereticis ob præclarum nomen ejus offuscandum, maligne conficta sunt et conscripta, et nomini suo prætitulata. »

Constat profecto solemne id esse haereticis veteres libros arcessendæ sibi auctoratis causa violare. Frequentia occurunt exempla in *Panario* Epiphani. Scribit item Evagrius lib. III, cap. 51, Nestorianos et Eutychianos sanctorum Patrum lucubrations sepe depravasse, multosque Apollinarii libros Gregorio Thaumaturgo, Athanasio et Julio mutatis titulis ascripsisse. Apollinaristas quoque Cyrilli libros pervertisse auctor est Leontius. Notarios præterea homilias Origenis, et dictata ex ipsius ore excipientes per nimiam festinationem erroribus aliquibus respersisse crediderim; necon et indoctas pueras, quarum opera ad exarandos nitidis litteris codices utebatur.

Sed Hieronymus totam hanc Origenis, quæ ex librorum ipsius depravatione petitur, defensionem flocci facit lib. II *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 4 et 5, et cum Rufino pedem confert, ac loca Origenis in quibus repugnantia existare dixerat Rufinus, designari sibi postulat. Nos certe in superiore capite testimonia attulimus tam sibi contraria, ut Hieronymo satisfacere possint. Ait deinde bac responsione usum non esse Didymum, non Eusebium. Quid tum autem? Si quæ ab haereticis inserta sunt, benigna interpretatione mollivit Didymus, vel perperam defendit Eusebius; si objectum testimonium solvere maluerunt, quod erat in promptu, quam ut falsum repudiare, quod probatu difficultius erat, minusne idcirco incerta et adventitia sunt? Usus erat deinde Rufinus aliorum Patrum exemplo, quorum lucubrations fuerant violatae. Ait vero Hieronymus futurum ut si id concedatur, jam incerti sint librorum auctores, nihil ad eos relatum iri qui scripserunt, sed ad corruptores omnia, ac ne ad illos quidem, cum ignoti sint. « Hac defensionis, inquit, perturbatione, nec Marcion, nec Manichæus, nec Arius, nec Eunomius accusari poterunt. » Attendisset vero Hieronymus ad superiora: scribit Rufinus falsi ea esse suspecta, quibus alia in eodem scriptore ex adverso opposita exstant: his duntaxat falsitatis notam apponit Rufinus. « Non enim, » inquit inventus in Hieronym., « generaliter promisi me prolaturum quæ essent fidei contraria, sed quæ ipsi sibi essent contraria; » ideone porro incerti erunt librorum auctores, si ea duntaxat illis abjudicentur, quæ reliquis contradicunt? ecquod hinc sibi patrocinium spondere poterunt Marcion, Manichæus, et

Alii? Tum objicit sibi Hieronymus: « Quomodo in libris eorum (Patrum Ecclesiae) vitiosa nonnulla sunt? » respondet, « Si me causas vitiorum nescire respondero, non statim illos haereticos judicabo: fieri enim potest, ut vel simpliciter erraverint, vel alio sensu scripserint, vel a librariis imperitis eorum paulatim scripta corrupta sint: vel certe, antequam in Alexandria, quasi diemonium meridianum, Arius nasceretur, innocenter quædam et minus caute locuti sunt, et quæ non possint per versorum hominum calumniam declinare. » Excusationem accipio, cur tu eamdem pro Origene adhibitam repudiabis? a librariis scripta ejus fortasse corrupta fuisse dicimus; ante Arium minus caute locutum pronuntiamus, vel alio sensu scripsisse, B vel denique errasse; idcircone haereseos ipsum damnabis? Allata demum Patrum aliorum exempla deridens ait non haereseos suspicione vacare Origenem, etiam in haesi Patres alii fuerint. Dicendum potius haeresi vacare Origenem, quamvis in errores lapsus sit, quod paribus impliciti erroribus Patres, omni tamen haereseos nota sint immunes. Mutilata postmodum epistola Adatmantii ad amicos Alexandrinos Rufinum arguit Hieronymus; ut si quis mutilatum a me scriptorem esse dicat, cum testimonium aliquod ex eo vel fragmentum ad rem in disputatione positam pertinens adduco: quorsum enim Origenis adversus Demetrium querelas, que in reliqua epistolæ parte continentur, retulisset Rufinus, de librorum ipsius constupratione agens? Id autem quod causatus fuerat Origenes in epistola ad Alexandrinos, adulteratum a Candido Valentianino haeretico habiti secum *Dialogi* codicem, subiicit Hieronymus: « Intelligimus in hoc tamum *Dialogo* ab Origeno argui haereticam falsitatem, si non in cæteris libris, de quibus nunquam quæsio fuit: alioqui si omnia quæ haeretica sunt, non erunt Origenis, sed haereticorum, omnes zator propemodum illius temi his erroribus pleni sunt, nihil Origenis erit, sed eorum quorum ignotus vocabula. » Quid si autem altera Origenis epistola, in qua scribit Rufinus parem haberi a libris ejus violatis querimoniam? Deinde non velle Rufinum diximus, quæcumque haeretica sunt in Origenis lucubrationibus, haereticorum esse, sed ea tantum quibus repugnantes sententias Origenes asseruit. In epistola quoque 65 ad Pamphachium et Oceanum, cap. 4, multa in eamdem sententiam Hieronymus colligit, idemque habet, quod in *Apologia adversus Rufinum* propositum est, et a nobis supra consultatum, nempe defensores Origenis Eusebium et Didymum, hac responsonie quæ ex librorum ipsius constupratione petitur, minime usos fuisse. Tum ait: « Solus inventus est Origenes, cuius scripta in toto orbe falsarentur. » Itane vero? Annon evangelistarum apostolorumque scripta adulteras haereticorum manus senserunt? Parum quoque valeat quod subnectitur: « Ipse Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum, pœnitentiam agit, cur falsa scri-

pserit; et causam temeritatis in Ambrosium refert, quod secreto edita in publicum protulerit: nam nec hereticus ille est, nec habendus est, quem temere dictorum pœnituit Aliud præterea his verbis suggerit nobis defendendi Origenis argumentum Hieronymus; perperam scilicet ab Ambrosio vulgatos fuisse codices, quos exercitationis gratia secreto Origenes elucubraveret. Hinc denique refellitur illud Baronii ad an. 232, cap. 10: « At in eo certe minus excusatione dignus esse videtur, quod cum sciret sua ab omnibus impugnari, retractatorium nullum ediderit commentarium; cum ipsi tamen satis otii et temporis superfluerit, ut ad omnes catholice fidei numeros, cuncta quæ a se scripta essent, attemperaret: » nam et pro *retractario commentario* haberi potest illa ad Fabianum epistola, et alios insuper fortasse scripsit, vetustate deinde consumptos.

XI. Quæ ad frangendas Origenis oppugnatorum accusationes, eumque adversus calumnias tuendum, et immunem culpa præstandum valere poterant, collegimus: nunc quid ad eum excusandum, et ad conciliandum huic, etiam erranti, hominum favorem conferat, videamus. Utilissimum est in primis, quod nullam in proponendis opinionibus pervicaciam, nullam in defendendis pertinaciam, quæ præcipua hæreseos nota est, pre se fert, sed fluctuans semper et incertus cogitata sua profert in medium, solemnii hac vocula p̄f̄nto, quæ hæsitantis est, lectorum animos occupans, et disputationes suas ordiens, easdemque consueta obtestatione concludens, qua universos ad alia perscrutanda et proponenda hortatur, paratum se significans a suis discedere, ad meliora transire. Sæpe quidem in libris *Hapl dpxw̄r* dubitationem suam fatetur, velut lib. I, cap. 6, num. 1: « Quid quidem a nobis etiam cum magno metu et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus, quam pro certo ac definito statuentibus. Indicatum nainque a nobis in superioribus est, quæ sint de quibus manifesto dogmate terminandrum sit, quod et pro viribus nos fecisse puto, cum de Trinitate loqueremur. Nunc autem disputandi specie magis, quam definiendi, prout possumus, exercemur: » quod iterat in fine capitil ejusdem et initio sequentis. De incarnatione Christi dicturus hæc præfatur lib. II *Hapl dpxw̄r*, cap. 6, num. 2: « De quo nos non temeritate aliqua, sed quoniam ordo loci depositit, ea magis quæ fides nostra continet, quam quæ humanae rationis assertio vindicare solet, quam paucissimis proferemus, suspicione potius nostras, quam manifestas aliquæ affirmations in medium profrentes. » Nec aliter suam de anima disputationem accipi vult; ait enim in eodem lib. II *Hapl dpxw̄r*, cap. 8, num. 4: « Verumtamen quod diximus mentem in animam verti, vel si qua alia in hoc videntur aspicere, discutiat apud se qui legit diligenter et pertractet; a nobis tamen non potentur velut dogmata esse prolata, sed tractandi more ac

A requirendi esse discussa; » et paulo post, num. 5: « Hæc prout potius de rationabili anima discutienda magis a legentibus, quam statuta ac definita protulimus. » Plena sunt ejusmodi obtestationum omnia, e quibus nonnullas adducit Pamphilus suam pro *Origene Apologiam* exordiens, ex ejusque hesitatione validissimum tuendi ipsius argumentum sumit, idque non semel adversariis objectat. Hinc Golielmus Parisiensis in part. I, *De universo*, cap. 19, hæc scribit: « Hinc est error qui impositus fuit a quibusdam unius et præcipuis doctoribus Christianorum, et iste fuit et sapientibus theologis Græcorum, et vocatus fuit Origenes. Apparebit autem tibi ipsum nullatenus ex sententia et assertione dixisse. » Qui minus autem hanc pro Origene excusationem usurpabimus, cum eamdem pro Origenis discipulo Gregorio Thaumaturgo usurpaverit Basilius, epist. 64? Merito itaque Joannes Picus Mirandulanus, secundo articulo *Apologia pro Origene*, probat eum, si quid fidei minus consonum scripsit, et neque dogmatice, neque assertive, sed dubitative semper et inquisitive procedere; » multaque Origenis congregatio, in quibus apparet ipsius fluctuatio.

B Multum etiam modestiam Origenis, et submissos ac humiles de se, suaque doctrina sensus prædicat Pamphilus initio *Apologia*: et merito; quid enim tam ab hæresi alienum, cuius certus character est supertia? Factum itaque optime est ab Halloxi, cum in ejus contestanda demissione et modestia operam suam posuit, et loca ipsius multa coacer-  
vavit, *Orig. defens.* lib. II, cap. 2.

C XII. Quid quod interoculum cum hæreticis bellum perpetuo gerit Origenes, Valentianis, Marcionistis, Basilidianis, Apellitis, Helcesaitis; esque teneri ac credidunt taxat jubet, quæ ab Ecclesia recepta sunt. « Illa sola, » inquit in Proemio lib. II *Hapl dpxw̄r*, num. 2, « credenda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica et apostolica discordat traditione, » quod sæpe repeatit; et homil. 16 in *Luc.*: « Ego vero quia opto esse ecclesiasticus, et non ab hæresiarcha aliquo, sed a Christi vocabulo nuncupari, et habere nomen quod benedicetur super terram, et cupio tam opere, quam sensu et esse et dici Christianus, æqualem et in veteri et in nova lege quero rationem. » Unde Pamphilus *Apologia* cap. 4: « Hoc idem facit etiam (Origenes) cum hæreticorum discutit sectas, quibus omnibus confutatis atque convictis, unam solam eamque, quam supra exposuit, catholice veritatis sententiam tenet. De quibus singulis qualiter responderit hæreticis, et quomodo universa eorum dogmata destruens ipse semper apostolicam confirmaverit fidem, si velimus omnes sententias ejus congregare, et longum satis est, et erit iam nobis qui scribimus onerosum, quam legentibus tedium. » Profecto hæreses, hæreseonque principes a pueritia usque adeo versabatur, ut Paulo hæretico, excellentis licet facundiae viro, in preicationibus assistere nunquam voluerit, etiamsi eodem ac illo

primo vicissim sequentes; nihil Pamphilum, teste Eusebio, proprii operis condidisse: et in libro *advers. Pelag. ad Ctesiph.*, cap. 2, « Fecerat hoc, inquit, et in sancti Pamphili martyris nomine, ut librum primum sex librorum defensionis Origenis, Eusebii Cæsariensis, quem fuisse Ariænum nemo est qui nesciat, nomine Pamphili martyris prænotaret: » et lib. vi in *Ezech.*, cap. 18: « Nec mirum si gentilem philosophum in martyrem et Romanæ urbis episcopum transtulerit; cum Eusebii quoque Cæsariensis primum pro Origene librum, Pamphili martyris vocabulo commutarat; ut facilius tali landatore libros impiissimos Περὶ ἀρχῶν Romanis conciliaret auribus. » (46) At in epistola 41, alias 65, ad Pammach. et Ocean., cap. 4, compositum ab amicis Origenis et sectatoribus librum suspicatur, eoque facilius compositum, quod nullis aliis a Pamphilo editis scriptoribus, et earum conflictu verum reprehendi non posset (47), additque supposititum hoc opus ad mille versus a principio libri sexti Eusebianæ *Apologiae* continere. Subiungit postmodum Pamphilum inter et Eusebium magnam fuisse animorum concordiam: « Quomodo igitur, inquit, inter se dissentire potuerunt, ut Eusebius in toto opere suo Origenem Ariani probet dogmatis, et Pamphilus Nicænæ synodi, quæ fuit postea, defensorem? » Unde concludit vel Didymi esse illud opusculum, vel alterius cuiuslibet, qui sexti Eusebii libri « capite detruncato cætera membra sociarit: » hoc est, qui libri sexti initium in priorem inseruerit. Nam libro in *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 4, hæc habet: « In Cæsariensi bibliotheca Eusebii sex volumina reperi ἀπολογίας Ὀριγένους, quæ cum legisset, primum eum librum deprehendi, quem tu solus sub nomine Martyris edidisti, de Filio et Spiritu sancto in bonam partem plerisque blasphemis commutatis; et hoc vel Didymum, vel te, vel alium fecisse nescio quem, quod tu apertissime in libris Περὶ ἀρχῶν fecisse convinceris: maxime cum idem Eusebius, ut iam duobus libris docui, scribat Pamphilum nihil proprii operis edidisse. » Ex his efficitur Didymum, aut alium quemlibet, in priorem Eusebianæ *Apologiae* librum mille circiter versus ex sexti initio detractos inseruisse, Rufinum vero exposuisse Latine, et sub Pamphili nomine publicasse, cum Eusebii potius dicendus esset; ac nonnulla quoque de Filio Dei et Spiritu sancto, in eo vel ipsum, vel Didymum, vel alium commutassesse. Hoc idem repetitur lib. i *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 2, et lib. iv,

(46) At in Epistola 41, alias 65, ad *Pammachium et Oceanum*, etc. Vile Monitum nostrum in *Apologiam Pamphili*.

(47) Additque supposititum hoc opus ad mille versus è principio libri sexti Eusebianæ *Apologiae* continere. Ut tollatur aperta verborum repugnantia, eminentissimus cardinalis Norisius Dissert. historica de synodo quinta, cap. 13, eam rejicit in amanuensium errorem, qui cum in hac ad *Pammachium et Oceanum* epistola legerent abbreviatas hasce notas: « VI lib. Eusebii super Origenis defensione

A cap. 4, quo postremo loco aliqua etiam orthodoxæ fidei minus congrua in Rufini interpretatione existitisse tradit Hieronymus, quæ nusquam hodie comparent; (48) a Rufino, ut opinor, erasa, quo omnem querelæ ansam præcideret. Libri ejusdem secundi capite sexto narrat Hieronymus *Apologeticum* hunc, primi sibi in codice Rufini visum, Pamphili nomine inscriptum, diversum ab Eusebii *Apologetico* aliquando existimasse: sed pellecto utroque facile intellexisse primum ex Eusebianis sex libris, eum esse cui a Rufino Pamphili nomen inductum est, quique hoc titulo Latine ac Græco editus est, « immutatis dumtaxat sensibus de Filio et Spiritu sancto, qui apertam blasphemiam præferebant: » eo factum ut in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* Pamphilo lucubrationem hanc ascriperit. Verba ejus sunt: « |Scripsit, antequam Eusebius scribebat, *Apologeticum pro Origene*. » Id ita demum excusat lib. ii *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 6: « Sed cum ipse dicat Eusebius Pamphilum nihil scrisse, exceptis brevibus epistolis ad amicos, et primus liber sex voluminum illius eadem et iisdem verbis contineat, quæ sub nomine Pamphili a te dicta sunt, perspicuum est te idecirco librum hunc disseminare voluisse, ut sub persona martyris hæresim introduceres; cumque de ipso libro, quem Pamphili simulas, multa perverteris, et aliter in Græco, aliter in Latino sit, fraudem tuam errori meo imputare non delies; credidi enim ejus esse librum, quem titulus præferebat: » atque hæc repetit lib. iii *Apolog.*, cap. 4. Quamvis autem in assignando *Apologeticum* hujus auctore dubius hæreat Hieronymus, Marianus tamen Victorius accuratus Hieronymi editor eum sine dubitatione Eusebio ascribere non dubitavit.

Verum concertationem dirimit Photius cod. cxviii; docet enim Pamphilum, cum attineretur in carcere, quinque priores *Apologeticum* illius libros, præsente Eusebio, elaborasse; sextum vero, perpresso martyrium Pamphilo, ab Eusebio fuisse absolutum. Præcipuum nempe operis auctorem Pamphilum agnoscit, socium vero Eusebium et administrum. Res ex ipsis verbis melius spectabitur: « Ανεγνώσθη Παμφίλου τοῦ μάρτυρος, καὶ Εὐσέβιου ὑπὲρ Ὀριγένους» τόμοι δὲ τὸ βιβλίον ξεῖ, ὃν εἰ μὲν πέντε Παμφίλῳ τῷ δεσμωτήριον οίκοινται, συμπαρόντος καὶ Εὐσέβιου ἐξεπονήθησαν. « Οὐδὲ ἔκτος ἔπει δὲ μάρτυς ξίφες τοῦ ζῆγε ἀπαχθεῖς, ἀνέλυσε πρὸς δὲ ἐπόθει Θεὸν, Εὐσέβιος λοιπὸν ἀπαρτίζεται. » Lectus est Pamphili martyris, et Eusebii pro Origene liber sex tomis

principium: reddiderunt « sexti libri, » cum « sex librorum Eusebii super Origenis defensione principium » scribere debuissent. Sic etiam paulo post legentibus, « qui vi libr. capite detruncato, » non exscribendum eis erat, « sexti libri, » sed, « sex librorum. »

(48) A Rufino, ut opinor, erasa, quo omnem querelæ ansam præcideret. Vide Monitum nostrum in *Apologiam Pamphili*, num. 7, ubi hæc Huetii opinio constitutatur.

primo vicissim sequentes; nihil Pamphilum, teste Eusebio, proprii operis condidisse: et in libro *advers. Pelag. ad Ctesiph.*, cap. 2, « Fecerat hoc, inquit, et in sancti Pamphili martyris nomine, ut librum primum sex librorum defensionis Origonis, Eusebii Cæsariensis, quem fuisse Ariannum nemo est qui nesciat, nomine Pamphili martyris prænotaret: » et lib. vi in *Ezech.*, cap. 18: « Nec mirum si gentilem philosophum in martyrem et Romanæ urbis episcopum transtulerit; cum Eusebii quoque Cæsariensis primum pro Origene librum, Pamphili martyris vocabulo commutatur; ut facilius tali laudatore libros impiissimos Περὶ ἀρχῶν Romanis conciliaret auribus. » (46) At in epistola 41, alias 65, ad Pammach. et Ocean., cap. 4, compositum ab amicis Origonis et sectatoribus librum suscipitur, eoque facilius compositum, quod nullis aliis a Pamphilo editis scriptionibus, et earum conflictu verum deprehendi non posset (47), additique suppositum hoc opus ad mille versus e principio libri sexti Eusebianæ *Apologiae* continere. Subiungit postmodum Pamphilum inter et Eusebium magnam fuisse animorum concordiam: « Quomodo igitur, inquit, inter se dissentire potuerunt, ut Eusebius in toto opere suo Origenem Ariani probet dogmatis, et Pamphilus Nicænæ synodi, quæ fuit postea, defensorem? » Unde concludit vel Didymus esse illud opusculum, vel alterius cuiuslibet, qui sexti Eusebii libri « capite detruncato cætera membra sociarit: » hoc est, qui libri sexti initium in priorem inseruerit. Nam libro iii *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 4, hæc habet: « In Cæsariensi bibliotheca Eusebii sex volumina reperi ἀπολογίας Ὀριγένους, quæ cum legisset, primum eum librum deprehendi, quem tu solus sub nomine Martyris edidisti, de Filio et Spiritu sancto in bonam partem plerisque blasphemias commutatis; et hoc vel Didymum, vel te, vel alium fecisse nescio quem, quod tu apertissime in libris Περὶ ἀρχῶν fecisse convinceris: maxime cum idem Eusebius, ut iam duobus libris docui, scribat Pamphilum nihil proprii operis edidisse. » Ex his efficitur Didymum, aut alium quemlibet, in priorem Eusebianæ *Apologiae* librum mille circiter versus ex sexti initio detractos inservisse, Rufinum vero exposuisse Latine, et sub Pamphili nomine publicasse, cum Eusebii potius dicendus esset; ac nonnulla quoque de Filio Dei et Spiritu sancto, in eo vel ipsum, vel Didignum, vel alium commutasse. Hoc idem repetitur lib. i *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 2, et lib. iv,

(46) At in *Epistola 41*, alias 65, ad *Pammachium et Oceanum*, etc. Vide Monitum nostrum in *Apologiam Pamphili*.

(47) Additique suppositum hoc opus ad mille versus e principio libri sexti Eusebianæ *Apologiae* continere. Ut tollatur aperta verborum repugnantia, eminentissimus cardinalis Norisius Dissert. historica de synodo quinta, cap. 13, eam rejicit in anomianum errorem, qui cum in hac ad Pammachium et Oceanum epistola legerent abbreviatas hasce notas: « VI lib. Eusebii super Origenis defensione

A cap. 4, quo postremo loco aliqua etiam orthodoxæ fidei minus congrua in Rufini interpretatione existitisse tradit Hieronymus, quæ nusquam hodie comparent; (48) a Rufino, ut opinor, erasa, quo omnem querelæ ansam præcideret. Libri ejusdem secundi capite sexto narrat Hieronymus Apologeticum hunc, primum sibi in codice Rufini visum, Pamphili nomine inscriptum, diversum ab Eusebii *Apologetico* aliquando existimasse: sed pellecto utroque facile intellexisse primum ex Eusebianis sex libris, eum esse cui a Rufino Pamphili nomen inductum est, quique hoc titulo Latine ac Græco editus est, « immutatis duntaxat sensibus de Filio et Spiritu sancto, qui apertam blasphemiam præferebant: » eo factum ut in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* Pamphilo lucubrationem hanc ascriperit. Verba ejus sunt: « |Scripsit, antequam Eusebius scribebat, *Apologeticum pro Origene*. » Id ita demum excusat lib. ii *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 6: « Sed cum ipse dicat Eusebius Pamphilum nihil scripsisse, exceptis brevibus epistolis ad amicos, et primus liber sex voluminum illius eadem et iisdem verbis contineat, quæ sub nomine Pamphili a te dicta sunt, perspicuum est te idcirco librum hunc disseminare voluisse, ut sub persona martyris hæresim introduceres; cumque de ipso libro, quem Pamphili simulas, multa perverteris, et aliter in Græco, aliter in Latino sit, fraudem tuam errori meo imputare non debes; credidi enim ejus esse librum, quem titulus præferebat: » atque hæc repetit lib. iii *Apolog.*, cap. 4. Quamvis autem in assignando *Apologetici* hujus auctore dubius hæreat Hieronymus, Marianus tamen Victorius accuratus Hieronymi editor eum sine dubitatione Eusebium ascribere non dubitavit.

Verum concertationem dirimit Photius cod. cxviii; docet enim Pamphilum, cum attineretur in carcere, quinque priores *Apologetici* illius libros, præsente Eusebio, elaborasse; sextum vero, perpresso martyrium Pamphilo, ab Eusebio fuisse absolutum. Præcipuum nempe operis auctorem Pamphilum agnoscit, socium vero Eusebium et administrum. Res ex ipsis verbis melius spectabatur: « Ανεγνώσθη Παμφίλου τοῦ μάρτυρος, καὶ Εὐσέβιου ὑπὲρ Ὀριγένους· τόμοι δὲ τὸ βιβλίον ἐξ, ὃν εἰ μὲν πέντε Παμφίλῳ τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντι, συμπαρόντος καὶ Εὐσέβιου ἔξεπονθῆσαν. Οὐδὲ ἔπει ὁ μάρτυς ἔιψε τοῦ ζῆν ἀπαχθεῖς, ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει Θεὸν, Εὐσέβιῳ λοιπὸν ἀπαρτίζεται. » Lectus est Pamphili martyris, et Eusebii pro Origene liber sex tomis

principium, reddiderunt « sexti libri, » cum « sex librorum Eusebii super Origenis defensione principium, » scribere debuissent. Sic etiam paulo post legentibus, « qui vi libr. capite detruncato, » non exscribendum eis erat, « sexti libri, » sed, « sex librorum. »

(48) A Rufino, ut opinor, erasa, quo omnem querelæ ansam præcideret. Vide Monitum nostrum in *Apologiam Pamphili*, num. 7, ubi haec Iuettii opinio constitutatur.

Auctor est Pamphilus in *Apologia*, haeticorum loco sua etate a multis habitos, quicunque libris Origenis uterentur, nec eam quidem concessam ipsi fuisse veniam, et quae impertiri solet, verbi gratia, his qui Graecorum saecularium libros, vel nonnunquam etiam haeticorum percontandi atque cognoscendi studio decurrent. » Pamphili circiter temporibus florebat Pachomius abbas, vite sanctitate illustris, quem jam morti proximum, monachos suos ab earum lucubrationum lectione gravissimis verbis prohibuisse narrat, qui vitam ejus litteris consignavit: sed fidem narrationi detrahit perspectum Scriptoris adversus Origenismum odium. Multum deinde a Theophilo et Epiphano laboratum est, omnium de manibus ii libri ut excuterentur: proditum quippe est a Socrate libr. vi, cap. 9, 42, et Sozomeno libr. viii, cap. 14, solas Origenis lucubrationes criminatum esse Theophilum, earum licet auctoritate aduersus Arianos jam ante Athanasius pugnasset; Alexandrina concilium conflasse, in eoque illae ut repudiarentur perfecisse; easdem in Cypria synodo suasu ipsius Epiphanius damnasse, et ne quis iis legendis operam daret sanxisse, decretum Constantinopolim misisse, idemque ut faceret, Chrysostomum valde fuisse hortatum; eodem ipsum contendisse, episcopos in suam sententiam pellicere voluisse, et Origeniana denique scripta in Apostolorum templo publica denuntiatione reprobare parantem Serapionis monitu absterritum fuisse. A Faustino quoque vetitum eorum usum testificatur Hieronymus epist. 76, ad Tranquill. Nec Baronio assentior, contra Sulpicii Severi, Socratis et Sozomeni auctoritatem falsum esse asserenti<sup>10</sup>, Epiphanium inter, Theophilum et Chrysostomum de libris Origenis prohibendis hac tempestate actum, vel eos in Alexandrina synodo aut Cypria fuisse proscriptos; nec Gennadio, qui Severum in Dialogo priore referre ait, et suo tempore apud Alexandrinam synodum episcoporum decretum, Origenem et cautiis a sapientibus pro bonis legendum, et a minus capacibus pro malis repudiandum. » Ait quidem Sulpicius maximam fuisse monachos inter et episcopos concertationem ex ea occasione, quia congregati in unum saepius sacerdotes frequentibus decrevisse synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet. » Gratissimum præterea sibi fuisse asseverat Anastasius papa in epistola ad Joannem Jerosolymitanum, quod ab Origenis lectione Christianos revocarunt Arcadius et Honori. Eo quoque inclinare videtur Vincentius Lirinensis, cap. 23, *Contr. haeres.*, ut ab usu Christianorum libri isti removeantur. Denique Justinianus in epistola encyclica ad Menam et alios episcopos, cupere se scribit omnes Christianos cognoscere scripta Origenis prorsus a Christiana fide esse aliena, ac penitus explodenda.

Sed contra pro libris Adamantii steterunt Theoti-

A mus Tomitanus et Joannes Chrysostomus, aliquæ complures episcopi, et καθαιρεταὶ illa Origenianorum operum, que Constantinopolim invexerat Epiphanius, subscriptione sua vel assensu confirmare renuerunt. Ea etiam videntur, si non palam approbasse, at certe non penitus respuisse, quicunque suas ex iis Scripturæ sacræ interpretationes transstulerunt, quos in observationibus pro tempore laudavimus. Et quamvis Ecclesiæ decretis aliquando verita esset eorum lectio, his tamen contrarius usus derogasse diceretur.

Auctor est Pamphilus in *Apologia*, haereticorum loco sua etate a multis habitos, quicunque libris Origenis uterentur, nec eam quidem concessam ipsius fuisse veniam, & quae impertiri solet, verbi gratia, his qui Graecorum saecularium libros, vel non nunquam etiam haereticorum percontandi aique cognoscendi studio decurrunt. » Pamphili circiter temporibus florebat Pachomius abbas, vite sanctitate illustris, quem jam morti proximum, monachos suos ab earum lucubrationum lectione gravissimis verbis prohibuisse narrat, qui vitam ejus litteris consignavit: sed fidem narrationi detrahit perspectum Scriptoris adversus Origenismum odium. Multum deinde a Theophilo et Epiphano laboratum est, omnium de manibus ii libri ut excuterentur: proditum quippe est a Socrate libr. vi, cap. 9, 12, et Sozomeno libr. viii, cap. 14, solas Origenis lucubrationes criminatum esse Theophilum, earum licet auctoritate adversus Arianos jam ante Athanasius pugnasset; Alexandriae concilium conflasse, in eoque illae ut repudiarentur perfecisse; easdem in Cypria synodo suasu ipsius Epiphanius damnasse, et ne quis iis legendis operam daret sanxisse, decretum Constantinopolim misse, idemque ut faceret, Chrysostomum valde fuisse hortatum; eodem ipsum contendisse, episcopos in suam sententiam pellicere voluisse, et Origeniana denique scripta in Apostolorum templo publica denuntiatione reprobare parantem Serapionis monitu absterritum fuisse. A Faustino quoque vetitum eorum usum testificatur Hieronymus epist. 76, ad Tranquill. Nec Baronio assentior, contra Sulpicii Severi, Socratis et Sozomeni auctoritatem falsum esse asserenti<sup>10</sup>, Epiphanius inter, Theophilum et Chrysostomum de libris Origenis prohibendis bac tempestate actum, vel eos in Alexandrina synodo aut Cypria fuisse proscriptos; nec Gennadio, qui Severum in Dialogo priore referre ait, « suo tempore apud Alexandrinam synodum episcoporum decretum, Origenem et cautiis a sapientibus pro bonis legendum, et a minus capacibus pro malis repudiandum. » Ait quidem Sulpicius maximam fuisse monachos inter et episcopos concertationem ex ea occasione, quia congregati in unum saepius sacerdotes frequentibus decrevisse synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet. » Gratissimum præterea sibi fuisse asseverat Anastasius papa in epistola ad Joannem Jerosolymitanum, quod ab Origenis lectione Christianos revocarunt Arcadius et Honorius. Eo quoque inclinare videtur Vincentius Lirinensis, cap. 23, *Contr. hæres.*, ut ab usu Christianorum libri isti removeantur. Denique Justinianus in epistola encyclica ad Menam et alios episcopos, cupere se scribit omnes Christianos cognoscere scripta Origenis prorsus a Christiana fide esse aliena, ac penitus explodata.

Sed contra pro libris Adamantii steterunt Theoti-

A *mus Tomitanus et Juanus Chrysostomus*, aliquæ complures episcopi, et *xviii. pccxxvii* illa *Origenianorum operum*, quæ *Constantinopolim Iovenses* Epiphanius, subscriptione sua vel assensu confirmata, renuerunt. *Ea etiam* videntur, si non palam appabasse, at certe non penitus respuisse, quicunque suas ex iis *Scripturæ saecæ interpretationes* transulerunt, quos in observationib; pro tempore laudavimus. *Et quamvis Ecclesiæ decretis aliquando* verita esset eorum lectio, *bis tamen contrarius usus derogasse diceretur.*

B *Æquissima hæc profecto, et perpetua Ecclesiæ consensione firmata videtur esse sententia, quæ librorum Origenis usum vulgo concedendum definit, ipsius modo errores fugiantur.* Ita sensit Hieronymus, quantumlibet Adamantio insensus: « *Quia meæ parvitatis,* » inquit epist. 76 ad Tranquill., « *quæris sententiam, utrum secundum fratrem Faustum penitus respuendus sit, an secundum quosdam legendus ex parte: Ego Origenem propter eruditonem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollinarium, et nonnullos ecclesiasticos scriptores Græcos pariter et Latinos, ut bona eorum diligamus, vitemusque contraria, juxta Apostolum dicente: Omnia probate, quod bonum est tenete<sup>11</sup>.* » *Et mox:* « *Nec enim propter doctrinam ejus prava suscipienda sunt dogmata, nec propter dogmatum pravitatem, si quos Commentarios in Scripturas sauctas utilles edidit, penitus respuendi sunt.* » *Hac imbutus persuasione Theophilus ille Origenimastix, post vexatum misere Chrysostomum, Constantinopoli Alexandriam redux, cum esset in Origenis lectione deprehensus, scite dixit: *Tὰ Ὡργένους Εις τὰ βιβλία λεπτῶν πάντων ἀνθέων εἰ τοῦν ἐν αὐτοῖς ἐφεύρω καλόν, τοῦτο δρέπομαι: εἰ δὲ τὸ μοι ἀκανθόδες φανεῖη, τοῦτο ᾧ κέντρον ὑπερβαλώ.* » *Libri Origenis similares sunt prato omni florum genere consito.* Si quid in iis ergo bonum invenio, id decerpo: quod si quid spinosum videtur, id tanquam aculeum transilio. » *Eamdem regulam in Origene legendo Cassiodorus servari jussit libr. De institut. divin. Scriptur. cap. 4, habendaque ait ejus scripta more anethi; ejus succo condidam sacrae Scripturæ lectionem, decoctum ipsum exsuccumque esse præficiendum; cumque de eo dictum sit: « Ubi bene, nemo melius; ubi male, nemo pejus, » magna ipsum cautione esse tractandum: « Quapropter, inquit, in operibus ejusdem Origenis, quantum transiens invenire prævalui, loca quæ contra regulas Patrum dicta sunt, achresti dispunctione (sic enim lego, pro, *haeresim disputatione*) signavi, ut decipere non prævaleat, qui tali signo in pravis sensibus cavendus esse monstratur. Postiores autem in toto dicunt esse fugiendum, propterea quia subtiliter decipit innocentes. » *Jam autem vero concilium Romanum, quod sub Gelasio celebratum est, ita de-***

<sup>10</sup> Baron. ann. 402, cap. 15. <sup>11</sup> 1 Thess. v, 21, 22.

ea re decreverat : « Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus, reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. » Quapropter recte scripsisse videtur Socrates libr. vi, cap. 45, nobiles Origenis adversarios, Methodium, Eustathium, Apollinarium et Theophilum, a quibus multis ille criminibus compellatus est, satis ostendisse probari sibi, quæcumque minime reprehendissent. Quod cum ita sit, non cuivis tamen e vulgo Christianorum, sed iis solum permittendum esse Origenianarum scriptorum usum censeo, quorum perspecta sit fides et diuturnis experimentis probata constantia. Ilos autem probatos effici trapezitas velim, adulterinos doctrinæ nummos a legitimis caute seponere scientes.

XIX. Diximus de libris; de ipso Origene quid sentiendum sit, exploremus. Etsi geminam adversus eum conflaverat synodum Demetrius Alexandrinus episcopus, a quibus sacerdotio honore exutus, ab Ecclesiæ communione prohibitus, et Alexandria pulsus est, consentiente in id decretum toto propositum orbe: non ante tamen hæretici nota iterum ipsi inuri coepit, quam Epiphanius cum Joanne Jerosolymita, Theophilus cum Nitriensibus monachis, Hieronymus cum Rufino altercatus est. Nam postquam synodum Alexandriæ coagit Theophilus, et Origenis colubros evangelico ense truncavit, ut ipse ait, Epiphanium rogavit per epistolam, ut synodum ipse congregaret, perficeretque, « ut Origenes nominat, et nefaria hæresis condemnaretur; » cuius consilio Epiphanius demum obsecutus est. Refert Hieronymus ub. ii *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 6, et in epist. ad Pamph. et Marcell., Anastasium Romanum pontificem, Theophilum Alexandrinum, Venerium Mediolanensem, Chromatum Aquileiensem, et omnem tam Orientis quam Occidentis Catholicorum synodum pari sententia et pari spiritu hæreticum illum denuntiasse: quo cum ipse quoque titulo infamat. Theophilus hydram eum omnium hæreseon et erroris magistrum ac principem nominat, *Pasch.* 1, quemadmodum et Zonaras in Decio, Gelasius papa in Romano concilio schismaticum eum appellat. Antiochena Ephræmii synodus anathema dixit Origeni; dixit et quinta universalis. In ea autem ante omnia quæsitum narrat Evagrius libr. iv, cap. 38, utrum homines jam vita sancti anathematis subjici possint; Eutychius qui episcopo Amaseno erat a responsis, et episcopatus Constantinopoleos postmodum adeptus est, quæstionem solvit exemplo Josie regis, qui non demonum solum sacerdotes interfecit, sed mortuorum etiam loculos refodit, quod magno omnium, sed Justiniani præsertim applausu exceptum est. Neque semel, sed iterum iterumque in variis synodi hujus actionibus id disceptatum est; quas disceptationes summatim retulit Gratianus *Decret.* part. ii, caus. 24, quæst. 2, decrevitque demum synodus hæreticos et in vita et post mortem anathematis esse obnoxios.

A Itaque anathemate percusus ab ea et hæreticus Origenes appellatus est. Quod a sexta subinde synodo fuit approbatum; nam hujus inter Acta relata est Sophronii ad Sergium epistola, qua eodem Adamantius appetiunt maledictio; et actione 8, reputatur professio fidei a Macario Antiocheno oblatâ Constantino imperatori, in qua damnat Origenem, Didymum et Evagrium, eorumque deliramenta; et actione 17 et 18, probatur anathema Origeni a quinta synodo inflictum, et in edicto Constantini imperatoris ad populum habitantem in Occiduis partibus; probatur denique in epistola Leonis II papæ ad Constantinum. Facundus præterea qui trium capitulorum defensionem suscepit, Origenem inter hæreticos libr. xii, cap. 1, aperte recenset, B Quin et Patrum multorum suffragiis eodem numero habitum tradit Cassiodorus libr. *De institut. divis.* *Scriptur.*, cap. 1, hæresiarcharum deterrimum appellat Pelagius II papa. Ab Ecclesia cum aliis hæreticis proscribitur a prima Lateranensi synodo. Denique Græci recentiores, aliqui etiam plurimi eodem ipsum convitio proscindunt. Hæc ergo in præjudicium trahunt Origenis adversarii, nec hiscera contra licere ulli existimant.

C Qui contrarias autem sectantur partes, talia regerunt, a Demetrio licet, plurimisque ipsi consentientibus episcopis segregatus fuerit ab Ecclesia Origenes, ipsius tamen causam suscepisse et propugnasse Palæstinam, Arabiam, Phœniciam et Achiam; et juxta testificationem Hieronymi, non ipsius errores, sed adversariorum invidiam has ei totas peperisse: nullam Demetrianarum synodorum mentionem factam a Theophilo et Epiphanio infensissimis Origenis adversariis, ac nullam proinde ipsarum rationem duxisse: eumdem ab Hieronymo, et jam ante a Didymo alterum Ecclesiastarum post apostolos magistrum nuncupari; quod quis de homine hæretico dictum puere? horum autoritate refelli Theophilum, cum Origenem queritur Ecclesiæ doctorem appellari: pius episcopum Theotimum Epiphanio librorum Origenis damnationem urgenti respondisse, Οὐτε δοὺς εἶναι τὸν πάλαι τετελευτήσα οὐρίζειν, οὐτε βλασφημίας ἔκτος τὴν τῶν παλαιοτέρων διαθάλλειν κρίσιν, καὶ τὰ παρ' ἑκείνων δοξιματσύμενα ἀθετεῖν. « Neque fas esse hominem jam pridem defunctum contumelia afficere, neque absque calunnia veterum judicium improbare, et quæ ab ipsis decretâ sunt rescindere: » ipsum Epiphanium non Origenis proscriptionem, sed librorum ejus duntaxat damnationem postulasse: Οὐκ αὐτὸν Ήριγένην ἀκοινόντος εἶναι οὐπέφηνεν, ἀλλὰ τὰ βιβλία μόνα διέβαλε. « Non ipsum Origenem extra communionem esse decrevit, sed libros solum criminatus est, » inquit Georgius Alexandrinus episcopus in *Vita Chrysostomi*, cap. 45, noui ita vero intelligendum Gelasium, cum schismatici eum appellat, quasi secessionem a supremo Ecclesiæ capite fecisse eum voluerit, sed dissidia ac turbas in Ecclesiam intulisse; σχίσματα βαλόντα κα-

*Ἐξαντίστη. Καὶ σχισμὰ in Ecclesia concitasset, ut de eo scribit Petrus Alexandrinus in *Mystagogia*: quod ad quintam synodum attinet, judicare posse synodos de fide, non de personis, præsertim mortuis; hinc factum ut quæ de Theodoro, Theodoreto, et Iba decrevit quintum illud concilium, temporis progressu vim et auctoritatem pene amiserint: sci-tum illud esse S. Thomæ Quodlibeto nono, artic. ult., neminem ad assensum Ecclesiæ adhibendum necessario astringi in iis, quæ ad substantiam fidelis non pertinent: Vigilium papam in Constituto ad Justinianum, Theodori, Theodoreti et Ibae errores refellere et damnare, auctoribus, ipsis quoniam in pace Ecclesiæ obierunt, parci jubere: quod eatenus probandum ait Baronius ad an. 555, cap. 185, si modo constet eum qui in Ecclesiæ pace obierit, neque hæresim dum viveret, pertinaciter defendisse, neque in Ecclesiæ communione simulate perseverasse; Origenem autem quis dogmatis suis pertinaciter hæsisse dicat, quem tam submisso de se et moderate sensisse ostendimus, tantaque modestia, quæ sentiebat, declarasse? quis Ecclesiæ communionem simulate secutum eum existimet, qui fidei professionem ad Fabianum papam dedit, exorientes hæreses acerrime insectatus est, nullam cum hæreticis societatem iniit, Catholicorum episcoporum familiaritate ad mortem usque constanter usus est? Caverat certe jam ante Justinianum Nicæna synodus, ne absente eō, cuius agebatur causa, sententia ferretur. Unde præclare Pontianus episcopus in epistola ad Justinianum, « In extremo epistolæ vestræ cognovimus, quod nos non medioeriter remordet, debere nos Theodorum, et scripta Theodoreti, et epistolam Ibae damnare. Eorum dicta ad nos usque nunc minime pervenerunt. Quod si et pervenerunt, et aliqua ibi apocrypha, quæ contra fidei regulam sint, legerimus; dicta possimus respuere, non autores iam mortuos precipiti condemnatione damnare. Quod si adhuc viverent, et correcti errorem suum non condemnarent, justissime damnarentur. » Cum ait ergo Justinianus in Edicto adversus tria Capitula: « Si vero quidam dicunt non oportere Theodorum post mortem anathematizari, sciant qui talem hæreticum defendunt, quod omnis hæreticus usque ad finem vitæ in suo errore permanens, juste perpetuo anathemati, et post mortem subjicitur: et hoc in multis hæreticis et antiquioribus et proprioribus factum est, id est Valentino, Basilide, Marcione, Cerintho, Manichæo, Ennomio et Bonoso: hoc autem idem et in Theodoro factum est, et in vita accusato, et post mortem anathematizato a sanctis Patribus; » minime id pertinet ad Origenem; nam etsi in errores lapsus sit aliquando, ab iis tamen, postquam ab Ecclesia*

<sup>14</sup> Horat. *De arte poet.* vers. 360.

(50) Denique suam Origeni famam et nomen satis asseruit Leo III pontifex maximus, etc. Vide in-

A semel forent dannati, recedere se nolle neutiquam professus est: error fuit in intellectu; pertinacia crimen in voluntate non fuit. (50) Denique suam Origeni famam et nomen satis asseruit Leo III, pontifex maximus, cum inter lectiones ex Patrum lubrificationibus decerpitas, et Romano insertas Brevario, nonnullas quoque ex Origenianis libris petitas eidem inseruit.

Qui ergo omnem hæreseos suspicionem ab Origeni abesse volunt, cum iis qui invidioso heretici nomine ipsum infamant, ita conciliari posse censeo; si duplice notione sumi heretici appellationem dicamus, vel ad eum significandum qui hæresim aut fabrefecerit aut secutus sit, eam licet ejurare paratus, simul atque fuisset ab Ecclesia repudiata; vel B ad designandum eum qui non hæreseos duntaxat auctor et assecuta, sed perpetuus etiam propugnator et pertinax adversus Ecclesiæ auctoritatem assertor fuerit: priore igitur notione heretici nomen a Patribus Adamantio imponi, ut hæreseos auctor, non assertor significetur. Quo sensu orthodoxi quoque Patres quamplurimi hæretici dici possunt, velut Ireneus, Papias, Cyprianus, et alii. Hæc insuper adhiberi potest responsio, ignominiosam hæretici appellationem non aliter ab Ecclesia, quam ex hypothesi cuiquam infligi, ita si spretis Ecclesiæ decretis in hæresi obierit; quæ quidem in Origenem minime cadit criminatio. Acquiescamus igitur in hoc Hieronymi placito e *Traditionibus Hebraicis*: « Hoc unum dico: vellem cum invidia nominis ejus, habere etiam scientiam Scripturarum, flocci pendens imagines, umbrasque larvarum, quarum natura esse dicitur terrere parvulos, et in angulis garrire tegebrosis; » et in illo ex epist. 65 ad Panmach. et Ocean., cap. 3: « Quod si quis Judas Zeolites oppuerit nobis errores ejus, audiat libere:

*Interdum magnus dormitat Homerus,  
Verum operi longo fas est obrepere somnum* <sup>14</sup>.

Non imitemur ejus vitæ, cuius virtutes non possumus sequi. Erraverunt in fide alii, tam Græci, quam Latini: quorum non necesse est proferre nomina, ne videamur eum non sui merito, sed aliorum errore defendere.... Nunc vero cum simpliciter errorem ejus fatigari, sic legam ut cæteros, quia sic erravit ut cæteri. Sed dicas: Si multorum communis est error, cur solum persequimini? Quia vos laudatis ut Apostolum. Tollite amoris ὑπερβολὴν, et nos tollimus odii magnitudinem; » et isto e Prolog. lib. II in Mich.: « Nam quod dicunt Origenis me volumina compilare, et contaminari non decere veterum scripta; quod illi maledictum vehemens esse existimant, eaudem laudem ego maximam duco, cum illum imitari volo, quem cunctis prudentibus et vobis placere non dubito. »

super epistolam nuncupatoriam tom. I prefixam, versus finem.

## CAPUT IV.

## FORTUNA DOCTRINÆ ORIGENIANÆ.

CAPITIS QUARTI PARTITIO.—Tribus sectionibus constat caput istud. I. Explicat quid Origeniana doctrina in Oriente passa sit ab Origenis ipsius ætate, ad altercationem usque Hieronymi et Rufini; tum etiam quanam in Occidente fortuna jactata sit. II. Continet quidquid Origenismi causa actum est, a Theophili dissidio cum Ægyptiis monachis et Joanne Chrysostomo, ad tempora synodi Chalcedonensis. III. Ab ea tempestate, ad hanc usque ætatem Origenismi fortunam persequitur.

## SECTIO PRIMA.

I. Procellarum adversus Origenis etiamnum viventis doctrinam concitarum series summatis repetitur. II. Sedata Origenis morte odia non multo post recrudescent. III. Pierius Alexandrinus Origenes junior dicitur. Theognostum Alexandrinum inter Origenis ascetas ponit Photius. IV. Arianis temporibus Origenis doctrina denuo impugnari coepit est ab orthodoxis, quod ejus sibi patrocinium asciscerent Ariavi: V. quam tamen benigne interpretari maluerunt Athanasius, Basilinus et Gregorius Nazianzenus. VI. Origenianas partes tenuunt Hilarius, Enzoius, Titus Bosrenus, Didymus, Ambrosius, Eusebius Vercellensis, Victorinus Petabionensis, Gregorius Nyssenus, et ipse etiam Hieronymus, qui subinde tamen mutavit consilium; quos oppugnat Theodosius Mopsuestenus, et Apollinaris. VII. Duplex Origenistarum genus, orthodoxyorum et heterodoxorum. VIII. Origenistas heterodoxi ex Ægypti monasteriis sere prodierunt. IX. Joannis Jerosolymitani cum Epiphano et Hieronymo dissensio; X. et Hieronymi cum Rufino: XI. quos in gratiam reducere student Archelaus et Theophilus. XII. Scribit ad Pamachium Hieronymus adversus errores Joannis Jerosolymitani; XIII. et ad Theophilum. XIV. Augustinum quoque per litteras ab Origenismo absterret. XV. Romanum revertitur Melania cum comite Rufino; XVI. qui cum Apologiam Pamphili, libellum De adulteratione Operum Origenis, et ejus libros Iepi ἀργον, in urbe publicasset, a Marcella repressus est. XVII. Certior de his factius Hieronymus libros Iepi ἀργον interpretatur. XVIII. Tres libros contra Hieronymum scribit Rufinus. XIX. Anastasius papa damnavit errores Origenis. XX. Et ipsum Rufinum. XXI. Hieronymus et Rufinus scriptis multo se lacerant. XXII. Mortem appetunt Melania senior, et Rufinus. XXIII. Origenismi tradux Pelagianismus, Pelagianismi Nestorianismus. XXIV. Renascitur in Hispania Origenismus, sed eliditur opera Augustini; penitusque tandem in Occidente profigatur.

I. Quam varia hominum iudicia et voluntate experita sit Origenis doctrina dicuros, paucula quedam repete oportet, præmissa jam a nobis, cum ipsius vitam scriberemus. Demonstratum est autem turbarum omnium, quæ adversus Origenem magno Ecclesiæ detimento concitate sunt, auctorem et iacutorem fuisse Demetrium Alexandrinum. Nam cum ab Alexandro Jerosolymorum, et Theoctisto Cesareæ episcopis presbyterii ordinem suscepisset, agre latum a Demetrio, et in eum severe admodum consultum est, qua ludibriis castrationem ipsius propinando, qua per synodum ex aliquo Ægypti episcopis a se conflatam presbyterii

A honore hunc exundo, et ab Ecclesiæ communione arcendo; cum jam eum docendi munere abdicandum, et Alexandria submovendum alia synodus sauxisset. Tam gravi autem hominum flagrabat invidia, ut synodorum illarum decretis consentiret universus orbis, excepta Palæstina, Arabia, Phœnicia et Achaia. Diximus quoque consentaneum videri, vexandi ejus undequaque causas quærentem Demetrium, opiniones ob novitatem suspectas, et ab Ecclesiæ usu alienas tradaxisse, ac forsitan damnasse: Demetrio autem successisse Heracliam, Heracle Dionysium Origeni faventem, nec concitas tamen adversus Origenem procellas Demetrii obitu fuisse consopitas, ingravescentibus multorum odiis, quos urebat ipsius gloria. Patebant præcipue horum insimulationibus ipsius Opera; quæ vel ex tempore recitata, et ex ore concionantis excepta, ac proinde non satis pensiculata composita; vel ad instituendum secreto Ambrosium, non in publicam lucem lucubrata, et præter Origenis tamen consilium ab Ambrosio publicata; vel immoderato ingenii luxuriantis calore profusa, malevolorum castigationibus obnoxia erant; cum præsertim adulteratis ipsius Operibus suos etiam errores heretici inseruissent, ut diximus. Sed nec facile dictu est, majorine ei fuerint detrimento caluniarie invidorum, an infinitæ amicorum laudes et præconia, quibus adversariorum malevolentia acuebatur. « Nonne tibi, » inquit Origenes homil. 25 in *Luc.* « omnes videntur plus amasse quam expedit, et dum virtutem uniuscojusque mirantur, dilectionis perdidisse mensuram? Quod quidem in Ecclesia patimur; plerique enim dum plus diligunt quam meremur, hæc jactant, et loquuntur, sermones nostros doctrinamque laudantes, quæ conscientia nostra non recipit. Alii vero tractatus nostros calumniantes ea sentire nos criminantur, quæ nunquam sensisse nos novimus. » Calumniis itaque appetitus Origenes, et novorum dogmatum suspectus, sparsis de se rumoribus mature occurrit, scripta ad Fabianum papam, aliosque præsules epistola, qua sententiam suam de rebus divinis declaravit.

II. Vita functum laudibus prosecutus est Diony-sius Alexandrinus in epistola ad Theotecnem, seu Theoclistum Cæsariensem episcopum, ut a Gobaro

apud Photium cod. ccxxxii, proditum est. Et vero Bquas vivus animorum turbas exciverat Origenes, morientem restinxisse credibile est; nulla enim perseverantis post ejus obitum odii indicia veteres nobis memoriae suppeditant. Sed non multo post in superstitem ejus famam novae tempestates incubuerunt. Primum eo extincto Methodium Tyrium episcopum Diocletiani temporibus doctrinam ipsius impugnasse reperio: narrat quippe Hieronymus in libr. *De script. eccl.*, cap. 94, scriptos fuisse ab eo libros *De resurrectione contra Origenem*, *De Pythonissa*, et *De arbitrii libertate*. Operis *De resurrectione* fragmentum insigne Panario suo intexuit Epiphanius hær. 64, cujus excerpta etiam repræsentavit Photius cod. ccxxxiv. Idem cod. ccxxxv, excerpta assert ex ejusdem Ecloga περὶ τῶν γενῆτων et cod. ccxxxvi, περὶ τοῦ αὐτεξουσιου, quibus Origenis dogmata castigantur. At eum sui demum judicii pœnituisse, et velut palinodiam canentem admiratorem se Origenis professum esse in *Dialogo* quem Xenonem inscripsit, auctor est Socrates libr. vi, cap. 13. (51) Sed Socrati contradicit Baronius ad an. 402, mendacique reum peragit hoc argumento, quod laudatum primo a se Origenem postea damnarit Methodius, ut Eusebius tradit apud Hieronymum libr. 1, *Apolog. in Rufin.*, cap. 2, tantum abest ut damnatum a se primo, deinde laudari. Quasi non laudasse primum Origenem potuerit Methodius, et deprehensis postmodum erroribus vituperasse, et iisdem demum excusatis ad priorem sententiam rediisse. Addit Baronius ex Methodii contra Origenem lucubrationibus plurima deprompsisse Epiphanium; quod facere erubuisse, si scisset pristinam sententiam Methodium revocasse. Valeret id sane, si in *Dialogo* illo Xenone scripisset Methodius, quæcumque a se adversus Origenem dieta sunt, falsa esse; sin vero id sibi voluit duntaxat, errasse quidem Origenem, sed errore condonando, nimisque severe eum ac duriter a se exceptum, cui favere potius propter pietatem, et præclara in Ecclesiam merita debuisse, quo tandem recidit Baronii ratiocinatio? Postremum illius aduersus Socratem argumentum hoc est; Methodiani *Dialogi* mentionem extare nullam apud Eusebium, nullam apud Rufinum, ac proinde supposititum esse. Videratne vero Baronius sex *Apologiae* libros a Pamphilo et Eusebio in gratiam Origenis scriptos, in quibus quæcumque pro illo facere poterant, diligenter collecta fuerunt, nec Xenonis proinde *Dialogi* mentio præmissa?

III. Sane tanta erat his temporibus Origenianæ doctrinae celebritas et existimatio, ut hinc ad facti pœnitentiam adductum fuisse credam Methodium, cum vix quemquam ad suas pelliceret partes; cuncti

(51) Sed Socrati contradicit Baronius,... quod laudatum primo a se Origenem postea damnarit Methodius, ut Eusebius tradit apud Hieronymum lib. 1, *Apolog. in Rufin.* En ipsa Eusebii verba ex lib. vi *Apologiae* ipsius pro Origene, qualia exhibet Hieronymus loco citato: «Quomodo augus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui haec et haec de

A ferme Adamantio adhærescerent. Quem tamen a Petro Alexandrino epISCOPO et martyre, qui Methodii ætati seppar fuit, male habitum reperio. Loca quædam ex ipsius libris profert Justinianus in epistola ad Menam, unde quam infensus ipsi adversus Origenem animus fuerit, intelligitur. Tunc autem inter sectatores Origenis Alexandria florebat vir magni nominis Pierius presbyter, quem rara eruditio, indefessus labor, felix ingenium, temperantia ac paupertatis studium, utiles et jucundæ ad populum conciones tantum commendarunt, ut junior Origenes diceretur: quasi in ea laude, laudum omnium, quæ ecclesiasticum virum deceant, summa contineretur: Ἡν γὰρ τάπει ἐν τοῖς ἀξιολογωτάτοις Ὀργανητές. Tunc euim inter celeberrimos Origenes habebatur, inquit Photius cod. cxix, ubi de Pierii scriptis disserit. Idem cod. cvi, Theognosti Alexandrini *Hypotyposeon* libros septem recensens, eum ait sive assectandi, sive defendendi Origenis studio ductum decrevisse Dei Filium esse creatum, et ratione prædictis tantum præesse, eademque de Spiritu sancto ac Origenem proposuisse, et corpora angelis a dæmonibus item ut illum tribuisse. At codice tamen ccxxxii, Athauarium scribit Photius Theognostum in multis locis admittere. Sane studiosissimum virum, et disertum, et admirandum eum appellat Athanasius de synodi Nicena decretis, et de peccato in Spiritum sanctum, ipsiusque præsidium aduersus Arianos usurpat: atque idcirco prætermissam ab Eusebio mentionem illius probabile est, quod ab Arianis partibus fuerit alienus. Quapropter corruptas ejus *Hypotypeses* ab hujus sectæ patronis, quemadmodum et Clementis librum eodem titulo inscriptum, non immerito Andreas Schotus conjectat in *Schol. ad Photii cod. cvi*. Quod si integer ad nos Photii codex pervenisset, ætatem ejus compertam habereimus. Unam hoc scire licet, Athanasio antiquorem fuisse illum, Origenem recensionem.

IV. A Methodii ætate ad Ariana tempora suos Origeni honos videtur constitisse. Orto autem Ario, patrocinium hæresi sue querentes Ariani, Adamantii nomen cause sue prætexere studuerunt. Ex ipsius ergo operibus collegunt diligenter quæcumque Filii dignitatem labefactare, vel suam denique de Trinitate opinionem juvare videbantur. Atque id tolerabile erat, si hac sine recordia ipsorum stetisset; verum nefariæ etiam doctrinæ virus iisdem passim affuderunt scriptis, ut suum penitus Origenem facerent. Cujus ad elevandam auctoritatem, qua tantum gloria bantur Ariani, animum appulerunt orthodoxi; reclamantibus econtrario Ariani, et suum Origenianæ doctrinæ ac famæ honorem servari merito

Origenis locutus est dogmatibus. Porro hic Eusebius aperte non dicit Methodium fuisse amia locutum pro Origeni. Neque enim dicit, qui haec et haec de Origeni locutus fuerat dogmatibus; sed tantum, locutus est: quod in utramque partem accipi potest. Non igitur mendacio accusandus est Socrates. Henric. Yalesius, *Not. in Socrat. lib. vi, cap. 13.*

Athanasius et Basilius. Ille in *Vita Antonii* lapsus animarum, et conversiones e mentibus in animas reprehendit : hic in tertio Commentariorum in *Hexaemeron* damnat anagogicas ipsius expositiones, quibus virtutes quasdam superiores, quae locum in celo tenere meritate sunt, aquis quae sunt supra firmamentum, significari docet; quae vero inde deturbatae sunt, aquis notari quae sunt sub celo.

VI. Dum pro Origene starent sermones illi, ipsum sibi in scribendo assectandum proponebat Hilarius Pictaviensis. Narrat quippe Hieronymus <sup>12</sup> hunc in Phrygia exsularem magnam Psalmorum partem commentarii illustrasse, in eoque opere imitatum fuisse Origenem, nonnullis tamen de suo adjectis; expositiones etiam in *Jobum* et in *Maltheum* e Graeco Origenis in linguam Latinam transfusisse. Auctor est præterea Hieronymus Euzoium Cæsariensem episcopum Gregorii Nazianzeni condiscipulum et aequalem, et corruptam bibliothecam Origenis et Pamphilij in membranis instaurare esse conatum: » Origenanas etiam partes aecutos esse Titum Bostrorum episcopum, et Didymum Alexandrinum, quem aperiissimum Adamantii propugnatores appellat, quale editis in libros Περὶ ἀρχῶν Commentariolis nihil non orthodoxum illi contineri pertendit, quemadmodum et Eusebius. Ambrosium quoque Mediolanensem, Eusebium Verecellensem, et Victorinum Petabionensem multa Origenis vel Latinitati donasse, vel imitatos fuisse tradit idem Hieronymus. Tam aperte autem Origeni adhæsit Gregorius Nyssenus, ut non eum solum prosecutus sit laudibus, sed dogmata etiam ejus aliquot tempererit: adeo ut ab Origenistis corrupta ipsius scripta, et adulterata peculiari libro demonstrare conatus sit Germanus patriarcha, cuius excerpta habet Photius cod. ccccxxviii. Certe in disputatione de homine, animalium προῦπαρξίᾳ et μετενσωμάτωσι reprobat Gregorius, a nomine autem Origenis abstinet. Hieronymum quoque ipsum etiam tum juvenem, portentosum Origenis ingenium, et singularis eruditio ita ceperant, ut in ejus laudes sepe excurreret, et pro mero Origenista haberi posset: verum per ignes cineri doloso suppositos incedere se subinde intelligens, pedem retulit, ut in sequentibus declarabimus. Nec tot tamen Origeniani nominis patronis absterriti sunt Theodorus Mopsuestenus et Apollinaris, quominus illi palam hic detraheret, ille multis etiam scriptis opusculis oppugnaret; sed levis est momenti haereticorum hominum obtrectatio. Auctor quoque *Dialogorum*, qui Cæsario Gregorii Nazianzeni fratri ascribuntur, et Maximiliano Cæsario recentioris, et Gregorii Nysseni fragmentis parti sunt; auctor, inquam, ille de Origeni male sensit ac scripsit <sup>13</sup>, μυθολόγον eum appellans, ἀκοὴ μὲν θέλγοντα, φυχὴ δὲ οὐ τρέφοντα: Aures quidem mulcentem, animas vero minime nutrientem; et τῆς ὁργῆς ἐπώνυμον,

**A**inepta et frigida allusione, quales scriptor ille comminisci amat: et ἀνοσιώτατον. Item dogmata ejus δηλητήρια, φθοροποιὰ, τοὺς ἀπλουστέρους σκαλίζοντα esse dicit.

Manifestum porro est ex superioribus quantum erraverit Halloxius lib. iv *Orig. defens.*, quæst. 4, aliique nonnulli, qui ante Epiphanius cum Joanne Jerosolymita et Chrysostomo dissensiones, Origenem a nomine pro haeretico habitum fuisse, primiisque Epiphanius in eum signa movisse memoriaræ prodiderunt: nam « velut haereticum accusatum » fuisse diserte scribit Pamphilus in *Apologia*; et quam gravibus pateretur criminibus declarat ipsa *Apologia*, nam « ipsum nomen Apologeticum, » ut sit Hieronymus epist. 65 ad Pamphili. et Ocean., ostendit accusationem; non enim defenditur nisi quod in criminio est; » declarant et *Apologiae* complures quæ a multis magni nominis viris Pamphilus tempore pro Origeni conscriptæ sunt. Nec repugnat, quod Augustinus Hieronymum rogat per epistolam, ut sibi Origenis errores aperiat; nam propter Graecæ linguae inscitiam, in ea ignorantia fuit Augustinus.

VII. Adhuc cum Origene præclare actum erat, neque tantum illi ignominiae inusserant adversarii, quantum celebritatis, inclarescente in dies doctrinæ fama, fuerat adeptus; cum susceptis quosdam inter ecclesiasticos viros inimicitiis, partim Origenismi, partim privati odii causa, maximis motibus universa Ecclesia concussa est. Quod si accurate singula consecrari nobis esset propositum, in immensum cresceret istud opus, et ultra circumseptos lucubrationi huic cancellios excurreremus, adeo longa est injuria, longæ ambages; sed summa duntaxat rerum fastigia persequemur. Quod ut ordine procedat, res altius repetenda est. Consentiente in Origenis laudes toto præmodium orbe, contigit ut nonnulli egregia ejus dicta factaque pro merito demirantes, ipsius etiam errores parum prudenter tuerentur, studiis suis moderari nescientes, Origenique recte sentienti adhaerescere, erranti nuntium remittere. Hinc duplex prodit Origenistarum genus, orthodoxorum et heterodoxorum. Inter orthodoxos ponimus, qui proxime landati sunt, Origeni summa omnia calculo suo tribuentes, ab ejus vel discedentes, vel discedere paratus erroribus, simul atque fuissent perspecti, et ab Ecclesia damnati. Isdem accensemus Joannem Chrysostomum, Theotimum Tomitanum, et aliquos ex iis quos Origenismi causa vexatos fuisse infra narrabimus; heterodoxis ascribimus Dydimum Alexandrinum, Joannem Jerosolymitanum, Evagrium Ponticum, Palladium Galatani, Isidorum, Rufinum, et complures ex Aegyptiis monachis qui Nitriam montem incolebant, quosque Origenismi veneno primos fuisse imbuitos narrat Nicetas *Thesaur. orthod. fid. libr. iv, haer. 51*. Peculiaris commentario Origenistas monachos

<sup>12</sup> Hier. *De script. eccl.* in Hilario; et libr. i *Apol. adv. Rufin.* cap. 2, et libr. ii, c. 4; et Prolog. in libr. ii *Comm. in Mich.*, et epist. 72, *adv. Vigilantium*. <sup>13</sup> *Dialog. 5, resp. 151.*

laudare instituerat Rusticus, ut ab Hieronymo accipimus, cuius haec sunt verba ad *Ctesiphontem*, cap. 2: « Librum quoque scripsit quasi de monachis, multosque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, et quos fuisse scribit, Origenistas, et ab episcopis damnatos esse non dubium est. Ammonium videlicet, et Eusebium; et Euthymion, et ipsum Evagrium, Or quoque, et Isidorum, et multos alios, quos enumerare tedium est. Et juxta illud Lucretii:

Ac veluti pueris absinthia tetra medentes  
Cum dare conantur, prius oras pocula circum  
Contingunt mellis dulci flavoque liquore<sup>18</sup>;

ita ille unum Joannem in ipsius libri posuit principio, quem et catholicum et sanctum fuisse non dubium est, ut per illius occasionem ceteros, quos posuerat haereticos, Ecclesiae introduceret. » Joannem Chrysostomum his significari recte asserit Marianus Victorius; sed fallitur, alium hunc esse opinans Evagrium ab Evagrio Pontico Hyperborita, ut ab Hieronymo alibi appellatur. Quemadmodum autem Origenistas Latine celebrare Rusticus instituit; ita id ipsum Graece a Palladio factum est, in *Lausiaca historia*: quo opere Isidori, Dorothei, Ammonii, Evagrii, Or, Potamianae Origenis discipulæ, Didymi, aliorumque Adamantii sectatorum vitas complexus est. Porro nos quoscunque inter heterodoxos Origenistas ponimus, pro haereticis haberi velim; tralatitudinem enim est, non errorem, sed pertinaciam, haereticum facere. Melania, puta, ex hoc licet grege, inter sanctos tamen relata est; et ex monachis illis Nitriensibus nonnulli in pseudosynodo ad Quercum habita errata sua sibi condonari postulaverunt et impetrarunt.

Atque haec Origenistarum distinctio diligenter notanda est: nam monachos illos Nitrienses, qui hac tempestate Origenistarum appellatione infamabantur, haereticos fuisse censem omnes Baronius, nec tam Origenis gloria fuisse, quam ipsius opinionibus mordicus adhaesisse: que mihi videtur sententia Chrysostomo et Theotimo Tomitano episcopo, sanctissimis viris, perquam esse contumeliosa. Ab ipsis alii omnem erroris suspicionem amotam esse volunt, et totius concertationis invidiā convertunt in episcopos Origenistis infensos, D quos propriis simultatibus Origenismi causam praetexentes, inique viros insolentes vexasse pertendunt; plissimorum hominum Hieronymi et Epiphaniī auctoritatem ac testimonium insuper habentes, iisque Palladii, meri Origenistæ, a quo Chrysostomi vita conscripta est, suffragium anteponentes. Heribertus Bosweydus, historiæ ecclesiasticae scrutator diligens, hos inter mediis incedit, et viros illos qui Origenismi nomine traducti sunt, dogmata primum Origenis defendisse, deinde vero repudiassse conjectat: quod, si ita esset, ab illorum, vel sequentium temporum scriptoribus, omissa adversus Ori-

A genem, vel pro Origene argumentia studiose colligentibus, minime sane fuisset prætermissum. Superest igitur, ut dicamus Origenistas fuisse duplicitis generis, orthodoxos, et heterodoxos; et invidiosum hoc nomen multis amittero, pluribus etiam jure fuisse tributum. Fidem opinioni nostræ faciunt hinc Graeca menologia, quæ nonnullos ex Origenistis in sanctorum album referunt, et spectata Chrysostomi virtus ac pietas, qui eos ita tutatus est, ut eandem quoque sibi appellationem conseiceret; inde Hieronymi et Epiphaniī partibus illis haereses notam imponentium testificatio. Profecto non unam fuisse Origenistarum omnium doctrinam, nec eisdem mores satis ex Epiphaniō evincitur, qui haer. 63 et 64, geminum illorum agnoscit genus: in quo licet incerta prodiderit, et post ipsum Augustinus, multiplicem tameu hominum illorum fuisse sectam ex eo perspicuum est. Inter eos ut integerrimis nonnulli fuerunt moribus, ita fœdum libidinem et Onanismum aliquos exercuisse referenti Epiphaniō facile credo; quidquid contradicat Halloxiæ: ex eoque adductum suspicor Epiphaniū, ut cum præterea non eadem sentire Origenistas omnes inaudisset, putaret turpe illud factum, quod morum erat vitium, doctrinæ errorem fuisse, atque ita duplicem sectam constitueret. Ut miti plerique fuerunt ingenio, ita contentiousi alii, refractarii et cervicosi; velut qui Theophilo Alexandrino presuli violentas prope manus intulerunt, ut dicemus: dicaces alii et petulantes, diceriis saepe et contumeliis Catholicos lacerassebant; velut in eo, quod narramus, dissidio, Catholicos appellabant Pelusiotas, quod tanquam luto immersi, et curvi in terras ac coelestium inanis essent; ad vocem πῆλος, et nomen Pelusii, in Origenistarum Nitriensium, et eorum qui in Palæstina degebant vicinia siti, frigido et scurrili joco alludentes. Hieronymus epist. 61, ad Pamph., cap. 5: « Haec strophæ vestre atque præstigie, quibus nos Pelusiotas, et jumenta, et animales homines dicti, quia non recipimus ea quæ spiritus sunt, » Bannum fugit dicti hujus significatio, et pro, « Pelusiotas, » legi jubet. « Pelusiotas, » quod utebantur Origenistæ « hac voce, suggillantes atque subsannantes Catholicos, quasi crederent mortuos resurrectos etiam cum pilis, dum recte dicerent eos resurrectos cum singulis corporis membris<sup>19</sup>. » Verum expositionis nostræ fidejussorem damus Hieronymum ipsum, epist. 65, ad Pamph. et Ocean., cap. 3. « Pelusiotas, inquit, nos appellant, et luteos, animalesque, et carneos, quod non recipiamus ea quæ spiritus sunt; » et cap. 1: « Putant enim me suum esse σύμπαστην, et propter animales et luteos nolle palam dogmata confiteri. » Manifestus etiam in Jerem. xxix, 14: « Quæ cum audient discipuli ejus (Origenis) et Grunnianæ (hoc est Rustici) familiae stercora, putant se divina audire mysteria; nosque qui ista contemnimus, quasi

<sup>18</sup> Lucret. lib. iv, vers. 11. <sup>19</sup> Baron, ad an. 593, cap. 10, et ad an. 400, cap. 86.

pro brutis habent animantibus, et vocant πήλου-  
στότας, eo quod in luto istius corporis constituti,  
non possimus sentire cœlestia. Aegyptios præcipue  
monachos, apud quos maxime vixit Origenismus,  
ingenio sere fuisse inquieto et turbido, et rerum  
nōvarum studioso, proptereaque in varias hæreses  
incidisse litteris proditum est. Inde Aeriani, Eusta-  
thiani, Anthropomorphitæ, Joviniani, Eutychiani,  
aliisque id genus sexcenti prodiere: et a vetustiori  
quoque ævo Meletianis et Arianis hærentes, anti-  
slifem suum Athanasium probris fixerunt. Unde  
Hieronymus *Apolog. advers. Rufin.* libr. iii. cap.  
7: « Contendi Aegyptum, lustravi monasteria  
Nitriæ, et inter sanctorum choros, aspides latere  
perspxi. »

VIII. Ex hoc næresecorū et hæreticorum semina-  
rio Origenistæ heterodoxi extiterunt. Narrat Epiphanius hær. 64, cap. 4, in Aegypto primum pro-  
pagatum Origenismum apud Aegyptios monachos  
suo tempore floruisse. Ac primum Melania senior,  
nobilis femina, cum patria relicta Jerosolymam  
pietatis causa concederet, facta inter Nitriæ mona-  
chos mensium aliquot mora, aditoque Didymo,  
Origenianis illic erroribus una cum Rufino itineris  
comite infecta est. Contigit illud circa annum  
Christi 372. Quo tempore epistolam dedit ad Rufi-  
num Hieronymus <sup>17</sup>, qua ad se in Syriam ut veniat,  
amicè invitat. Postquam autem Jerosolymæ fixerunt  
sedem, fovendis peregrinis, et rebus Christianorum  
juvandis opes et operam consumentes, exceperunt  
Evagrium Ponticum Constantinopoli certas ob-  
causas discedentem, ipsiusque animo primos Ni-  
triensis Origenismi satus asperserunt. Ita institutus  
Evagrius, et a Melania veste monastica ex voto  
indutus, in Aegyptum abiit, et postquam cum Di-  
dymo congressus est, in Nitriæ tandem monasterii  
sese abdidit, et inter florentes illic Origenistas  
nomen dedit. Auctor est Hieronymus in Epistola ad  
Ctesiphontem, cap. 2, scripsisse illum ad virgines,  
ad monachos, et ad eam cuius nomen nigredinis  
testatur perfidia tenebras; (Meliam seniorem  
intellige) et edidisse insuper librum Ἡεὶ ἀπαθεῖας  
quo insigne Origenis dogma supra a me ventilatum  
continebatur; libros vero ipsius a Rufino Latine  
interpretatos Occidentem lexitasse. Appulit eodem  
aliquot post annis Palladius Galata, et triennio in  
asceteriis transacto, Origenismo inbutus, cum  
valetudine tentaretur, in Palæstinam secessit, et  
haustum in Aegypto Origenismi virus passim profu-  
dit. Florebat tunc in his locis sanctitate et virtute  
Paula Romana: hanc adoritur Palladius, et in suas  
pertraxisset partes, nisi gliscenti malo mature  
occurrisset Hieronymus, et hominis petulantiam  
habita cum eo dissertatione coercuisset. Rei histo-  
riam prolix narrat Hieronymus in *Epitaphio Pau-  
lae*, cap. 41 et 42, quam sibi ab eo eruptam queritur

A Palladius in *Lausiacis*, sect. 78 et sequentibus,  
item sect. 124, Hieronymumque suggillat.

IX. At Joannem Jerosolymitanum præsulem jam  
labes isthæ corripuerat. Is ante adeptum episco-  
patum monachus, Arianis et Macedonianis accom-  
modaverat aures, iisque relictis ad pontificiam  
dignitatem evectus Origenistis sese applicuerat.  
Ægre id tulit scilicet Epiphanius Salaminius episco-  
pus pro eo ac debuit, et blande coram multis præ-  
sens præsentem erroris commonefecit, quo ille  
cum partiariis usque adeo excanduit, ut Epiphanius  
Anthropomorphitarum hæresim publice objiceret;  
suamque tanta pertinacia defendit, ut eundem  
Epiphaniom habitæ cum illis communionis poni-  
teret. Hinc efferatus Joannes animo rixandi avido  
causas vindictæ quærebatur, cum ecce cominodum  
Paulinianum Hieronymi fratrem in Palæstina  
extra ditionem suam Epiphanius, invitum licet  
ac reluctantem, ad diaconatus et presbyterii  
dignitatem promovit. Multa publice et privatum  
conquestus est Joannes, rem sese apud omnes  
per litteras evulgaturum minitans; in eo se-  
lens insuper addens, quod cum Deo sacra  
faceret Epiphanius dicere soleret: *Domine, præsta  
Joanni, ut recte credat.* Objecta crimina diluit Epiphanius  
mitti epistola, quæ inter Hieronymianas  
numero sexagesima habetur <sup>18</sup>; in qua non tam se  
appellit ab eo significat, propter impositum Pauli-  
niano presbyterii characterem extra suam ditionem,  
cum id in monasterio, non in parochia Joanni  
subjecta a se factum esset, et recepta inter Cypri  
episcopos consuetudine facere licet, quam quod  
violatam Origenianis dogmatibus fidem huic expro-  
brasset. Capite vero tertio hæc scribit: « Doleo et  
valde doleo, videns plurimos fratrum, et eorum præ-  
cipue qui professionem habent non minimam, et in  
gradum quoque sacerdotii maximum pervenerunt,  
ejus (Origenis) persuasionibus deceptos, et perver-  
sissima doctrina cibos factos esse diaboli. » Unde  
apparet quam multos jam tum Origenismi aura af-  
flasset. Demum in hæc verba concludit: « Palladium  
vero Galatam qui quondam nobis charus fuit, et nunc  
misericordia Dei indiget, cave, quia Origenis hære-  
sim prædicat et docet, ne forte aliquos de populo tibi  
credito ad perversitatem sui inducat erroris. » Data  
est hæc epistola anno Christi 392, Arcadio et Rufino  
coss., qua publicata, aliisque ejusdem argumenti ad  
Palæstinos episcopos et monachos, et ad Siricium  
papam ab eo datis, dissensionis rumor universum  
orbem continuo pervaletatus est. Sciendum autem  
Hieronymum quoque inter et Joannem, ejusdem  
Pauliniani, multo vero maris Origenismi causa,  
dissidia intercessisse; nam cum ab Epiphanius staret  
Hieronymus, et non solum res in Pauliniani negotio  
gestas comprobaret, sed Origenis etiam errores  
palam damnaret, eo iracundiae processit Joannes, ut  
ab Ecclesiæ communione Hieronymum segregaret,

<sup>17</sup> Hieron. Epist. 41, ad Rufin. <sup>18</sup> Alias, 110, c. 1.

Epiphanium inter se fuisse altercatos. Quamobrem Halloxiū miror, et recentiores quosdam, qui nodique contradicant, nec Hieronymi solum testimonium flocci faciant, sed et Epiphaniī, qui ita Joannem alloquitur : « Video enim quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerim vobis, ARII patrem, Origenem scilicet, et aliarum hæreseon radicem et parentem laudare non debetis. Et cum vos rogarem, ne ita erraretis, et monerem, contradixistis, et me ad tristitiam et lacrymas adduxistis : non solum autem me, sed et alios plurimos catholicos, qui intererant. Inde, ut intelligo, hæc est omnis indignatio, et iste furor ; et idcirco communiamini, quod mittatis adversum me epistolas, ut hue illucque sermo vester discurrat. » Denique propositum sibi esse declarat in eadem epistola Hieronymus, opere peculiari dogmata Origenis convellere.

XIII. Veritus interea ne litteris Joannis, et Isidori insurrectionibus occupatus Theophili animus male de orthodoxorum causa sentiret, aequum duxit gestarum rerum historiam ad eum perscribere, seque et gregales suos apud eum purgare. Pacem ergo optare se, ad eamque conciliandam paratum declarat per epistolam, quæ inter Hieronymianas numero sexagesima secunda habetur, et eodem anno 393 data est : multa deinde imposita sibi a Joanne crimina confutat ; in quibus advertendum est insimulatum eum a Joanne, quod Origenis opera quædam Latine vertisset, respondisse : « Hoc non solus ego feci, sed et confessor Hilarius fecit ; et tamen uterque nostrum noxia quæque detruncans utilia transstulit ; » et panlo post : « Sicut enim interpretationem et idiomata Scripturarum Origeni semper attribui, ita dogmatum constantissime abstuli veritatem. » Ut ostendat præterea quam vana esset Joannis de Pauliniani ordinatione querela, ordinatum eum asserit in Eleutheropolitano territorio, non in Aeliensi. Eleutheropolis autem ea est Hebron ; Aelia, Jerusalem. Denique postquam ad procurandum sibi exitium Joannem laborasse, et auctoritatem publicam ac rescripta sollicitasse questus est, cupere se significat, ut discordiae omnes sopiantur. Utraque parte auditæ veritatem perspexit Theophilus, et malis artibus non bonam causam a Joanne aliquis soveri competens, adversam ita amplexus est, ut utrosque tamen ad sinceram concordiam revocare niteretur, et repugnantes Origenistas molliter ac benigne adhiberet.

XIV. Cæterum, ad coercendam serpentis Origenismi luem, sequente anno Hieronymus Augustinum pietate florentem et eruditione, quicum sibi notitia aliqua intercesserat, parario Alypio Tagastensi postmodum episcopo, qui jam ante optare se significaverat, ut Origenis opera ab Hieronymo Latine redderentur, monet per epistolam, quæ intercidit, ut in Origenis scriptioribus cautus incedat, approbatis melioribus, sequioribus rejectis ; at Origenis sibi notari errores responsione sua Augustinus postulavit.

PATROL. GR. XVII.

A Certe ab his dissensionibus animum procul hic habuit, neque multum sese interposuit Origenistarum rebus : errores duntaxat Adamantii pro re nata impugnavit, velut in libris *De civitate Dei*. Hieronymum autem ad redintegrādā cum Rusino amicitiam valde hortatus est.

XV. Anno a Christi ortu 397, post viginti quinque annorum discessionem Romam reversa est Melania, Rusino itinerum socio comitata. Causam redditus eam fuisse dicit Palladius : Melaniam neptem suam, Piniani uxorem, nupliarum, mundique perterasam, Christo reliquum vitæ consecrare velle cum accepisset, veritam seniorem ne in perversos secessionis suæ duces nepis sua incideret, Romanum advolasse, eamque consiliis adjuvisse. Aliam itineris causam assignat Baronius, Romanum nempe Origenismi invehendi studium, cui Melaniae junioris secessus apud vulgum obtenuit fuerit. Opinionis suæ auctorem non dedit; conjecturis tantum obsecutus est.

XVI. Simul atque Romam appulit Rusinus, libros Origenis *Περὶ ἀρχῶν* a se Latinitati redditos in publicum editurus, priorem *Apologiae Pamphili* librum conversum itidem a se et interpolatum, et una suam *De adulteratione librorum Origens* lucubrationem præmisit, ad viam Origenismo communiciendam. Utrumque Macarii hortatu aggressum se testatur in præfationibus : at id ab eo per simulationem jactatum asserit Hieronymus *Apolog. lib. II, cap. 3*. In præfatione ad Macarium Pamphili *Apologia* prætexta, non obscure tangit ille Epiphanium et Hieronymum, cum de sua interpretatione sic disserit : « Mihi tamen non dubito quin offendam maximam comparet eorum, qui sa læsos putant ab eo, qui de Origene non aliiquid male senserit. » Atque hæc similem ipsius conquestionem in memoriam revocant, quam in perorationem ad interpretationem Commentariorum Origenis in *Epistolam ad Romanos* intersit : « Sed delectabit, inquit, indulsisse laboribus, si modo non, ut in aliis experti sumus, malevolæ mentes vigilis nostris contumelias reddant, et non studia obtrectationibus, et labores remunerentur insidiis. Novum quippe apud eos culpæ genus subimus ; » et mox : « Hoc autem totum mihi do-  
nant, non amore mei, sed odio auctoris » Sed redamus ad *Apologiae* præfationem. Postquam purgandi sui causa, velut professionem filii Rusinus editit : « Hæc, inquit, Jerosolymis in Ecclesia Dei a sancto sacerdote ejus Joanne prædicantur ; hæc nos cum ipso et dicimus et tenemus. » Hieronymum etiam his verbis defricat in suo *De adulteratione librorum Origens* libello : « Auctores obtrectatorum ejus (Origenis) ii sunt qui vel in Ecclesia disputare latius solent, vel etiam libros scribere, qui totum de Origene vel loquuntur, vel scribunt : ne ergo plures ipsorum fulta cognoscant, quæ utique, si ingratii in magistrum non essent, nequaquam criminosa vi-derentur, simpliciores quosque ab ejus lectione de-terrent. » Nam cum Origenem mirifice celebrasset Hieronymus etiam tum juvenis, et plus quam 70 ho-

mileticos ipsius libros, multa etiam de tomis in Apostolum scriptis Latine reddidisset, ex ejusque libris Commentarios suos locupletasset, mox in eum calcitrare coepit. Neutquam vero his perstringi Hieronymum putat Halloxius, quia jam reconciliata fuerat inter eos gratia, et paulo superius Hieronymi cum laude meminerat his verbis: « Damasius episcopus, cum de recipiendis Apollinaristis deliberatio haberetur, editionem ecclesiastice fidei, cui iidem editioni, si Ecclesiae jungi velint, subscribere deberent, conscribendam mandavit amico suo cuidam presbytero viro disertissimo, qui hoc illi ex more negotium procurabat. » Addere poterat Halloxius euudem a Rufino honoris causa nominatum in praefatione librorum *Hegl dpxōr*, qui hoc tempore prodierunt. Verum hoc erat ingenio Rufinus; palam in os laudabat, clam detrahebat; simulacrum sovebat in sinu, amicitiam fronte gerebat. Itaque palpus coram obtrudebat Hieronymo, ut acrius occule morderet. Hoc amplius, Hieronymus ipse *Apolog.* 2 in *Rufin.*, cap. 6, haec verba ita repetit, quasi neutquam ad se pertineant: sed vel tacite notari se non sensit; vel perspectam calumniam simulate reticuit. Ut ut est, suum maneat lectori judicium: sequentia certe manifeste Epiphanium petunt: « Denique quidam ex ipsis, qui se velut evangelizandi necessitatem per omnes gentes et per omnes linguis habere putat de Origene male loquendi, sex millia librorum ejus se legisse, quamplurima fratrum multitudine audiente, confessus est. » Ipos deinde *Hegl dpxōr* libros Urbis propinans Rufinus, quo magis lectores illiceret, praefationem operi praefixit, eaque declaravit sese reliquis dogmatibus intactis falsas Origenis de Trinitate sententias, utpote ab hereticis insertas, vel emendasse, vel prætermisssisse: grassans enim hoc tempore Arianismus adversus Origenem, cuius ambiebat patrocinium, Catholicos commoverat. Exemplo quoque Hieronymi, multorum jam Origenis librorum interpretis, adductum se significat hac ipsa praefatione Rufinus, ut scriptoris illius conversionem susciperet. Et causæ tamen ita diffusus est, ut præfationi nomen suum ascribere non auderet; et assensu præterea Theophili et Hieronymi glorietur.

Multis enimvero cordi fuit opus illud a Rufino D translatum, et Origeni sacerdotes, monachos et e Christianorum vulgo multos adjunxit, et Siricij quoque papæ simplicitati illusit. At plures tamen doctrinæ novitas perculit; adeo ut totum orbem post Rufini interpretationem in Origenis odium exarsisse, et translatum opus expavisse tradiderit Hieronymus lib. 1 *Apol.*, cap. 3. Auctor quoque ille est, primam Marcellam Romanam, nobilitate generis, et pietate illustrem, subolescentem errorem reprehendisse ac repressisse. Discessum itaque destinantes facti auctores, cum jam fere ut heretici designarentur, ecclesiasticas epistolulas a Siricio impetrant, ut Ecclesia communione gloriari possent: atque his communitus Rufinus Aquileiam remeavit.

A XVII. At Pammachius et Oceanus de rebus in Urbe gestis Hieronymum certiore faciunt, et Ruflianam librorum *Hegl dpxōr* interpretationem cum praefatione transmittunt, postulantque ut libros eosdem meliori fide convertat, et injectas de se suspicções diluat. Replierat cum illo jam tum in gratiam Rufinus, cum Jerosolymis proficisceretur. Subdola itaque Rufini praefatione clam arrosum se et impeditum sentiens Hieronymus, et inter Origenistas positum, hanc cum eo injuriam amice et leniter exposulavit per epistolam, cujus hoc est exordium: « Diu te Romæ moratum sermo proprius indicavit; unde licet conjicere jam ante ad eum litteras Rufinum dedit. Sed cum per vecturæ moras serua Romam delata fuisset Hieronymi responsio, renuntiatum interea fuerat Rufino novam librorum *Hegl dpxōr* interpretationem ab eo parari, quam eo consilio conditam a se scribit Hieronymus *Apolog.* lib. 1, cap. 2, non ut crederet lector iis quæ interpretabatur; sed ne crederet iis quæ ante transtulerat Rufinus. Atque ita dirempta inter eos gratia, datum ad Rufinum epistolam Hieronymi familiares, qui curandam eam acceperant, suppresserunt. Suscepitam interim, Pammachii et Oceani rogatu, sinceriores librorum *De principiis* conversionem absolvit Hieronymus, et ad eos Romanum misit, cum luculentia epistola, qua Origenis doctrinam et eruditioem laudasse se lateatur, dogmata tenuisse pernegat. « Laudavi, inquit, interpretem, non dogmatisten; ingenium, non fidem; philosophum, non apostolum. Quod si volunt super Origene meum scire judicium, legant in *Ecclesiasten Commentarios*, replicent in Epistolam ad Ephesios tria volumina, et intelligent me semper ejus dogmatibus contraiisse; et iterum: « Si mihi creditis, Origenistes nunquam fui; si non creditis, nunc esse cessavi; » et sequenti capite: « Fac me errasse in adolescentia, et philosophorum, id est gentilium studiis eruditum in principio fidei dogmata ignorasse Christiana; et hoc putasse in apostolis, quod in Pythagora, et Platone, et Empedocle legeram: cur parvuli in Christo atque lactentis errorem sequimini? cur ab eo impietatem discitis, qui needum pietatem noverat? Secunda post naufragium tabula est culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem, imitamini et correctum. » Similiter in epist. 62, ad Theophilum: « Sicut enim interpretationem et idiomata Scripturarum Origeni semper attribui, ita dogmatum constantissime absulti veritatem. » Et tamen cum Commentarios suos in *Ecclesiasten*, et *Epistolam ad Ephesios* Adamantii scitis referserit, vix iis semel contradixit: imo vero ne Origenem quidem auctorem citavit. Quod si ea pro falsis habuit, cur censuræ notam non apposuit? cur cum id sibi vitio daretur, id sibi gloriae duxit? « Nam quod dicunt, » inquit Prolog. in lib. 11 *Comment.* in *Mich.*, « Origenis me volumina compilare, et contaminari non decere veterum scripta: quod illi maledictum vehemens esse existimant, eamdem laudem ego maximam duco, cum illum imitari volo,

quem cunctis prudentibus et vobis placere non dubito; » eur in præfatione ad librum *De nominibus Hebraicis*, ait neminem nisi imperitum, negare Origenem post apostolos Ecclesiarum esse magistrum?

Igitur non sine causa Rufinus Origenistam aliquando fuisse Hieronymum jactabat. « Hæc est, » inquit, in vect. 1, « tua tanti magistri gravitas, ut eum quem in aliis laudas, condennes in aliis et quem in præfationibus tuis alterum post apostolos Ecclesiarum magistrum dixisti, nunc hæreticum dicas? Quis hæreticus Ecclesiarum magister aliquando dici potuit? » Futilis ad hæc Hieronymi excusatio, qui Proœm. in lib. xi *Comment. Isaiae* respondet Origenem, Eusebium, Apollinarium, aliosque a se in commentariis ad libros Danielis, magistros Ecclesiæ nominatos, ad distinctionem quorundam qui a Christi fide erant alieni. Pergit Hieronymum lacessere Rufinus, eumque Origenis fidem nunquam se laudasse jacentem propriis ipsius verbis coaguit. Quibus ille velut convictus scribit lib. iii *Apolog.*, cap. 3. « Eodem fervore quo Origenem ante laudavimus, nunc damnatum toto orbe damnemus; » et mox: « Erravimus juvenes, emendemur senes; » et iterum: « Ignosce mihi quod Origenis eruditio- nem, et studium Scripturarum, antequam ejus hæresim plenius nossem, in juvenili ætate laudavi. » Inde Posthumianus apud Sulpicium Severum merito ait: « Illud me admodum permovebat, quod Hieronymus, vir maxime Catholicus, et sacræ legis per- tissimus, Origenem secutus primo tempore putabatur, quem nunc idem præcipue, vel omnia illius scripta damnaret. » Inde et Vigilantius ipsum sic tanquam Origenistam incessebat, quam tamen cri- minationem depellere conatur epist. 75. Inde et Au- gustinus inconstantiam et mobilitatem ingenii Hieronymo Origenem sibi olim percarum jam infamanti subobscure exprobrat, epist. 8. « Petimus ergo, inquit, et nobiscum petit omnis Africanarum Ec- chesiæ studiosa societas, ut in interpretandis eo- rum libris, qui Græce Scripturas nostras quam optime tractaverunt, curam atque operam impende- re non graveris: potes enim efficere, ut nos quo- que habeamus illos tales viros, et unum potissimum, quem tu libentius in tuis litteris sonas: » Origenem nimirum, cuius magnam tum quoque suis in Africa celebritatem ex eo manifestum est. Inde et Pelagius papa II, in *Epistola ad Eliam Aquileensem, et alios Istricæ episcopos*, « Annon, » inquit, et Hieronymus nostræ Ecclesiæ presbyter, et sin- gularis Hebrei sermonis interpres tanto erga Ori- genem favore intenditur, ut pene discipulus ejus esse videatur? » Inde denique sub Hieronymi nomine conficta est epistola, in qua se Origeni aliquando adhæsisse dolet.

Quamvis autem viri pii et orthodoxi officio fun-ctus sit, cum agnitos Origenismi errores ejuravit; optabile tamen foret, ut sancusissimus ille doctor constantior animi fuisse et moderatior, neque tam facile illi suæ fuisse morigeratus, ut in co-

A pro rerum ac temporum ratione, trahi se et jactari scivisset, nonnunquam etiam maximos viros amaris- simis conviciis perfudisset: fatendum quippe est jure eum sæpe a Rufino fuisse reprehensum; sæpe etiam Rufinum ab eodem sine causa fuisse culpatum. Hæc porro cum agerentur, annus Christi trahebatur trecentesimus nonagesimus nonus.

XVIII. Quo tempore Hieronymianam librorum *Περὶ ἀρχῶν* interpretationem Pammachius continebat; verum ab amico ipsius quodam fraude descrip- ta in vulgus emissâ est. Interpretationis autem sua perfidiam ex bujus conflictu perspectum iri, versu- tiasque suas jam proditas intelligens Rufinus, ad eumque perlatis Apronianî opera litteris, quas ad Pammachium et Oceanum una cum libris *Περὶ ἀρ- χῶν* recens a se Latinitate donatis Hieronymus mi- serat, triennium in elaboranda duplice Apologia contrivit. Prior vetustate intercidit: posterior superest in duas divisas partes, quarum prima criminatio- nes ab Hieronymo impactas refellit, altera Hiero- nymum ipsum suggillat. Quæ cum in apertam contentionem erumperent, duas in partes, ut sit, Ro- manorum Christianorum animi abierte, cum Rufino alii Hieronymo faverent; nec Romani dunta- xat, sed et quotquot fere per orbem sparsi erant, diversis studiis ferebantur.

XIX. Tum vero partium suarum esse intellexit Anastasius papa, non quidem exorientes motus le- nimentis adhibitis consopire, quod factum a deces- sore ejus Siricio notavimus, sed malum occulte crescens apostolica auctoritate rescindere. Re ita- que diu ac mature in utramque partem perpensa, Origenis tandem erroribus hæresecos notam impres- sit anno 400. Theophili studium imitatus, qui supe- riore anno in Alexandrina synodo eosdem damna- verat. Statim vero dimissis in omnes partes nuntiis, Origenianorum errorum damnationem promulgat Anastasius; qua accepta iidem passim reprobati sunt. Ea de re disserentem audiamus Theophilum in *Epistola ad quosdam monachos*, quam profert Julianus in *Epistola ad Menam*: Οὐκοῦν ἀναθεμα- τίζοντες τὸν Ὡριγένην, καὶ τοὺς ἄλλους αἱρετικούς, ὃπερ ἡμεῖς καὶ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἀγίας Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος Ἀγαστάσιος, ἐκ παλαιοτέρων ἀγωνισμά- των ἔνδοξος στρατηγὸς ἐπισήμου λαοῦ χειροτονθεὶς, ἦ καὶ πᾶσα τῶν μαχαριών κατὰ τὴν δύσιν ἐπισκόπων ἔπειται σύνοδος, ἀποδεχομένη τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων Ἐκ- κλησίας τὴν κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς ψῆφον. « Igitur analhe- ma dicentes in Origenem, aliosque hæreticos, quem- admodum factum est a nobis, et ab Anastasio sanctæ Romanorum Ecclesiæ episcopo, qui ex veteribus certaminibus clarus, dux illustris populi creatus est, quem et omnis beatorum Occidentis episcopo- rum sequitur cœtus, Alexandrinorum Ecclesiæ sen- tentiam adversus impium latam suscipiens. » Hieronymus certe lib. ii *Apolog.*, cap. 6, præter Ana- stasiū et Theophilū, tradit Venerium quoque Mediolanensem episcopum, et Chromatium Aqui-

eiensem, Origenem subjectis sibi populis hæreti-  
eum denuntiasse.

**XX.** At parum sese promovisse ratus Anastasius, si non tumultus auctorem Rufinum, et bellum re-novantem retunderet, Romani eum ad causam di-cendam accersit : tergiversatur Rufinus, et Apolo-giam scribit ad Anastasium, qua levibus ad detre-ctandam profectionem excusationibus usus fidem suam proflitetur : deinde ait : « Origenis ego neque defensor, neque assertor sum, neque primus inter-preps : alii ante me hoc idem opus fecerunt ; feci et ego postremus, rogatus a fratribus. Si jubetur ne-siat, jussio observari debet in posterum. Si culpan-tur qui ante jussionem fecerunt, culpa a primis incipiat. Ego enim præter hanc fidem, quam supra exposui, id est quam Romana Ecclesia, et Alexan-drina, et Aquileiensis nostra tenet, quæque Jero-solymis prædicatur, alienam nec habui unquam in isto homine, nec habeo, nec habebó. » Neutiquam ta-men excusationem hanc Anastasius accepit, sed in-stante Marcella, Rufino, ut verbis utar Hieronymi<sup>18</sup>, cauterium hæreos inussit, eumque damnavit an-no 401. « Damnationis hæreticorum, » inquit idem Hieronymus epist. 46, « hæc Marcella fuit princi-pium, dum adducit testes, qui prius ab eis erudití, et postea ab hæretico fuerant errore correpti ; dum ostendit multitudinem deceptorum, dum impia Περὶ ἀρχῶν ingerit volumina, quæ emendata manu scor-pii monstrabantur ; dum acciti frequentibus litteris hæretici, ut se defenderent, venire non sunt ausi, tantaque vis conscientiæ fuit, ut absentes damnari, quam præsentes coargui maluerint. Hujus tam glo-riosæ victoriæ origo Marcella est. » Cujus victoriæ fama cum per totum orbem increbuisse, Anastasi-um ipsum super Rufino consuluit Joannes Jeroso-lymitanus, ejusque sententiam exploravit. Exstat Anastasii responsio data ad an. 402, in qua nota-dum primo illud est, multis ab eo laudibus Joannem Origenismi licet suspectum extollit ; deinde et istud : « Origenes autem, cuius in nostram linguam composita derivavit (Rufinus) ante quis fuerit, in que processerit verba, nostrum propositum nescivit. » Addit Rufinum hac interpretatione fidem ab apostolis propagatam violare voluisse ; non damnare tamen, si a traditis in interpretato opere dogmatis abhorreat ; damnare se penitus, si iisdem assentia-tur. Tum paulo post, « illud quoque, inquit, quod evenisse gaudeo, tacere non potui, beatissimorum principum manasse responsa, quibus unusquisque Deo serviens ab Origenis lectione revocetur ; dam-nandumque sententia principem, quem lectio re-rum profana prodiderit. » Suam demum super Ru-fino sententiam his verbis exponit : « Itaque frater charissime, omni suspicione seposita, Rufinum scito quod propria mente Origenis dicta in Latinum trans-latit ac probavit, nec dissimilis ab eo est qui alienis vitiis præstat assensum. Illud tamen scire cu-

A pio ita haberí a nostris partibus alienum, agat, ubi sit, nescire cupiamus. Ipse denique ubi possit absolví. » Quocirca Rufinum ita a-tur Hieronymus *Apolog.* lib. III, cap. 6 : potius Romani, et præsens apud eum (Rom. episcopum) expostula, cur tibi et absentí, et centi fecerit contumeliam ; primum ut non re-expositionem fidei tuæ, quam omnis, ut s Italia comprobavit, et baculo tuarum uti n litterarum contra canes tuos : deinde ut Ep contra te ad Orientem mitteret, et cauterius hæreos dum nescis inureret, dicereque libro genis Περὶ ἀρχῶν a te esse translatos, et si Romanæ Ecclesiæ plebi traditos, ut fidei verit quam ab Apostolo didicerant, per te perdere quo tibi majorem saceret invidiam, auctor sit t nari hos ipsos, præfationis tuæ testimonio ro-tos. » Quin etiam in Epistola 82, ad *Marcellinum Anapsychiam*, sese ait subdolum libellum a R oblatum Anastasio papæ, aliasque ipsius script opusculis quibusdam explosisse, quas non aliud conjecerit quispiam, quam *Apologias* ipsas, de bus proxime commemorabimus.

**XXI.** Illo ipso anno geminam Rufini ad-  
se Apologiam gemina itidem adversus Rufinum.  
logia Hieronymus exceptit : nam cum ex Occi-  
Jerosolymam remeasset ipsius frater Paulinianus  
bros illos adversus eum elaboratos, nondum qui  
ab auctore, quem metus scilicet et pudor in-  
bant, in lucem esse editos, sed inter Rufini ta-  
familiares circumferri significavit ; e quibus i  
n vulgo exiissent nonnulla, collecta ea ad frat-  
pertulit : quod ipsum prestiterunt per litteras Pa-  
machius et Marcellinus. Non ad has ipsas ita  
Rufini scriptiones, sed ad relatas a Pammachio, Mar-  
cellino et Pauliniano criminationes priorem q  
habemus Apologiam Hieronymus adornavit. D  
bus ea continetur librī, et Pammachii ac Mar-  
lini nomine inscripta est, quorum monitu fu-  
elucubrata ; ad eos vero transmissa, quos ser-  
uis Rufinus afflaverat : in eaque declarat Hiero-  
nimus constitutum esse sibi peculiari opere Pam-  
machii et Eusebii *Apologiam* resellere. Hæc simul atque  
Rufinum perlata est. Ira incitatus, responsu-  
cum Apologiis misit ad Hieronymum, quo hastum  
en apicibus territabat, mortem minitans, et  
tribunalia sese provocaturum, nisi maledictis a-  
tineret. Verum futilis minas parvipendens Hiero-  
nimus, posteriorem Apologiam continuo rescripsit.

**XXII.** Post septem annos quam hæc acta su-  
diem clausit extremum Melania senior, vix aq  
draginta diebus Jerosolymam reversa. Ru-finum quoque sequente anno, qui fuit a Christo nato 41  
Aquileia ab Alarico vastata in Sicilia profugum  
riisse tradit Baronius. At in *Epistola ad Ursacium*  
quam interpretationi Commentariorum Origenis

<sup>18</sup> Hieron. *Apol.* 3, cap. 6.

libruin Numerorum præfixit Rufinus, quamque cum nondum edita esset, mecum olim benigne communiearunt clarissimi fratres Bigotii, ita scribit : « Sed reddendæ pollicitationi non tempestivum, ut ille ait, sed tempestuosum nobis tempus ac turbidum fuit. Quis enim ibi stylo locus est, ubi hostilia tela metuuntur ? ubi in oculis est urbium agrorumque vastatio ? ubi fugitur per marina discrimina, et ne ipsa quidem absque metu habentur exsilia ? In conspectu etenim, ut videbas etiam ipse, nostro Barbarus, qui Rhegino oppido miscebat incendia, angustissimo a nobis freto, ubi Italæ solum Siculo dirimitur, arcebatur. » Agebat ergo tum in Sicilia. Ait deinde : « Jam enim ex omnibus quæ in lege scripta reperi, sola ut puto in Deuteronomio desunt orationes, quas si Dominus juverit, et sanitatem deridet oculis, copimus reliquo corpore sociare : quamvis amantissimus filius noster Pinianus, cuius religiosum cœtum pro amore pudicitiae profugum comitamus, injungat et alia. » Pinianus ille, cujus in comitatu se tum fuisse ait Rufinus, is erat Melaniae junioris maritus. Hunc Roma discessisse anno 408, et Carthaginem appulisse anno 409, ipse agnoscit Baronius. Igitur vel Rufinum in Sicilia a Piniano et utraque Melania relictum mors anno sequenti oppresserit ; vel certe tempus a Baronio assignatum uno saltem anno Rufini obitus antevertitur, viri Origenianæ doctrine ita studiosi, ut infinitas sibi turbas, convicia, infamiam et damnationem denique ejus causa pepererit : qui si animo suo fuisse moderatus, et a librorum *Hapl ἀρχῶν* interpretatione abstinuisse manum, suum sibi Origenes decus, gloriamque in Occidente servasset ; verum dum tradit illum Latinis legendum, ex omnium manus excussit : « Totus enim orbis, » inquit Hieronymus *Apol.* 1, cap. 3, « post translationem » Rufini « in Origenis odium exarsit, quem antea simpliciter lectabat. » Nihilominus ab Anastasio licet damnatus fuerit Rufinus, ejus tamen consuetudine usum fuisse Chromatium Aquileensem episcopum persuadet ipsius *Praefatio Eusebianæ Historiæ* a se conversæ premissa, qua rogatu Chromatii, animo ex patriæ clade afflito solainen adhibere volentis, susceptam illam a se ostendit Melania quoque diu post inflictam Rufino censuram certatim laudibus extulerunt Augustinus et Paulinus : et post mortem demum in Græcorum Martyrologiis inter sanctos ascripta est.

XXIII. At non Rufini obitu sata ab ipso Origenismi semina extincta sunt. Pelagius, monachus natione Britannus, arrepta quedam Origenis dogmata a Rufino exulta et propagata renovavit. Quocirca Hieronymus in Proemio ad lib. 1 *Comment. in Jerem.* Grunnium, hoc est Rufinum, Pelagii et præcursorum et magistrum appellat. Dogma quoque ἀποθετας et ἀμαρτητας, quod supra tractavimus, ab Origenistis accepisse Pelagianos prodit in Proemio *Dialog. adv. Pelag.* et in Proemio lib. iv *Comment. in Jerem.* et in *Epist. ad Ctesiph.*,

A cap. 2. Et Augustinus lib. 11 *De peccat. origin.*, adv. Pelag. et Cœlest., refert in judicio episcopal Carthagine habitu, querenti Paulino diacono presbyterorum nomina, a quibus pestilentem suam doctrinam Cœlestius accepisset, respondisse Cœlestium : « Sanctus presbyter Rufinus, Romæ qui mansit cum sancto Pammachio. Ego audivi illum dicentem quia tradux peccati non sit. » Idecirco Origeniani nominis invidiam in se conversam sentiens Pelagius, cum apud Innocentium papam se purgaret, in libello fidei præcipuos Origenis errores proterere se simulavit. Porro ut Origenianæ hæresi Pelagiana, sic

B ...*Nestoriana lues successit Pelagianæ*, inquit Prosper in Epitaphio Nestorianæ et Pelagianæ hæreseon. Sed quoniam præter institutum nostrum est illarum historia, et aliorum laboribus jam satis illustrata, ad sequentia properamus.

XXIV. Obtritus plane ac pessundatus in Occidente videbatur Origenismus, cum ecce Aviti duo Hispani, Roman alter, alter Jerosolymam profecti, in patriam post redditum merces Origenianas intulerunt. Horum alter (is, ni fallor, qui Jerosolymam contenderat, quemque adiisse Hieronymum in Palestina degentem verisimile est) ab Hieronymo postulaverat, ut Origenis libros *Hapl ἀρχῶν*, sincere et fideliter conversos ad se mitteret ; quod cum facile impetrasset, cavendisque errores per epistolam Hieronymus præmonstrasset, iis tamen impliari se et illudi passus est ; ac alterum quoque Avitum in easdem opinaciones pertraxit. Patriæ consulens Paulus Orosius, quam hæc, atque aliæ item hæreses pervadebant, Augustini opem oblato ipsi Commonitorio imploravit. Scripto statim ad Orosium Commentariolo adversus Priscillianistas et Origenistas, hæresim utramque Hispaniam infestantem proculvavit Augustinus ; et in eximio præterea *De civitate Dei* opere, quod tunc elaborabat, ut et in aliis quoque scriptioribus, cum Origenistis præliatus est. Quæstionem unam, quæ est de origine animalium, definire non ausus, Orosium in Palestinanum misit ad Hieronymum, quem disceptationis hujus arbitrum esse voluit. Manifestum itaque ex eo est, merito inter suppositiū et Augustino per eam ascripta rejici libellum *De deitate et incarnatione*, ad Januarium, qui habetur in Appendice quarti tomī : quippe qui Origenianis fere pannis consutus et consarcinatus est.

C Circiter idem tempus Semipelagianæ hæresi robur Joannes Cassianus in Galliis conciliabat ex Origenis scriptioribus, cujus econtrario nomen Vincentius Lirinensis ibidem traducebat : in Commonitorio siquidem priore *advers. Hæres.* cap. 23 dum ostendere conatur errorem Origenis Ecclesiæ Dei offensioni fuisse, postquam præclaras illius doctes multis dilaudavit, « Eo, inquit, res decidit, ut tantæ personæ, tanti doctoris, tanti prophetæ non humana aliqua, sed ut exitus docuit, nimium periculosa tentatio plurimos a fidei integritate deduc-

ret. Quamobrem hic idem Origenes tantus ac talis, A dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget, sibique satis credit, cum parvi pendit antiquam Christianae religionis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere præsumit, dum ecclesiasticas traditiones, et veterum magisteria contemnit. Scripturarum capitula novo more interpretatur, meruit ut de se quoque Ecclesia Dei diceretur : *Si surrexerit in medio tui propheta; et paulo post : Non audies, inquit, verba prophetæ illius*<sup>19</sup>. Vere non solum tentatio, sed etiam magna tentatio, deditam sibi atque in se pendentem Ecclesiam admiratione ingenii, scientiae, eloquentiae, conversationis et gratiae, nihil de se suspicantem, nihil verentem, subito a veteri religione in novam profanitatem sensim, paulatimque traducere. » Tum lectores monet, etiamsi corrupti sint libri Origenis, quod non diffitetur, sub ejus tamen nomine venditari, et ad insinuandos errores tantum nomen valere posse. Ita renascentis Origenismi propagines in Occidente elisæ sunt. Sed et iterum ibidem, iterumque sunt contusæ, ut in sequenti sectione ostendeamus.

## SECTIO II.

I. *Theophilus Alexandrinus monachos quosdam Nitrienses vexat; II. et afficto ipsis Origenismo Origenistas una insectatur. III. Aliæ dissidii hujus causæ proferuntur. Synodus Alexandrina Origenistas damnat, quos Theophilus ex Ægypto deturbat. IV. Æquum de his concertationibus Posthumiani judicium. V. Theophilii factum approbat Anastasius, Epiphanius et Hieronymus. VI. Utris plus adhibendum in hac historia fidei, Palladio, Socrati, Sozomeno, Georgio Alexandrino, anonymo Vitæ Chrysostomi scriptori, et Simeoni Metaphraste; an Epiphanio et Hieronymo disquistitur. VII. Theophilii synodicam epistolam et Paschales quatuor convertit Hieronymus. VIII. Quarritur urbi prius Constantinopolim profecti sint Origenistæ, an Theophilii legati. IX. Origenistas benigne excipiunt Joannes Chrysostomus et Eudoxia. X. Synodus in Cypro adversus Origenistas cogit Epiphanius. XI. Theophilenses legati et Origenistarum apud imperatorem mutuo se accusant. XII. Epiphanius Constantinopolim appellat, et Chrysostomum male habet. XIII. Altercatur cum Eudoxia, deinde Cyprum repetens fato concedit. XIV. Rei gesta summa repetitur ex Polybio teste oculato. XV. Constantinopolim advenit Theophilus, et conciliabulum cogit ad Quercum. XVI. Accusat Chrysostomus. XVII. Actorum pseudosynodi ad Quercum habitæ fides exploratur. XVIII. Crimine liberantur Nitrienses, et in gratiam cum Theophilo redunt. XIX. Exauctioratur Chrysostomus, et in exilio diem multo post obit. XX. In Chrysostomi defuncti nomen grassatur Theophilus, reuente Isidoro Pelusiota. XXI. Chrysostomum prosecutur laudibus Synesius, probris Hieronymus. XXII. Origenianos libros lectitabat Theophilus : XXIII. Diem claudit : succedit Cyrillus, et avunculi inimicitias persequitur, sed ab Isidoro reprehensus factum mutat. Scribit adversus Origenem Hammon Adrianopolitanus. XXIV. Joannis Jerosolymitani et Hieronymi obitus. Male audit Origenis doctrina in Oriente et Occidente : XXV. suos tamen fautores habet Philastrium, Theodoretum, Socratem,*

Sozomenum, Sidonium, auctorem Prædestinat, et Eutychetem.

I. Hæc dum in Occidente gererentur, longe graviori tumultu Orientis Ecclesias Origenismus qualiebat. Cujus intermissam vitandæ confusione bistoriam repetemus. Postquam Isidorus ille, quem a Theophilo ad sedandas Joanne in inter et Epiphanium ac Hieronymum controversias submissum dimisimus, Alexandriam regressus est, urgere Theophilum non desiterunt Epiphanius et Hieronymus, ut cum Origenistis marte aperto ipse quoque prædisretur. Detrectabat ille pugnam, rogante præsertim Epiphanio, erga quem Anthropomorphitarum heresos sibi suspectum male affectus erat. Mox autem ut ad Ecclesiae causam privata odia accesserent, statim adversus Origenis assecelas classicum cecidit. Obscura certe est et implicata temporum illorum historia, quamque nonnisi a Palladio, Socrate et Sozomeno, ætatis hujus proximis petere possumus, quamvis prioris auctoritatem minuerit apertos Origenismi amor, alios aliarum haereseon studium merita pene existimatione fraudarit. Cur itaque Origenistas insectaretur Theophilus causam hanc his tradit Socrates. Quæsitum in Ægypto nonnulla ante fuerat, Deusne corporeus esset, et humanam formam gerens, an penitus incorporeus. Multi, et simpliciores præsertim monachi, Deum humano habitu præditum fingebant, unde Anthropomorphites, sive ut loquitur Epiphanius Scholasticus in *Tripartita Historia*, lib. x, cap. 7, et Humaniformandi dicti sunt; plures contraria sententiam sequabantur. Hos inter erat Theophilus, qui cum opinionem suam in epistola quadam Paschali, cuiusmodi epistolam de more quotannis scribebat, prodidisset, eaque ad Ægyptios ascetas fuisse perlata, incanduerunt illi, ut Theophilum ab Ecclesia expellendum censerent. Seetinos monachos reliqui sanctitate præstantiores et doctrina hanc repudiassentes epistolam, præter unicum abbatem Paphitium, litteris tradidit Cassianus collat. 10, cap. 1. Et reliquis vero per Ægyptum sparsis monachis plurimi manu facta advolant Alexandriam, et interficiendo Theophilo cogitant. Ille stolidos lamines astu tractavit, et ingruentes compescuit ambiguo hoc dicto : « Sic ego vos vidi, quasi faciem Dei », quo quandam Jacob Esau fratrem suum delinivit, ut est Gen. xxxiii, 10. Placati illi unum id præterea postulant, ut damnaret Origenis libros, quorum nonnulli a Deo corpus abjudicabant : « Ego vero, inquit, hominis istius lucubrationes, et quæ eas probant, aversor. » Atque hoc sine stetisse controversia, nisi statim nova de causa recruiisset.

Prerant Ægyptiacis monasteriis viri quatuor pietate nobiles, Dioscorus, Ammonius, Eusebius et Euthymius, germani fratres, statura proceri, ideo que Longi cognominati : quod etiam cognomenerantur.

<sup>19</sup> Deuter. xiii, 1, 5.

habuisse ipsum partiarium Isidorum conjicere licet ex isto Hieronymi Epist. 61, *ad Pamphach.*, cap. 15, « Et tamen iste Hieronymus cum pannosa turba et sordidatis gregibus, quid Isidoro illi fulmineo ausus est respondere? At ne forte ille non crederet, et opprimeret eos præsentia et mole corporis sui, » etc. Cum fratres illos percharos haberet Theophilus, Dioscorum Hermopoleos constituit episcopum; duos autem invitos apud se detinuit. Atque hanc quidem vitam, desiderio licet monastice vita tabescentes, tolerabant, quoad perspecta episcopi avaritia, hominem exosi, rursum in solitudinem post triennium secesserunt. Causa secessus cognita, pessima quæque minatus est illis Theophilus, ipsumque Dioscorum invisum habuit. Cum ergo Anthropomorphitis infensos ipsos ex mutuis congressibus agnivisset; apud simplices quosdam et indoctos monachos, quos hæreseos hujus affines esse sciebat, Anthropomorphitam se professus, Dioscorum cum fratribus in contraria esse secta monuit, et corpus Deo detrahere, Origenem sententiae hujus patronum secutos. In fraudem his sermonibus illecti boni homines Dioscorum, ipsiusque asseclas vehementer aversati, invidioso Origenistarum nomine infamantes traduxerunt: cum eos econtrario adversarii, pauciores quidem numero, sed doctrina et usu rerum peritiiores, Anthropomorphitas appellarent. Ita seditionibus inter se agitati conflictabantur. At Theophilus privatas injurias persecutus, Origenistarum tumultus obtendit, et Nitriæ occupato monte, Anthropomorphitis monachis arma subministrat, Dioscori monasterium incendit; qui cum fratribus abditus puteis vix ingruenti cladi se subduxit.

Polybius Rhinocororum episcopus, Epiphanii discipulus, ipsiusque vitæ scriptor, tres duntaxat numerat Longos fratres, Heracleonis filios, qui Alexandrie cum imperio prefuerat, Theophilo amicitia conjunctos, ab eoque in urbem e monasteriis per fraudem deductos, majorem creatum ait episcopum, alios diaconos, et Ecclesiæ œconomos. Narrat deinde hoc munere per triennium functos, renitente Theophilo in pristinam solitudinem concessisse; ægre id tulisse Theophilum, ipsosque communione privasse; ad quam cum sese admitti frustra rogarent, Chrysostomum interpellasse ea sibi ut restitueretur; postulasse id a Theophilo Chrysostomum, nec impetrasse, eosque tandem Theophili censura liberasse: hinc exorta inter utrumque dissidia.

II. Igitur ad graviorem Dioscoro, ipsiusque sociis conflandam invidiam, singulari versutia Theophilus Origenistarum causam cum ipsorum causa conjunxit. Cum enim jam vulgo male audire sectatores Origenis intelligeret, clarissimosque partis illius consecaneos a Nitriensibus monachis subornatos prodisse, Nitriam quo præcipuum Origenismi dominium haberi, cumque aduersus eos ab Epiphanius et Hieronymo instigaretur; non ejus defensores

A dignatis, quod Deum incorporeum statuit, quodque ipse antea propugnaverat, et adhuc etiam pro vero habebat, vexare hujus doctrinæ gratia aggressus est, sed ipsis famosam Origenistarum appellationem vir acutus affinxit, quo Origenismi adversarios sibi demereretur, et adversum illos concitaret. Et levane argumento impositam illis Origenismi calumniam approbavit, eo scilicet quod sententiae hujus assertor esset Origenes, quæ corpoream a Deo molem segregat. Atque eo facilius id persuasit, quod ad eos, uti mox dicemus, confugisset Isidorus, quem acerrimum doctrinæ hujus patronum fuisse jam supra ostendimus. Origenismi ergo causam postquam semel obduxit iracundiae suæ, Origenistas omnes insectari necesum habuit: quamobrem referita hoc hominum genere Nitriæ asceteria perscrutatum, una cum Dioscoro Origenistas omnes illinc exturbasse verisimile est.

B III. Scetinis, seu Nitriensibus monachis (utrovis enim modo vel a Nitri monte, vel a Sceti regiuncula dici possunt) alia etiam causa Theophili consicerat odium. Hunc inter et Petrum Alexandrinæ Ecclesie archipresbyterum simulias intercesserat. Hinc infensus Petro Theophilus admissam ab eo questus est ad mysteriorum communionem mulierem quamdam Manichæa lue infectam, priusquam nuntium hæresi remisisset. Factum fuisse id juxta Ecclesie consuetudinem, et ex Theophili sententia, Petrus respondit, et testimonio confirmavit Isidori, supra a nobis memorati, viri gravis, et quem post Nectarii obitum ad Constantinopolitanam sedem evehere Theophilus studuerat. Hic graviter succensus utrumque Ecclesia expulit. Rem ita a multis narrari refert Sozomenus: at aliter a viro cum monachis illis conversari solito accepisse se dicit; duas nempe causas habuisse Theophilum cur Isidorum insectaretur, aliam Isidoro et Petro communionem, quod testificari recusassent Theophili sororem hæredem fuisse scriptam; aliam Isidoro peculiarem, quod cum pauperum gereret curam, erogatas in eos pecunias Theophilo in extruendis templis absumere volenti dare renuisset. Simile quid habet Palladius, seu quisquis scriptor est vitæ Chrysostomi, nam de auctore non constat apud omnes; qui et alia multa congerit, quæ ab aliis præterita a nobis quoque prætermittentur. Gravissima vero hic est anonymi cuiusdam, a quo Chrysostomi scripta est vita, quam in octavum tomum Operum ipsius conjectit Savilius, et Simeonis Metaphrastæ hallucinatio, qui Isidorum illum cum Isidoro Pelusiota confundunt: nisi forte priorem hunc Pelusiotam quoque fuisse dicat aliquis, cum Alexandrinus tamen vulgo dicitur. Sed Sozomenum audire pergamus. Expulsus Isidorus Scetin apud monachos concessit. Adit continuo Theophilum Ammonius, postulatque ut in communionem Isidorum admittat: tergiversante Theophilo instabat Ammonius, et quos sibi itineris socios adjunxerat; adeo ut perterrefaciendis aliis, et a se unum ex ipsis in carcerem detru-

serit Theophilus. Illum reliqui subsecuti in eamdem custodiam fraude ingressi sese sponte incluserunt, quod universos dimisisset. Cujus rei tanta apud eum fuit indignatio, ut cum prae quiete et monasticae vitae studiis reliqua omnia eos postputare sciaret, his ipsos intercluserit, concitatis subdole dissidiis, turbata pace, et monasteriis igna ferroque vastatis. Addit Palladius oranti Ammonio et Isidori partes agenti ferreum torquem propriis manibus injecisse Theophilum, pugnis maxillas et oculos contudisse, hac ingesta et repetita voce: *Hæretice, anathematiza Origenem.* Utut est, constat episcoporum synodum Alexandriæ coegisse Theophilum anno Christi 399, damnatosque uno ore Origenistas e Nitriæ monte, ut supra narratum est, exegisse: accedente imperatorum auctoritate, qui ex Aegypto ut pellerentur scriptis datis jusserant. Synodicæ hujus concilii epistole fragmenta quædam in Epistola ad Menam Justinianus servavit. Adjiciunt ad superiora Georgius Alexandrinus, et Simeon Metaphrastes, finibus suis extores monachos Alexandriam pervenisse, et miserabili eorum habitu ita commotam fuisse plebem, ut Theophilum latitatem ad necem deposceret, vixque præsidis adhortationibus sedaretur. Digrassi ex Aegypto Origenistæ Jerosolymam ad Joannem urbis antistitem confugiant, quem antea partibus suis saventem cognoverant. Sylvanum eum perperam appellant Georgius Alexandrinus in *Vita Chrysostomi*, cap. 38, et alter anonymous scriptor *Vita Chrysostomi*, cap. 89, et Simeon Metaphrastes in *Vita Chrysostomi*. Nam anno 386, in Jerosolymitanō throno sedisse Joannem, obiisse vero anno 416, demonstrat Baronius: Jerosolymam autem anno 399 Origenistæ, ut dixi, confugerunt. Submissis continuo in Palæstinam legatis Prisco et Eubulo, Jerosolyma quoque et proximis locis eos expelli curat Theophilus, nusquam repugnante Joanne. Horum conjecturam capimus ex epistola 70 Hieronymi. Scytopolim Origenistæ numero circiter octoginta perveniunt. In his Dioscorus, Ammonius, Eusebius, Euthymius, Ilierax, Isaaci duo, et Isidors. At cum ad imperatorem Arcadium et archiepiscopum Joannem delectos e Nitriæ monachos, Origenistis infensos, aliosque Constantinopolim allegasse Theophilum accepissent, qui pro se causam dicerent, eodem ipso ad diluendas Theophili accusationes, suasque res procurandas profecti sunt.

IV. Per idem tempus quo hæc agebantur delatus est in eas oras a Gallia Posthumianus. Narrat ille apud Sulpicium Severum <sup>20</sup> fœdas episcopos inter et monachos concertationes intercessisse, « quia congregati in unum sæpius sacerdotes frequentibus decrevisse synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet, qui tractator sacrarum Scripturarum peritissimus habebatur; » censuisse episcopos, libros Origenis, quod sparsis hoc illue-

<sup>20</sup> Salp. Sever. *Diat.* 1, cap. 3. <sup>21</sup> Guid. in *Summa de heres.* in hær. Origen. <sup>22</sup> Ilior. *epist.* 73.

A que erroribus scaterent, penitus esse respondebat; contra pertendisse monachos, quidquid inerat errorum, ab hæreticis fuisse insertum; nec propter ea que in reprehensionem merito venirent, reliqua esse damnanda. Hinc ortam seditionem; ex quo contentiosum et pugnar cervicosorum Origenistarum ingenium arguas; qui cum episcoporum auctoritate reprimi non possent, assumendum fuisse prefectum, ab eoque in fugam conjectos monachos ita dispersos esse, ut propositis edictis nullibi consistere sinerentur. Addit postea: « Sed tamen sive illud error est, ut ego sentio; sive hæresis, ut potatur, non solum reprimi non potuit multis animadversionibus sacerdotum, sed nequaquam tam late se potuisset effundere, nisi contentione crevisset. » Denique nec episcoporum severitatem, nec monachorum perduellionem probare se dicit. Quod mihi sane valde probatur judicium; nam nimis severe in Origenistas a Theophilo consultum est; sed gravius tamen peccasse videntur monachi a quibus tam præfracte episcoporum auctoritas pessumdata est.

V. Anastasium interim summum pontificem per synodicam epistolam rei gestæ certiores fecit Theophilus, ac alios item episcopos, sed Epiphanius potissimum, ad quem scripsit in eam sententiam, se Origenis colubros evangelico ense truncasse, et secundum Nitriæ monachorum agmen contagione pestifera liberasse; jam vero esse operum ipsius Epiphanii, Cyprios episcopos congregare, et dare negotium, ut « Origenes nominati, et nefaria hæresis condemnentur; » deinde vero synodicas epistolas ad se, et ad Joannem Chrysostomum, aliosque episcopos mittere; fuisse perlatum ad se Origenistas ex Aegypto dejectos navigasse Constantinopolim; curet igitur ut Isauriæ, et Pamphiliae, vicinariisque provinciarum antistites operas suas ad extirpandum Origenismum conferant, virum aliquem industrium Constantinopolim mittat, qui illuc quæ gesta sunt referat; suinam esse apud omnes in Aegypto ob profligataam hæresim letitiam. Notari obiter velim jocularem Guidonis Carmelite errorem, qui Theophili verba, quibus Origenis colubros se evangelico ense truncasse apud Epiphanium jactabat, perperam interpretatus, questum id fuisse scripsit Theophilum, quod membra sibi ferro truncarent Origenistæ, ut haberentur humiles et religiosi <sup>23</sup>. Mox ut synodicam Thenphili epistolam accepit Epiphanins, ad Hieronymum continuo remisit, aliamque adjecit de suo, in qua sic illum affatur <sup>24</sup>: « Scito, fili charissime, Amalec usque ad stirpem esse deletum, et in monte Raphidim erectum tropæum crucis. Etenim quomodo porrectis in altum Moysi manibus, vincebat Israel <sup>25</sup>; sic Dominus confortavit famulum suum Theophilum, ut super altare Ecclesiae Alexandrinæ contra Origenem vexillum poneret, et impleretur in eo

quod dicitur <sup>24</sup>: *Scribe signum hoc, quia delebo funditus Origenis hæresim a facie terræ cum ipso Amalec.* » Quo argumento ad Epiphanium scripsérat Theophilus, eodem propemodum scripsit ad Hieronymum; cui hic respondens <sup>25</sup>, « *Vox, inquit, beatitudinis tuae in toto orbe perfonuit, et cunctis Christi Ecclesiis letantibus diaboli venena siluere. Nequaquam amplius antiquus serpens sibilat, sed contortus et evisceratus in cavernarum tenebris delitescens solem clarum ferre non sustinet;* qui quidem super hac re, et antequam scriberes, ad Occidentem epistolas miseram, ex parte hæreticorum strophas meæ linguae hominibus indicans. Ex dispensatione Dei factum puto, ut eo in tempore tu quoque ad Anastasium papam scriberes, et nostram dum ignoras sententiam roboras. » Et paulo post: « Vincentius presbyter ante biduum quam hanc epistolam darem, de Urbe venit, et suppliciter te salutat, crebroque sermone concelebrat Romam, et totam Italiam tuis post Christum epistolis liberatam: » cura nimirum Anastasii papæ, a quo, ut superiore sectione dictum est, profligatus fuerat Origenismus. In alia ad eundem epistola <sup>26</sup>, Priscum et Eubulum a Theophilo in Palæstinam legatos narrat dispersos regulos. Origenistas nimirum, usque ad suas latebras fuisse persecutos; gaudere omnes ob partam ab hæreticis victoram: « *Macte virtute, inquit, macte zelo fidei, ostendisti quod hue usque taciturnitas dispensatio fuit, non consensus.* » Postremo Joannem Jerosolymitanum ob susceptum Origenistam quemdam, antequam Theophilus litteras accepisset, excusat his verbis: « *Super susceptione cujusdam non debes contra urbis hujus dolere pontificem, quia nihil tuis litteris præcepisti: et temerarium fuit de eo quod nesciebat, ferre sententiam: tamen reor illum nec audere, nec velle te in aliquo laedere.* » Quibus non Joannem Jerosolymitanum, sed Chrysostomum notari putant nonnulli: sed non persuadunt; nam unum quemdam susceptum dicit Hieronymus, at quinquaginta Chrysostomus suscepit. Deinde cum ait Hieronymus, *Urbis hujus, utram potius videtur significare Constantinopolim tot mansionibus dissitam; an Jerosolymam cuius in vicinia hæc scribebat?* Omnino certe Jerosolymitanus Joannes videtur intelligendus. Ex his suspicari licet deferibusse aliquantulum hoc tempore ipsius cum Hieronymo simultates, (quas rursum tam redintegratas fuisse inferius ostendemus), et aliquantum de amore suo adversus Origenem remisisse, vel sententiam certe suam dissimulasse. Quod ut suspicer facit illud Theophilus in alia ad Hieronymum epistola <sup>27</sup>: « *Atque utinam apud vos quoque depouerent hypocrisim, qui occulte dicuntur subruere veritatem: de quibus non bene sentientes in iis regionibus fratres hæc me scribere provocarunt!* » Addit Theophilus fugatis Origenistis ad pristinam tranquillitatem monasteria

A Nitriæ rediisse. Audiendus præterea Hieronymus, dum aliquanto post ad Pamachium et Marcellam scribens <sup>28</sup>: « *Ubi nunc est, inquit, coluber tortuosus? ubi venenatissima vipera?* »

*Prima hominis facies utero commissa luporum <sup>29</sup>?* Ubi hæresis quæ sibilabat in mundo? » et deinde: « *Oppressa est ejus (Theophili) auctoritate et eloquentia, et in morem dæmonicorum spirituum de terra loquitur: nescit enim eum qui desursum veniens ea loquitur quæ sursum sunt.* » Queritur postmodum tantis simulationibus uti solitos Origenistas, ut vix a Catholicis internoscerentur: tum subdit: « *Quid necesse est obsidere Propontidem, mutare loca, diversas lustrare regiones, et clarissimum pontificem Christi, ejusque discipulos rabido ore diserpere?* Si vera loquimini, pristinum erroris ardorem ardore fidei commutate. » Demum Paschales Theophili epistolas, quibus Origenismus obteritur, a toto Oriente cum admiratione suscipi et prædicari denuntiat.

VI. Prolixe hæc a me notata sunt, ut cum auctoritate Palladii, Socratis, Sozomeni, Georgii Alexandrini, anonymi alterius qui Chrysostomi vitam in litteras retulit, et a Savilio editus est tom. VIII Chrysostomi et Simeonis Metaphraſte, lector æquus Epiphani et Hieronymi auctoritatem componat, et quam diversa de Theophili et Origenistarum dissidio senserint, cognoscat. Illi summam pietatis, sanctitatis, et mansuetudinis laudem Origenistis tribuunt: hi versipelles, refractarios et pertinaces eosdem singunt. Illi Theophilum iracundum, impotentem, iniquum, pecuniae cupidum, prounum in vindictam, privatis injuriis Dei causam falso obtendentem exhibent: hi zelo fidei ardore eundem, pollere prudentia, Moysis virtutem referre dicunt. Quod si res ita fuissent gestæ, ut a Palladio narrantur, num præsentem Posthumianum, et Epiphanium ac Hieronymum in vicinia positos latere potuissent? num insontes ac piros homines præter fas sedibus suis exterminatos convitiis ipsi quoque lacerassent? num Theophili petulantiae consensissent? num ferocitatem ejus ac sævitiam laudassent, et laudando auxissent? Quod si econtrario falsa de Origenista, et Chrysostomi causa prodidisset litteris; an de ipso pronuntiasset Photius cod. xcvi, ὅτι διαλογικῷ τύπῳ καλῶς τε καὶ ἐπουδασμένως τὰ περὶ τὸν Χρυσόστομον ἀνεγράψατο. « *Dialogico ipsum charactere pulchre ac diligenter res Chrysostomi descripsisse?* » Equidem et jam supra dixi, et nunc quoque pronuntio duplicitis fuisse generis Origenistas, orthodoxos et heterodoxos; quos cum ab invicem secernere in promptu non esset, utrosque indiscriminatum Theophilum divexasse; eamdemque ob causam utrosque indiscriminatum Joannem Chrysostomum fuisse: bine nonnullos factum Theophilus heterodoxos insectantis probasse; aliis orthodoxos male haberi doluisse. Theophilum præterea judicio fuisse præ-

<sup>24</sup> Exod. xvii, 14. <sup>25</sup> Hier. epist. 71. <sup>26</sup> Hier. epist. 70. <sup>27</sup> Hier. epist. 72. <sup>28</sup> Hier. epist. 78. <sup>29</sup> Virgil. Aeneid. iii, vers. 426, 428.

cipi, et animi affectionis nimium obtemperasse si A vero negat Epiphanius Theophilum, ut aliqui ministrant Constantinopolim, sicut a se Nitrienses monachi misi sunt : que animi? nempe quo aliqui misi vult ab Epiphanius; Constantinopolim : non quid aliud verba sonant? Quid autem peregrina communione eos excepterit Chrysostomus, inde ostendit Baronius synodi Alexandrinae litteras ille nondum fuisse perlatis; aliqui dannatos et prescriptos monachos minime fuisse exceptorum. Ut id datur, quod negari tamen posset, nam damnatio causa certum est facere inquire, non inde sequitur Constantinopolitanum iter prius suscepisse Nitrienses Origenistas, quam legatos suos eodem Theophilus misisset. Probabile quippe est Theophilus legatos provincias multas adiisse, disseminandarum praesulii illius syndicarum fuerarum gratia, proindeque serius Constantinopolim eadem importasse; cum interea discussione illorum audita, nullam interponentes moram, magnis itineribus illic contendissent Origenistas; et qui serius suscepserant iter, matrius illud consecrissent.

VII. Porro non synodalem donataxat Theophilus epistolam, datam anno Christi 399, sed Paschales etiam quatuor, annis 400, 401, 402, 403, 404, scriptas, Hieronymus Latinitate donavit, ut que iis continebatur Origenis damnatio, latius, et in Occidente possimum pervulgaretur. Pervenerunt ad hanc etatem posteriores tres, prior cum synodica intercidit; in quibus depravata aliqua ab Hieronymo cum ipsis adversarii jactassent, sese in epistola 78, ad Pamachium et Marcellam, cum ad eos posteriores Paschales mitteret, luculenter purgavit.

VIII. Jam vero rerum seriem persecuimus. Diximus Constantinopolim profectos esse Origenistas, postquam eodem legatos a Theophilo missos accepterunt. Falso id a Palladio et Sozomeno confidit arguit Baronius *ad an. 400, cap. 61*, nec quemquam illuc ante legasse Theophilum contendit, quam eodem abiisse Origenistas intellexit. Falsum quoque esse vult, inter Origenistas fuisse Isidorum; id licet praeter Sozomenum Socrates asseveret. Nitiuit Baronius Theophilum *ad Epiphanium epistola*, que est inter Hieronymianas 67; sic habet illa: « Didici enim quod calumniatores veræ fidei, Ammonius, Eusebius, et Euthymius, novo pro hæresi furore bacchantes, Constantinopolim navigarint: ut et novos, si quos valuerint, decipient, et veteribus suæ impietatis sociis conjungantur. » Nulla hic Isidori D mentio: certe neque Dioscori, nec aliorum quinquaginta, quos illuc perrexisse tradit Palladius. Quasi vero nomina singulorum percensere Theophilus instituerit. At deinde Theophilus: « Et ut celerius nostra Constantinopolim scripta perveniant, mitte industrium virum, et aliquem de clericis, sicut et nos de ipsis Nitriæ monasteriis patres monachorum, cum aliis sanctis et continentissimis viris misimus, qui possint cunctos in præsentia docere quæ gesta sunt. » Ex his effici putat Baronius ab Epiphano, non autem a Theophilo tunc legatum fuisse missum Constantinopolim; Theophilum autem quosdam e monachis Nitriensis alio ablegasse. Sane id ex epistola verbis non cogitur: imo

A vero negat Epiphanius Theophilus, ut aliqui ministrant Constantinopolim, sicut a se Nitrienses monachi misi sunt: que animi? nempe quo aliqui misi vult ab Epiphanius; Constantinopolim: non quid aliud verba sonant? Quid autem peregrina communione eos excepterit Chrysostomus, inde ostendit Baronius synodi Alexandrinae litteras ille nondum fuisse perlatis; aliqui dannatos et prescriptos monachos minime fuisse exceptorum. Ut id datur, quod negari tamen posset, nam damnatio causa certum est facere inquire, non inde sequitur Constantinopolitanum iter prius suscepisse Nitrienses Origenistas, quam legatos suos eodem Theophilus misisset. Probabile quippe est Theophilus legatos provincias multas adiisse, disseminandarum praesulii illius syndicarum fuerarum gratia, proindeque serius Constantinopolim eadem importasse; cum interea discussione illorum audita, nullam interponentes moram, magnis itineribus illic contendissent Origenistas; et qui serius suscepserant iter, matrius illud consecrissent.

IX. Constantinopolim delati Origeniste supplices accidunt ad genua Joannis, postulantque ut opera ipsius et auctoritate, Theophilus adversus se iracundia sedetur, et Ægyptum redeundi sibi copia fiat: quod si reverentia aut metu Theophilii, ab ipso quoque quemadmodum et ab aliis episcopis repellantur, imperatoris opem se denique imploratus. Compitus ad miserationem commovendam virorum habitus Chrysostomo lacrymas excussit. Benigne itaque ipsos alloquitur, jubet causam adventus sui silent, de ipsorum restitutione sese cum Theophilo per litteras acturum, in templo interim, cui nomes Anastasis, sedem ac mansionem figant. Paruerunt illi, et vita necessaria partim propriis ipsi manibus, ut mos erat monachorum, partim religiosarum mulierum liberalitate compararunt, ac Olympialis potissimum, que post obitum Nebridii conjugis creata Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconissa, peregrinos hospitio excipere, et facultatibus suis favere solebat. Publicarum his precationum communionem concessit Chrysostomus, ac sacramentorum usum non admisit, nondum cognita ipsorum causa; cum presertim clericos quosdam a Theophilo jam ante aliis de rebus Constantinopolim missos accerisset Joannes, nique super rebus monachorum interrogati magnam illos injuriam sustinuisse quidem dixissent, sed ad communionem tamen nequit eis admitti postulasset, ne Theophilo res ea foret offendit. Sribit ad Theophilum Chrysostomus, rogatque ut restitutos Origenistas in communionem admittat: sin judicio contendere malit, necessarios mittat qui res ipsius procurent. Non rescripsit ille, quosdam e suis illud allegasse contentus, « libellos ut porrigerent admonens, inquit Palladius, quos more solito ipsis dictaverat, apertum quidem et expressum mendacium continent, variis calumniis operatum et obumbratum; et cum non posset illorum vitæ derogare, facit ut intra palatium quasi magi

notarentur. » Subdit postmodum advertentes Origenistas nihil se profecisse, « plerosque in dignitatibus constitutos adduxisse secum, omnes anathematizasse haeresim. » Tum deinde collectas adversus Theophilii tyrannidem accusations, et in libellum conjectas Joanni frustra illos ab incepto revocanti tradunt. Monet ille Theophilum conflatae adversum se accusationis. Rescribit Theophilus vetitum esse Nicæni canonibus, ne quis episcopus de re extraditionem suam posita judgeat: se, si in jus vocandus sit, ab Ægyptiis episcopis esse judicandum. Ad hæc permovebatur falsis rumoribus; sacramentorum communionem Origenistis concessisse Joannem, et animo esse ad ferendas ipsis suppetias parato. Quare ad episcopos mittit litteras quaquaversus, Joannem dignitate et episcopatu revertere, et Dioscorum cum fratribus ac sociis ulcisci omni modo satagens, consilium tamen caute occultans, Origenis libros solummodo carpens.

Si quis Origenistas a Joanne exceptos fuisse minetur, magnam apud omnes Nitriensium monachorum existimationem fuisse meminerit; et Chrysostomo jam inde notas esse Theophili artes, cum Isidorum in Constantinopolitanam sedem intrudere, et quoniam ad eam evehetur Joannes impedire conatus est. Præterea Origenianos errores publice detestati fuerant Nitrienses: hinc valde suspecta illi Theophili criminatio. At nec dum satis adverterat prius antistes simulationes Origenistarum, quibus objectos errores juramento diluere proclive erat. Notanda hæc Hieronymi epist. 63, ad *Pammach. et Ocean.*, cap. 1, « Faciam quod solum carent, ut sacra corum atque mysteria in publicum proferam, et omnis prudentia eorum, qua nos simplices ludunt, in propatulo sit; et qui neganti voci non credunt, credant saltem arguenti stylo. Hoc enim vel maxime carent, ne quando contra auctorem suum eorum scripta teneantur. Facile dicunt cum juramento, quod postea alio solvant perjurio. Ad suscriptionem tergiversantur, queruntque suffugia. Alius: Non possum, inquit, damnare quod nemo damnavit. Alius: Nihil super hoc a Patribus statutum est; ut dum totius orbis provocatur auctoritas, subscribendi necessitas differatur. Quidam constantius. Quomodo, inquit, damnabimus quos synodus Nicena non tetigit? Atque id non de omnibus Origenistis, quotunque ad Chrysostomum confugrant, intellectum velim, nam partim orthodoxis, partim heterodoxis hanc constitisse catervam puto; adeo ut illi ex animo, hi oretenus errores Origenis damnaverint. Quæ cum Chrysostomo minime perspecta esse possent, corda Deo scrutanda relinquens, verbis illos haeresim ejurasse satis habuit. Accessit eodem fortasse aliqua Origeniani nominis reverentia, cuius scripta studiose lectitasse Joannem, multaque ex iis ad suos transtulisse usus observasse mihi videor, et in sequentibus notis comprobasse.

Eadoxia: quoque Augustæ humanitatem Origeni-

A stœ experti sunt: proditum quippe est a Sozomeno et Nicephoro, ad eam, cum forte curru præterveberetur, accessisse monachos, sibique illatas a Theophilo injurias exposuisse, hanc honore ipsis habitu pollicitam, futurum ut brevi cogeretur synodus, ad eamque Theophilus evocaretur.

X. Dum hæc agerentur, Epiphanius litteris Theophili acceptis, quibus ad convocabam synodum, et damnando Origenistas incitatum fuisse supra diximus, cogit episcoporum Cypriorum concilium, librorum Origenis lectionem decreto prohibet, cuius decreti exemplar cum alia in loca, tum præcipue Constantinopolim mittit, Joannem ad idem faciendum adhortans. Collectam quoque a Theophilo postea synodum Alexandriæ eadem de causa fuisse B scribunt Socrates, et Sozomenus; negat Baronius, et perperam ad id tempus relatam fuisse ab impuris scriptoribus synodum Alexandrinam asserit, ut pote quæ jam ante fuerat celebrata. Ego vero quid statram, non habeo; nam non unum adversus Origenistas conflatum fuisse concilium narrat Posthumianus apud Sulpicium Severum, Dialog. 1, cap. 3.

XI. Missas ad se ab Epiphanio et Theophilo epistolas, paratasque sibi insidias neglexit Chrysostomus, animumque in ecclesiastica restituenda disciplina habuit. Legati interim a Theophilo Constantinopolim monachi Origenistas libellis proscindebant: hi contra, spe pacis præclusa, apud Arcadium imperatorem et Eudoxiam, Theophili questi sunt injurias, libelloque oblatæ graves ipsi et acerbæ criminaciones impegerunt, postularuntque ut adduceretur vel invitus, et coram Joanne vadimonium sisteret; conficti vero adversum se accusationum libelli præfectis urbis dijudicandi permitterentur. Adducendo Theophilo mittitur Alexandriam Elaphius; causam libellorum et accusationum præfecti cognoscunt. Deprehensa Theophilensium legatorum calumnia, crimen hi in Theophilum conferunt, ab eoque subornates sese fatentur. Flagellis graviter caesi detruduntur in carcere, quoad Theophilus causam pro se dicturus adesset: quo serius adventante pars in vinculis obiit, pars in insulam Proconnesum deportatur post adventum Theophilii, jadicum animis pecunia mollitis. Hæc ita a Palladio referuntur. Chrysostomus interim Origenistas consiliis et auctoritate sua juvasse creditus est. Quocirca sub Barnabæ nomine obscure ab Hieronymo perstringitur in Epist. 16 ad *Principiam*: « Refrigerata, inquit, charitate multorum, pauci qui amabant fidei veritatem nostro lateri jungebantur, quorum publice petebatur caput, contra quos opes omnes parabantur; ita ut Barnabas quoque diceretur in illam simulationem, imo apertum parricidium, quod non viribus, sed voluntate commisit. »

XII. Jamque fama percrebuerat male in Joanne affectum esse Theophilum, et causas querere quibus eum sede dejiceret. Hoc intellecto concilium Constantinopoli cogi volunt optimates, et clericū complures, quorum inimicitias Chrysostomus seve-

ritate sua sibi pepererat. Futurum id pollicita jam ante Origenistis fuerat Eudoxia. Itaque Theophilus Aegyptios episcopos eo contestim navigare jubet, antistites Orientis ad concilium invitat. Nec multo post Cypro solvens Epiphanius Constantinopolim appellit. Obviam progressus Joannes totius cleri commitatu advenientem honestavit, nec eo perpulit tamen ut hospitio suo, vel domibus ecclesiasticis, vel sua denique consuetudine uti vellet: adeo infensem Joanni animum propter susceptos Origenistas prae se ferebat. Statim Epiphanius ad se convocat episcopos qui tum forte Constantinopoli versabantur: decreta synodorum profert, quibus lectione Origenis omnibus interdicebatur; postulat ut ea ipsi quoque suffragiis suis confirmaret. Paruerunt nonnulli, plures detrectaverunt. In his Theotimus Tomitanus episcopus, spectatae vir sanctitatis, iniquum esse dixit, homini jam pridem mortuo injuriam inferre, et majorum de eo decreta rescindere: quo dicto librum quemdam Origenis profert, pellectisque versionibus aliquot, quibus Ecclesia utilles sententiae continebantur: Intelligent, inquit, qui libros Origenis repudiant, haec quoque a se repudiari. Nihilo tamen secius roganti Chrysostomo, ut una secum domo, et una Ecclesia uteretur, renuntiavit Epiphanius in domus et precum communionem cum illo sese venturum, ita si libros Origenis damnare, et Origenistas Aegyptios a se rejicere vellet: quod cum ante disceptationem causae facere recusaret Joannes, persuasus est Epiphanius a quibusdam Joannis adversariis, ut in templum Apostolorum, quo celebranda erat Synaxis, publice prodiret, damnaret libros Origenis ac Origenistas, et Chrysostomum ipsum incenseret. Et fecisset sane, nisi jam templo propinquum adiisset Serapion diaconus a Joanne missus, monuisseque periculo ipsius futurum, si quod animo destinaverat, reipsa præstaret; ad seditionem quippe rem spectare. Admonitione deteritus Epiphanius pedem retulit.

XIII. Circa idem tempus hunc inter et Eudoxiam simultas intervenit: causam varie scriptores narrant. Scribunt Leo imperator et Simeon Metaphrastes Eudoxiam Augustam, inimico ut erat in Chrysostomum animo, ipsum haereses apud Epiphanium accusasse; postulasse Epiphanius, ut causam dicturus Joannes accuseretur, se alioqui minime assensurum; ad haec exclamassemus Augustam, si Joannis exitium interpellet, sese idolorum cultum restituturam; quo auditio dolore perculsum Epiphanium fusis lacrymis Constantinopoli excessisse. At diversa habet Sozomenus; in morbum incidisse imperatoris filiolum; hujus vite timenter imperatricem rogasse Epiphanius ut pro eo oraret; qui cum futurum recepisset, ut convalesceret filius, si ab Origenistarum partibus illa descisceret, respondisse Augustam: In Dei potestate filius meus est; tu vero, Epiphanii, si mortuos ad vitam revocare posses, neutquam obiuisset tuus archidiaconus; missos eodem tempore al. Eudoxia Origen-

A nistas ad Epiphanium quæsivisse num aliquando in libros suos vel discipulos incidisset; negante illo percontatos unde se haereticos reprehendisset, qui sententias sue nullum fecisset periculum; hinc ex auditu se intellexisse respondentem, subjecisse illos: Nobis vero contrarium evenit, nam ex discipulis tuis et libris, ac Ancorato præcipue tua nobis perspecta sententia nonnullos saepe refutavimus, qui haereses calumniam tibi impingebant; parem itaque nobis vicem retribuere debueras: his intellectis placatum Epiphanium viros dimisisse; et ipsum quoque paulo post navigasse in Cyprum, sive Constantinopoli pœnituisse eum itineris, sive Deus oraculo mortem instare monuisse. Ecquas descendendi causas habuerit, incertum est. Certe antequam attigisset Cyprum, in ipsa navi decessit, cum jam esset magno natu. Fato quoque circiter hoc tempus extincti sunt Constantinopoli Isidorus, et Dioscorus, et paulo post Ammonius, magnam post obitum sanctitatis famam consecuti. Quo tempore annus agebatur 403.

XIV. Quid de hoc itinere, itinerisque causa litteris tradiderit Polybius Epiphiani discipulus ac socius, ac rerum omnium oculatus testis, opera pretium est cognoscere. Scribit ille Theophilum Joanni Chrysostomo infensem ob communioni restitutos Longos fratres, cum imperatricem mittere hunc in exsilium velle accepisset, id ut perficeretur summopere laborasse; dedisse itaque litteras ad Epiphanium, quibus Origenismi Joannem accusabat; aliam autem ob causam Constantinopolim navigaturum Epiphanium eo magis profectionem accelerasse, non Chrysostomo tamen nocendi studio: magnam tum fuisse in urbe regia rerum perturbationem, propter Eudoxiæ ac Chrysostomi dissidia; ingressum monasterium quoddam Epiphanium necessitate fuisse coactum, ut quendam ordinaret; ægre id talisse Chrysostomum; hinc dissensiones inter utrumque existisse; Eudoxiam vero his compertis accersivisse Epiphanium, haereses accusasse Chrysostomum, et postulasse ut eo abrogato alium Constantinopoli episcopum præficeret; respondisse Epiphanium, sacerdotio quidem indignum esse Joannem, si reipsa in haeresim incidisset; sin ipsa ad ulciscendas privatas injurias eum exaucorare vellet, neutquam se obtemperaturum; excanduisse illam, et interminatam futurum ut idolorum tempa aperiret, si Joannis exilio intercedere vellet: perlatum fuisse ad Chrysostomum, in exsilium suum Epiphanium consensisse; eique vaticinatum illum fore ut in throno non amplius sedet, atque hunc vicissim prænuntiassse Joanni futurum ut ad exsiliï locum non perveniret; consensa demum navi Epiphanium, antequam Cyprum attingeret, obiisse. Baronius *ad an. 402, cap. 7,* falsum esse asserit ad diaconatum quemquam fuisse promotum ab Epiphanio in Constantinopolitana dioecesi, et unius Sozomeni silentium opinioni suscipit; causam vero cur id jactatum sit, hanc

esse divinat, quod in Joannis Jerosolymitani diœcesi jam a nre Pauliniano Hieronymi fratri presbyterii characterem imposuerat; facile itaque Joannem Jerosolymitanum cum Constantinopolitano Joanne scriptores confudisse. Verum ut dicere prætermittam quam leve sit argumentum ex Sozomeni (cui et Cedrenum addere potuit) silentio petium, contra Socratis, Leonis imperatoris, Simeonis Metaphrastæ, et Nicephori auctoritatem, tollit omne dubium Polybius id ipsum asserens, qui rei gestæ interfuit.

XV. Hac tempestate Constantinopoli agebant Acacius Berœensis, Severianus Gabalitanus, et Antiochus Ptolemaidis episcopi, et Syrus monachus Isaacus. Hi privatas inimicitias cum Chrysostomo gerentes, Theophilum sollicitant per nuntios ut secum operas ad expellendum Joannem consocaret. Morantem quoque urget Eudoxia Chrysostomo offensor, ideo quod sacris ipsius concionibus, quibus aulicarum mulierum mores st̄epe carpebantur, vitiorum suorum sibi conscientia notari se censebat. **C**ontrario vero accersitum eum ad diluenda crimina (apud imperatorem quippe fuerat seditionum et cædium accusatus) testatur ipse Chrysostomus in epistola ad Innocentium papam, quam exhibit Palladius. Leo autem imperator, cognomento Sapiens, scribit in Vita Chrysostomi, jussisse Arcadium vi adduci Theophilum, cum que adversus Joannem fuerat molitus conperisset; et ab Innocentio pontifice Romano, et ab Honorio fratre postulasse, ut aliqui Roma mitterentur, qui de Theophilii causa cognoscerent: tergiversante vero Innocentio, Theophilum Origenismi dicam scrisisse Joanni, et Nitriensis monachis, a quibus apud imperatorem fuerat accusatus, suasque in partes Epiphanium illexisse. Narrant Leo et Palladius datos adversus Theophilum accusationis libellos, septuaginta capita habuisse. Matural ergo iter Theophilus, et Chaledonem pervenit. Eodem confluunt episcopi, partim Theophilii nuntiis, partim imperatoris mandato exciti. Ex una omnes venisse provincia scribit Palladius; alii ex Aegypto, alisque profectos locis narrant, neenon ex Asia, quicunque sedibus suis depulsose se a Joanne ægre ferebant, vel aliis ipsi de causis succensebant. Aegyptiis illi navibus transmisso Bosphoro Constantinopolim appellunt. At Theophilum cum plausu exceperunt Aegyptiis naute; cleri corum obviam processit nullus, utpote infensum Chrysostomo animum præ se ferenti. Ipse ecclesiam prætergressus, in imperatoriam quondam domum sibi paratam divertit. Mora illic trium hebdomadarum facta, pertentatis multorum animis, et ad accusandum Joannem, cuius congressum caute vitabat, instructis, a Quercum Chaledonis suburbium una cum factionis sua præsulibus concessit, et conciliabulum elebravit. Quadraginta quinque interfuisse episcopos declarant Georgius Alexandrinus, Simeon Metaphrastes, et Acta pseudosynodi illius, quæ re-

**A**präsentat Photius cod. LIX. At Palladius triginta sex duntaxat agnoscit: sic enim episcopos qui assidebant Joanni, ad conventiculum rescripsisse tradit: « Tua quidem synodus triginta et sex habet episcopos ex una provincia: nos autem quadriginta sumus ex provinciis variis, in quibus et septem sunt metropolitæ. » Duos et quadraginta Joanni adfuisse auctor est Leo imperator. Cum sit autem in adnotandis numeris proclivis lapsus, promptius est suspicari corruptum numerum apud scriptores illos, quam apud Palladium qui pauciores quam quadringinta Theophilo adfuisse diserte asserit. Statim adesse jubetur Joannes, et ad accusationes respondere, unaque cum eo Serapion, et Tigris eunuchus presbyteri, et Paulus lector; simul universum Ecclesie Constantinopolitanæ electrum synodus accersit. Quamvis autem Joanni quadraginta assisterent episcopi, non idcirco tamen ad Quercum causam dicturus adesse recusabat; si modo ex antistitum numero quatuor eximerentur, merito sibi odii et inimicitiarum suspecti; sin ulteriori pertenderent, synodus œcumenicam appellare se obtestabatur. Quibus auditis, quater eo votato, eademque exceptione uso, ad accusationes tandem expendendas animum Quercetanae synodi præsules appulerunt.

XVI. Non res illie ex æquo expensas, sed per contumeliam et maledicta fuisse gestas scriptores tradunt. Et tres quidem criminacionum libellos ad conciliabulum delatos commemorant acta illius a Photio exhibita, et in Jure Græco-Romano relata, quod edidit Leunclavius. Priorem obtulit Joannes Chrysostomi diaconus, viginti novem accusationum capitibus refertum; alterum Joannes monachus, quo Heraclides Origenismi ac furti arcessebatur, Chrysostomo vero criminis dabatur, quod Heracliden, hæreticum licet ac furem, Ephesinum episcopum constituisset, multaque passus esset Origenistarum causa; posteriore dedit Isaacius episcopus, capita octodecim criminacionum complexum, cum prius Origenismi cumdem Heracliden accusasset. Narrat Photius tredecim actionibus synodum illam, quæ a se lecta est, fuisse absolutam, quarum priores duodecim Chrysostomum petebant, postrema Heracliden; prioris libelli caput primum ac secundum examinasse episcopos, inde in Heracliden et Palladium quæstionem habuisse, in nonum deinceps ac vicesimum septimum caput inquisivisse: postremi denique libelli excussum fuisse caput secundum, quod fuit hujusmodi: « Οτι δο μαχάριος Ἐπιφάνιος διὰ τὸν Πριγενετατάς Ἀμμώνιον, Εὐσέβιον, καὶ Ἡρακλεῖδην, καὶ Παλλάδιον, οὐκ ἔθλησε κοινωνῆσαι. » Beatum Epiphanium propter Origenistas Ammonium, Euthymium, Eusebium, et Heracliden, et Palladium, communionem cum eo (Chrysostomo) habere noluisse: excussum insuper septimum caput, ac deinde tertium. Præter illud, duo admodum ad Origenismum pertinebant; primum, Joannem monachum propter Origenistas cæsum Chrysostomi

jussu, et porro vincitum fuisse decimum sextum, eumdem suscepisse Origenistas, in carcerem conjecisse Theophili legatos, et ne morientes quidem ad visendum adiisse. Nulla præterea in reliquis criminacionibus Origenismi, Origenistarumve mentione: in priore vero libello nulla penitus.

XVII. Actorum Photianorum conventiculi ad Quercum fidem elevare conatur Baronius hoc argumento, quod pleraque ab aliis commemorata, in iis omissa sint. Verum non attendit illustrissimus cardinalis eximia quedam tantummodo selegisse Photium, et in *Myriobiblum* retulisse; plurima vero consulto pratermissee. Sua ergo actis illis servetur auctoritas, quoad validiori ratione Baronii conjectura firmetur.

XVIII. Ceterum de libris Origenis altum fuit in B conciliabulo silentium: de Origenistis vero præter per pauca illa, quæ disserimus, hæc etiam referuntur; Scetinos leniter appellasse Theophilum, horatum esse ad pœnitentiam, impunitatem esse pollicitum, simul eos ad implorandam veniam magnis vociferationibus impulsse qui aderant Theophilii familiares; qua re permotus monachos noxas sibi condonari postulasse; fœdus inisse cum illis Theophilum, et in communionem recepisse, atque ita crimen absolutos esse Nitrienses, e quibus iam, ut diximus, interierant, Dioscorus et Isidorus, Ammonius vero in Quercu sub ipsa synodi initia decesserat. Fertur hujus auditæ morte illacrymasse Theophilus, palamque dixisse similem inter suos neminem habuisse Ammonium. Dioscorum quidem post synodum et Theophilii fugam obiisse produnt Georgius Alexandrinus et Socrates; sed in tempora synodo priora mortem ipsius Sozomenus conjicit, cui præcipuum fidem tribuimus. Atque ita demum consopita est tristis illa et calamitosa de Origenis erroribus controversia: quamvis enim hinc ortæ sint tempestates et tumultus, quibus vexata deinde et turbata Ecclesia est, accidentibus tamen subinde novis querelarum et odii argumentis, dum præsto sunt recentiores offensæ, veteres exoleverunt. Paucis itaque et cursim quæ supersunt attingamus.

XIX. Anno Christi 403, circa mensem Julium conventiculi suffragiis exauktoratur Chrysostomus. Id unum causabantur episcopi, quod mandatis suis accusit audientem se non præbuisset. Per causam vero rei gestæ ad imperatorem referendæ, læsæ quoque majestatis Chrysostomum apud ipsum accusant, quippe sub Jezabelæ et Herodiadis nominibus publice apud populum perstrictam ab eo fuisse Eudoxiam. Verum Arcadio satis fuit Joannem Ecclesiam depulisse, misso ad id comite et militibus. Tumultuante deinde populo, et Chrysostomi restitutionem seditione postulante, ingruente præterea sub ipsam noctem, quæ ipsius exitum proxime consecuta est, terra motu, ita perterrefacta est

A Eudoxia, ut eum ab exilio revocari continuo curverit. At recrudescentibus sequente anno similitibus et factionibus, injuriæ concedit, et Nicæ aliquantis per moratus, Cucusum, quæ Armenia urbs est, vel ut testatur ipse Chrysostomus, Cilicis, in exsilium mittitur: Cucuso Arabissum et Pityatem migrat. Sufficitur ipsi Arsacius presbyter Neclarii Constantinopolitanus olim praesulus frater, Ar-sacio Atticus. Pium interim exsulem mitibus epistolis solatur Innocentius papa (qui rerum gestarum per ipsius litteras certior factus fuerat) et communione sua impertitur; improbato Theophilii facto, quem et consentientibus fere Europæ epis copis a communione sua deinde segregavit; ut patet ex epistola quadam Innocentii ad Arcadium, quam exhibent Georgius Alexandrinus in *Vita Chrysostomi*, cap. 68, et anonymous vita ejusdem scriptor, cap. 150, quæque in tomis Conciliorum existat: et stiitisset certe vadimonium coram universalis synodo, quam cogere meditabatur Arcadius, nisi innocentium papam, conflandæ ejus auctorem non occupasset. Tandem varie jactatus Joannes, et summa inhumanitate ab inimicis habitus, Comanis obiit anno 407.

XX. Nec ita tamen Theophilii iræ conqueruntur. Is post priorem Chrysostomi restitutionem, in decima tertia pseudosynodi actione Heraclidæ, quæ Ephesinum episcopum Joannes creaverat, dignitatem abrogare studuit: at repugnantibus multis, is apertam seditionem contentio erupit. Jamque res C armis agebatur; multis vulneratis, paucis aliquot interfectis, qui unus omnia maxime petebatur Theophilus, fuga sibi consuluit; quamvis liuoris quaquaversus missis, ad synodum celebrandam, rogatu Chrysostomi, episcopos Arcadius accivisset. Post obitum autem Joannis, non operam solum Theophilus dedit ne in Diptycha nomen ipsius referretur ab Orientis episcopis, sed ut infame etiam vulgo haberetur, scripto ad id grandi volumine. Cujus libri fragmentum libro suo sexto *Facundus* inseruit, eundemque ab Hieronymo Latine conservum fuisse testatus est. Hæ Isidoro Pelusiote causa fuerunt, cur Theophilum graviter coargueret, λογισάνη illum, et χρυσολάτριν appellans, et adductum dicens ad insectandum Joannem ex Isidori illius supra a nobis commemoratione occasione<sup>20</sup>: Τὸν θεοφύλη, inquit, καὶ θεόλογον κατεπολέμησεν δινθρωπον, τὴν περὶ τὸν ἐμὸν δμάνυμον ἀπέχθειαν καὶ δυσμίνειν, δρυτήριον τῆς οἰκείας εὐρηκότα σκαιότητος. « Deo charum, et rerum divinarum consultum oppugnavit hominem, cum inimicinam et odium adversus heminem mihi cognominem propriæ perversitatis occasionem reperisset. » Unde Sozomeni narratio, susceptas adversus Isidorum inimicitiias causam Theophilic sedisse dicentis, cur tantas conciret turbas, adversus Baronium confirmatur<sup>21</sup>.

XXI. Synesius quoque temporum illorum æqualis,

<sup>20</sup> Isidor. Pelus., 52. <sup>21</sup> Baron. an. 400, cap. 58.

licet sub Theophili ditione positus, in epistola tam ad ipsum data, Joannis nihilominus memoriam laude prosequitur<sup>22</sup>. Idem cum ad episcopatum Cyrenensem superiore anno invitatus promoveretur, ad declinandum onus, et populum absterendum publice contestabatur, nec mundi occasum, nec resurrectionem corporum, nec animae jam formatis inseri corporibus sibi posse persuaderi: quae cum insignia sint capita Origenianæ doctrinæ, valde in his locis exosam tunc fuisse concludimus. At Hieronymus Chrysostomi expulsionem et exsilium Theophilum per epistolam gratulatus est<sup>23</sup>: « Unde et nos, inquit, Joannem qui dudum Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, Doo placere semper optavimus, et causas perditionis ejus, in quas ferebatur improvidus, nequaquam credere voluimus. Sed ille, ut cætera flagitia ejus taceam, Origenistas in suam recipiens familiaritatem, et ex his plurimos in sacerdotium provehens, atque ob hoc seclus beatæ memorie hominem Dei Epiphanium, qui inter episcopos clarum in orbe sidus effulsit, non parvo mœrore contristans meruit audire: *Cecidit, cecidit Babylon*<sup>24</sup>. » Minime itaque assentiendum Baronio<sup>25</sup>, qui concitatas a Theophilo adversus Chrysostomum turbas ægerrime tulisse Hieronymum conjectat.

XXII. Observatione vero dignum est quod narrant Socrates, Georgius Alexandrinus et Simeon Metaphrastes, in Theophilum vulgi odium crevisse, idcirco quod post damnatos tanto conatu Origenis libros, eorum etiam tum lectioni deditus esse deprehensus sit; cuius rei causam cum ab eo percontaretur quispiam, respondisse prato floribus consito similes esse libros Origenis, decerpere se quæ pulchra sunt; quæ spinosa, praterire: atque id omnibus offensioni fuisse. De ea re ita Rupertus Tuiliensis lib. 1 *Comment. in Deuteronom. cap. ix.* « Juxta litteram manifesta est æquitas, juxta analogogen vero judicij lectorum inhibetur mutabilitas, videlicet quam in Theophilo Alexandrinae civitatis episcopo ecclesiastica reprehendit relatio. Qui cum Joannis Constantinopolitanus, qui Chrysostomus appellatur, esset inimicus, lectionem Origenis, cui liberenter incumbebat, zelo ejusdem Joannis damnavit; tandemque damnato Joanne, quia se a lectione Origenis non cohibuit, rursus ipse lectioni Origenis ejusdem incubuit. » Hinc existimari potest quanta vafricie Theophilus, per speciem insectandi Origenismi privatas simultates ultus sit; facile præsertim receptis paulo ante in gratiam Origenistis: sed ut in cœptis tamen simulatione perseveraret, stylum hoc ipso, et sequente præterea anno summa asperitate et maleficentia exercuit adversus Origenem in epistolis Paschalibus, quas Latine exposuit Hieronymus, in abolendis Origenistarum erroribus Theophilo consentiens.

XXIII. Anno Christi 412 decepsit Theophilus, relictus cum epistolis Paschalibus grandi volumine, in

A quibus suum adversus Origenem vel verum, vel simulatum odium insignibus monumentis expressit. De eo volumine sic Gennadius lib. *De vir. illustr.*: « Scripsit adversum Origenem unum et grande volumen, in quo omnia pene ejus dicta, et ipsum pariter damnat; similiter docens non a se eum primum, sed ab antiquis Patribus, et maxime Heraclia fuisse et a presbyterio ejectum, et de Ecclesia pulsus, et de civitate fugatum. » Refert ex Isidoro diacono Joannes Damascenus, Theophilum morti proximum, cum propter admissum in Joannis causa peccatum, exhalare spiritum non posset, oblata ipsi Chrysostomi imagine et adorata statim animam egisse. Nihilo secius tamen ejus famam lancinavit Cyrus Theophilii cognatus. At cum animum ipsius B mitigare studenti Attico Constantinopolitano episcopo perpetuas sese cum Chrysostomi nomine inimicitias gesturum Cyrus renuntiasset; in aeres Isidori Pelusiowæ objurgationes incurrit: et ad meliorem tandem revocatus mentem cum Joannis memoria rediit in gratiam, nomenque ipsius Diptychis inseruit. *Anonymous Chrysostomi vitæ* scriptor, in somnis monitum a Joanne Cyrrillum sententiam mutasse narrat, deque ejus pietate et integritate saniora sensisse. Relato ejus in Diptycha nomine, reliquis præsulibus idem ut facerent, exemplo fuit. Adeo ut publice coli deinde cœptus sit Chrysostomus, et magna demum pompa ac comitatu Constantinopolim reliquias ipsius Comanicis devexerit Proclus autistes Constantinopolitanus. Hic porro frustra miratur Socrates, quid sit cur tot post obitum annis Origenem ab Ecclesiæ communione segregatum pronuntiaverit Theophilus, Joannem vero tricesimo quinto a morte anno in eamdem Proclus receptionem voluerit: nam licet Origenis potius doctrina, quam nomen fuerit a Theophilo damnandum, nihilominus tamen ut pote nefariae doctrinæ auctor Origenes censuram aliquam et reprehensionem commeruit; cum nullius econtrario erroris affinis Chrysostomus, per summum scelus ab Ecclesia proscriptus, jure in eam subinde receptus sit. Jam ante hæc tempora librum *De resurrectione* adversus Origenem scripserat Hammon Adrianopolitanus, ut a Maximo traditum est in Scholiis ad Dionysium *De cœlesti hierarchia*, cap. 7. De ejus tate unum habeo quod dicam, vetustiorem fuisse ipsum Cyrillo, a quo in testimonium alicubi citatus est.

XXIV. Restituto in pristinam famam Chrysostomo, magna tamen ex his conflictationibus Origeniano nomini ignominia illata est, ut fere jam vulgo pro haeretico haberetur. Quapropter Hieronymus Demetriadem virginem praceptis instituens anno 413, caute monet ut sibi ab Origenistarum fermento caveat. Nam cum Origenismum ab Anastasio protritum dixisset, addit: « Et quia vereor, immo rumore cognovi, in quibusdam adhuc vivere et pululare venenata plantaria, illud te pio charitatis

<sup>22</sup> Synes. epist. 66. <sup>23</sup> Hieron. epist. 88. <sup>24</sup> Isa. xxi, 9. <sup>25</sup> Baron. an. 404, cap. an 155.

effectu præmonendam puto, ut sancti Innocentii, qui apostolicæ cathedræ, et supradicti viri successor et filius est, teneas fidem. Postquam vero animarum προσπάρχειν, et admissa ab iis ante vitam peccata, velut hæreseos illius characteristicon notavit, « Hæc impia, inquit, et seelerata doctrina olim in Ægypto, et Orientis partibus versabatur, et nunc abscondite, quasi in loeveis viperarum apud plerosque versantur, illarumque partium polluit puritatem; et quasi hæreditario malo serpit in paucis, ut perveniat ad plurimos. » Atque his et sequentibus non Origenismum duntaxat, sed et hujus traducem Pelagianismum notat: magna siquidem doctrinæ uriosque affectus. Unde Joannes ille Jerosolymitanus æpe jam vocatus in partes, postquam Origenianam diu propugnavit doctrinam, in Pelagianam demum prolapsus est; nec Pelagium fovit modo, sed Hieronymi etiam Pelagiomaticis ulciscendi studio, in discipularum ipsius Eustochii et Paulæ monasteria cœdibus, incendiis ac rapinis per submissos gregales suos grassatus est. At eum paulo post mors oppressit, anno nimirum post Christum natum 416, et quadriennio post, ipsum quoque Hieronymum. Leo papa suppar huic ætati in epist. 11 ad Julianum Coensem Origenianæ animarum προσπάρχεις damnationem probat et prædicat. Leoni aequalis Vincentius Lirinensis, de quo in superiori sectione diximus, in libello *Adversus hæres.*, cap. 23, maximis Origenem afficit laudibus, quo splendorius esset subjecta vituperatio. Anctor Catalogi scriptorum ecclesiasticorum ad Desiderium, Hieronymo perperam ascripti, hæreticis alioqui non valde iniquus. Origenem tamen temeritatis et erroris insimulat. Dioscorus Alexandrinus præsul apud synodum Chalcedonensem Origenismi insimulatus est a Theodoro Alexandrine Ecclesie diacono. Refert Cyrilus monachus, in Vita S. Euthymii, maximam Origenistarum multitudinem in Cæsareæ Palæstinæ vicinia habitasse; cumque ii ad sanctissimum abbatem Euthymium frequenter ventitarent pietatis obtenu, vanitatem ipsorum et errorem virum harum rerum callentissimum coarguisse, et reluctantantes argumentis oppressisse. Memorabile vero imprimis concilii Remani, anno 496, sub Gelasio papa habiti decretum, super Origene ipsiusque lucubrationibus, quod est hujusmodi: « Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatus Hieronymus non repudiat, legenda suspicimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. » Ad hæc vitio dat Eusebio, quod « in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripsit librum. » Deinde scriptum, quo agitur de pœnitentia Origenis, apocryphum esse jubet. Attamen supposititia hæc esse, totamque adeo decreti hujus partem, quæ ab his verbis: « Item decretales epistole » ad finem usque pertinet, a Gratiano additam esse, nihilque hujusmodi in antiquis codicibus reperiri affirmant nonnulli; velut Nicolaus de Cusa in libro *De concordantia catholica*, cap. 3.

A Denique Stephanus Gobarus Tritheita reprehendens Isidori Pelusiotæ ansam querentem Severum, Origenismum ipsi affinxisse scribit; idcirco nem quod Chrysostomi causam adversus Theophilum et Cyrillum defendisset: attamen veritate victum non sipsuisse, et temere jactatam calumniam prudente revocasse.

XXV. Nonnullos autem contrariis ductos studi Origeniano nomini hoc tempore favisse compescit Theodoretus hæreson seriem contexens, nullum iis Origenismum, nullos Origenistas recenset; in vero Origenem cum laude et honore appellat. Cen totis quinquaginta annis Theodoretus vetus Philastrius Brixensis, qui hæreticorum item catalogum edidit, nullam penitus fecit Origenistarum mentionem; quod in eo tamen minus mirandum est utpote qui Epiphanius, Hieronymi, Joannis Jerosolymitani, Theophili, Nitriensis, et Chrysostomi tercationes ætate præcesserit. Origenistas vero plam se produnt Socrates Scholasticus, et Hermannus Sozomenus in Historiis suis; ita diligenter argumenta perquirunt omnia, quibus fulciri secta hæreticorum et roborari potest. Fuit ex eodem grege Sidonius Apollinaris, fuit et auctor Prædestinati aequalis temporum illorum, a Jacobo Sirmondo in lucem editum studium suum adversus Origenem præ se feres et errores ipsius operibus admistos, a falsariis, librorum adulteratoribus hæreticis intrusos et a perso suis gnaviter contendens. Fertur etiam libris Origenis instructus ad impietatem et armis Eutyches, impurus hæreticus, unicam in Christi naturam posuisse. Adeo diversa homines de Origenis doctrina hac tempestate sentiebant.

### SECTIO III

I. Rursus e Palæstinæ monasteriis Origenismus emergit. II. Origenistas apud Justinianum accusat Sabas. III. Origenismum passim sparquunt Nonnus et Leontius; IV. et aliquanto post Nonni discipuli Theodorus et Domitianus Origenismi crudelias multa perpetravit. V. Sarabaitæ unde dicti. VI. Origenistarum gesta imperatori renuntiantur. Gelasius Lauræ præfectus, ab ejus auditu evaditur; huic in redditu defuncto succedit Georgius Origenista; Georgio Cassianus, Cassiano Comitis orthodoxus orthodoxo. Antiochena synodus. VII. Epistolam ad Menam adversus Origenem scribit Justinianus: VIII. cuius epistolæ summa representatur. IX. Theophanis somnium. Joannes Paphlagonius origenizat. X. Trium capitulorum causa aliquanto post ventilari cœpta est. XI. Edicte adversus Tria Capitula promulgat imperator, nisi schismata multa oriuntur. XII. Restorescit Origenismus in Palæstina. Synodus quinta celebratur XIII. et dannat Tria Capitula. Hinc magnis militibus Ecclesia conturbatur. XIV. Utrum in quodam synodo de Origene actum sit. XV. Quid in ea versus Origenem constitutum sit, exponitur. XVI. Nova in Origenismum facta odii accessio; XVII. quæ prodeuntibus subinde annis paulatim oblitus. Infensos sibi tamen nonnullos identidem Origenes nactus est; XVIII. Græculos præcipue Latinis vero benignius exceptus est. XIX. Oratio lunjdivinitus editum S. Mechilidi de salute Origenis. Guidonis et Platiniæ de Origeni justiciis. Hujus causam tuentes Joannes Picus, et Joannes Naucleerus. Favet ipsi quoque Joannes Trittemius sed circa errorum ipsius defensionem. XX. Primus

*Origenis Opera prelo committit Jacobus Merlinus, et vro eo Apologiam scribit; unde Massæi et Bedæ conviciis appetitur. XXI. Defendunt Origenem Erasmus, Ferrarius, Sixtus Senensis, Genebrardus et Balloxius: eundem impugnant Baronius et Bellarminus; Lutherus et Beza: incerta Sculpeti ratio: æquiores in eum se gerunt Espenæus, Possevinus, Gretserus, et Binetus.*

**I.** Superiores turbas, velut de compacto, multorum annorum inducæ consecræ sunt, Origenismo faventibus quidem multis, pluribus etiam adversantibus, sed utrisque vel prementibus sententiam, vel circa discordiam aperientibus; quoad e Palæstinæ monasteriis nova rursum dissensionis flamma erumpens, maximum in Ecclesia peperit incendium. Nam cum ex erectis a S. Saba asceteris per nefas exissent monachi quidam perduelles, et ad torrentem Thecum in Palæstina novam lauram exstruxissent circiter annum Christi 517, reconciliatus cum illis Sabas, decoratæ a se et amplificatae ipsorum lauræ Joannem quemdam præfecit. Scribit Cyrillus monachus, testis locuples, ut qui his locis et temporibus vixerit, morti proximum Joannem hujusmodi vaticinium edidisse: «Ecce veniunt dies, in quibus qui præsentem locum habitant, descedent a recta fide, et extollentur quidem in seipsis, ut cum divino David dicam, *qui exacerbant*<sup>11</sup>: in audacia vere sua destruentur, et altitudo eorum repente decidet<sup>12</sup>.» Dictum res comprobavit: suffectus enim Sabæ notu in Joannis locum Paulus, vir simplex, in monachorum cœtum quatuor homines Origeniana lue laborantes non satis perspecta eorum doctrina admisit: quos inter primas obtinebant Nonnus quidam Palæstinus, non Origenistarum duxtaxat, sed gentilium etiam et Manichaorum erroribus implicatus, et Leontius Byzan-  
tius, vel ut aliis placet, Byzacenus. Hi sub Agapeto, quem Novæ Lauræ præcess jusserat Sabas, postquam Paulus solitudinis amans in Arabiam secessit, insaniam suam prodiderunt. Quo comperto Eliæ Jerosolymorum episcopi, et Sabæ consilio usus Agapetus, ne latius serperet labes, Origenistas laura confessim exturbavit. Nec impetrare potuerunt illi ab Jerosolymitano præsule, qui Eliæ successit, ut in integrum restituerentur; quoad eos Mæmas, post Agapeti obitum, Novæ Lauræ rector suscepit, Origenismum quidem in siau gestantes, sed Sabæ D

II. Grassantes interea per Palæstinam Samaritanis maximis calamitatibus rem Christianam affligerunt. Nihilo secius Justinianum, ejusque conjugem Theodoram, recens imperium adeptos conflectis calumniis circumvenit vir dignitate illustris, nomine Arsenius, arte veterator ac sycophanta, et Samaritanorum seditionis causam in Christianos refudit. Quibus acceptis Sabam refutandæ calumnia ad imperatorem allegat Jerosolymitanus antistes anno Christi 530. Liberaliter eum excipit Justinianus, prolixaque omnia desert. Tum vero præ ceteris

A unum id enixe postulavit Sabas, ut Arii, Nestorii et Origenis dogmata quibus Ecclesie conturbatur tranquillitas, de medio tollerentur. Annuit imperator, et Antonio Ascalonitano, et Zacharie Pelæ episcopis per litteras dedit negotium, ut has profligarent hæreses, et anathemati subjicerent.

**III.** Sub finem sequentis anni humanis exempto Saba, magnum in Palæstina incrementum Origenismus accepit: hujusmodi enim castigatore expeditus Nonnus, administratio usos Leontio, non Novam solum Lauram, sed alia etiam hujus eremii monasteria peste afflavit. Frustra tamen in corrumpendo Sucæensi asceterio conatus suos consumpsit, artes illius exsufflante Cyriaco, admirandæ virtutis sene. B Igitur ut in hujus monasterii regimen allegeretur Petrus Alexandrinus, Origenisticæ vir addictus sectæ, perfecit Nonnus: verum ut is doctrinam suam explicare coepit, magno statim omnium consensu dejectus est. Petrum alium Græcia oriundum, prioris Petri consimilem et partiarium, eique a Nonni assecis suspectum, Catholici itidem abdicarunt dignitate, et Cassianum tandem Scythopolitanum, fidei ac morum integritate florentem, monasterii Sucæensis archimandritam constituerunt. Cyriulum quoque monachum, qui Sabæ *Vitam* litteris mandavit, ad eundem Cyriacum litteras ferre jussit Joannes Silentarius, episcopus, in Sabæ Laura tunc temporis delitescens, Origenistis insensus, quibus enixe ab eo postulabat, ut Nonni ac Leontii, aliorumque Origenistarum, qui Novam Lauram insidebant, confutationem et exsilium a Deo impetraret. Respondit Cyriacus prope esse, cum miserrime Nonnus et Leontius essent interituri, reliqui vero ipsorum assecis e Nova Laura expellerentur. Tum sermones hunc inter et Cyriillum de rebus Origenistarum ultro citroque habitos suis narrat Simeon Metaphrastes, a quo Cyriaci *Vita* conscripta est. Circa hoc ipsum tempus aliqua Origenis opuscula Bellator presbyter in Latinam linguam refudebat.

**IV.** Res aliquantis per tranquillatæ videtur transebantur, cum Nonni discipuli Domitianus et Theodorus, cognomento Ascidas, Ancyranus ille, hic Cæsareæ Cappadociae creatus antistes, ad promovendum Origenismum recens adepta potestate abusi sunt. Eorum quippe præsidio confisi Origenistæ non jam per cuniculos, non subdolis ratiocinationibus incautas mentes expugnare tentarunt, sed aperta vi grassantes, armis instructi, quorum animos labefactare non poterant, eorum monasteria funditus diruebant. Et in maximam quoque Sabæ Lauram ea strages incubuisset, nisi via aberrantes in aspera incidissent loca, unde infecta re pedem deum reuelerunt. Magnos etiam ex eo sumpserunt spiritus, quod Petrum Jerosolymitanum episcopum complicitis dolis eo perpulerunt, ut in communionem re-

<sup>11</sup> Psal. LXV, 7. <sup>12</sup> Cyrill. in Vita S. Sabæ, cap. 49, 50.

episcopi Petrum Alexandrinum, quem Socorras A quo notatus monachus, scitur ex 200, conser-  
monasterii prefectus depulsa dictibus, et Assun-  
tione cognomen Scragylum. Quo facte tantum  
Origenitis sacerdotis fiducia, et ius quoquaversus  
doctrinam suam, sic unquam legit, pernici-  
perat; si quis obvios haberent Jerusalym mon-  
achos orthodoxos, male militantes turpiter ej-  
ercent; molitus etiam gravissimis suppliciis exces-  
sant. Quibus ad eos perlati, qui circa Iordanem  
sedes posuerant, ad open sociis ferendis cuneat,  
et in Salice Lauram, velut in propagulebus confi-  
gunt. At ille quoque non facia advolant Origen-  
itiae, et foribus effactis, Laura politi, ex ortho-  
doxos complures vulneribus excidunt.

V. Ilac in Vita Sabe narrans Cyrillus, et Origen-  
istarum illorum petulanciam describens, « Quin  
etiam, inquit, si aliquem ex orthodoxis monachis  
deprehendissent in sancta civitate, impia manu fe-  
rientes et sahabet vocantes, illinc enim turpiter  
expellebant : » sahabet intellige, Sabe sectorem  
et discipulum; nisi forte malis legere, sahabeten.  
Triplex erat apud Aegyptios monachorum genus,  
coenobitarum, anachoretarum et sarabitarum.  
Sarabites proprio arbitrio vivebant extra coenobis,  
homines avati, hypocrite, scorbutores, gulosi. Dicti  
videntur a ΣΔ, rebbelis, refractorius, contumaz.  
Meninere illorum Cassianus, Benedictus, Humber-  
tus, Ivo, et alii. Eosdem remoboth appellatos scribit  
Hieronymus epist. 22, ad Eustoch., cap. 15. Qui-  
dam legunt remboth, quam vocem a Graeco πέμπος  
detortam aliquis forsitan existimaverit. Πέμπος  
hominem vagum atque erronem sonat. Tales autem  
sahabites. Cassianus, collat. 18, « Sarabitas » asse-  
rit « non contentos abbatis cura atque imperio gubernari,  
hoc præcipue procurare, ut absoluti a senio-  
rum jugo, exercendi voluntates suas, et procedendi,  
vel quo placuerit evagandi agendique quod libitum  
fuerit, habeant libertatem. » Quid si pro remboth  
legamus rehoboth, a ρεβόθ, seu ρεβότη. Arabica  
voce, qua monachum sonat. At Isidorus lib. II De  
offic. eccl. cap. 15. « Sextum genus est, inquit,  
monachorum et ipsum telerrimum atque negle-  
ctum, quod per Ananiam et Sapphiram in exordio  
Ecclesie pullulavit, et apostoli Petri severitate ex-  
eisum est; quique ab eo quod semetipsos a coenobi-  
tali disciplina sequestrant, sua que appetunt liberi  
voluntates, Aegyptiorum lingua sarabaita, seu re-  
nuita nuncupantur. » בְּדַבֵּר enim idem sonat ac renuit.  
Sed tamen non absurde quis conjecterit hoc loco le-  
gendum rehivitae quod idem est ac rehoboth, a  
ρεβόθ, adeo ut duas monachorum illorum Aegy-  
pticas appellations, sarabaita, et rehoboth, sive  
rehivitae expresserit; ait enim: « Aegyptiorum lin-  
gua sarabaita, sive rehivitae nuncupantur. » Que  
vox posterior facile recusa est in renuitae: unde  
Odo Cluniacensis, collat. 3, « Nos miseri non su-  
mus monachi, ut falso nominamur, sed sarabaita;  
id est renuita, qui jugum regularis discipline  
renuiimus. » Ceterum vocabulum בְּדַבֵּר, seu בְּדַבְּרַת

A quo notatus monachus, scitur ex 200, conser-  
tuit, pertinet: hinc quis fortasse sarabaita dicit  
potest monachus inscriptus, cunctissimus ei tribu-  
lentes; nam eos inter se alienum et cunctos  
solos tradit Hieronymus. Nominatione quicunque sa-  
spicatur ἡμῶν τῷ Σωτίῳ, manifestum vobis patet  
alibi, sic enim vocata haec interpretatione Hiero-  
nimus et Sothis. Præcepti autem erant la vocata  
sarabaita: quicunque ait Humbertas cardinalis:  
« Unde et formantes sarabaitas venerantur; » sed  
verisimilis est, quod audimus priore loco nomine  
hujus veriloquium. Ut et non præter rationem  
credi possit, ejusmodi nescio pone et methus  
monachos ab iopis Origenitis finiisse tradidisse:

B sed nihil tamquam mutatos: nec asserimus quid-  
quam, sed tantum proponimus. Atque haec olim.

¶ VI. Expugnat Sabe Laura ad imperatorem Patrum  
consilio proficisci Gelasio monasterio præ-  
cepit, rerum gestarum somnam ad eum perlatu: verum Theodori Cesariensis episcopi artibus effec-  
tum est, ut omnis ad imperatorem et ad Con-  
stantinopolitanaum episcopum aliis ei præcederet,  
et re tandem infecta discederet. Revertentes  
Anorii, que Phrygia urbs est, mores opprescit. Quibus intellectis, Sabe Lauram Georgio exinde con-  
secrante sun regendam committit Theodorus et  
Domitianus. Orthodoxos ille confessum Laura ex-  
igit. At ipse quoque non multo post libidinoso cu-  
jusdam impioratis convictus monasterio abigit,  
cum paulo ante turpissimo exitu Nonnes vita  
clausisset. Georgium exceptit Cassianus vir sanctis  
et legitimis disciplinis in Sabe umbraculis institu-  
tus; Cassianum post decem menses defunctum Cœsus  
doctrinae integritate et virtute nulli secundus, a quo  
frequentibus dissidiis afflita, et prope jam deserta  
Laura revocatis Patribus orthodoxis in pristinum  
splendorē restituta est: cum præsentim proli-  
gando Origenismo operam suam navaret usque  
temporibus Theodosius apud Palestinos coenobitar-  
ia, qui inter regionum iularum monachos insigni  
morum sanctitate magnam fuerat auctoritatem  
consecutus. Qua circiter tempestate harum regnum  
Origenistas collecta ab Ephraem Antiocheno præ-  
sule synodus anathemate damnavit, ut narrat au-  
tor synodici, quod nuper in Biblioteca juris coeno-  
bici recudi curavit eruditissimus et humanissimus  
Henricus Justellus, Christophoro patre dignissimus  
filius. Fractis autem Origeniste viribus destiterunt  
ab orthodoxorum insectatione; multas vero inter  
se turbas et prælia conciverunt.

VII. Pelagio S. R. E. diacono Constantinopolim  
e Palestina redeunti comites se adjunxerunt mona-  
chi aliquot Palestini. Causa haec proficisciens  
fuit. Præcipua quædam ex Origenis libris haeresem  
capita excerpterant. Ea Justiniano offerre, et ut  
una cum Origene damnarentur, impetrare volebant.  
Floreat tunc temporis imperatoris gratia Theodo-  
rus ille quem dixi, Cœsareæ Cappadociæ episcopus,  
acerrimus Origenianæ causæ propugnator: cui

enim male idcirco vellet Pelagius, Palæstinos monachos Constantinopolim perduxit, et astipulatorem habens Menam Constantinopolitanum patriarcham, a Justiniano flagitavit, ut eorum postulatis annueret. Rerum ecclesiasticarum arbitrium ad se deferri gaudens imperator voti eos compotes fecit, et nomine suo Epistolam ad Menam conscribi jussit, qua Origenis et Origenianorum dogmatum damnatio continetur. Operæ pretium est ipsa Liberati Carthaginensis archidiaconi verba recitare<sup>23</sup>. Jubente eo dictata est in Origenem, et in illa capitula anathematis damnatio, quam subscriptentes una cum Mena archiepiscopo apud Constantinopolim reperti, deinde directa est Vigilio Romano episcopo, Zoilo Alexandrino, Ephræmio Antiocheno et Petro Jerosolymitano, quibus eam accipientibus et subscriptentibus Origenes damnatus est mortuus, qui vivens olim fuerat ante damnatus. Ita Adamantii damnationem nobilissimi Ecclesie antistites calculo suo comprobaverunt. Hæc circa annum 538 facta comprehendimus.

VIII. Minime vero Origenistas, sed Origenem ipsum hac epistola petit Justinianus, enumeratisque ipsius erroribus inter haereticos recensemendum sanctitatem: *Εἰ τοίνυν, οὐκούντες αἱρετικὸν ἐπὶ ἔνδει τυχόν, ἢ δευτέρου δόγματος παρατροπῇ ἐκβέβηληται τῆς ἀγωνάτης Ἐκκλησίας, ὑποσθήθεντες ἀναθέματα μετὰ τῶν ιδίων δογμάτων, τις δλως Χριστιανῶν ἀνίζεται οὐριγένους τε καὶ τῶν πονηρῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἀντιποιεῖσθαι, τοῦ τοσαύτας μὲν εἰρηκότος βλασφημίας, πᾶσι δὲ σχεδὸν αἱρετικοῖς τοσαύτην ὄλην ἀπωλείας καὶ βλασφημίας παρασχομένου, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ παρὰ τῶν ἀγίων πατέρων ἐκπαλαι ὑπὸ ἀνάθεμα γενομένου μετὰ τῶν μυσταρῶν αὐτοῦ δογμάτων; Si igitur omnes haeretici, ob unius fortasse vel alterius dogmatis perversitatem ejecti sunt e sanctissima Ecclesia, quis prorsus Christianorum sustinebit Origenem, vel nefarias eius lucubrationes defendere, a quo tot impietas prolatæ sunt, et tanta exitii et impietatis materia universis proponendum haereticis subministrata est, ideoque a sanctis Patribus jam olim anathemati cum perniciose suis dogmatibus subiectus est? Ad hæc prompta est et parata exceptio: si error haeticum facit, fateor haeticum esse Origenem; sin pertinacia, qui erroribus pertinaciter adhaesisse Origenem dicere audeat? Ostendit deinceps imperator paganis et Manichæis Adamantium consensisse, ex ejusque decretis Arianam heresim coaluisse: tum animarum προῦπαρξεν tanta contentione oppugnat, ut facile appareat inter Origenianas sententias hanc potissimum hujus ævi Origenistis arrisisse, quod et ex Euthymii et Cyriaci *Vitis* a Cyrillo lucubratis intelligitur. Notandum porro Chrysostomi patrocinium libenter asciscere Justinianum, ut hoc quoque subsidium Origenistis eripiat. Jocularis vero est, et ut verius loquar puerilis Justiniani hallucinatio,*

A cum adversus Origenis sententiam, quæ astra ratione prædicta esset singit, disputans, hunc assert Basilii locum ex Thomi. 3 in Hexaem. : 'Ημῖν δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐστὶ τις λόγος περὶ τῶν διαχριθέντων ὑδάτων, etc.; tum deinde submettit: Δεῖ δὲ προσέχειν τοὺς ἀκροτάτας, διτι τῷ εἰπεῖν τὸν Πατέρα· Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐστὶ τις λόγος, περὶ οὐριγένους διαλέγεται τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τῆς ἀγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἀπελαύντος, καὶ τῶν διοιρόνων ἐκείνῳ. Οὐ γάρ εἶπε πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, ημῖν ἐστὶ τις λόγος· καὶ διὰ τοῦ εἰπεῖν, ημῖν, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας ἐδήλωσε· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, τοὺς ταύτης ἀποπεσόντας ἐσήμανεν. Adverteo porro debent auditores, Patrem (Basilium) cum dicit, *Sermo nobis est ad eos* qui sunt *ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας*, de Origenè, qui a gratia Dei et a sancta Dei Ecclesia depulsus est, deque ejus assecilis loqui... et dicendo quidem, ημῖν, eos qui in Ecclesia censemur significasse; dicendo vero, τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, eos notasse qui ea exturbati sunt. Nempe ignorabat bonus ille imperator, sive qui ipsius nomine epistolam hanc concinnarunt, particulam, ἀπό, non disjunctionem semper et divisionem, sed conjunctionem etiam, et seciam ac vita institutum notare: οἱ ἀπὸ τῶν αἱρετῶν, *haeretici*; οἱ ἀπὸ τῆς Στοί, *Stoici*; οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, *Pythagorici*. Igitur, οἱ ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, hoc est, *Christiani, ecclesiastici*; ad eos enim quatenus pagani opponuntur, sermonem suum Basilius convertit. Post errores Origenis prolixè consultatos petit denum a Mena Justinianus, ut episcoporum et euenobiarcharum, qui tunc Constantinopoli agebant, conventum habeat, ab iisque Origenem, et Origenis dogmata respui et anathematis conteri procuret; et rerum a se in hac causa gestarum exemplaria ad presules et abbates qua quaversus transmittat, ut ipsi quoque anathemata Origenis propria subscriptione confirment. Vetus præterea episcopum vel archimandritam constitui quemquam, nisi prius Origenem una cum aliis haereticis, qui de more in editis libellis anathematis confodiuntur, toto animo detestari se et damnare fuerit professus. Significat postmodum litteras a se eodem hoc exemplo missas ad Vigilium papam, et ad patriarcham Alexandrinum, Jerosolymitanum et Theopolitanum, hoc est Antiochenum. Antiochiam quippe post terræ motum auspicato nomine Theopolim Justinianus appellavit. Ad hæc ex uno Περὶ ἀρχῶν opere, qui maxime capitales visi sunt errores colligit, et ob lectorum oculos ponit. Denique verba præscribit, in quæ anathematismos adversus Origenis dogmata concipi velit, quorum postremus Origenem ipsum damnatorum dogmatum auctorem percillit.

IX. Conferendum huc videtur Theophanis Nestoriani monachi visum, quod a Moscho Evirato in

<sup>23</sup> Liberat Diac. Brev. cap. 23.

*Prato spirituali*, cap. 26, narratur. Adierat Cyrilium Theophanes ille alii ipsum de rebus percontatus, quem cum in Nestorii luto hærere perspexit et Cyrilus, orare jussit ut eequa verior esset doctrina, sibi patesceret. Oranti astitit quidam, aspectu terribilis, assumptumque deduxit in tenebrosum locum, et fœtidis ignibus horridum: tum ei mediis in flammis Nestorium, Eutychetem, Apollinarem, Dioscorum, Severum, Origenem, et alios aspiciens, destinatum hunc esse locum dixit hæreticorum supplicis; in eoque futurum ut penas ipse det aliquando, nisi a præceptis animo opinionibus discesserit. Vism Cyriaco narravit Theophanes, et catholicæ Ecclesiae nomen dedit. Laudatur istud Moschi opus in septima synodo, indeque multum ipsi auctoritatis accessisse credentes plerique, id Theophanis somnum pro edito divinitus oraculo habent. Quo equidem parum permovere, nam ejusmodi somniationum ferax est Græculorum, ac præsertim monachorum natio; et quæcunque per otium imaginum artifex mentis facultas singit, sic tanquam Dei effata sibi aliisque proponere prompta et facilis. Minime autem ex laudata in septima synodo scriptoris illius Moschi particula totum opus existimandum censeo: multis alioquin damnosis lucubrationibus plena usquequaque adjungenda esset fides, quorum selectum aliquem, si forte, locum synodus aliqua usurpaverit. Vigebat ea tempestate Joannes Grammaticus, cognomento Philoponus, Alexandrinus litteris exquisitis apprime eruditus: sed propter catholicæ fidei contraria dogmata inter hæreticos relatus, nam Tritheitarum parens fuit, et juxta Origenem corporum resurrectionem iniciatus est, scripto in id argumentum opere quo Patrum auctoritatem Indibrio habuit; sed a Theodosio monacho, Conone, Eugenio et Themistio luculenter refutatus est.

X. At Theodorus Ascidas Origenistarum, et Acephalorum, sive Monophysitarum columen, cum Origenem ab episcopis Justiniani opera reprobatum ægre ferret, Theodorum Mopsuestiae episcopum, Origeniano nomini, dum viveret, infensem, et multis adversus eum editis opusculis celebrem oppugnandum sibi, et anathematis subjiciendum proposuit, ob id maxime, quod a Chalcedonensi synodo fuerat laudatus. Imperatori itaque concilii hujus auctoritatem adversus Acephalos scriptis defendant, favore Theodore Augustæ suggestis, frustra scribendi labore ab eo suscipi, qui posset Acephalos ad suam communionem compendio revocare, si Theodorus Mopsuestenus, et Ibae Edesseni ad Marin Persam epistola, utpote Nestorii lue contaminata, et Theodoreti castigationes adversus duodecim Cyrilli capitula sive anathematismos totidem Nestorii anathematismis oppositos damnarentur; his quippe Acephalorum cum Catholicis concordiam maxime retardari.

XI. Assensit credulus imperator, et pacis in Ecclesia conciliandæ cupidos edictum a Theodoro Ascida confictum suo nomine promulgari passus

A est, Romam recens profecto Pelagio diacono, post quani apud Justinianum apocrisiarii munere functus est. Hoc edicto anathema is esse jubetur, qui Thedorum Mopsuestenum, qui epistolam ad Marin Persam hæreticum, quam Ibas conscripsisse ferat, quicunque scripta Theodorei adversus Cyrillum et duodecim ejus capitula, defendenter. Verum perprimum id valere intelligens imperator nisi episcoporum subscriptione vim ac robur adipisceretur, multos ad assensum pertraxit; multi quod salva synodi Chalcedonensis auctoritate capitula hæc labefactari non posse, et in ecclesiasticis rebus insuper habendam esse imperatoris auctoritatem crederent, consentire renuerunt. Vigilium ipsum Romanum pontificem, ea tuentem capitula, Constantinopolim accersit Justinianus; sententiam rogat super tribus capitulis; tergiversatur pontis sex, episcopos XII, qui aderant in synodum colligit; et quid quisque sentiret, scripto edere jubet, demumque in Justiniani sententiam concedit; et anno 548, decreto edit, quod *Judicatum* appellatur, eoque tria se damnare capitula declarat, salva synodi Chalcedonensis auctoritate. Hinc tamen schismata multi conflata sunt, cum synodi hujus reverentiam et majestatem a Romano pontifice violatam episcopi principue Occidentis existimarent; quamvis origini Justiniano, ut absque ulla synodi hujus mentione in trium capitulorum damnationem consentire, constanter restherit. Sed tandem ad saniorem mentem reversis Mena Constantinopolitano et Theodoro Cæsariensi, quos a sua communione removet Vigilius, et abrogatis item edicis, quae de tribus capitulis publicaverat Justinianus, placuit legitime synodo questionum illarum disceptionem et arbitrium permitti.

XII. Origenistarum interim secta in Palæstina rursum ac vielnis regionibus nova incrementa cipiebat. Scribit Leontius Neapoleos Cypri antis, qui Heraclio imperatori coœvus fuit, quævis aliquando inter se duos Asceterii cujusdam, qui erat Emesæ proximum, monachos. cur Origenis hæreticus (sic enim appellatur) tantis a Deo debibus ornatus fide excidisset. Cumque alter non Dei, sed naturæ donum, cam qua pollebat scientiam est pugnaret; alter contra neminem ex naturæ donis ejusmodi excendere opera posse pertenderet, qualia ab eo conscripta sunt; visum ariique est rem ad Palæstinae monachos, quorum tum magna persecuerat fama, dijudicandam deferre. Pergunt illi ad monasteria mari Mortuo contermina, et Joannem abbatem ac Simeonem rogant, ecquid de re iniuste quæsita sentiant: illi vero Simeonem alium cognomento Salum (quod est, ut conjicio, Σάλος, mutato δ finali in ο, quemadmodum in Ἀννίβας, pro Annibal) id est insanum et satum, Emesæ habitante consuli jubent. Vir ille fastus ac inanis gloriæ proculcandæ causa modestiam suam delirationis simulatione tegebat, vulgoque pro motione habebatur. Is lupinorum, quos tum forte comedebat, sum-

bo lo usus, adeuntibus monachis significavit, Origenem ingenio suo confisum, cum altiora sectaretur, in mare lapsum periisse. Hoc ipso anno Origenismi suspectum Maearium Jerosolymitanum patriarcham, priusquam electionem ipsius suffragio suo imperator rorobasset, sede sua deturbatum fuisse narrat Evagrius: at in eamdem aliquanto post restitutum, cum Origenem, Evagrium et Didimum damnasset, ab eodem proditum est. Quamvis autem publice et privatim Origenes infamaretur, nihil magis Origenistarum Palestinarum animi conserverunt; cumque in Nova præcipue Laura secta ipsorum invalesceret, ab Eustochio Jerosolymorum episcopo inde extrusi sunt. In varias illi partes disseminati, multos dogmatis suis inescatos ad opem sibi ferendam pelleixerunt. Impense favebat illis Theodorus ille quem dixi Ascidas, Justiniani consiliorum particeps, magna ipse familiaritate conjunctus. Factum ille Eustochii vituperabat palam, et in ipsum aulam commovebat. Atque hanc cogendæ quintæ synodi causam fuisse scribunt Evagrius et Nicephorus.

XIII. Coacta Constantinopoli synodo anno 553, multis in ea de tribus capitulis actum est. Quæ singula huc referre quoniam non est nostri instituti, dixisse hoc unum sufficiat, reuitente Vigilio, qui synodi celebrationi pro viribus intercesserat, et tria capitula denouo defendenda sumperat, damnata illa nihilominus fuisse, et Vigilium Theodori, Ibae, et Theodorei partes tacentem per libellum a se compositum, et Justiniano missum, quem Constitutum appellavit, et concilio subscribere recusantem, in custodiam fuisse actum, et modicum ei panis et aquæ fuisse suppeditatum, ut habet Anastasius in ipsius Vita, multosque episcopos ex Illyricis præcipue et Afris, eamdem ob causam sedibus fuisse dejecitos, exilio mulctatos, et modis omnibus male habitos; alios ditatos muneribus assensum præbuisse: sed Romanam demum Ecclesiam inter ecumenicas et legitimas synodos quintam, vel Vigili ipsius, vel Pelagii, aliorumque pontificum nutu admisisse; et ab exilio, rogatu Narsensis, revocatum cum aliis Vigilium, dum Romani reppereret, in Sicilia oblissee. Manifestum itaque est ex Origenistarum altercationibus, et Pelagii ac Theodori Cæsariensis simultatibus et odiis hos motus et turbas in Ecclesia exstisisse: Illud liquere omnibus credo, inquit Liberatus Breviar. cap. 24, et per Pelagium diaconum et Theodorum Cesareæ Capadociæ episcopum hoc scandalum in Ecclesiam fuisse ingressum. Quod etiam publice ipse Theodorus clamitavit, se et Pelagium vivos incendendos, per quos hoc scandalum introivit in mundum. Domitianus ipse Ancyranus Origenicæ doctrinæ assertor, in epistola quadam ad Vigilium papam, Origenistarum opera factum agnoscit, ut tria capitula a Justiniano damnarentur: testis Facundus Hermianensis episcopus libr. ad Justin., cap. 2, et Invenit, inquit, desideratam occasionem {hæreticorum spiritus} ex furore anorumdam, qui sub no-

A mine Christiano latenter in Ecclesia gentile Origenis dogma sectantur. Et quia per instantiam tuæ religionis ejusdem profani dogmatis iterata damnatio est; hinc ejus sectatores exarserunt adversus Ecclesiam, querentes eam quacunque possent in missione turbare. Et hoc totum publicam notitiam non effugit, præsertim cum et Domitianus quidem Ancyrensis civitatis episcopus provinciae primæ Galatiae, qui fuit ipsius Origenianæ hæresis manifestus assertor, per libellum quem ad beatissimum papam Vigilium scripsit, Deo extorquentे confessus est, quod ejus compliees Origeniani, cum viderent non se posse proprium dogma defendere, neque sibi quidquam spei de conflitu restare, ad ultionem eorum quæ contra Origenem gesta sunt, hæc Ecclesia scandala commoverunt. Quod et clarius repetit lib. iv, cap. 4.

XIV. Utrum porro de Origene ac Origenistis in quinta synodo actum sit, investigandum est: nam de his penitus siluisse ipsam nulla usus circuitione Halloxius assernit, et quæ ante, vel post concilium adversus Origenem gesta sunt, ea multos vel odio Origenis, vel imperatori adulantes, vel humanitas lapsos, in concilio ipso gesta scripsisse. Evidem sic olim existimasse me fateor, quod jactari vulgo et credi solet, hujus auctoritate concilii damnatum fuisse Origenem, Origenisque doctrinam, id Graecorum fraude fuisse conflictum, et in Evagrii historiam fortasse insertum. Ad id credendum his potissimum rationibus permoverebar: nullam in actis concilii Origenis extare damnationem, nullam apud Victorem Tununensem, vel Facundum, horum temporum aequales, et rerum gestarum testes. Verum re accuratius pensata, actam in synodo Origenis, Origenistarumque causam, ipsumque cum asseclis, et dogmatis damnatum, et anathematis confossum fuisse non persuasus sum modo, sed quicunque etiam aliter senserit, vel parum attentum, vel non satis prudentem esse oportere. Causas cur id crediderim has habui. Primum totius rei summam, et verba ipsa anathematis ab Evagrio relata esse video, quem totum Graecolorum agmen sequitur, auctor Chronici Alexandrini, Georgius Syncellus, Theophanes, Photius in libello *De synodis*, Nilus Rhodius, et anonymi duo qui de synodis quoque scripserunt, quosque in canonici juris antiqui Bibliothecam contulit Henricus Justellus vir clarissimus; Zonaras, Glycas, maxime vero Cedrenus, qui et Justiniani epistolam ad synodum representat, in qua flagitat a Patribus, ut Origenem, Origenisque gregales damnent; et Nicephorus, qui anathematismos in Origenem a synodo vibratos abtolegit recitat. Cyrus præterea monachus sœpe jam a nobis citatus, qui Justiniani œvo floruit, et res in synodo gestas ignorare non potuit, Origenem in ea damnatum fuisse diserte docet in Vita Euthymii, cap. 105. Cum præcedente autem tempore, inquit, postea congregata fuisse Constantinopoli quinque synodus, et Origenis ac Nestorii do-

*Prato spirituali*, cap. 26, narratur. Adierat Cyrilum Theophanes ille alii ipsum de rebus percontaturus, quem cum in Nestorii luto hærere perspexisset Cyrus, orare jussit ut eequa verior esset doctrina, sibi patet eret. Oranti astitit quidam, aspectu terribilis, assumptumque deluxit in tenebrosum locum, et fœtidis ignibus horridum: tum ei mediis in flammis Nestorium. Erycheteum, Apollinarem, Dioscorum, Severum, Origenem, et alias aspicienti, destinatum hunc esse locum dixit hæretorum suppliciis; in eoque futurum ut penas ipse det aliquando, nisi a præceptis animo opinionibus discesserit. Visum Cyriaco narravit Theophanes, et catholicæ Ecclesiae nomen dedit. Laudatur istud Moschi opus in septima synodo, indeque multum ipsi auctoritatis accessisse credentes plerique, id Theophanis somnium pro edito divinitus oraculo habent. Quo equidem parum permovere, nam ejusmodi somniationum ferax est Græculorum, ac præsertim monachorum natio; et quæcunque per otium imaginum artifex mentis facultas singit, sic tanquam Dei effata sibi aliisque proponere prompta et facilis. Minime autem ex laudata in septima synodo scriptio illius Moschi particula totum opus existimandum censeo: multis alioquin damnosis lucubrationibus plena usquequaque adjungenda esset fides, quorum selectum aliquem, si forte, locum synodus aliqua usurpaverit. Vigebat ea tempestate Joannes Grammaticus, cognomento Philoponus, Alexandrinus litteris exquisitis apprime eruditus: sed propter catholicæ fidei contraria dogmata inter hæreticos relatus, nam Tritheitarum parens fuit, et juxta Origenem corporum resurrectionem insciatus est, scripto in id argumentum opere quo Patrum auctoritatem ludibrio habuit; sed a Theodosio monacho, Conone, Eugenio et Theonistio luculenter refutatus est.

X. At Theodorus Ascidas Origenistarum, et Acephalorum, sive Monophysitarum columen, cum Origenem ab episcopis Justiniani opera reprobatum ægre ferret, Theodorum Mopsuestiae episcopum, Origeniano nomine, dum viveret, infensum, et multis adversos eum editis opusculis celebrem oppugnandum sibi, et anathematis subjiciendum proposuit, ob id maxime, quod a Chalcedonensi synodo fuerat laudatus. Imperatori itaque concilii hujus auctoritatem adversus Acephalos scriptis defendant, favore Theodora Augustæ suggestis, frustra scribendi labore ab eo suscipi, qui posset Acephalos ad suam communionem compendio revocare, si Theodorus Mopsuestenus, et Iba Edesseni ad Marin Persam epistola, utpote Nestorii lue contaminata, et Theodoreti castigationes adversus duodecim Cyrilli capitula sive anathematismos totidem Nestorii anathematismis oppositos damnarentur; his quippe Acephalorum cum Catholicis concordiam maxime retardari.

XI. Assensit credulus imperator, et pacis in Ecclesia conciliandæ cupidus edictum a Theodoro Ascida consicuum suo nomine promulgari passus

A est, Romam recens profecto Pelagio diacono, possum apud Justinianum apocrisiarii munere funem est. Hoc edicto anathema is esse jubetur, qui Theodorum Mopsuestenum, qui epistolam ad Marin Persam hæreticum, quam Ibas conscripsisse ferunt, quique scripta Theodoreti adversus Cyrillum et duodecim ejus capitula, defendenterit. Verum perparum id valere intelligens imperator nisi episcoporum subscriptione vim ac robur adipisceretur, multos ad assensum pertraxit; multi quod salva synodi Chalcedonensis auctoritate capitula hæc labefactari non posse, et in ecclesiasticis rebus insuper habet dam esse imperatoris auctoritatem crederent, co-sentire renuerunt. Vigilium ipsum Romanum pontificem, ea tuentem capitula, Constantinopolim accersit Justinianus; sententiam rogat super iis bus capitulis; tergiversatur pontifex, episcopos suis, qui aderant in synodum colligit; et quid quisque sentiret, scripto edere jubet, demumque in Iustiniani sententiam concedit; et anno 548, decretu edit, quod *Judicatum* appellatur, eoque tria se damnare capitula declarat, salva synodi Chalcedonensis auctoritate. Hinc tamen schismata multa conflata sunt, cum synodi hujus reverentiam et maiestatem a Romano pontifice violatam episcopi principes Occidentis existimarent; quamvis urgeli Justiniano, ut absque ulla synodi hujus mentione in trium capitulorum damnationem consentiret, constanter restiterit. Sed tandem ad saniorem mentem reversis Mena Constantinopolitano et Theodore Cæsariensi, quos a sua communione removerat Vigilius, et abrogatis item edictis, quæ de tribus capitulis publicaverat Justinianus, placuit legitima synodo quæstionum illarum disceptationem et arbitrium permitti.

XII. Origenistarum interim secta in Palæstina rursum ac vielnis regionibus nova incrementsa capiebat. Scribit Leontius Neapoleos Cypri antistes, qui Heraclio imperatori coœvus fuit, quæsivisse aliquando inter se duos Asceterii cujusdam, qui erat Emesæ proximum, monachos, cur Origenes hæreticus (sic enim appellatur) tantis a Deo debitis ornatis fide excidisset. Cumque alter non Dei, sed naturæ donum, eam qua pollebat scientiam esse pugnaret; alter contra neminem ex naturæ donis ejusmodi excudere opera posse pertenderet, qualia ab eo conscripta sunt; visum utrique est rem ad Palæstinae monachos, quorum tum magna pererebuerat fama, dijudicanda deferre. Pergunt illi ad monasteria mari Mortuo contermina, et Joannem abbatem ac Simeonem rogant, e quid de re intet se quæsita sentiant: illi vero Simeonem alium conguamento Salum (quod est, ut conjicio, Σάλος, mutato τ finali in ο, quemadmodum in Ἀννίβας, pro Annibal) id est insanum et fatum, Emesæ habitanteum consuli jubent. Vir ille fastus ac insanis gloriæ proculcandæ causa modestiam suam delirationis simulatione tegebat, volgoque pro motione habebatur. Is lupinorum, quos tum forte comedebat, etum-

bo lo usus, adeuntibus monachis significavit, Origenem ingenio suo confisum, cum aliora sectaretur, in mare lapsum periisse. Hoc ipso anno Origenismi suspectum Maearium Jerosolymitanum patriarcham, priusquam electionem ipsius suffragio suo imperator roborasset, sede sua deturbatum fuisse narrat Evagrius: at in eamdem aliquanto post restitutum, cum Origenem, Evagrium et Didymum damnasset, ab eodem proditum est. Quanvis autem publice et privatim Origenes infamaretur, nihilo magis Origenistarum Palaestinorum animi considererunt; cumque in Nova præcipue Laura secta ipsorum invalesceret, ab Eustochio Jerosolymorum episcopo inde extrusi sunt. In varias illi partes disseminati, multos dogmatis suis inescatos ad opem sibi ferendam pelleixerunt. Impense favebat illis Theodorus ille quem dixi Ascidas, Justiniani consiliorum particeps, magnaque ipsi familiaritate conjunctus. Factum ille Eustochii vituperabat paucum, et in ipsum aulam commovebat. Atque hanc cogendæ quintæ synodi causam fuisse scribunt Evagrius et Nicephorus.

XIII. Coacta Constantinopoli synodo anno 533, multis in ea de tribus capitulis actum est. Quæ singula buc referre quoniam non est nostri instituti, dixisse hoc unum sufficiat, reuidente Vigilio, qui synodi celebrationi pro viribus intercesserat, et tria capitula denuo defendenda sumperat, damnata illa nihilominus fuisse, et Vigilium Theodori, Ibae, et Theodorei partes tacentem per libellum a se compositum, et Justiniano missum, quem Constitutum appellavit, et concilio subscribere recusantem, in custodiam fuisse actum, et modicum ei panis et aquæ fuisse suppeditatum, ut habeat Anastasius in ipsius Vita, multosque episcopos ex Illyricis præcipue et Afris, eamdem ob causam sedibus fuisse dejectos, exilio mulctatos, et modis omnibus male habitos; alias ditatos muneribus assensum præbuisse: sed Romanam demum Ecclesiam inter ecumenicas et legitimas synodos quintam, vel Vigili ipsius, vel Pelagii, alicrumque pontificum nutu admisisse; et ab exilio, rogatu Narsetis, revocatum cum aliis Vigilium, dum Romani repe- teret, in Sicilia obiisse. Manifestum itaque est ex Origenistarum altercationibus, et Pelagii ac Theodori Cesariensis simultatibus et odiis hos motus et turbas in Ecclesia exsistisse: illud liquere omnibus credo, inquit Liberatus Breviar. cap. 24, et per Pelagium diaconum et Theodorum Cesareæ Cap- padociæ episcopum hoc scandalum in Ecclesiam fuisse ingressum. Quod etiam publice ipse Theodorus clamitavit, se et Pelagium vivos incendendos, per quos hoc scandalum introivit in mundum. Domitianus ipse Aneyranus Origenicæ doctrinæ asser- tor, in epistola quadam ad Vigilium papam, Origenistarum opera factum aguoscit, ut tria capitula a Justiniano damnarentur: testis Facundus Hermianensis episcopus libr. ad Justin., cap. 2, et Invenit, inquit, desideratam occasionem (hæretico- rum spiritus) ex furore anorumdam, qui sub no-

A mine Christiano latenter in Ecclesia gentile Origenis dogma sectantur. Et quia per instantiam tuæ reli- gionis ejusdem profani dogmatis iterata damnatio est; binc ejus sectatores exarserunt adversus Eccle- siam, querentes eam quacunque possent in mis- sione turbare. Et hoc totum publicam notitiam non effugit, præsertim cum et Domitianus quidem An- cyrensis civitatis episcopus provinciae primæ Galatiae, qui fuit ipsius Origenianæ hæresis manifestus assertor, per libellum quem ad beatissimum papam Vigilium scripsit, Deo extorquente confessus est, quod ejus complices Origeniani, cum viderent non se posse proprium dogma defendere, neque sibi quidquam spei de conflictu restare, ad ultionem eorum quæ contra Origenem gesta sunt, hæc Eccle- sia scandala commoverunt. Quod et clarius repe- tit lib. iv, cap. 4.

XIV. Utrum porro de Origene ac Origenistis in quinta synodo actum sit, investigandum est: nam de iis penitus siluisse ipsam nulla usus circuitione Halloxius asseruit, et que ante, vel post concilium adversus Origenem gesta sunt, ea multos vel odio Origenis, vel imperatori adulantes, vel humanitas lapsos, in concilio ipso gesta scripsisse. Evidem- C sie olim existimasse me fateor, quod jaetari vulgo et credi solet, hujus auctoritate concilii damnatum fuisse Origenem, Origenisque doctrinam, id Gra- cecorum fraude fuisse confictum, et in Evagrii histo- riæ fortasse insertum. Ad id credendum his potis- simum rationibus permoverebar: nullam in actis concilii Origenis extare damnationem, nullam apud Victorem Tununensem, vel Facundum, horum tem- porum aequales, et rerum gestarum testes. Verum re accuratius pensata, actam in synodo Origenis, Origenistarumque causam, ipsumque cum asseclis, et dogmatis damnatum, et anathematis confossum fuisse non persuasus sum modo, sed quicunque etiam aliter senserit, vel parum attentum, vel neu- satis prudentem esse oportere. Causas cur id credi- derim has habui. Primum totius rei summam, et verba ipsa anathematis ab Evagrio relata esse vi- deo, quem totum Graecolorum agnien sequitur, au- tor Chronici Alexandrini, Georgius Syncellus, Theophanes, Photius in libello *De synodis*, Nilus Rhodius, et anonymi duo qui de synodis quoque scripserunt, quosque in canonici juris antiqui Bi- bliothecam contulit Henricus Justellus vir clarissi- mus; Zonaras, Glycas, maxime vero Cedrenus, qui et Justiniani epistolam ad synodum repræsentat, in qua flagitat a Patribus, ut Origenem, Origenisque gregales damnent; et Nicephorus, qui anathema- tismos in Origenem a synodo vibratos αὐτολεξει re- citat. Cyrus præterea monachus sæpe jam a no- bis citatus, qui Justiniani ævo floruit, et res in synodo gestas ignorare non potuit, Origenem in ea damnatum fuisse diserte docet in *Vita Euthymii*, cap. 105. Cum præcedente autem tempore, in- quid, postea congregata fuisse Constantinopoli quinta sancta synodus, et Origenis ac Nestorii do-

gmata fuissent ab ea percussa anathemate, et qui Novam Lauram tenuerant Origenistæ illuc essent expulsi; et fideles et orthodoxi Patres rursus in eam migrassent, permittente mihi admirabili Joanne Silentario, eo, inquam, qui erat episcopus, discedo a cœnobio et ipse quoque vorsor in hac Laura. » Et iterum in *Vita Sabæ*, cap. ult.: « Post hæc cum sancia et œcuménica quinta synodus congregata fuisse Byzantii, Theodorus Mopsuestie, et Origenes, et una cum his impia de praexistentia et resurrectione dogmata generali fuerant subjecta anathemati, et sic haereticis deinceps omni ablata libertate loquendi, divini Sabæ Lauræ, et universa fere cum eis Palæstina, vicesimo tertio anno post illius mortem a gravibus haeresibus, et temporis acerbitate et iniquitate respirarunt. » Id fragmentum e *Vita Sabæ* in septima synodo, Act. 1, adducitur. Post annos vero octoginta quam synodus illa quinta celebrata est, ad Sergium Constantinopolitanum patriarcham scribens Sopbronius Jerosolymitanus antistes de ea sic disserit: « Αναρεῖ δὲ καὶ ἔκριπται πρὸς ὅλεθρον πρωτοτύπως μὲν Ὀριζένη τὸν ἄφρονα, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ ὀνειρῶδη κομψεύματα, καὶ πολυειδοῦς ἀσεβείας πλήρη συγγράμματα, Ἐναγρίου δὲ σὺν αὐτῷ καὶ Διδύμου τὰ δύγματα, καὶ πάντα αὐτῶν τὰ Ἑλληνικὰ καὶ τερατώδη, οὐ μή ἀλλὰ καὶ μυθώδη ληρήματα. » Confudit autem et in interitu projicit præcipue quidem insanum Origenem, et omnia ejus delira scitamenta, et multiformis impietatis plenas lucubrations; Evagrii item cum eo et Didymi dogmata, omnesque eorum Græcanicas et monstrosas, necnon et fabulosas ineptias. » Testatur idem synodus sexta, act. 17 et 18. Testatur et Constantinus imperator in edicto ad populum occiduas partes incolentem: et Leo II, Romanus pontifex, in epistola ad Constantinum quae scriptiones duæ inter Acta concilii ejusdem sexti habentur. Testatur et pseudosynodus quinisexta can. 1, et synodicae litteræ Theodori Jerosolymitani quæ recitatæ sunt actione 3 synodi septimæ; et epistola Tarasii episcopi Constantinopolitani, totiusque adeo synodi septimæ ad Constantinum et Irenen, quæ exstat in actionem 7 concilii ejusdem; et Anastasius Bibliothecarius ad anum Justiniani vicesimum sextum. Hæc ita manifesta sunt, ut nemo contra vel excipere, D vel præscribere possit.

Quod ad Facundum autem Victorem pertinet, parum certe valere debet negativi, ut vocant, argumenti auctoritas, cum καταφατικὸν argumentum in contrariam partem affertur. Acta vero concilii cur de Origene sileant, mihi veri videtur persimilis a Baronio allata ratio, mutilata ea et truncata fuisse. Facti auctores suspicatur ille Origenistas, qui synodo præfuerunt, Eutychium Constantinopolitanum patriarcham, qui cum carnis resurrectionem tunc non admittaret (quem tamen errorem postea Gregorii papæ, hoc tempore S. R. E. diaconi et apocrisiarii suasu ejuravit), merito in Origenismi suspicionem venit: Theodorum quoque Cæsariensem totius con-

A certationis artificem. Quod ut de illo opinari proutum est propter spectatam hominis vaſritatem, ut de Eutychio sanctissimo et candidissimo homine suspicari vix equidem possum. Concilii profectio Iesus cum Graeca, tum Latina exemplaria Macri Antiocheni et Stephani studio fuisse vitata declarat sexta synodus, action. 14, et eorumdem quoque alterationem prædicavit, action. 19, sub finem. At acutamen concilii etiam̄ integra superesse demus, tandem certe erit in undecimo ex anathematismis, qui in collatione 8 existant, Origenem inter alios haereticos anathema esse sanciri. Et in collatione itidem quinta hæc leguntur verba: « Et multis quidem etiam̄ alios invenimus post mortem anathematizatos: necnon etiam̄ Origenem; et si ad tempon B Theophili sanctæ memoriarum, vel superius recurrerit, post mortem inveniet anathematizatum. Quod etiam̄ nunc in ipso fecit et vestra sanctitas, et Vigilius religiosissimus papa antiquioris Romæ. Afferit tamen satis fidenter Halloxius nomen Origenis in allata e collatione 8 verba fuisse intrusum, et aliorum haereticorum nominibus subjectum, cum priore loco fuisse ponendum. Quasi non etiam̄ Theodoro Mopsuesteno Origenis nomen Cyrilus in loco mox e *Vita Sabæ* deprompto subjunxit, ut plura exempla referre supersedeam, in quibus nullo discrimine, nulla temporis habita ratione nomina recensentur. Alterum itidem locum collationis 5 fuisse confictum, ut alias quasdam collationis ejusdem partes, arbitratur Halloxius, his impulsus argumentis, quod in prioribus collationibus ne verbum quidem de Origene factum sit; et in constituto propaverit Vigilius neminem esse post mortem damnandum. Ad prius argumentum respondebit Baronius multas ab Origenistis synodi hujus particulas fuisse suppressas: alterum vero hac exceptione retundetur, docuisse quidem in *Constituto* Vigilius debere neminem post obitum damnari; at contrarium in *Judicato* eumdem statuisse.

C XV. Nunc quoniam de Origene in quinta synodum actum fuisse constat, rei gestæ seriem exsequamur. Scribit Evagrius expulsi e Nova Laura Origenistæ, cum id apud imperatorem factum vituperaret Theodorus Ascidas, Constantinopolim missos fuisse Ratum, et Cononem archimandritas, aliosque Palestinae monachos virtute nobiles; eosque simul siue illuc delati sunt, ad ventilandam Origenis, Evagrii et Didymi causam accessisse: Ascida contra, ut de Theodoro Mopsuesteno, Iba et Theodoreto ageretur laborante: ante omnia quæsitum esse, utrum homines vita functi anathematis subjici possint; Eutychium, qui Amaseno episcopo tunc erat a responsis, questionem solvisse exemplo Josiae regis, a quo non dæmonum solum sacerdotes in vivis agentes, imperfecti, sed mortuorum etiam̄ loculi recessi sunt: hoc dictum tanto omnium, sed Justiniani præsertim applausu fuisse exceptum, ut eum deinde ad Constantinopolitanam sedem imperator extulerit: de Theodoro deinceps Mopsuesteno, deque scriptis

Theodoreti, contra duodecim capitula Cyrilli, et de libæ epistola ad Marin Persam fuisse disputatum; quibus damnatis cum adversus Origenis dogmata ipsiusque sequaces, obtulissent libellos Eulogius, Conon, Cyriacus et Pancratius monachi, sententiam synodi rogasse Justinianum, prolatis quoque in medium lucubratis a Vigilio de iis rebus libellis, in quibus Origenem laborasse ostendebat, ut apostolicae doctrinae sinceritatem Græcorum et Manichæorum deliriis aspergeret; quod in eo etiam jam ante culpaverat Justinianus in Epistola ad Menam, operam eum delisse dicens, "Ινα τῶν Ἐλλήνων μυθολογίας, καὶ τὴν Μανιχαϊκὴν αὐτοῦ πλάνην εἰσαγάγῃ. « Ut fabulas Græcorum, et Manichaicum suum errorem introduceret: » et in epistola ad synodum de Origenitis loquens: "Ινα μὴ τέλεον, inquit, διὰ τῆς Ἐλληνικῆς καὶ Μανιχαϊκῆς ἀπάτης αἴσθων πολλοὺς ἀπολέσωσιν. « Ut non penitus per Græcanicam et Manichaicam suam fraudem multos perdant: » unde Origenem cum Manichæo conjungit Facundus lib. xii, cap. 1: « Ad hanc, inquit, obstinationem pertinere dicimus, imo principatum in ea tenere firmamus illas etiam doctrinas, quas quidam non quasi minus intelligendo Scripturas divinas, sed eis aperte resistendo, sola presumptione spiritus considerant, sicut Manichæus atque Origenes. » Addit Evagrius post damnatum synodi venerationibus Origenem, ipsiusque partarios, placuisse ut de eo ad Justinianum referretur: tum verba ipsa representat, in quibus Origenes tanquam fur anathematum laqueis constrictus, et extra sacra moenia dejectus esse dicitur; atque his adjecta esse ait damnata Origenistarum capita, unde facile innotescat in quibus illi simul vel consentiant vel dissentiant; quintum ex iis capitulis continere dogma a monachis quibusdam Novæ Lauræ, et Theodoro Ascida assertum, quod Christo æquales futuros in restitutione apostolos, et martyres ex miraculis ab ipsis editis concludit; nefariasque Didymi, Evagrii et Theodori sententias reliquas diligenter fuisse collectas. Habet hæc eadem Nicephorus, sed nonnulla præterea de suo adnectit, velut, agitata hæc secunda sessione fuisse; adnectit et ipsos synodi anathematismos, quos ad verbum describere se affirmat, quique ii ipsi sunt, quos epistolæ sue ad Menam jam ante Justinianus subtexuerat. Horum fides sit penes Nicephorum, levissimum, ut jam ante monimus, et futilem Græcum. Cedrenus autem litteras exhibet quæ a Justiniano ad synodum contra Origenem missæ sunt, quarum sententia hæc est: compertum habere se monachos esse Jerosolymis, qui Pythagoræ, Platonis et Origenis errores tucantur, qua de re querendum decrevisse. Tum dogmata ipsorum aliquot recenset, illud potissimum quod istis maxime temporibus ventilatum adnotavimus de animarum προϋπάρχει, inter quas anima sola Christi suum ordinem immota tenuerit; quod ex Pythagoræ et Plotini, ac præcipue Platonis somniationibus ab Origenè translatum demonstrat: quamobrem Patres

A hortatur ut deliria ejusmodi, una cum Origene, ejusque sequacibus, anathemate obterant. Quibus acceptis litteris, Patres unanimi consensu paruisse subjicit demum Cedrenus.

XVI. Ita profligatis Origenistarum rebus, quicunque factionis hujus affines erant e Sabæ Lauris sunt ejecti, in easque rursum orthodxi Patres migrarunt. Tum vero ab hæresibus et temporum difficultate Palæstina respiravit, cum adversus oecumenici concilii auctoritatem deinceps mutare vix auderet quisquam. Unde in tantam venit totius Orientis invidiam Origenis nomen ac doctrina, ut hodieque ecclesiasticis legibus apud Græcos velutum esse ferant, ne quis opera ipsius describat; qui secus faxit, hunc extra Ecclesie communionem esse juberi. Ma-

B gnum tunc erat in Ecclesia Cassiodori nomen, cuius de Origene sententiam, post latos a Constantinopolitana synodo in eum anathematismos sciscitari operæ primum est. In libro itaque *De institutione divinarum Scripturarum* talia de eo scribit, multorum ipsum Patrum sententia hæreticum declarari, et a Vigilio papa denuo esse damnatum; nempe per *Constitutum*, ut suspicari licet, in eam rem speciatim publicatum; Theophilum trigiuta quinque ipsius errores redarguisse; magno in eum dolore Epiphanius succensuisse; maxime in eo legendō probandam regulam, quæ ab Hieronymo in Epistola ad Tranquillinum proposita est. Florebant circa hanc tempestatem Anastasius Sinaita et Joannes Scholasticus, cui ex titulo libri, *Scala paradisi*, inscripti, Climaci cognomentum fecerunt: horum uteque erga Origenem Origenisque asseclas male affectus fuit. Fuit illud etiam ad Origenistarum minuendam existimationem per appositum, quod in novam hæresim lapsò Justiniano assensi sunt: hæresecos autem illius capitale hoc erat dogma, corpus Christi dum agitaret vitam, nullis affectibus, nulli obnoxium corruptioni fuisse: quod cum calculo suo probarent Origenistæ, nulli non manifestum fuit, quam promptum iis esset a probata Ecclesiæ doctrina recedere.

D Post aliquot annos pontifex Romanus creatur Pelagius secundus, cuius de Origene Origenisque secta opinionem patescit nomine ipsius scripta a Gregorio Romano adhuc diacono, postmodum vero pontifice, epistola. Sic ille ergo Eliam Aquileensem episcopum, aliosque schismaticos Istriæ episcopos, et tria propugnantes capitula alloquitur: « Quid namque in hæresiarchis Origene deterius, et quid in historiographis inveniri Eusebio honorabilius potest? Et quis nostrum nesciat in libris suis quantis Origenem Eusebius præconiis attollat? Sed quia sancta Ecclesia suorum fidelium corda benignius, quam verba districtius pensat, et plus in hæreticis sensum proprium, quam testatio Eusebii absolvere potuit; nec rursum Eusebium laudati Origenis culpa damnavit. Annon et Gregorius-Nyssæ urbis episcopus, cum Canticum canticorum exponit, magnis Origenem laudibus præfert? Annon et Hieronymus nostræ Ecclesiæ presbyter, et singularis Hebrei ser-

monis interpres tanto erga Origenem favore inten-  
ditur, ut pene discipulus ejus esse videatur? Sed  
quia plus causa quam verba pensanda sunt, nec istis  
sua benignitas nocuit, nec illum a reatu proprio fa-  
vor alienæ attestationis excusavit. Certe hic ipse  
Gregorius, cum antea apocrisiarii munere Constan-  
tinopoli fungeretur, adversum sanctissimum præ-  
sulē Eutychium, Origenis doctrinam de resurrec-  
tione tuentem fuerat velitatus: docuerat enim ho-  
nus ille vir, corpus nostrum in resurrectione mani-  
bus tangi non posse, ventisque et aere esse subtilius.  
Renaudenti errorem, sed vix ulli tamen his in oris  
probatum Gregorius coercuit, eumque moriens Eutychius  
revocavit, cum librum ipsius Tiberius imper-  
ator flammis dignum judicasset. Hac quoque circi-  
ter tempestate Leontius Byzantius, a Leontio altero  
Byzantino, sive, juxta alios, Byzaceno monacho su-  
pra commemorato diversus, Origenem scriptis acu-  
latis laceravit.

XVII. Ex eo Origenismi invidia paulum obsolevit,  
nec multos sequens ætas ipsi infenos inlit. Anno,  
postquam synodus quinta celebrata est, octogesimo,  
Sophronius Jerosolymitanus præsus ad Sergium  
Constantinopolitanum patriarcham synodicam scri-  
bens epistolam, quæ est veluti professio fidei, inter  
alios hæreticorum errores præcipua enumerat Ori-  
genis dogmata fidei Christianæ contraria, et gra-  
vissimis verbis consulat, eundemque in concilio  
quinto damnatum fuisse asseverat; tum ipsum dein-  
de cum perditissimis hæreticis collocat. Relata est  
hæc epistola inter Acta synodi sextæ action. 11.  
Deinde actione 17 et 18, iteratur concilii definitio,  
in qua probantur et confirmantur decreta quintæ  
synodi, quæ synodus illuc dicitur adversus Theodo-  
rum Mopsuestenum, Origenem, Didymum et Evagrium  
fuisse congregata. In eadem actione 18, ha-  
betur edictum Constantini imperatoris, in qua suscip-  
tere se denuntiat, quæ quinta synodus sanxit contra  
*Dei impugnatores Origenem, Didimum et Evagrium.*  
Denique Leonis II papæ epistolam ad Constantinum  
exhibit, in qua rata esse jubens quæ documenta  
synodi sex statuerant, inter alios hereticos, quos ea  
concilia anathematis contuderant, Origenem Ada-  
mantium, Didymum et Evagrium ponit. Nec melius  
habitus est Origenes ab Isidoro Hispalensi, qui *Ori-  
gin. lib. viii, cap. 5*, hæresem inter Christianos  
exortarum seriem pertexens, Origenianos com-  
memorat, ipsorumque reprobatas opiniones exponit.  
Referat ex eo Epigramma istud Guido Carmelita, in  
quo loquens inducitur Origenes:

*Ille Origenes ego doctor (53) verissimus olim  
Qui primum fidei grammata (54) clara dedi:  
Celsus eram meritis, et clarus munere fandi;  
Præceptor subito voce nocente rui.  
Condere, si credis, studui tot millia libros,  
Quot legio missos ducit in arma viros.  
Nulla meos unquam tetigit blasphemia sensus,  
Sed vigil, et prudens tutus ab hoste fui.*

<sup>50-51</sup> Adast. in *Hist. ad ann. Chr. 185 et 214.*  
(53) Leg. forte: *Ille ergo sum Origenes doctor.*

A *Sola mihi casum Περὶ ἀρχῶν dicta dederunt.  
His me collectis aspera tela premunt.*

Anno 649, primam synodum Lateranensem coepit  
Martinus pontifex ad Constantini imperatoris explo-  
dendum typum, et novis ac repetitis anathemis  
proterendos Sergium, Pyrrhum ac Paulum Mono-  
chelitas. Origenes in ea cum suis sequacibus Didymo  
et Evagrio ab Ecclesia proscribitur. Favisse eco-  
trario videtur Origeni Stephanus Gobarus Triheia, ut ex *Thetii codice ccxxxii*, conjicere promptum est;  
pleraque siquidem ipsius dogmata maxime reprobata  
in utramque disputavit partem, sententiam ipsius  
suam fortasse hac arte occultauit; præcipuusque  
Origenis laudatores commemoravit. Vixit circa  
annum 720, Germanus patriarcha Constantinopolitanus,  
qui præter alia opuscula ἀνταποδοτικόν, sive  
ἀνθεύτων scripsit. Libri hujus summa fastigia legens  
Photius cod. ccxxxiii, in eo præcipue hoc agi referat,  
ut Gregorii Nysseni scripta ab illo Origenis error  
immunia esse probentur, quo dæmones ac homines  
infernis ignibus damnatos liberatum aliquando iri  
affirmatur; ab Origenistis ergo Gregorii libros par-  
tim spuriis additamentis, partim etiam male inter-  
pretatis verbis fuisse vitiatis Germanum pertendisse,  
eoque opere insignem de Origenistis aperte convic-  
tis triumphum egisse. Coævus propemodum fuit  
Germano huic Joannes Damascenus, qui suum *ad-*  
*versus Origenistas odium clarissimis testimonis de-*  
*claravit; in libro *adversus* De hæresibus, in quo*  
*teterim hæreticis Origenianos accenset, eosque Au-*  
*gustinum et Epiphanium assetatus duplices fuisse*  
ait. Idem in *Elogiis*, quæ manuscriptæ existant in  
Bibliotheca Claromontana Societatis Jesu, fragmenta  
quædam affert Antipatri Bostrorum episcopi, Ιωάννης  
Χατζής τῶν βλασφημιῶν τοῦ δυσωνύμου Θρηγών  
πραγματείας. Qui quomodo fuerit in Origenem ani-  
matius ex hoc titulo intelligitur. De hujus Antipatri  
estate diu ac multum mihi quæsita, id solum hac-  
nus potui deprehendere, Eusebio quem suggillat re-  
centiorem fuisse, Joanne Damasceno a quo laudat-  
tur, vetustiorem. Incompta quoque mihi etiam  
Joannis Mabropodæ metropolitani Ecclesiae Euchar-  
tarum, qui scripsit solutionem in explicacionem  
Origenis in Psalterium. Recensetur ille liber in cata-  
logo Bibliothecæ Constantinopolitanæ illustrissimi  
principis Marmoretæ, qui subnexus est supplemento  
Bibliothecæ Gesnerianaæ Antonii Verderii. Anony-  
mum quoque Origenis Scholiasten commemorat An-  
tonius Possevinus in *Apparatu sacro*, ætatis per-  
reque ignotæ. Nihilo magis conjicere possum quo  
tempore lucubrata fuerit Θρηγενιστῶν ἐρώτησις πρὸς  
πιστόν, quæ ponitur in Allatiano Vaticanae Biblio-  
thecæ censu. Par Damasceni Venerabilis Beda æquum  
Origeni se præbuit; nam et præclaras ejus doles ex-  
tulit præconiis in *Collectaneis* et *Floribus*, cap. De  
luminarib. Eccles., nec vitia tamen dissimulavit.  
Iniquior Anastasius Bibliothecarius <sup>52-53</sup> suppressis  
Adamanti laudibus ejus tantum errores amare ulies

(54) *Leg. f. dogmata.*

est, Eusebiusque ipsum nimii erga Origenem amotis acriter coarguit. Sæculo sequente, quod a Christi ortu nonum numeratur, floruit Haymo Alberstiensis. Apertis ille verbis Origenem criminis conatus est absolvere, errores vel ipsi ab hereticis afflictos vel ab ipso non ex sententia, sed ex opinione præpositos asseverans. Contra vero Photius Constantiopolitanus patriarcha ipsius æqualis Adamantium sævissime proscidit.

XVIII. Longum esset singulorum explorare et referre sententiam, qui obiter ac aliud agentes de Origene Origenisque doctrina quid sibi videretur strictum ediderunt. Quid enim Georgium Syncellum, et Theophanem, quid Georgium Cedrenum, quid Theophylactum, quid Joannem Zonaram, quid Michaelem Glycam, quid Nicophororum Callisti memorem, a quibus, ut a tota fere Graecorum natione pessime exceptus est? quid Nilum<sup>44</sup> Thessalicensem, qui nihil ait Origeni, Christianorum hec sapientissimo et Scripturæ peritissimo, profuisse sapientiam, quo minus a fidei integritate desisceret? Suidas lexicographus pro more suo aliorum dicta compilans duplice Origenem donavit elogio, quorum prius ex Eusebii libro *De script. eccl.* fere decerpsum, sed confuso et perturbato ordine, partim etiam ex Graeca interpretatione Elogii quo ipsum donavit Hieronymus, mirifice ipsum extollit; alterum vero depromptum abtokeſel ex Cedreno heresios ipsum criminis compellat. Animadversionem vero nostram postulat, quod pro Origene Nicetas scripsit elogium: « Hoc autem, inquit, in summa dicendum est, Origenem in physicis theorematibus, eorumque allegoriis, necnon in tota morali disciplina doctorum omnibus acceptissimum, accommodatissimumque fuisse, atque adeo cum, qui virtutem actionibus se maxime omnium exerceret. Hujus enim exercitii studio vitam usque adeo excusat, ut pectus ejus, quemadmodum aiunt, pre nimia rei cuiuscunque animata continentia et abstinentia exciderit. At in vera fide, iisque disciplinis, quæ maiorem contemplationem, alique in primis theologianum requirunt, omnium quotquot illum præcesserunt, et secuti sunt, absurdissimum se præstiterit: » quæ ex Epiphanio her. LXIV, cap. 5, fere decerpia sunt. Rursum vero quid Sidonium Apollinarem, quid Bedam, quid Freculphum Lexoviensem, quid Reginonem, quid Hermannum Contractum, quid Marianum Scotum, quid Honorium Augustodunensem, quid Gulicimum Parisiensem appellem, qui in eum sese æquiores præbuerunt? quid Martinum Polonum qui magnis eum extulit laudibus? quid Anastasium Bibliothecarium qui in contraria fuit sententia, et asperrimis ipsum conviciis perficuit? quid Bernardum, qui in sermone de verbis Origenis, hunc circumspecte legendum esse monet, quod multa illum contra fidem scripsisse sanctorum Patrum tradat auctoritas? quid Thomam Aqui-

A natem, ipsum hand secus ac parentem Arianorum incessentem? quid Robertum Corsonum Anglum, quem scripsisse librum *De salvatione Origenis* refert Balæus Centur. 3 *Scriptorum Britannia*? quid Vincentum Bellovacensem, qui *Speculi doctrinalis* lib. xviii, cap. 43, summa æquitate de Origenem pronuntiat? quid Wernerum Westphalum, qui postquam laudes in Origenem congressit, conciliare se non posse dicit repugnantes et oppositas de meritis ac virtutibus Origenis sententias? Quid varios præterea inferioris illius avi hereticos recenscam, qui pleraque ipsius placita renovarunt: velut ii quibus nomen fuit de Barulo, quos historici narrant animalium προταρχην defendisse, et beatam Virginem pro angelo habuisse; velut Valdenses, qui sacerdotes quandiu criminibus et noxis impliciti harent, ordinis sui potestate uti non posse, et pios omnes sacerdotes esse asserebant? Unum illud monitos lectores velim, asperius fere a Graecis Origenem quam a Latinis adhiberi, cujus rei causam ad synodus quintam referimus, quæ cum Origenem una cum tribus capitulis damnasset, tria vero capita complures Occidentis episcopi adversus synodi auctoritatem tueri instituissent, hinc tuendi quoque Origenis profecta apud ipsos videtur esse consuetudo.

XIX. Piam feminam Mechtildem decimum quartum sæculum tulit. Hujus ante annos aliquot in lucem emissa Vita est, in qua editum ipsi divinitus oraculum quoddam nostra observatione dignum refertur. Cœlitus quippe Deum ipsi nuntiasse narrat Vitæ hujus scriptor, quidquid Samsoni, Salomoni et Origeni condonatum a se et indultum est, consulto homines celasse, ut rei hujus ignorantie perterfacti doctissimi, prudentissimi et fortissimi quique, perparum de se, omnia vero de Deo sperare discant. Celebrabatur hoc ipso tempore Bernardus Guido, a quo recensentur Origeniani errores, et in synodo quinta una cum auctore damnati esse memorantur. Posterior illo Bartolomæus Platina præclare egit cum Origeni, et magnis eum laudibus exornavit. Maxima vero fuit sequenti ætate Joannis Pici Mirandulani comitis, in re litteraria laus et celebritas, ut neque nobiliorem, neque doctiorem patronum sibi Origenes optare potuerit. Inter nongentas ergo conclusiones, quas universo orbi disputandas proposuit, insignis hæc erat: « Rationabilius est credere Origenem esse salvum, quam credere ipsum esse damnatum. » Ex ingenti illa positionum strue tredecim asteriscis signatas, quasi fidei Christianæ contrarias, Pici æmuli damnaverunt, in quibus ea erat quæ ad salutem Origenis perlinet. Apologiam pro se suaque doctrina scripsit clarissimus princeps, et tutando Adamantio peculiare caput dicavit. Septem illud constat articulis, quos referre utile est: « In primo videtur, an Origenes unqnam hereticam de rebus fideli opinionem

<sup>44</sup> Nil. *De prim. papæ a Salmasio editus*, p.

scripscerit et crediderit; in secunde, dato quod scripscerit, an dogmatice, vel adhæsive, vel inquisitive tantum scripscerit; in tertio, dato quod adhæsive, an taliter adhæsive, quod ille scribendo mortaliter peccaverit, et hereticus dici possit; in quarto, dato quod scripscerit, et taliter scripscerit, quod scribendo erraverit, an pro talibus unquam pœnituerit; in quinto, dato quod de ejus nec pœnitentia, nec impœnitentia constet, an sit rationabilius ipsum credere esse damnatum, an salvum; in sexto, quid ex dictis decretorum judicandum sit Ecclesiam determinasse de Origene; in septimo, quantum obliget in ista materia credulitatem nostram determinatio Ecclesiæ. » Diversa fuere de his conclusionibus, et apologetico hominum judicia, adeo ut vi-  
tandæ multorum offensioni, ne a quoquam legeren-  
tur istæ conclusiones decreto sanxerit Innocentius VIII pontifex maximus; salvam tamen ac integrum Pici existimationem esse voluerit. Hujus successor Alexander VI, anno 1493, 18 Junii breve apostoli-  
cum ad Picum dedit, quod est hujusmodi, ut pro apologia ipsum valere possit, adeo severa et gravi oratione omni Picum hæresecos et erroris suspicione liberat. Aliis puto Pici exemplum, ut simile pro Origene auderent, stimulo fuit. Quamobrem Joannes Nauclerus Tubingensis prepositus insignia in *Chronico Origeni* elogia conscripsit. Multis eum quoque concelebravit laudibus Joannes Trittemius abbas Spanhemensis, in lib. *De script. eccles.*, nec errores tamen ipsius dissimulavit, ab iisque si alienum esse velle professus est.

**XX.** Initio superioris sæculi sparsas in Bibliothecis Origenianarum scriptionum reliquias colligere, et in publicam lucem dare primus instituit Jacobus Merlinus Victurniensis, theologus, canonicus et pœnitentiarius Parisiensis. Operi *Apologiam* addidit pro *Origene*, in qua de Gelasio, et lata ab eo in concilio Romano sententia, tum et de Hieronymo non satis prudenter locutus est, nec ut Catholicum ac pius virum, nedum theologum decuit, alia que adjectit multa, quæ Massæ Cameracensis scho-  
la tum rectoris, et Natalis Bedæ facultatis theolo-  
gicæ syndici expostulationibus patuere. Cum Origenis ergo ipsi affligerentur errores, multis ac diu-  
res in supremo senatu, et inter Parisinos theologos D controversa ac disputata est. Cerie anno 1522, *Apologiam* suæ apologiam pertexere necessum habuit Merlinus. Manu scripta illa servatur in theologicæ facultatis Biblioteca, ejusque mihi usura concessa est. Quam cur in lucem non emiserit auctor, equidem nescio. Tribus illa libris continetur. Prior pro Origene Origenisque doctrina pugnat, et septem conclusionibus absolvitur, quarum prima haec est:  
« Non est certum et evidens, nec indubitatum, con-  
cilium aliquod damnasse Origenem Adamantium Leonidis martyris filium, tanquam hæreticum notoriū et publicum. » Altera ita se habet: « Do-  
gmatizare Origenem Adamantium Leonidis martyris filium non fuisse notoriū et publicum hæreticum

A ab Ecclesia legitime congregata damnabim, ne  
est hæreticum, neque in fide suspectum. » Tercia  
est hujusmodi: « Probabiliter affirmans Origenem Adamantium Leonidis martyris filium non fuisse  
auctorem omnium illorum pessimorum errantium  
quaे sibi imponuntur, non derogat ecclesi: tis  
sanctionibus, neque summorum pontificum de reis,  
neque sanctorum Patrum dogmatibus. » Quatuor  
his verbis concepta est: « Afferre probabilitatem  
alteram istarum propositionum: Origenes Adamantius Leonidis martyris filius non est, nec fuit hæ-  
reticus: Origenes Adamantius Leonidis martyris filius est vel fuit hæreticus, non est hæreticus,  
hæresim sapiens, nec erroneum, a fide aut fidei  
pietate alienum. » Quinta talis est: « Afferre  
vel illam partem probabiliter, seponere debet om-  
nem pertinaciam, et sub conditione expressa ve-  
tacita affirmare alteram: alioquin periculo di-  
scrimini sese committeret. » Sexta ita expressa est:  
« Quamvis prædictæ propositiones non possint simul stare in veritate, et necesse sit alteram esse  
veram; stat tamen aliquem partem veram affirmare  
non esse schismaticum, nec de schismate sus-  
pectum. » Septima demum his verbis absolvitur:  
« Christianæ pietati conducibilis est, stante illi,  
tantoque dubio, cum veritas in parte occulta esse  
anceps, nec per Ecclesiam aut pontificem aperi-  
ta definita, de Origenis doctrina et auctore ejusdem  
in favorem bene sapere et dogmatizare, quampe-  
peram; et in commendando exceedere, quam defi-  
re a laude sibi debita: præsertim si in alterum  
venire oporteat. » Secundus liber novem proposi-  
tiones ex *Apologia Merlini* ab ipsius adversariis  
excerptas et reprehensas defendit. Tertius Origenis  
Vitam et Elogia ex Eusebio, Hieronymo, Nauclo-  
rem et Trittemio deponit: quibus subjecta est respon-  
sio ad *Dialogos Massæ*, et *Additiones Bedæ*. In  
his Merlinus non tam ex fide historiæ et testimoniis  
antiquorum, quam contortis sophismatis et arguiliis  
de schola velitatur.

**XXI.** Praeclare etiam hac estate de Origene mer-  
itus est Desiderius Erasmus, nam et *Commenta-  
tiorum* ejus in *Matthæum* partem aliquam Latinum  
sermone retulit, et Vitam ipsius scripsit, ac laudes  
prosecutus est, et de lucubrationibus, deque erudi-  
tione, ac docendi ratione arbitrium tulit; a dogma-  
tis autem manus abstinuit, morte, ni fallor, preven-  
tus, quæ quominus susceptam quoque Origenianorum  
operum editionem et censuram absolveret, et  
Origenis adversarios refelleret, impedimento fuit.  
In ea porro, quæ exstat, censuræ parte antiquum  
Erasmus obtinuit, res non satis accurate perspectas  
præciri: iudicio disceptans, et disceptando non  
nunquam impingens. Summopere interim Origenem  
aversabatur Martinus Lutherns, cuius ea vox fuit:  
« Origenem jamdudum diris devovi. » Cui subinde  
astipulatus est Theodorus Beza, cum sexcentis locis  
annotationum majorum in *Epistolam ad Romanos*,  
tum maxime sub ipsum initium. fædissima Ada-

mantio stigmata inurens : « Neque vero , inquit , cum haec dico , quidquam volo Patrum auctoritatē detrahere : sed sane quod ad me attinet , Origenem non possum bona conscientia inter eos Patres collocare , quos velim imitari . Itaque non pudebit illius errata passim refellere , nullo (ita me bene Deus amet) obtrectandi studio : sed quod impurum scriptorem exoptem aut ex lectorum manibus executi , aut summo cum judicio a studiosis tractari . » **B** Moderatius de Origene et aequius senserunt et scripsierunt Magdeburgenses , pro vtilis eum vel virtutibus ornantes : quanquam minime ipsos feras , Adamantii orthodoxa nonnulla , sed sectæ suæ dogmatis contraria , in crimen trahentes ; aliqua vero perpetram ipsi afflagentes . Adamantii in Joannem Commentaria in Veneta S. Marci Bibliotheca Græce natus Ambrosius Ferrarius Mediolanensis , monachus Cassinas , primus Latine convertit et typis commisit : Origenianæ vero famæ usque adeo studiosus fuit , ut dum illi patrocinatus est , parum ipse suæ consuluerit : quamvis enim summa se in hoc libro vertendo usum sive sit obtestatus , nonnulla tamen consulto resecta deprehendas , in quibus a recto Christianæ doctrinæ calle Origenes aberraverat . In nuncupatoria præterea ad Julium Tertium pontificem maximum epistola , magnis sese sumptibus adeundas curasse narrat celeberrimas , quæ ubique gentium sunt , bibliothecas , missis etiam qui totam perlustrarent Græciam , et si quæ nanciserentur scripta Origenis , ea ad se asportarent . Hinc adeo locupletatus , multa ipsius et γνήσια opera prelo parabat . Quæ cur in lucem non venerint , ignoramus . Tutando Origenis nomini utilem aliquanto post operam contulit Sixtus Senensis e Prædicatorum familia : egregium quippe illi in Bibliothecæ sanctæ libro quarto elogium consecravit , in quo non illum solum extollit præconiis , sed librorum etiam ipsius numerum recenset , et genuina a spuriis erudite secernit . Errores vero in Adnotationum libris notat et excusat . Parum ipsius ratio Cæsari Baronio<sup>35</sup> cardinali probata est ; qui cum alienissimo esset adversus Origenem animo , summanque in eum stylis asperitatem et inclemantium in Annalibus exerceret , carpsit etiam et obiter tetigit reliquos , quicunque in eum propensiores essent : « Mira'us sum vehementer , inquit , post damnationem ejus ab Anastasio papa pontificia auctoritate inflictam , post ejusdem reprobationem in sexta synodo pronuntiatam , post tot antiquorum Patrum in id ipsum conspirantes sententias , adhuc recentiores quosdam

A ausos esse pro eodem novas edere aplogias , et auctoritate catholicæ Ecclesiæ judicatas sœpius controversas denuo temere agitare , quod visus est fecisse aut pridem Sixtus Senensis . » Non mitius Origenem habet Robertus Bellarminus cardinalis<sup>36</sup> , Origenisque adeo partiarios omnes et defensores .

Summa sane æquitate cum Adamantio egit Claudius Espenæus in *Commentariis in Epistolam ad Titum* ; nam neque insano obsecratus amore quidquam de fide historiæ decerpit , nec erroribus olfensus laudes ipsius obsecravit . Plurimum ipsi fuisse fertur ac multa condonasse Vicius in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* ; quod quidem ex aliena fide refero , nam librum reperire non potui . Reliquorum vero in ornando Origene industriam longo intervallo superavit Gilbertus Genebrardus theologus Parisiensis , et archiepiscopus deinde Aquensis : nam priores editiones recensuit , et ad vetera cum Graeca tum Latina Bibliothecæ Regiæ exemplaria contulit et emendavit ; novam omnium operum editionem molitus est , in eaque multa nondum edita publicavit , *Philocaliam* in Latinum sermonem transtulit ; collectanea editioni suæ præfixit , in quibus nihil fere prætermissum est , quod ad purgandum Origenem , et omni absolvendum crimine pertineret . Ultimo præsertim collectaneorum capite selecta quadam Origenis prosecutus est dogmata , ab ecclesiastica norma discrepantia ; in iisque tutandis vel excusandis nimium suo in Originem amori obsecratus est . Aequiores se in rebus ipsius tractandis præbuerunt Antonius Possevinus in *Appar. sacr.* Jacobus Gretserus *De jure et more prohibendi libros malos* , lib. x , cap. 11 ; et Stephanus Binetus in libello de salute Origenis , veritatem spectantes unam , odio vel amori nihil admodum tribuentes . Incerta vero Abrahami Sculteti ratio , qui postquam de Origene se paucis acturum dixit , quia inter hæreticos fere potius , quam inter Patres numeratur , mox ubi ad ejus doctrinam ventum est et errores , vel a librorum depravatoribus profectos ipsos esse censem , vel in iis fluctuasse Origenem demonstrat in *Medulla Theol. Patr.* , lib. vi , cap 1 et 6 . Dissimilis illorum Petrus Halloxius Leodiensis , nuperrimus ille Origenis vindex , ipsius vitam , virtutes , et documenta libris quatuor fusissime complexus : ad id attenus unum , ut vel integrum et orthodoxam , ac labis immunem Origenis doctrinam fuisse demonstret ; vel si quid veritate victus huic in hæsisse vitii sacerdi cogitur , id ut quæsitis undecunque excusationibus diluat .

<sup>35</sup> Baron. ad ann. 256, cap. 11. <sup>36</sup> Bellarm. in lib. *De script. eccl.*

## LIBER TERTIUS.

### ORIGENIS SCRIPTA.

**LIBRI TERTII PARTITIO.** — Librum istum itidem ut priores duos in capita quatuor dispescimus. Primum de scriptis Origenis in universum disputat. Quæ, quoniam vel ad Scripturæ interpretationem pertinet, vel sunt peculiaris instituti, in duo genera distribuimus, exegistica et syntagmata. Secundum itaque caput agit de Origenis exegeticis, iisque ejus operibus quibus varias Scripturæ interpretationes ante ipsius etatem editas complexus est, et ἐρμηνευτικά appellari queunt. Tertium versatur circa ejusdem syntagmatum. In quarto, quo ordine, quibus temporibus lucubrati sint libri Origenis, exquiritur. Subjicitur Appendix de libris Origeni falso ascriptis.

### CAPUT PRIMUM.

Disputatur in universum de scriptis Origenis.

I. Stylus Origenis redundant et incultus. II. Plus septem ei dictanti aderant notarii, totidem librarii et pueræ opera ejus nitidius exarabant. III. Quicunque supersunt Origenis libri, vitiati et corrupti sunt. IV. Sua quibusque Origenis operibus auctoritas, suus valor assignatur. V. De Origenianarum scriptiorum numero disseritur. VI. Quibus Scripturæ sanctæ editionibus uti solitus fuerit Origenes, aperitur.

I. Redundat stylus Origenis, et diffilit. Quamobrem A sunt, planus est stylus et apertus, adeoque affluit ipsius ἀμετρον φλυαρίαν, et ταυτολογίαν carpit Eustathius Antiochenus, et post illum Epiphanius, eumque Seminarium loquacitatis appellat Theophilus. Hinc et ipsi effatum hoc Salomonis accommodat Nicetas : *In multiloquio non deerit peccatum*<sup>37</sup>, adeo ut parum attentum fuisse putem Erasmus in *Censur.* cum brevitatem ejus laudavit. Vitio huic Origenis causæ fuisse censeo assiduum docendi consuetudinem, quæ verbosos homines facile efficit. Nec verbis solum, sed rebus etiam abundat : quemadmodum enim herbis luxuriat feracior seges, ita Origenis animus, si quando in aliquam sese meditationem conjecterat, tantam ipsi rerum ubertatem felix ingenium, et reconditum doctrinæ penus subministrabat, vix ut notarii scribendo pares essent. Ex hac festinatione, ut supra jam dixi, multa existebant incommoda : nimia erat orationis incuria et supinitas, ad res enim attentus animus insuper habebat verborum curam, et stribilginibus sermonem quandoque fœdabat ; cuiusmodi nonnullas suis locis observavimus : res sæpe confundebat cum rebus, ut scriptores sacros citans aliquando permutebat nomina, eūnum appellaret pro altero, ac sæpe Scriptura loca permisceret ; confisus memoriae scilicet, et quominus libros consulere, festinatione impeditus. Scribit Didymus in *Apologetico*, quem pro Origene edidit, aliam verbis inesse sententiam, ac prima fronte videtur. Certe librorum qui super-

B sunt, planus est stylus et apertus, adeoque affluit mare ausim, sicobi obscurus sit Origenes, sententiam de industria vitanda offensioni occultasse. Vito Origeniani styli notavimus ; laudes notaremus quoque, si non id jam accurate et eruditæ præstiteret Erasmus, quem omnino hac in parte audiat, si quis Adamantio favet. II. Dixi vix scribendo pares fuisse notarios : sic enim erat. Tradit Eusebius septem et amplius notarios dictanti illi adfuisse; non simul quidem, ut de Cæsare refert Plinius, qui scribis quatuor, vel similis ageret aliud, septem uno tempore dictando sufficiebat ; sed alternativum, et statim unumquemque vicibus. Cur id ergo tantopere miretur Baronius causa nulla est ; nam et tanta fuit ingenii celeritate Origenes, tantaque diurni ac nocturni laboris potentia, ut scribebentes notarios facile defatigaret. Par ei aderat librariorum numerus, una cum puellis, quarum compositissimæ erant et clarissimæ litteræ ; horumque ad describendas nitide suas lucubrationes, non ad dictantis verba in litteras referenda, ut putavit Martinus Polonus, opera utebatur. Homilias autem quas ad populum habebat fere quotidie, alii ex ore loquentis excipiebant, quod ante sexagesimum etatis suæ annum fieri prohibuerat. Quod si secus fuisse factum, homiliarum quæ exstant pars non exigua periisset. Haec non satis distinxit Sextus Senensis, cum ait : « Origenes quotidie, ei quasi ex tempore Scripturas ad populum enarrabat,

<sup>37</sup> Prov. x. 19.

sociis ex ore ejus septem notariis, totidemque velocissimis in scribendo puellis, aliisque scriptoribus, qui eas (conclaves) ad monumentum posteritatis tradiderunt. Neque sane id dixit Pamphilus, quem testem citat, sed illud duntaxat: præcipue vero per eos tractatus quos pene quotidie in Ecclesia habebat ex tempore, quos et describentes notarii ad monumentum posteritatis tradebant.

III. Inde porro scriptiones Origenis esse viliatas supra notavimus. At ferendum illud erat, si non eo etiam accessisset malorum hominum nequitia, errores suos malis artibus propugnantium, et alienis operibus adulteras manus inferentium. Id ipso etiamnum vivo attenterunt nonnulli. Ausi sunt idem postmodum Ariani, horumque demum corruptorum audaciam Rufinus lib. *De adulterat. librorum Origenis coarguit.* Verum non alium quemquam Origenitatum perfidia sua et temeritate nocuisse quam Rufinum ipsum, merito affirmare possum. Nam ejus scripta interpretans, ita additamentis et detractib; vexavit et corrupit, ut Origenem in Origene desideres. Acceptum huic quidem refert Adamantius, quod opera ipsius a Latinis hominibus intellectus et usurpatus est; et quod consumptis exemplaribus Græcis in Romanis interpretationibus quodammodo revixit. Verum iisdem expositionibus cum ignari Græcae linguae homines acquiescerent, neglecti fere codices Græci perierunt, adeo ut bona Græca pessimis Latinis commutata sint. (55) Quotquot ergo libros Origenis ad nos fortuna transmisit, violatos esse verisimile est, at eos potissimum qui præter notariorum σφάλματα, et hæreticorum adulterationes, interpretum etiam hallucinationes et perfidia senserunt.

IV. Non par ergo et eadem est librorum omnium auctoritas, quicunque ex Origenis incede profecti sunt. Quemadmodum enim suspecti erant hi præcipue, et damnosissimis scatere erroribus, et ab Ecclesiæ disciplina recedere dicebantur, quos ipse per omnia secreto lucubrasset, ac libri præcipue Περὶ ἀρχῶν, in quibus dogmatum suorum officinam statuerat, ut narrat Pamphilus in *Apologia*: ita ad ejus sensus penitus intropiciendos, ac eruenda dogmata, iidem nunc potissimum valere debent. In homiliis quippe ad vulgi sese accommodavit captum, nec exquisitas doctrinæ merces e myrotheciis suis depromptas indoctis hominibus propinavit. At in elaboratis diligenter cura lucubrationibus eruditioñis sue promptuaria reseravit. Igitur de Græcis, qui supersunt, libris sic statuendum puto, ut postremum ordinem homiliæ teneant, priorem cogitare et attente scripta opera, cùjusmodi sunt libri contra Celsum, et Περὶ ἀρχῶν, et tom, judicium de his suum proponens Epiphanius hær. 64,

(55) Quotquot ergo libros Origenis ad nos fortuna transmisit, violatos esse verisimile est, etc. Vide Prefationem nostram tomo primo præliminam, pag. 2, 3, 4, ubi ostendimus hæreticorum adulterationes

A cap. 5, in omni Scriptura perpetuo errasse dicit Origenem, eamque ingenti librorum mole explanasse: tum subnectit: Eἰς ἔκαστην γραψὴν οὐ παρηγένετο εἰπεῖν & αὐτῷ ἔδοξε· καὶ οὐ μὲν ἐν προσομοίωσις, καὶ δὲ τῶν προσομίων εἰς ἡθη τε καὶ εἰς φύσεις ζώων τε καὶ τῶν ἄλλων εἰρηται, μέσος φρόμενος πολλάκις χαρίεντα διηγήσατο· οὐαὶ δὲ εἰς δόγματα ἐδογμάτισε, καὶ περὶ πίστεως, καὶ μελέονος θεωρίας, τῶν πάντων ἀτοπώτατα τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτῶν εὑρίσκεται, πλὴν τῶν ἐν ταῖς αἱρέσεσσιν αἰσχρουργῶν. In singulos Scripturæ libros non dubitavit dicere quæ sibi visa sunt. Quæcumque autem in homiliis, et in protomiis de moribus et natura animalium, aliorumque dicta sunt, medius incedens sæpe eleganter disseruit: quæcumque vero de dogmatibus pronuntiavit, et de fide, aliisque majoris contemplationis, omnibus protulisse absurdiora, et qui præcesserunt ipsum, et qui sequuti sunt, reperitur; exceptis duntaxat hærecon fœditatibus. Utrumque autem scriptorum Græcarum genus, homilias dico, et libros per omnia accuratos, et quidquid denique Græce ab Origene scriptum exstat, longe iis anteponi jubeo, quæ in Latinum sermonem derivata sunt, et vel sublestans interpretum fidem, vel hallucinationes, vel utrumque sustinuerunt. Inter scriptiones quæ Latine a veteribus conversæ exstant, prima erit earum auctoritas, quas Hieronymi dedit interpretatio: postremum tenebunt locum, quæ a Rufino Latinitati donatae sunt. Nec plus fidei sane veteri *Commentariorum in Matthæum* interpreti, quicunque tandem ille sit, quam Rufino adhibendum est. Illum si ad Græcum, quem damus, contextum exegeris, Deus bone, quod interpretationis monstrum comperies! Totas paginas, tota folia assuta, tota detracta deprehendes. Hæc inter, observandum illud etiam discrimen est, majorem eorum esse librorum auctoritatem, quos senex Adamantius, ingenio per etatem magis subacto elimavit, quam qui effidente se in juventutis æstu fecunditate profusi sunt.

V. Nec aliquantis duntaxat Origenianarum scriptorum partibus, vel notariorum properantia, vel corruptorum nocuit audacia; sed in tota etiam volumina invidorum intemperantia grassata est: nam qui tanto conatu in Origenis doctrinam serviebant, ejusne pepercissent libris, et non eos omni studio abolevissent? Accesserunt crebra synodorum et episcoporum anathemata, quibus Adamantius, Adamantique doctrina damnata est: tum promulgata apud recentiores Græcos decreta, quibus vetitum est ne quis ejus libros describat. Unde maxime Latinorum, ac Græcorum præcipue exemplarium parti clades illata est, et oppido pauca ex hoc interitu servata sunt. Quanquam enim ingens adhuc Origenianorum operum volumen superest,

scriptis Origenis non nocere potuisse ex quo authenticæ exemplaria suorum operum ipsæ ante mortem in Cesariensi Bibliotheca depositi.

quota illa pars est magni hujus lucubrationum numeri, quas ab eo elaboratas fuisse veteres prodiderunt? Scribit Theophilus *Pasch.* 1 et 2 hunc « innumerabiles texuisse libros, et garrulitatis suæ, quasi damnose possessionis mundo reliquissime hereditatem. » *Ἄνω καὶ κάτω ταυτολογῶν ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην ἀμέτρῳ φλυαρίᾳ.* ait Eustathius Antiochenus *De engastr.* « Quis nostrum, » inquit Hieronymus epist. 65, ad Pamphach. et Ocean., cap. 3, « tanta potest legere, quanta ille conscripsit? » Idem epist. 18, ad Marcell.: « Ambrosius, quo chartas, sumptus, notarios ministrante, tam innumerabiles libros vere Adamantius noster et Chalcenterus explicuit. » Vincentius Lirinensis *Contra hær.*, cap. 23: « Sed credo pauca conscripsit; nemo mortalium plura, ut mihi sua omnia non solum non perlegi, sed ne inveniri quidem posse videantur. » Ex immenso hoc ergo lucubrationum numero syntactici nomen meruit. Futurum autem praesentiens, ut immensa hæc scribendi licentia nonnullorum sibi reprehensiones concisceret, multis eam excusat tomo v' in *Joan.*, num. 1, 2 et 4, cuius excusationis fragmenta habes *Philocalia* cap. 5.

Attamen ingenti huic librorum copiæ, quam innumerabilem esse dicunt nonnulli, certum alii numerum assignarunt. Epiphanius hær. 64, cap. 63, percrebuisse narrat sex librorum millia ab eo fuisse conscripta. Atque id ex seipso refert, non ex Methodio, ut perperam asseverant Magdeburgenses, cent. 3, cap. 10. Eudem assignant numerum Honorius Augustodunensis *De script. eccles.*, cap. 55, et Cedrenus in *Severo*, et ex Cedreno Suidas in *Origene*, et Glycas part. iii, *Annal.* Praeterea Rufinus in libello *De adulteratione librorum Origenis*, de Epiphao ita loquitur: « Denique quidam ex ipsis, qui se velut evangelizandi necessitatem per omnes gentes, et per omnes linguas habere putat, de Origene male loquendi, sex millia librorum ejus se legisse quamplurima fratrum multitudine audiens confessus est. » Ad ea Hieronymus, qui se omnia Origenis habere, legisse vero quamplurima jactabat libr. ii *Apol.*, cap. 4, haec reponit libri ejusdem sexto capite: « De sex millibus autem librorum, quos ab eo esse lectos confingis, quis credit aut te verum dicere, aut illum potuisse mentiri? Si enim Origenes sex millia scripsisset librorum, potuerat fieri ut vir eruditus, et ab infantia sacris litteris institutus pro curiositate et scientia legisset aliena: quod vero ille non scripsit, quomodo iste legere potuit? Numera indices librorum ejus, qui in tertio volumine Eusebii, in quo scribit *Vitam Pamphili*, continentur; et nou dico sex millia, sed tertiam partem non repieres. Habemus epistolam supradicti pontificis, in qua huic calumniae tuæ, dum adhuc eses in Oriente, respondet, et apertissimum mendacium libera veritatis fronte confutat; » et in epist. 62, ad Theophilum, cap. 2: « Sex millia Origenis tomos non poterat quisquam

A legere, quos ille non scripsit; faciliusque credere testem hujus sermonis, quam auctorem esse mentitum. » Negat Hieronymus dixisse Epiphanius sex librorum Origenis millia a se lecta; imo vero ut ab Origene unquam fuisse scripta negat; quamvis id tamen percrebuisse Epiphanius asserat.

Quid sibi volunt igitur Beda in libro *De sex milibus mundi*, Ado Viennensis, Hermannus Contractus, Marianus Scotus et Conradus Urspergensis, cum Hieronymum quodam loco scripsisse sint, quinque millia librorum Origenis fuisse sibi perfecta? Martinus vero Polonus et Guido Carmelita sex millia? Quid apud hunc Guidonem Isidorus, qui sic loquentem inducit Origenem:

*Condere, si credis, studui tot millia libros,  
Quot legio missos ducit in arma viros?*

Sane videtur id sumptum ex proxime laudato Regini loco, qui cum Epiphanius nomen non exhibet, facile eum ad Hieronymum retulerunt scriptores illi, quemadmodum ab Erasmo deinde et Genebrando relatus est. Quod autem quinque librorum millia plerique notant, cum sex alii commemorem, et corruptis, ut fere sit, numerandi notis ortum errorem puto. Utri autem assentendum potius, vel Hieronymo tot scriptos ab Origene libros pernegas, an Epiphanius id vulgi sermone ferri asserat, equidem nescio. Fama quippe, futile auctor: Hieronymi vero inane argumentum; nam quamvis indicibus librorum Origenis, quos in tertio *Vitam Pamphili* libro Eusebius pertexuerat, non sex mille, sed ne tertia quidem pars reperta sit, minime hinc efficitur non plures ab Origene lucubratus, quam quot recensuerat Eusebius. Pars aliqua jam intercederat; pars ipsius effugerat diligentiam: nec enim lib. vi *Histor.*, cap. 32, accuratum eorum catalogum texuisse se scribat, non omnes tamen si ipsis notitiam pervenisse crediderim.

Ne quis vero censeat sex illa librorum millia, modo totidem ab Origene scripti sunt, ingens quedam volumina fuisse, cuiusmodi puta opus contra Celsum, vel opus *Ἡρόδοτος*, vel tomo in *Joannem*, vel homiliae in *Lucam*. Epistolæ singulae, singuli tomi, singulae homiliae, suo quaque titulo et nomine in hunc censum venerunt; atque iu facile ingens ille numerus prodit, qui nec supernudem, nec valde mirabilis est. Fertur Didymus Alexandrinus grammaticus ad tria millia librorum, et quingentos scripsisse. Narrat Georgius Alexandrinus pios quosdam viros post Chrysostomi mortem, homiliae ejus octingentas supra quatuor mille, cum omnes non possent, in unum collegisse. Tantam vero librorum Chrysostomi ejusdem copiam fuisse tradit Suidas, ut numerum superarent: immo quasi rem non satis significasset, addit: *Τὰς δὲ συγγραμμάτων αὐτοῦ καταλέγειν τὸν ἀριθμὸν, οὐκ ἀνθρώπου, θεοῦ δὲ μᾶλλον τοῦ τὰ πάντα γνώσκοντος.* « Ejus vero lucubrationum recensere numerum, non hominis, sed Dei potius est, qui omnia cognoscit. » Fertur Theodorus Mopsuestenus pri-

quam decem voluminum millia edidisse, Raymundo vero Lullius plus quam quatuor. Causa igitur non erat cur sex mille libros ab Origene fuisse scriptos tam praefracta asseveratione Hieronymus insciaretur; cum eum præsertim fateatur mille et eo amplius tractatus in Ecclesia fuisse locutum, et innumerabiles præterea tomos edidisse. Indicem porro librorum ipsius, post Eusebium, idem quoque concinnaverat Hieronymus in voluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripserat; et Origenem cum Varrone, viro πολυγράφῳ contulerat, ut ipse de se testatur in libro *De scriptor. eccles.*, cap. 85.

VI. Ceterum cum circa libros sacros labor Origenis, et industria potissimum versata sit, non eadem editione in iis interpretandis usus est: in homiliis siquidem quas ad populi captum accommodabat, editionem sequebatur communem, quam usu quotidiano populus conterebat; in tomis vero Hebraicam veritatem, aliasque editiones consulebat.

A Hieronymus in Proemio *Traditionum Hebraicarum*: « De Adamantio autem sileo, cuius nomen (si parva licet componere magnis) meo nomine infidiosus est: qui cum in homiliis suis, quas ad vulgum loquitur, communem editionem sequatur; in tomis, id est in disputatione majori Hebraica veritate stipatus, et suorum circundatus agminibus, interdum linguae peregrinæ querit auxilia. » Quocirca Scripturaræ testimonia ab eo sapienter aliter relata reperies, ac in editionibus concepta sunt, quæ hodie circumferuntur: quod et ex memoria perfidia aliquando contigit. Par in Evangeliorum depromptis ab eo locis discrinere occurrit; nam præterquam quod variantes suas lectiones Novi quoque Testamenti codices habebant, ut hodieque habent; utebatur ad hæc sapienter Adamantius Evangelio secundum Hebreos, ut tradit Hieronymus in lib. *De script. eccles.*, cap. 4, atque inde discrepantium illam existisse conjicio.

## CAPUT II.

Origenis exegistica et ἐρμηνευτικā.

**CAPITIS SECUNDI PARTITIO.** — Sectionibus tribus hoc caput continetur. I. Varia Origenianorum ἐξηγητικῶν genera percensentur. II. Singula Origenis ἐξηγητικὰ, quorum quidem ad hanc diem memoria superest, enumerantur. III. Agitur de exegeticis quæ supersunt, deque vetustis ipsorum interpretationibus. IV. Disputatur de Origenis *Tetraplis*, *Hexaplis*, et *Octaplis* deque vulgata editione Septuaginta Interpretum.

### SECTIO I.

VARIA ORIGENIANORUM EXEGETICORUM GENERA PERCENSENTUR.

1. Scripturam sacram Ambrosii rogatu Origenes interpretatus est. Consuluntur nonnulli, qui primum Scripturæ sacræ interpretarem ipsum fuisse volunt. II. Dividuntur Origenis exegistica in scholia, homilias et tomos; III. de quibus sigillatim queritur. IV. Quid sint σημειώσεις disputatur. V. Ἐρμηνευτικὰ pars Ἐξηγητικῶν Epistolæ inter syntagma collocamus. VI. Origenes historicum, mysticum et moralem sensum perscrutari solet. VII. Cur minor in Novo quam in Veteri Testamento ab Ambroso dictus sit, investigatur.

I. Antequam varia Origenianorum ἐξηγητικῶν genera percensem, revocentur in memoriam quæ supra notata sunt, ad interpretandos Scripturaræ sacrae libros, Ambrosii consilii, auctoritate et rogatu Origenem fuisse impulsum, et quasi adactum, ut amice ab eo ipse expostulat in Commentariis ad *psalm. 1*, num. 2, p. 526 (57), et ut in quadam epistola, quam exhibent Cedrenus et Suidas, leviter conqueritor, (58) et ut ipse scribit Ambrosius in epistola ad Origenem, quam refert Hieronymus in epistola 18, ad Marcellam.

(56) Et ut ipse scribit Ambrosius in Epistola ad Origenem, quam refert Hieronymus, etc. Hieronymus in hac ad Marcellam epistola 18. (incertum an memoria lapsu), Ambrosio tribuit ipsam Origenis epi-

C Confutandus deinde venit nonnullorum error, qui primum Origenem Scripturas fuisse interpretatum litteris prodiderunt. In his beatus Rhenanus ad Hermannum archiepiscopum Coloniensem ita de Origenе disserit: « Quippe hic scriptor, cum quod ingenio perspicacissimo, et optimis disciplinis omnifariam exculto prædictus fuit, tum quod improbo studio sacris monumentis invigilavit, primus quasi glaciem scidit juxta proverbium, in emarrandis Scripturis divinis. Quæ vera laus, quamque copiosa debeatur primis quibusque rerum optimarum auctoribus, nemini ambiguum est. » Et Sextus Seneensis lib. iv *Biblioth.* qui sic ait: « His similibus excitatiunculis ubique uti voluit, prout decebat hominem pene αὐτοδίδαχτον, et qui primus aggressus eset explanationem omnium divinarum Scripturarum, nondum ob ingentem earum difficultatem ab aliquo attentatam. » Et Genebrardus in Epistola ad Carolum IX, cuius hæc verba sunt: « Theologæ liquidissimam veluti scaturiginem aperuit, et cum frugi illo Salomonis viro derivavit fontes suos foras. » Tum deinde: « Et sane omnium, quorum

stelam, quam exhibent Cedrenus et Suidas, quamque tomo nostra editionis 1, p. 3, tanquam genuinam ipsius Origenis editimus.

(57) Vide nostræ editionis, tom. I, pag. 3.

quidem in divina scripta commentarii extant, sicut antiquissimus. » Itane vero? antiquiorne Philone, qui tot scriptis hodieque supersilvibus Scripturas sacras explanavit? antiquiorne Theophilo Antiocheno, cuius extant commentaria in quatuor Evangelia? Vetustiores quoque fuerunt illo Melito Asianus, qui librum scripsit de Apocalypsi Joannis; et Rhodon, et Candidus, et Appion, qui tractatus in *Hexaemeron* sigillatum composuerunt; et Judas, qui de septuaginta apud Danielem hebdomadibus scripsit. Itaque Ambrosius ad psal. cxviii, 28, Origenem ait: « multorum interpretationes diligentis discussisse indagine: » quos et saepe citatos apud eum reperias: velut homil. 15 in *Genes.*, num. 7, ubi ait: « Nunc interim non videbitur absque ratione dici, quod et prioribus nostris quibusdam visum est, prophetiam quandam in hoc designatam videri. » Et homil. 13 in *Exod.*, num. 5: « Arietem etiam ante nos quidam pro furore posuerunt. » Et homil. 8 in *Levit.*, num. 6: « De hoc quidam etiam ante me dixerunt. » Et homil. 9 in *Num.*, num. 5: « Quidam tamen ex iis qui ante nos interpretati sunt locum hunc, memini quod mortuos dixerunt eos, qui nimietate scelerum in peccatis mortui intelliguntur. » Et homil. 26 seq., num. 4: « Execundi de Aegypto figuram duobus modis accipi, a prioribus nostris, et a nobis saepe jam dictum est. » Et homil. 8 in *Judic.*, num. 4: « Memini etiam quemdam ex predecessoribus nostris in libellis suis velius lanæ populum dixisse Israel. » Et homil. 11 in *Jerem.*, num. 2, ταῦτα δὲ καὶ πρὸ ἡμῶν ἄλλοι δηγήσαντο. Et homil. 14, seq. num. 5, τῶν πρὸ ἐμοῦ δέ τις ἐπέβαλε τῷ τόπῳ. Et tom. x in *Matth.*, num. 22, pag. 471, ἐτήρηται μὲν οὖν τις πρὸ ἡμῶν. Et passim in *Commentariis in Joannem Heraclionem hereticum*, hujus evangelistæ interpretem insectatur. Qui ergo aliis ad Scripturas interpretandas Origenes viam prævisse dici potest? At excusari potest quod ait Sixtus Senensis libr. iv *Biblioth.*: « His similibus excitatiunculis ubique nūi voluit, prout decebat hominem pene αὐτοδίδαχτον, et qui primus aggressus esset explanationem omnium divinarum Scripturarum, nondum ob ingenitum earum difficultatem ab aliquo attentatam. » Nam alios quidem non negat partem aliquam Scripturarum exposuisse; omnium vero Scripturarum explanationem aggressum esse aliquem ante Origenem, id vero negat, et merito quidem.

II. Verumtamen quamvis aliorum exemplum quod sequeretur habuit, fatendum nibilominus hanc eum explicandæ Scripturæ artem multum provexisse: nec enim simplicem quemdam interpretandi modum adhibuit; sed varia explanationum genera primus Scripturæ accommodavit. Nam vel diffusis commentariis, quidquid suppeditabant ingenium et doctrinam, prolixe congesit; vel brevibus tantum scho-

A liis obscuriora quæque illustravit; vel ad ppter captum sese demisit, et selectas quasdam Scripturæ pericopas minus accurate per homilias exposuit. Hieronymus in Prologo suæ interpretationis homiliarum, quas in Ezechielem Origenes habuit: « illa inquit, breviter admonens, ut scias Origenis opuscula in omnem Scripturam esse triplicia. Primum ejus excerpta, quæ Graece σχόλια nuncupantur, quibus ea quæ sibi videbantur obscura atque labere aliquid difficultatis, summatim, breviter perstrinxit. Secundum homiliaticum genus, de quo et præsens interpretatio ejus est. Tertium quod ipsius inscripsit τόμους, nos volumina possumus nonpare, in quo opere tota ingenii sui vela spirantib[us] ventis dedit, et recedens a terra in medium regnum aufugit. » Rufinus in Prologo interpretationis sui *Commentariorum Origenis in Numeros*, quoniam mihi olim Bigotiana bibliotheca suppeditauit: « Quæcumque in Numerorum libro, sive homiliis styllo, sive etiam ex his quæ excerpta appellantur scripta reperiuntur, hæc perurgente te, Romana potuimus voce ex diversis in unum ordinem collecta digessimus. » Et paulo post: « Scire tamen volo, frater, quod hæc lectio vias quidem aperte intelligentiæ, non tamen sigillatum cuncta quæ scripta sunt disserat, ut in explicationum libris legendis quo scilicet etiam lector non reddatur oiosus, ne pungatur cor suum <sup>\*\*</sup>, sicut scriptum est, et producens sensum, et auditu verbo bono, ut sapiens adiutor ad illud <sup>\*\*</sup>. »

III. Scholia breves erant notæ enodandis locis tractationibus, et abstrusioribus sensibus erudendis quales habemus in omnes fere Græcos poetas. Ensinus *De doctr. et lib. Origen. Otiola* reidi judeo-Sixtus Senensis lib. iv *Bibl.* exponit: « Vacaciones sive otia, sive per otium excerpta, quibus quidem ad plenam commentatorem otium deesset, ea in tum quæ sibi videbantur obscura, brevibus quodam annotationibus summatim perstringebat, et apte uterque. Scholion diminutivum est a scholiis Schola Græca et Latine, præter vulgatas significations, lucubrationem etiam sonat, quæ de reali qua per otium elaboratur. Scholion ergo pars scholam significat, hoc est *lucubrationem*. Speciatim vero scholia appellantur commentatori, et dissertatione. Praeterea excerpti ex auctore aliquo loci dicuntur scholia, ejusmodi ex Evangelio quo utebatur Marcion nonnulla depropemptis Epiphanius hær. xlii, et scholia appellavit. Atque haec scholia Latine excerpta proprie dicuntur. Male autem hoc nomine afficias breves expositiones et dissertationes: quod tamen fecerunt Hieronymus et Rufinus, cum Origenis Commentariolos in Scriptura excerpta dixerunt; omne scholiorum genus communis excerptorum vocabulo donantes, quod certam qualitatem speciem erat restringendum. quoniam brevibus sententiis hæc scholia Origenis

<sup>\*\*</sup> Eccli. xxii, 24. <sup>\*\*</sup> Eccli. xxi, 18.

sive Commentarioli concludebantur, idecirco commatulum interpretationis genus ea Hieronymus appellat. Proem. Comment. in Matth. : « Legisse me fateor, inquit, ante annos plurimos in Matthæum Origenis viginti quinque volumina, et totidem ejus homilias, commaticumque interpretationis genus. » Et Proem. Comment. in Epist. ad Galat. : « Scripsit enim ille vir (Origenes) in Epistolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, et decimum Stromatum suorum librum commatico super explanatione ejus sermone complevit : tractatus quoque varios, et excerpta, quæ vel sola possint sufficere, composuit. » Nempe tomos, homilias et scholia significat per quinque illa volumina, et tractatus, et commaticum sermonem, ac excerpta. Concludat vero forsitan ex hoc loco aliquis, excerpta et commaticum sermonem res esse diversas : sed frustra ; id enim sibi vult Hieronymus, alia in decimum Stromatum librum inserta esse scholia, alia seorsum elaborata et descripta.

B Fallitur Erasmus cum homilias illas recte dici putat colloquia, non enim Origenes cum auditoribus colloquebatur, sed auditores alloquebatur; ac proinde melius dicerentur alloquia. In iis phaleras et oratoria pigmenta neglexit Adacantius; planum vero, familiare ac simplex, nec valde prolixum, quale facilius patiuntur homiliæ, dicendi genus persiculus est.

C Tomi idem sunt quæ et Ἑγγῆτικά proprie dicta ; nam quamvis hoc nomine affici possint, quæcunque interpretationis vice funguntur ; atque ita non ad tomos solum, sed et ad homilias etiam, et scholia referri possit ea vox, illamque editioni nostræ, quæ tomis et homiliis constat præfixerimus ; nihilominus tamen ad tomos specialim et proprie pertinet, iisque nunquamnon in antiquis codicibus tribuitur. Explicationum libros appellat Rufinus in Prologo interpretationis Commentariorum Origenis in Numeros. In iis Origenes Hebraica veritate stipatus, et suorum circumdatus agminibus, peregrinæ interdum lingua quærebat auxilia, ut tradit Hieronymus in Proem. Quæst. Hebraicarum : in homiliis autem communem editionem sequebatur, ut supiore sectione notatum est.

D IV. Interpretationes præterea Origenis quasdam, σημειώσεις appellatas reperio. Utrum scholiis an exegeticis proprie dictis vox ea tributa sit, quærendum est. Hieronymus scholiis manifeste tribuit proem. in 1 Comment. Isaiae : « Feruntur, inquit, et alii sub nomine ejus (Origenis) de visione τετραπλῶν duo ad Gratiam libri, qui pseudographi putantur, et viginti quinque homiliæ, et σημειώσεις, quas nos excerpta possumus appellare. » Excerpta igitur, seu σχόλια, ea sunt σημειώσεις. At Philocaliæ cap. 27, postquam prolixum Origenis fragmentum in Exod. x, 27, prolatum est, verba hæc sequentibus aliquot fragmentis præfiguntur : καὶ πάλιν ἐν δλλῷ τόμῳ ἐν ταῖς αὐταῖς εἰς τὴν Ἔξοδον σημειώσεσιν (57\*). Igitur σημειώσεις constabant tomis ; igitur quæcunque hoc Philocaliæ capite fragmenta in Exodum repræsentantur, petita sunt ἐκ τῶν σημειώσεων. Ea vero neuti-

(57\*) Vide editionis nostræ tom. II, pag. 118.

quam pro scholiis baberi possunt, sed justorum A commentariorum vicem explent; ea est rerum ac verborum ubertas et copia.

Ego quidem σημειώσεις generale vocabulum esse puto, quo tomi et scholia continentur. Σημειώσεις est, « adnotare, commentarium scribere, scriptum aliquod ad aliud adjicere, ascribere; σημειώσεις, adnotatio, commentarius, quidquid ad aliud scribendo adjicitur, » eujusmodi sunt scholia et commentarii qui ad oram librorum attexi solent. Ita intelligentius Eusebius lib. v *Histor.*, c. 20, cum γραπτάτην σημειώσειν appellat obtestationem quamdam quæ ad finem libri Irenæi Περὶ ὅγδοδος præter contextum adjecta erat. Inde lux quoque alteri ejusdem Eusebii loco lib. vi, cap. 16, ubi de *Hexaplis* Origenis agens, deque variis quibus illa constabant interpretationibus, ita scribit. Ταύτας δὲ ἀπάσας ἐπὶ ταῦτὸν συναγαγών, διελὼν τε πρὸς κῶλον, καὶ ἀντιπαραβεῖς ἀλλήλαις, μετὰ καὶ αὗτῆς τῆς Ἐβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων Ἐξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν. « His omnibus in unum ab eo collectis, et per colla divisis, ac invicem e regione oppositis, cum Hebraicum præterea contextum ascripsisset, exemplaria nobis Hexaplorum, uti appellari solent, reliquit. » Quod Eusebius σημειώσιν Ἐβραίων dixit, commodius παραθέσεις τῆς Ἐβραϊκῆς ἐρμηνείας Epiphanius nuncupavit, quasi dicas, « adjunctiones, adjectives. » Optime quoque Nicephorus παρατημέσιων reddidit, hoc est, descriptionem ad aliud additam; « addita enim prepositio notat esse τῶν πρὸς τι. Cum ergo seholia et commentaria, alterius scriptorius explicandas gratia scribi soleant, eique sæpe adjungi et ad oram attexi, propterea σημειώσεις recte dicta sunt: neque immerito *Philocaliae* textores hoc vocabulum Commentariis, Hieronymus Scholiis tribuere.

V. Communi quoque ἑξηγητικῶν titulo *Tetrapla*, *Hexapla* et *Octapla* Origenis complectimur, quæ proprio vocabulo ἐρμηνευτικὰ appellare possis. Cum enim ex variis Scripturae conflata sint interpretationibus, in eum venire debuerunt censem, quo quæcunque ad interpretandam Scripturam elaboravit Adamantius, continentur. Huc adjicit epistolas Sixtus Senensis, quod propositas sibi circa Scripturæ illustrationem quæstiones rescribendo Origenes dissolverit. At cum alia quoque per epistolam argumenta tractasse ipsum constet, velut cum ad Philippum imperatorem, vel ad conjugem ipsius Severam, vel ad Fabianum papam fidei suæ profundiæ causa scribebat, merito inter syntagma epistolas ipsius conjiciendas censeimus.

VI. Qui interpretandis Scripturis triplex ἑξηγητικῶν genus adhibuit Origenes, is triplicem ex illis scosum eruere ac investigare consuevit; historium, quem et litteræ sensum appellant, mysticum et moralem. Sic ille homil. 47 in *Genes.*, num. 1, 106, ubi agit de benedictionibus patriarcharum: In ipso autem corpore et serie verborum, neque

benedictiones tantum, neque futurorum sola prænuntiatio, quantum mores vel propositum eorum, vel etiam quædam ab eis gesta notabiliter arguntur. Quæ res nobis tripartitam (ut in aliis fecimus explanationis materiam subjicit, ita ut benedictiones historia locum servent; prophetia vero mysticum atque dogmaticum; morum correptio atque objurgatio moralem dirigat stylum. » Quod idem in fine ejusdem homilia repetit. Ab historico autem sensu ad mysticum, a mystico ad moralem sere progreditur; quamvis hunc ordinem pervertat nonnunquam, litteram aliquando negligat, a morali expositione ad mysticam quandoque transeat. Quæ quoniam supra luculenter tractavimus, hæc obiter teligisse sufficiat.

VII. Finem huic imponemus sectioni, adducentes illud Ambrosii e lib. v, epist. 45: « Et si sciās quod nihil difficultius sit, quam de apostoli lectione disserere, cum ipse Origenes longe minor sit in Novo, quam in Veteri Testamento. » Cujus rei causas quærenti mihi id succurrit, ætate Origenis pluribus commentariis, interpretationibus, dissertationibus, traditionibus illustratum fuisse Testamentum Vetus, quam Novum, cuius reconditiōes sententias perpaucorum industria fuerant ad hoc tempus investigatae; proindeque instrumentum Vetus tractantem Adamanṭium majori fuisse in loco versatum, quam cum Novo explicando operam suam n̄ vararet. Huc accedit antiquæ legis abrogatas cæremoniæ et judicia enarrantem, minore periculo in allegorias excurrisse et destruxisse litteram, quam cum Christi decreta et sanctiones apostolorum, dogmatum suorum novitate depravaret.

## SECTIO II.

SINGULA ORIGENIS EXEGETICA, QUORUM AD NOS PERVERNIT NOTITIA, ENUMERANTUR.

I. *Enumerantur Origenis exegética in Pentateuchum*; II. *In Josue, Judices, libros Regum, Paralipomenon, Esdræ et Job*; III. *in Psalterium*; IV. *in Proverbia, Ecclesiasten et Canticum*; V. *in maiores prophetas quatuor*; VI. *et in minores duodecim*; VII. *item in Matthæum, Lucam, Joannem et Acta apostolorum*; VIII. *Epistolas Pauli et Apocalypsim*.

D I. Postquam varia Origenianorum Exegeticon genera percensuimus; singulas nunc exēgeticas lucubrationes enumerare decet, quarum ad nostram ætatem notitia pervenit. Nam ex ingenti hac, quam diximus, scriptoriorum congerie, non modo pars intercidit maxima, sed multarum etiam tituli ac nomina obsoleverunt. Quarumcunque ergo memoria aliqua in veterum scriptis servata est, eas recensebimus sigillatim, et juxta librorum Scripturaræ sacrae ordinem digeremus.

Scribit Epiphanius, ex eoque Cedrenus, et Suidas, singulos Scripturaræ sacrae libros Origenis studio fuisse interpretatos. Auspicandum a Genesi, quam tredecim commentariorum libris et mysticarum homiliarum libris duobus explicasse ipsum testatur

Hieronymus apud Rufinum *Invect.* lib. II. (58) Idem quæst. I ad Damas. narrat Adamantium duodecimum et decimum tertium librum Commentariorum suorum in *Genesim* huic toco exponendo consecrassæ : « Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur » . Hinc emendandus Eusebius cuius libro VI *Hist.*, cap. 24 , hæc leguntur : Κατὰ δὲ τὸ ἐννάτον τῶν εἰς τὴν Γένεσιν (δώδεκα δὲ ἔστι πάντα) οὐ μόνον τοὺς πρὸ τοῦ ἐννάτου δῆλοι ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρεῖας ὑπεμνηματίσθαι. « In nono autem Commentariorum in *Genesim* (sunt autem omnino duodecim) non solum eos qui nonum præcedunt, ostendit Alexandriae fuisse compositos. » Eusebium secutus est Suidas. Sæpe autem in numerorum notis labuntur librarii ; inde fortasse error, ascripto 6<sup>o</sup> pro 7<sup>o</sup> vel certe in eo codice quo utebatur Eusebius, in unum coaleverant posteriores libri duo, utpote qui circa idem argumentum versarentur.

Septemdecim homilias in *Genesim* hodieque superstites Rufinus Latino sermone donavit : diversas illas esse a mysticis homiliis infra ostendemus. Idem certe Hieronymus in epistola 126, ad Evagrium, scribit Origenem in prima homiliarum in *Genesim* de Melchisedech disseruisse : (59) cuius cum nulla habeatur mentio in prima homiliarum quæ supersunt, concluditur vel respexisse Hieronymum ad priorem mysticarum homiliarum, vel plures alias homiliarum in *Genesim* collectiones exstisset.

Fragmenta aliquot e tomis Origenis in *Exodus* vicesimo sexto *Philocalia* capite continentur. In eundem præterea librum, et in *Leviticum* excerpta seu scholia scripsisse eum tradit Hieronymus apud Rufinum <sup>41</sup>. (60) Duodecim vero homilias in priorem hunc *Scripturæ* librum, sexdecim in postremum Rufinus Latine refudit. Aliud ex homilia secunda

<sup>40</sup> Genes. iv, 14. <sup>41</sup> Rufin. *Invect.* lib. II.

(58) Idem quæst. I ad Damas. narrat Adamantium, etc. Ex his Hieronymi verbis liquet hosce commentarios non progressos esse ultra Geneseos caput quartum. Quod quidem ipse innuit Origenes lib. VI contra Cels., num. 49, ubi ait : « Quod si quis videre desiderat quæ nobis proditam a Moyse mundi creationem persuadeant; et quibus argumentis illa confirmetur, sumat in manus quæ in *Genesim* ab initio usque ad hæc : *Hic est Liber generationis hominum* (*Genes.* v, 1), commentarii sumus; » quibus capituli quinti initium continetur. Notandum præterea τόπους in *Genesim* non diversos videri ab illius opere quod Hieronymus epist. 41, alias 65, *Hexaemeron* vocat, cum ait : « Nuper sanctus Ambrosius sic *Hexaemeron* illius (Origenis) compilavit, ut magis Hippolyti sententias Basiliique sequentur. »

(59) Cujus cum nulla habeatur mentio in prima homiliarum quæ supersunt, concluditur, etc. Nihil quidem ejusmodi reperitur in prima homiliarum quæ supersunt, imo nec in ceteris. At vero variæ olim fuerunt homiliarum in *Genesim* collectiones, ut liquet ex Cassiodoro qui *De institut. diein. litter.* cap. 1, sexdecim tantum Origenis homilias enumera. Unde non absurdum dici potest eam in *Genesim* homiliam quæ ad nos non pervenit, esse primam earum quarum septemdecim supersunt, quæque a mysticis non sunt diversæ, ut infra ostendemus.

(60) Duodecim vero homilias in priorem hunc *Scripturæ* librum, etc. Ex his quidem duodecim

A in *Leviticum* fragmentum habetur *Philocalia* primo capite, cuius ne apicem quidem in homilia Latinae editionis secunda, aliisve reperias. Ex quo facile intellectu est plures quoque in *Leviticum* homiliarum collectiones fuisse. (61) Id etiam ex eo probatur, quod cum homilia 4, num. 6, dicat Origenes se jam supra de lineis vestibus sæpe egisse, et homilia 6, num. 5, sparsim se et sæpe de consecratione sacerdotis et unctione dissenseruisse, nihil tamen ejusmodi in superioribus penitus exstet. Au ex homiliis autem extemporalibus depromptum sit fragmentum istud primi *Philocalia* capitil ex homilia 2 in *Leviticum*, an ex elaboratis per otium (utriusque enim generis homilias profudisse Origenem demonstrabimus infra) incertum est.

(62) Præter homilias octo et viginti in *Numeros*, scholia quoque edidisse eum tradit Rufinus Prolog. homil. Origen. in *Num.*, sed in unum ita cum homiliis permista sunt ab hoc Rufino, cum Latini, utraque exponeret, ut pro eodem haberi possent : « Quæcumque, inquit, in Numerorum libro, sive homiliatico stylo, sive etiam ex his quæ Excerpta appellantur, scripta reperimus, hæc perurgente te Romana, ut potuimus, voce ex diversis in unum ordinem collecta digessimus. » Hieronymus in interpretatione duodecimæ Origenis in *Jeremiam* homiliæ notat de sacerdotalibus benedictionibus Adamantium disseruisse. Nihil autem hujusmodi in Rufiniana collectione comparet. Igitur vel homilias istas pro consuetudine sua decurtavit et interpolavit Rufinus; (63) vel aliquæ jam ipsius ætate exciderant.

Sese aliquando in Denteronomium disseruisse Origenes declarat hom. 8 in *Luc.* Eundem vero librum explanaturum se affirmat tom. xxxii in *Joan.*,

C tantum commemorat Cassiodorus *De instit. divin. litter.* cap. 4, sed tredecim hodie supersunt, quæ a nemine, quod sciām, in dubium revocantur. Hinc appetat varias earum olim fuisse collectiones. Duplex ex homilia octava fragmentum affert Jonas Aurelianensis episcopus lib. I *De institutione laicali*, cap. 19, et ejusdem libri cap. 45, alterum exhibet ex homilia decima. De scholiis vero in *Exodus* et in *Leviticum* nihil hodie superest, nisi forte aliiquid inde excerptum habeant ἔχοντα quæ sub Origenis nomine in catenis Græcis manuscriptis circumferruntur, quasque in nostra editione repræsentamus.

(64) Id etiam ex eo probatur, quod Jonas Aurelianensis episcopus lib. I, *De institut. Ioh.*, cap. 5, ex homilia prima fragmentum exhibet, quod hodiernæ editiones in secunda tantum repræsentant.

(65) Præter homilias octo et viginti, etc. Triginta Origenis in *Numeros* homilias commemorat Cassiodorus lib. *De institut. divin. litter.* cap. 1. Verum octo tantum et viginti hodie supersunt.

(66) Vel aliquæ jam ipsius ætate exciderant. Vel, quod verisimilius est, de sacerdotalibus benedictionibus disseruit Origenes in alterutra e duabus homiliis desperdit, que numerum expiebant triginta homiliarum quas vidit Cassiodorus. Homilia 25 in *Josue*, num. 1, citat Origenes homilias in *Numeros*, et homiliis in *Numeros* 12, num. 4, p. 312, et 27, num. 9, citat homiliam 15, in *Genesim*, et alteram quondam in *Exodus*.

num. II. Octo in eum homiliae Origenis commemo-  
rat Cassiodorus lib. *De instit. divin. Scriptur.*, c. 4.  
« Reliqui etiam vobis in Deuteronomium sermones  
octo (Origenis) in quibus est minuta nimis et sub-  
tilis expositio.» Rufinus in Prologo ad Ursacium :  
« Jam enim ex omnibus, quæ in lege scripta reperi-  
sole ut puto in Deuteronomio desunt oratiunculae,  
quas si Dominus juverit, et sanitatem dederit oculis,  
eupinnus reliquo corpori sociare.» Porro memoratos  
in Pentateuchum tomos significavit Hieronymus  
epist. 65, cap. 2, cum Ambrosium dixit Origenis  
*Hexaemeron* compilasse.

II. (64) Viginti sex homiliae in Josue ex tempore  
ab Adamantio sene recitatas, et industria exceptio-  
rum servatas Rufinus Latine reddidit. Fragmentum  
ex homilia 20 duodecimum *Philocalia* caput repræ-  
sentat. Homiliae novem in *Judices* Latinis itidem  
verbis retulit Rufinus. Origenes in Prologo Com-  
mentariorum in *Canticum canticorum*, agens de  
cantico Debora ita scribit, p. 34 : « Verum et de  
his plenius in illis oratiunculis quas de libello Judi-  
cum edidimus, disserta reperies.» Atqui ex oration-  
eulis in *Judices* quæ supersunt, sexta canticum De-  
bora explanat. Verisimile ergo est has ipsas homili-  
as designari ab Origeni, proindeque ab eo ipso  
fuisse editas, non ex tempore conceptas et recita-  
tas. In libros Regum duæ omnino homiliae super-  
sunt : prior in I Reg. cap. 1 et II ; altera in I Reg.  
xxviii, in qua de engastrimytho disputatur. Priorem  
Latina habet Origenis editio ; alteram e *Vaticana*  
in membranis Allatius eruit. Homilia insuper tertia  
in *Jos.* num. 4, ait Origenes se aliquando de duabus  
meretricibus, quarum item Salomon disceptavit,  
in Ecclesia ad populum disseruisse. Cassiodorus  
præterea in libro *De institutione divinarum Scriptu-*  
*rum*, cap. 2, affirmat se quatuor Origenis homili-  
as in primum librum Regum invenisse ; unam in  
librum secundum ; et unam, eamque prolixam in  
librum secundum *Paralipomenon*. Idem cap. 6, nar-  
rat visas sibi in duos Esdræ libros singulas Origenis  
homiliae, quæ a Bellatore presbytero Romana ora-  
tione explicatae sunt. Jobum multis homiliis Origenes  
exposuit. Sic Eustathius Antiochenus in *Dia-*  
*gnostico de engastrimytho* : Περὶ δέ γε τοῦ πολύτλα  
προσομιλήσας Ἰών.... μετέωρος εἰς τὰ τῶν θυγατέ-  
ρων δρμῆσας ὀνόματα κατετρίβη γραῶδῶς. « Cum  
de misero Job homiliae habuisset, in Filiarum no-  
mina sublimi oratione excurrens, aniliter eo in ar-  
gumento versatus est.» Has homiliae ad sensum  
fuisse ab Hilario conversas tradit Hieronymus in  
*Catalogo scriptor. eccles. et epist. 75 ad Vigilan-*

<sup>44</sup> Erasm. in *Censur.*, de *Commentar.* in III psalm. <sup>45</sup> Sixt. *Biblioth.* libr. IV. <sup>46</sup> Hieron. *Oper.* edi-  
tionis Martian. tom. II, in append. p. 122.

(64) Viginti sex homiliae in Josue ex tempore ab  
Adamantio sene recitatas. Cassiodorus lib. *De institu-*  
*tut. divin. Script.*, cap. 4, trigesima commenorat.  
In septima num. 6, se presbyterum et verbi Dei  
præconem dicit : in tertia num. 4, laudat homili-  
am quamdam, quam in alia-quadam ecclesia de  
duabus meretricibus, de quibus scriptum est in  
tertio libro Regum, quæ ad judicium venerant Sa-

A tium, ubi et id apponit : « Cur Tractatus ejus  
(Origenis) in Job descriptos habes, in quibus con-  
tra diabolum, et de stellis, cœloque disputans, que-  
dam locutus est quæ Ecclesia non recipit? »

III. *Psalterium* Origenes triplici expositionum  
genere illustravit, commentariis, homiliis et scho-  
liis. Primum illum inter Græcos integrum psalmo-  
rum corpus multis voluminibus explicasse prodidit  
est ab Hieronymo epist. 89, ad August., quod de  
commentariis intelligo. Ex his multa vel imitatum,  
vel interpretatum fuisse Hilarium idem auctor est;  
qui et septem e tomis illis se Latinis verbis expres-  
sisse refert, a psalmo nimis decimo ad decimum  
sexturn. Idem etiam libr. I *Apolog. adversus Rufin.*  
cap. 3 : « Octagesimum quoque nonum psalmum, i  
inquit, qui scribitur, *Oratio Moysi* hominis Dei, et  
relicuos undecim, qui non habent titulos, secundum  
Huilli expositionem, ejusdem Moysi potat  
(Origenes) nec designatur *Hebraeum* Scripturam  
interpretans, per singula loca quid *Hebreis* videatur  
inserere.» Ea porro commentaria instigante  
Ambrosio suscepta, eidemque inscripta fuisse ex  
fragmento intelligimus, quod habet Epiphanius  
her. LXIV, cap. 7, tractatus Origenis in *Psalterium*  
centum et quinquaginta vidiisse se asseverat Trium-  
ficius in libr. *De script. eccles.* Novem homiliae in  
psalmos XXXVI, XXXVII, XXXVIII, Romano sermone  
Rufini opera donatas Latina Origenis habet editio. De  
psalmorum illorum expositione ita Rufinus in Pro-  
logo : « Ideo tibi eam, Aproniane fili charissime,  
in novem oratiunculas, quas Græci homiliae vocant,  
velut in uno corpore digestam in *Latinum* trans-  
tuli.» Eam in novem homiliae digestam se transla-  
fisse dicit, non in novem homiliae digessisse; con-  
tra quam Erasmo <sup>47</sup> et Sexto Senensi <sup>48</sup> visum est.  
Ex homilia præterea in *psalm. LXXXIII*, fragmentum  
*Historiae* suæ inseruit Eusebius libr. VI, cap. 58 et  
homiliam in *psalm. c.* laudat ipse Origenes homil.  
45 in *Jos.* num. 6. Denique brevibus scholiis *Psalte-*  
rium fuisse ab Origene adnotatum affirmat Hiero-  
nymus sive quisquis est auctor *Comment. in Psalm.*  
in Procœm <sup>49</sup>. Proxime, inquit, cum Origenis  
*Psalterium*, quod Enchiridion ille vocabat, strictis et  
necessariis interpretationibus adnotatum in com-  
mune legeremus, simul uterque deprehendimus  
nonnulla eum vel perstrinxisse leviter, vel infacta  
penitus reliquise; de quibus in alio opere latissime  
disputavit, quod scilicet non putaret rem magnam  
brevi sermone concludere.» Et deinde : « Non quod  
putem a me posse dici que ille præteriit; sed quod  
ea quæ in tomis vel homiliis ipse disserruit, vel ego

lomonis, habuit. Deinde liquef ex decima tertia  
num. 3, 15, num. 6, et 25 num. 4, posteriores eas  
esse expositione in *psalmum c.* ac homiliis in  
*Jeremiam*, et in *Numeros*: videnturque pronuntia-  
tæ circa finem anni 249, vel sub initium anni 250,  
quandoquidem homilia nona, num. 40, gravissimam  
memorat persecutionem quæ tuoc Ecclesiæ alli-  
gebat.

digna arbitror lectione, in hunc angustum Commentariolum referam. » Quibus tomis Origenis, homiliae et scholia in Psalterium singulatum notantur.

IV. Ex ejus Commentariis in *Proverbia Salomonis* particulas duas depropmsit Pamphilus in *Apologia*. Catena quoque manuscripta Bibliothecae Mazarinianae in *Lucam*, ad cap. viii, vers. 4, insigne fragmentum indidem expromit. Ipsius Explicationum in *Ecclesiasten* scribit Sixtus meminisse Methodium in libro *De resurrectione*. Quod equidem in fragmentis, quae apud Epiphanium et Photium extant, nusquam reperio. In *Canticum cantorum* multum laboris et studii contulisse ipsum testator Gregorius Nyssenus in *Proœm. Comment. in Cantic. cantorum*. Commentarios quidem et homilias in hunc librum dedit. Commentarii duplices fuerunt: parvum tomum juvenis scripsit, e quo laciniam capiti septimo *Philocalia* intextam deprehendas: annis vero provectione decem composuit tomos, quos memorabili elogio Hieronymus exornavit, in *Prologo ad Damasum*, suæ interpretationi duarum Origenis homiliarum in *Canticum præfixo*: « Origenes, inquit, cum in cæteris libris omnes vicerit, in *Canticum cantorum* ipse se vicit: nam decem voluminibus explicitis, quae ad viginti usque versuum millia pene perveniunt, primum Septuaginta Interpretates, deinde Aquilam, et Symmachum, et Theodotionem, et ad extremum quintam editionem, quam in *Actio litiore* invenisse se scribit, ita magnifice, sperteque disseruit, ut inde mihi videatur in eo completum esse quod dicitur: *Introduxit me Rex in cubiculum suum*<sup>45</sup>. » Horum Commentariorum pars non contemnda in editione Latina hodieque superest, sed male in homilias distributa, ut ostendemus infra, cum de superstitionibus Origenis operibus erit agendi locus. Homilias autem in *Canticum* duas Hieronymus Latine explicavit, « quas, ut ipse ait, in morem quotidiani eloqui parvulis adhuc lactentibus (Origenes) composuit. »

V. *Isaiam Adamantius commentariis*, homiliis et scholiis interpretatus est; et commentariorum quidem triginta libris, homiliis viginti quinque. Hieronymus libr. i *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 3, « Certe etiam Origenes patriarchen Huillum, qui temporibus ejus fuit, nominat; et tricesimum tomum in *Isaiam*, in cuius fine edisserit, *Va: tibi civitas Ariel, quam expugnavit David*<sup>46</sup>! illius expositione concludit; ut cum aliter prius sensisse se dicat, doctum ab illo, id quod est verius, confitetur. » Et in *Proœmio ad primum Commentariorum suorum in Isaiam* librum: « Scripsit in hunc prophetam juxta editiones quatuor, usque ad visionem quadrupedum in deserto Origenes triginta volumina, e quibus vicesimus sextus liber non invenitur. Feruntur et alii sub nomine ejus de visione tetrapodum duo ad *Gratiam* libri, qui pseudographi putantur; et

A viginti quinque homiliæ; et σημειώσεις quas nos excerpta possumus appellare. » Plura autem scriptissime illum persuadere possunt hæc Eusebii verba lib. vi *Histor.*, cap. 32, unde sua Hieronymus mutuatus est: Καὶ ὄργένει δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τὰ εἰς τὸν Ἡσαν συνετάττετο, ὃν εἰς μὲν τὸ τρίτον μέρος τοῦ Ἡσαν μέχρι τῆς ὁράσεως τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἑρήμῳ, τριάκοντα εἰς ἡμᾶς προῆλθον τόποι. (65) « Hac tempestate Origenes Commentarios suos in *Isaiam* compositus, e quibus in tertiam quidem partem Isaiae, usque ad visionem quadrupedum in deserto, triginta ad nos tomis pervenerunt. » Et continuo de Commentariis ejusdem in *Ezechielem* agens, viginti quinque sua ætate exstitisse ait, neque plures Origenem in hunc prophetam scriptisse: quasi subinnuens aliquos e Commentariis in *Isaiam* intercidisse. In antiquo codice Marchali, unde Isaiae contextum depropmsit Curterius, et cum Procopii Commentariis edidit, tomorum illorum Origenis numeri ad limbum ascripti sunt, et in trigesimo desinunt, qui notatus est ad oram capitinis *xxxix*, vers. 1, atque hinc proinde pertinuit ad cap. *xxx*, vers. 6; unde initium ducit visio quadrupedum.

Jeremiæ prophetiam per homilias Adamantius explicavit. Quatuordecim ex homiliis confuso ordine Hieronymus in Latinum sermonem transtulit. Novemdecim habuit Scorialensis codex, quo usus est Corderius, sub nomine Cyrilli; quarum duodecim inter Hieronymianas jam ante habebantur. Fragmentum ex homilia trigesima nona decimum offert *Philocalia* caput (66). Cassiodorus in libro *De institut. divin. Scripturar.*, cap. 3, asserit Origenem 45 homiliis Jeremiæ exposuisse, ex iisque quatuordecim sibi suisse inventas, eas nimirum quas Hieronymus Latinitate donaverat. Denique Rabanus Maurus *Præf. in Jerem.* quinque illas supra quadraginta Origenis homilias in *Jeremiam* vidisse se asseverat. At in *Threnos* Jeremiæ novem Origenes dictaverat tomos, ex quibus quinque duntaxat ad suam ætatem perseverasse Eusebius memorie prodidit libr. vi, cap. 24.

Ezechielem viginti quinque tomis ab Origeni suisse illustratum docetidem Eusebius libr. vi *Hist.*, cap. 32. Docet et vetus Marchali liber omnes prophetas complexus: nam ad Ezechielis oram Origenianorum tomorum numeri suis sunt notati locis, nec plures sunt quam quinque et viginti. Ex homiliis vero in prophetæ hujus enodationem pronuntialis, quatuordecim ab Hieronymo Romanis conversæ verbis in Latinam editionem conjectæ sunt. Ex hoc Origenis loco tract. 29, num. 40, p. 860, in *Matth.*: « Quæ autem sequuntur in textu Danielis, sicut potuimus, exposuimus, » in Danieli aliquid ab ipso compositum suisse discimus, et e *Proœmio* quoque Hieronymi ad undecimum Commentariorum

<sup>45</sup> *Cantic. i, 3.* <sup>46</sup> *Isai. xxix, 1.*

(65) Valesius legit, περὶ ἡλίου τοποῦ.

(66) Vide editionis nostræ tom. III, p. 285.

*in Isaiam*, in quo ait sese Origenem cum aliis fuisse assertatum in expositione septuaginta hebdomadrum : nisi quis haec in aliis fortasse libris obierit ab Origene tractata fuisse dicat. Multo igitur minus haec addocent homiliasne an *Commentaria in Danielēm* ediderit. Cæterum cum novemdecim Origenis homilias *in Jeremiam*, falso Cyrillo ascriptas e Scorialensi codice depropserit Balthasar Corderius, et in editionis sua præfatione notaverit ejusdem auctoris *Commentarios in Ezechielem et Danielēm* contineri in hoc ipso codice, caveat lector ne eos quoque Cyrillo perperam tribui, itidem ut homilias *in Jeremiam*, et ad Origenem pertinere temere existimet : tam enim Cyrilli, quam Origenis esse possunt : re ipsa quippe in omnes prophetas scripsisse fertur Cyrus, et ejus etiam *in Danielēm* homilias in Vaticana bibliotheca servari tradit Sixtus Senensis lib. iv *Bibl. in Cyriolo*. Rei veritatem vel sciunt, vel scire possunt Scorialenses illi Hieronymiani, qui his thesauris incubant.

VI. In duodecim prophetas viginti quinque ἔξηγήσεων Origenis volumina manu Pamphili exarata reperisse se narrat Hieronymus lib. *De script. eccl.*, cap. 86, plures tamen scripsisse Adamantium significat Eusebius libr. vi, cap. 36 *Histor.* : Τούς τε εἰς τοὺς διάδεκτα Προφήτας τόμους συντάττει, ἀφ' ὧν μόνους εὑρομένων πέντε καὶ εἴκοσι. « Et tomos in duodecim prophetas conscribit, ex quibus quinque et viginti duntaxat reperimus : In Oseam nonnulla scripsisse fertur, atque item in Zachariam, necnon et in Malachiam : atque hos *Commentarios* e viginti quinque ἔξηγήσεων illarum numero fuisse arbitror. In Oseam quid commentatus sit his verbis tradit Hieronymus Proœm. *Comment. in Oscam* : « Origenes parvum de hoc propheta scripsit libellum, cui hunc titulum imposuit : Περὶ τοῦ πάντας ὄντας στόθη ἐν τῷ Θρηνῷ Ἐφραίμ. » hoc est : Quare appellatur *in Oscam Ephraim* : volens ostendere quæcumque contra eum dicuntur, ad haereticorum referenda personam. Et aliud volumen ἀχέψαλον καὶ ἀτέλεστον, quod et capite caret et fine. » Addit præterea : « Qui (Didymus) tres libros me potente dictavit, quinque quoque alias in Zachariam. Nam et in ipsum duo tantum Origenes scripsit volumina, vix tertiam partem a principio libri usque ad visionem quadrigarum edisserens. » Idem in Prologo ad primum *Commentariorum in Zachariam* : « Scripsit in hunc prophetam Origenes duo volumina usque ad

A tertiam partem libri a principio. » Hæc Hieronymus de *Commentariis Origenis in Zachariam*; istud vero de ejus voluminibus *in Malachiam* <sup>47</sup> : « Scripsit in hunc librum Origenes tria volumina, sed historiam omnino non tetigit, et more suo totus in allegorï interpretatione versatus est. »

VII. De Origenis exegeticis *in Matthæum* id habet quoque Hieronymus <sup>48</sup> : « Legisse me fateor ante annos plurimos in Matthæum Origenis viginti quinque volumina, et totidem ejus homilias, commati-cumque interpretationis genus : » hoc est, *commentarios*, *homilias* et *scholia*. Totidem ejus *commentarios* numerat Eusebius libr. vi *Histor.*, cap. 36. Quapropter mendosa esse liquet haec verba e Prologo Hieronymi, qui præfixus est Latinæ interpretationi homiliarum Origenis *in Lucam* : « Siquidem illud quod olim Romæ sancta Blæsilla flagitaverat, ut 36 tomos illius in Matthæum, et quinque alios in Lucam, et 39 in Joannem nostræ linguae traderem. » Legendum enim : « 25 tomos illius in Matthæum. » Corruptam lectionem Erasmus in *Censur. lib. Orig.*; Sixtus Senensis *Bibl. libr. iv*, et Josias Simlerus ac Conradus Friesius *in Epit. bibl. Gesner.* secuti sunt. Mendosa quoque illa in Rutili *Invectiva 2* in Hieronym. in quibus viginti sex Origenis in Matthæum libros ab Hieronymo commemoratos fuisse refert; quem etiam errorem secutus est Vincentius Bellovacensis *Specul. doctrinal.* libr. xviii, cap. 43. Bonam illorum partem C Græce repræsentavimus, meliorem tempus consumpsit. Misere vero deformata sunt, quæ Latinis editionibus continentur. Inter homilias quæ in *diversos* inscribi solent, septem circa Matthæi interpretationem versantur, sed quoniā incerti sunt auctoris, et sive loco excutientur.

Quinque tomos Origenis *in Lucam* Hieronymus commemorat <sup>49</sup>. Novem vero et triginta ejusdem homilias in hunc evangelistam Latina oratione expressit, quibus pepercit annorum inclemens, tomis consumptis. Plures vero ab Origene fuisse conscriptas cur suspicere, faciunt postremæ sex, quæ cum continuatum in superioribus ordinem non teneant, e majori numero videntur detracte. Facit et ipse Origenes tomo xiii *in Matth.*, num. 29, pag. 610, et tomo xxxii *in Joan.*, num. 2, ubi quedam a se in homiliis in Lucam scripta narrat, quorum nulla in superslitibus homiliis apparent vestigia. (67) *Comment. in Joan.* tomos triginta

<sup>47</sup> Hieron. Proœm. *Comment. in Malach.* <sup>48</sup> Hieron. Proœm. *Comment. in Matth.* <sup>49</sup> Hieron. Prolog.

(67) *Commentariorum in Joannem tomos triginta duos Adamantius edidit*. Huetius Rufinus hic sequitur posthabita lectione Hieronymi qui triginta et novem tomos *in Joannem* enumerat : sed Rufini lectioni fidis minime videtur esse adhibenda : nam eum tomos xxxii, qui hodieque Græce superest, designat ad caput Joannis xiii, vers. 33, vel integrum opus neutquam absolvit Origenes, vel si ad finem usque perduxit, non pauciores quam 39 tomos elaborasse verisimile est. Deinde plures quam 32

tomos confectos fuisse inde eruitur, quod Origenes ipse tractatu 55, *in Matth.* num., 435, p. 922, in hæc Matthæi verba : *Id ipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei* : ait se in *Commentariis suis in Joannem* exposuisse de duobus latronibus qui crucifixi sunt eum Christo, et ibi agitasse an alii sint duo hi latrones quorum unus blasphemabat Christum juxta Lucam, et alii fuerint duo illi latrones qui ambo blasphemaverunt, juxta Matthæum et Marcum : « Et apud

duos Adamantius edidit. Ita Rufinus *Invect.* II in Hieron: « Interim Origenis libros, ut supra diximus, in omnem admirationem extollit, et dicit, quod si eos interpretetur Romana lingua, cognoscet quantum boni et ante nescierit, et scire nunc cooperit, id est in *Matthæum*, inquit, viginti sex libros (lege, viginti quinque), et in *Lucam* quinque, et in *Joannem* triginta duos. » Inde est quod in codice Commentar. in *Joannem* quo usus est Ambrosius Ferrarius novem interruptæ seriei tomi in 32 tomos fuerant distributi. Emendetur ergo locus ille Prologi Hieronymi ad homilias Origenis in *Lucam* a se conversas: « Siquidem illud quod olim Romæ sancta Blæsilla flagitaverat, ut 36 tomos (lege, 25 tomos) illius in *Matthæum*, et quinque alios in *Lucam*, et 39 in *Joannem* nostræ linguae traderem (lege 32 in *Joannem*), non ut legisse videtur vir eruditus, triginta quatuor. Sribit Eusebius libr. vi *Histor.*, cap. 24, ex universa hæc commentariorum mole duos et viginti duntaxat libros suo ævo exstisset. His vero temporibus vix supersunt novem. Duæ præterea in *Joannem* reperiuntur homiliae inter eas quæ in diversos inscribuntur; sed quoniam de ipsarum auctore non constat, de ipsis alias quæstionem habebimus. De Expositionibus in *Acta apostolorum* unum illud quod scribam habeo, aliquot homilias in illa fuisse ab Origenè lucubratis: (68) caput siquidem *Philocalia* septimum claudit exiguum fragmentum e quarta homilia in hunc librum.

VIII. Ad enodandas Pauli epistolas ingentem operam et laborem Origenes contulit: præcipue vero circa Pauli Epistolam ad Romanos summam adhucuit diligentiam; nam quæ in Latina editione a Rufino conversa exstant, vix medianam Commentariorum exæquant partem, quos in eam epistolam ediderat. Rufinus in præfatione ad Heraclium interpretationi sue præfixa, « Suades, inquit, ut nostra voce quindecim ejus (Origenis) volumina, quibus Epistolam Pauli ad Romanos disservit explicemus. » Ita legerunt et ediderunt Merlinus (69), Erasmus et Genebrardus: inde Sixtus Senensis scripsisse Origenem dixit in Epistolam ad Romanos Commentariorum libros quindecim. At eos viginti numero fuisse asserit Cassiodorus libr. *De institut. divin. Scripturar.*, ita loquens: « Sancti Pauli prima

A omnium et admirabilior destinata cognoscitur ad Romanos, quam Origenes viginti libris Græco sermone declaravit: quos tamen supradictus Rufinus in decem libros redigens, adhuc copiose transluit in Latinum. » Confirmatur illud ex his Rufini verbis in Præfatione mox laudata: « Addis autem ne quid laboribus meis desit, ut omne hoc quindecim voluminum corpus, quod Græcus sermo ad quadraginta fere, aut eo amplius millia versuum produxit, abbreviem et ad media, si fieri potest, spatia coarctem. » Igitur Rufini interpretatio media circiter pars est Origeniani operis; atqui hæc interpretatio decem complectitur libros; viginti ergo opus Origenianum complectebatur. Igitur pro quindecim legendum apud Rufinum viginti. Addit deinde B Rufinus interpolata fuisse commentaria Origenis, et in omnibus fere bibliothecis defuisse aliquanta ex ipso corpore volumina. Epistolam ad Corinthios priorem latissime interpretatum esse ipsum ait Hieronymus epist. 52, ad Pammach. Id confirmatur ex ipsis Origenis homilia 47 in *Luc.*, in qua se disseruisse ait in hujus Epistola caput 1, vers. 2. Epistolam quoque ad Galatas commentariis, homiliis, et scholiis explicavit. Testis Hieronymus in Proemio Commentar. in Epist. ad *Galatas*: « Scripsit ille vir (Origenes) in Epistolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, et decimum Stromatum suorum librum commatico super explanatione ejus sermone complevit; tractatus quoque varios, et excerpta, quæ vel sola possint sufficere, compausit. » Hæc verba repetit subinde epist. 89, ad Augustinum; tum subjungit paulo post: « Hanc autem explanationem, quam primus Origenes in decimo Stromateon libro, ubi Epistolam Pauli ad Galatas interpretatur, et cæteri deinceps interpretes sunt secuti, » etc. Docet nos etiam Hieronymus tribus voluminibus Epistolam ad Ephesios eundem illustrasse, ipsumque se fuisse secutum; quod iterat libr. 1 *Apolog. advers. Rufin.*, cap. 4 et 5, Fragmentum e libro tertio in Epistolam ad Colossenses adducit Pamphilus in *Apologia*. In priorem ad Thessalonicenses Epistolam ἐξηγητεῖ edidisse Origenem discimus ab Hieronymo, cujus hæc verba sunt epist. 152, ad Minervium et Alexandrum: « Origenes in tertio volumine ἐξηγηματικῶν Epistolæ Pauli ad Thessalonicenses primæ, post multa quæ vario

*Joannem*, inquit, sicut potuimus, exposuimus de duobus latronibus, qui fuerunt crucifixi cum Christo, qu: secundum *Matthæum* quidem et Marcum improveraverunt ei ambo in cruce, secundum *Lucam* autem dicente quoniam unus de pendentibus latronibus blasphemabat.... Conveniens ergo est ut in primis quidem ambo latrones intelligantur Dominum blasphemasse.. Aut ne forte, sicut et illi diximus (Commentariis scilicet in *Joannem*), alii sunt hi duo latrones ex quibus unus blasphemabat eum, et alii fuerunt illi duo latrones qui ambo blasphemaverunt: (sic enim legendum est juxta mss.) Hæc autem nullibi reperiuntur in novem tomis qui etiamnum exstant in *Joannem*, aliquæ ex verbis modo citatis et loco ubi ea citata sunt, videtur Ori-

genes non per transennam, sed ex professo et suo loco tractasse de duobus latronibus. Porro cum tricesimus secundus tomus desinal ad caput 13, vers. 33 Evangelii Joannis, ut jam diximus, agatur vero de latronibus in capite xix, vers. 18 ejusdem Evangelii, plures quam 32 tomos in *Joannem* elaborasse videtur Origenes, ac proinde genuina videtur Hieronymi lectio qua 39 tomos in *Joannem* commemorat.

(68) Vide editionis nostræ tom. IV, pag. 457.

(69) Ita legerunt et ediderunt Merlinus, etc. Attamen manuscripti duo codices ad quorum fidem Rufini contextum revocavimus, pro quindecim, legunt aliud decem, aliud duodecim.

prudentique sermone disseruit, haec intulit : de A quibus nulli dubium est Acacium pleraque libasse. Atque haec ἔγγραξα libr. II contra Cels. laudantur num. 65, p. 457. Decerpis e libro Origenis in *Epistolam ad Titum* laciniis locupletavit *Apologia* suam Pamphilus, easque ita commendavit : « Quæ quidam non in publico dicta sunt ab eo, id est in communi Ecclesiæ auditorio, ne forte putetur propter audientes favorabilem aptasse sermonem : sed ex illis haec libris protulimus, quos in secreto apud semetipsum nullo arbitrio intercedente dictabat. » (70) Denique in *Epistolam ad Hebreos* commentaria et homilias emisit. Commentariorum fragmentis in *Apologia* usus est Pamphilus. Quæ si quis ex homiliis profecta esse velit; sciat ille, nulla ex homiliis testimonia Pamphilum hoc opere protulisse : id ipse asseverat : « Luciferi igitur indicis scriptorum suorum ostendere quid de singulis senserit, ex his præcipue libris testimonia congregabimus, quos accusatores ejus quam maxime criminantur, id est quos per spalium et quietem in secreto conscripsit; hos enim asserunt maxime a predicatione ecclesiastica discrepare. » Quamvis autem homilias aliquot per otium, ut dixi, lucubraverit, in secreto lumen conscriptæ dici non possunt, quæ ad id conscribebantur, ut populo universo audiente recitarentur. Homilias autem Origenis in illam ad *Hebreos* *Epistolam* allegat Eusebius libr. VI *Hist.*, cap. 25.

Utrum Apocalypses mysteria scriptione aliqua Adamantius aperuerit, incertum est; constat illud modo, mente id destinasse ipsum, cum *Mathæum* interpretaretur, in senecta nempe etate; tractatu quippe. 30 in *Math.*, num. 49, pag. 867, futurum pollicetur, ut ad libri hujus enodationem animum aliquando appellat. Quod si spem fecellit eventus, consilium morte peremptum crediderim. Tradit certe Epiphanius hær. LXIV, cap. 5, ut supra dictum est, propositum fuisse Origeni Scripturam universam enarrare.

### SECTIO III.

#### DE ORIGENIS EXEGETICIS QUÆ SUPERSUNT, DEQUE VETUSTIS IPSORUM INTERPRETATIONIBUS.

##### I. De exegeticis in *Genesim*, II. *Exodus*, III. *Levi-*

(70) Denique in *Epistolam ad Hebreos*, etc. Fragmentum Origenis in *Epistolam ad Philemonem*, quod hucusque ex libro quarto Περὶ ἀρχῶν decerpsum perperam creditum est, exhibet etiam *Apologia* Pamphili ex manuscriptorum codicum auctoritate restituta.

(71) Ex his fragmenta duo libris suis *De preparatione evangelica* Eusebius inseruit. Eusebius *Hist. eccles.* lib. III, cap. 4, aliud fragmentum exhibet quod in nostra editione omittendum esse non duxiimus. Praeterea Theodoretus in *Genesim* quæst. 20 ex Origeni citat expositionem versus 26, cap. 1 *Genesios*: *Faciam hominem ad imaginem et similitudinem nostram*; et Eustathius in dissertatione *De engastrimytho* adversus Origenem locum ejus de paradiso exhibet quem valde vituperat. Verum an duo haec fragmenta tomorum pars fuerint, neuter significavit. Alia insuper in mss. Græcorum Patrum in *Genesim* Catenis Origenis nomine circumferuntur, quæ editioni quoque inserenda esse

ticum, IV. et *Numeros*; V. in *Josue*, *Judices*, *Reges*, VI. *Psalmos*, et *Proverbia*; VII. *Canticum canticorum*, VIII. *Isaiam*, IX. *Jeremiam*, X. *Ezechielem*, XI. et *Oseam*; XII. in *Mathæum*, XIII. *Lucam*, XIV. *Ioannem* et *Acta apostolorum*; XV. et in *Epistolas ad Romanos*, *Colossenses*, *Titum* et *Hebreos*.

I. Ex immenso Origenianorum ἔγγραξῶν numero, ne brevis haec quidem, quam recessuimus, series ab injuria temporum fuit immunis; maxima siquidem scriptorum illarum pars intercidit, adeo ut per paucae admodum vetustatis subterfugerint invidiā, et velut laceras e naufragio tabulae ad nos transmissæ sint. Laceras dixi, nam vel truncatae, et magna sui parte mutilatae, et male multatae sunt, vel perversis interpretationibus deformatæ. Attamen ut in auriculum officinis pretiosa ipsa scobs est, et studiose colliguntur ramenta; ita nos aureas magni Origenis reliquias, quoad ejus fieri poterit, e tenebris ac pulvere vindicemus. Initium erit a *Genesi*. Hanc diximus superiori sectione tredecim Commentariorum libris suis ab Origene expositam. (71) Ex his fragmenta duo libris suis *De preparatione evangelica* Eusebius inseruit: prius extat libr. VII, cap. 20, et capituli prioris *Geneseos* versum duodecimum explicat; Commentariorum autem partem esse ex stylo arguitur: posterius illustrat capituli ejusdem versum decimum quartum, jacet autem in libro sexto Eusebii cap. 14. (72) Habetur etiam in *Philocaliæ* capite 22 fragmenti hujus pars aliqua, unde discimus e tertio tomo *Commentariorum* Origenis depromptum illud esse. Aliud præterea reperitur *Philocalia* cap. 14, ubi ex eodem tomo petitum id esse significatur. Ex horumque librorum præfatione exiguum fragmentum, et aliud quoque e libro primo recitat Pamphilus in *Apologeticæ*. Scripserat Origenes homiliarum mysticarum in *Genesim* libros duos: illarum partem esse septemdecim eas quæ supersunt arbitratus est Sixtus Senensis. (73) Huic ego neutiquam assentiri possum: homiliae enim quas habemus, ex tempore videntur fuisse pronuntiatæ, et ab actuariis in litteras relatæ; mysticæ vero meditate per otium elaboratæ, et ab Origene ipso editæ sunt. Editio

Duximus. Sed præterquam quod levis est nonnumquam Catena fides, incertum præterea est unde Origenianæ ejusmodi symbolæ in *Genesim* petite sint, an e tomis, an e scholiis, an ex homiliis, an denique ex aliis ejus in diversos Scripturæ sacre libros Commentariis. Certe ex tot fragmentis quæ Catena exhibent, vix duo aut tria comperimus ad homilias in *Genesim* pertinere.

(72) Habetur etiam in *Philocaliæ* cap. 22 fragmenti hujus pars aliqua. Fallitur Huetius cum ait hujus fragmenti partem tantum aliquam haberi in *Philocaliæ* cap. 22, cum longe prolixius sit istud fragmentum in *Philocalia*, quam apud Eusebium ubi desiderantur quæ in nostra editione num. 12, 13 et 14 reperiuntur.

(73) Huic ego neutiquam assentiri possum: Homiliae enim quas habemus, etc. Non equidem inficias ierim alias per otium meditate elaborasse Origenem, alias ex tempore recitasse. Sed unde habuerit Huetius mysticas fuisse meditate per otium elabo-

Merlini Hieronymo tribuebat earum interpretationem quæ supersunt; hanc Rusino deberi agnoverunt Erasmus et Genebrardus. Id probatur ex ipsius Prologo ad Ursacium: « Nam et promisisse memini, ut si quæ sint Adamantii sensi in legem Moysi dicta colligerem, atque ea Latino sermone nostris legenda transferrem; » et deinde: « Igitur ut possum quæ injunxisti explicare contendeo. Jam enim ex omnibus quæ in lege scripta reperi, solæ, ut puto, in Deuteronomio desunt oratiuncule. » Atqui Latine redditas habemus homilias in quatuor priores libros Pentateuchi; quis ergo Rusinum interpretem ausit insicari? Probat ipsum hoc peroratio subjecta interpretationi Commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos, quam Rusino ascribendam esse suo loco docebimus: is in ea se Origenis homilias in Genesim, Exodum et Leviticum Latine convertisse scribit. Nulla itaque adhibenda est fides antiquo codici bibliothecæ Regiae, in quo illa ipsa de qua agimus homiliarum Origenis in Genesim Interpretatio Hieronymo ascribitur. Observet interim lector, postremam homiliam bona sui parte esse mutilatam; nam omnes patriarcharum benedictiones pro instituto non perseguitur, et solemnini caret clausula, quam homiliis suis omnibus Origenes imponere consuevit.

II. Commentariorum in Exodum laciniæ aliquot vicesimo sexto Philocalia capiti Basilius et Gregorius intixerunt. Homiliæ vero tredecim in Latina editione continentur. Nomen interpretis ascriptum non est, sed ex Prologo Russi ad Ursacium, et ejusdem peroratione ad interpretationem Commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos, quæ mox laudavimus, manifestum est non aliud interpretiæ quam Russinum quæri debere: id quod vel ex ipsa styli similitudine statim deprehendas. Falilitur ergo Sextus Senensis Hieronymo interpretationem hanc tribuens.

III. Ad interpretationem homiliarum Origenis sexdecim in Leviticum Russino itidem adjudicandam, et argendum Sextum qui eam Hieronymo ascribit, valere debent eadem argumenta. Qualiter autem in Interpretandis homiliis illis, et quæ in Genesim, et quæ in Exodum habitæ sunt se gesserit Russinus, ipse declarat in peroratione mox citata: « Fatorum namque, Heraclii frater amantissime, quod dum tuis desideriis satisfacere cupio, oblitus sum pene mandati quo præcipitur: *Onus supra vires tuas ne levaveris*<sup>10</sup>; quamvis nobis nec in cæteris quæ te inconsidente, imo potius pensum diurni operis exigente, in Latinum vertimus, defuerit plurimus labor, dum

A supplere cupimus ea quæ ab Origene in auditorio Ecclesiae ex tempore, non tam explanatio-  
nis, quam ædificationis intentione perorata sunt: sicut in homiliis, sive in *Oratiunculis in Genesim* et in *Exodum* fecimus, et præcipue in his quæ in li-  
brum Levitici ab illo quidem perorandi stylo dictata, a nobis vero explanandi specie translatæ sunt. Quem laborem adimplendi quæ deerant idcirco suscepimus, ne pulsatæ quæstiones et relictæ, quod in homiliatico dicendi genere ab illo sæpe fieri solet, Latino lectori fastidium generarent. Egregium scilicet interpretem, de suo quidquid libitum est largientem. (74) Hoc illi debemus tamen, quod legitimo suo auctori restitutæ sunt; quæ inter Cy-  
rilli Opera falso venditabantur. Itaque Bellarminus,  
B qui lib. iv *De Verbo Dei*, cap. 11, essentia Origenis definire non ausus fuerat, easdem in libro *De script. eccles.* absque hæsitatione huic attribuit. Unde ex-  
plodus heterodoxus quidam, qui eas posuit nu-  
per inter opera Origenis suppositiæ. Cræterum pri-  
mum *Philocalia* caput fragmentum exhibet ex Ho-  
milia secunda in *Leviticum*, quæ quidem ab Homilia  
secunda Russiniana collectionis plane diversa est.  
Decurtagam ea particula et mutilatam a Russino ho-  
miliam hanc opinati sunt quidam; sed multo veri-  
similius est plures suis homiliarum istarum col-  
lectiones, et in una quidem secundum tenuisse lo-  
cum homiliam illam, unde prodit *Philocalia* fra-  
gmentum, quæ a Russiniana collectione absuerit. Ho-  
milias quidem in *Numeros*, quæ supersunt, a se  
collectas et digestas Russinus ipse prædicat, ut mox  
dicemus. Homiliæ in *Jeremiam* ab Hieronymo La-  
tine redditæ, alio ordine in editione Latina, quam  
in codicibus Græcis collocatae sunt: quod et alibi  
factum observabimus. Idem itaque homiliæ in *Levi-  
ticum* contigisse, et pro interpretum studiosorum uive  
libitu variis modis suis selectas et ordinatas exi-  
stimate proclive est.

C IV. Ex Prologo quem præfixit Russinus Interpre-  
tationi suæ, octo et viginti homiliarum Origenis in  
*Numeros*, quæ ad hanc diem supersunt, et ex ipso  
etiam stylo intelligitur vehementer eos falli, qui-  
cunque alium interpretiæ assignant quam Russinum.  
« Quæcumque, inquit, in Numerorum libro, sive  
homiliatico stylo, sive etiam ex his quæ Excerpta  
appellantur, scripta reperimus, hæc perurgente to-  
(Ursacium alloquitur) Romana nt potuimus voce ex  
diversis in unum ordinem collecta digessimus. »  
D Ille nempe quas habemus homilias undecunque col-  
lectas pro arbitrio suo in ordinem disposuit, (75) si-  
mulque etiam scholia ipsa permiscuit; quod Russino

<sup>10</sup> Eccli. xiii, 2.

ratas, et ab Origene ipso, non ab actuariis editas, id sane dubito an eujusquam veteris scriptoris auctoritate probare potuisset. Certe major pars septemdecim homiliarum in Genesim mysticis sensibus enarrandis impendit. Quid ergo eas vetat mysticas dici et partem mysticarum homiliarum, quarum Hieronymus duos commemorat libros?

(74) Hoc illi debemus tamen, quod legitimo auctori

restituta sunt, quæ inter Cyrilli, etc. Vide Admoni-  
tionem nostram ad *Ἐγγῆτικά in Leviticū*, ubi  
pluribus aliis rationum momentis ostendimus ho-  
milias illas esse genuinum Origenis, non vero Cy-  
rilli futum.

(75) Similique etiam scholia ipsa permiscuit. Illud  
forte in causa est cur in ejusmodi homiliis quædam  
ex tempore pronuntiata, nonnulla vero ex oīō

interprete dignum erat. Inanis itaque est Andreæ Riveti observatio, auctorem homiliarum istarum Latinum esse ex eo arguentis, quod homil. 42, num. 2, differentia notetur inter *excudere* et *excidere*: quæ Rufini interpretis munificentia accepta referenda sunt. Oratiunculas vero in *Deuteronon-  
mum* quominus Latine exposuerit, quemadmodum animo destinaverat, mors impedimento fuit.

V. Homilias Origenis in *Josue* sex et viginti Latina nobis exhibet editio. Hieronymo interpretationem tribuit titulus Prologi: sed tam interpretatio, quam interpretationi præfixus Prologus prorsus Rufinum auctorem habent. Ac stylus quidem stylo superiorum homiliarum cum orationis contextu, tum dictionum delectu perquam similis est. Nec interpretem se dissimulat ipse Rufinus in Peroratione suæ interpretationis Commentariorum Origenis in *Epistolam ad Romanos*. Prologus quoque Rufinianas merces olet. Cur Hieronymo tributus sit, causæ id fuisse puto. Scripserat in Prologo Galeato Hieronymus: « In templo Dei offert unusquisque quod potest; alii aurum, argentum et lapides pretiosos: alii hyssum et purpuram, et coccum offerunt, et hyacinthum: nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles et caprarum pilos. » Hæc in Prologo suo expressit Rufinus, et dilatavit. Idem Chromatium alloquitur, quem Præfationibus suis in *Paralipomena* et in *Tobiam* Hieronymus compellat. Hos illi titulos largitur Rufinus: « O mi semper venerabilis pater Chromati; » istos Hieronymus in Prologo libri II Comment. in *Habacuc*: « Mi Chromati, papa venerabilis. » (76) Ex his natus error. Nec id casu tamen, sed dolosis Rufini artibus factum conjicio, qui cum se Origenis vulgo suspectum esse, propterea minus vendibiles merces suas intelligeret, sicut incautis lectoribus facere voluisse verisimile est; Hieronymi autem adversarii sui nomen præscripsit, quo eum quoque in Origenismi suspicionem vocaret, a quo tam sœpe doctrinæ hujus fuerat criminatus. (77) Simili vafritie adversus eum usus est in peroratione interpretationis Commentariorum Origenis in *Epistolam ad Romanos*, ut suo loco a nobis dicetur. Rufini autem non minus familiaris fuisse videtur Chromatius, quam Hieronymi, utpote episcopus Aquileiæ, quæ Rufini patria fuit. Gratianus causa 23, quest. 1, ex homilia 45 Origenis in *Josue* locum affert, quem Gregorio ascribit. Nempe locum hunc sibi usurpaverat Gregorius, quem aliunde arreptum esse

scripta et fusius pertractata videantur. Hinc etiam accedit, ut neutrius operis tempus certo jam assignari queat.

(76) *Ex his natus error.* Nec id casu tamen, sed dolosis Rufini artibus, etc. Levi admodum fundamento nititur Huettii conjectura. Quid enim? Ex eo quod Hieronymus Prolog. lib. II Commentar. in *Habacuc*, ad Chromatium scripserit: « Mi Chromati, papa venerabilis, » Rufinus eidem Chromatius, cuius non minus familiaris fuisse videtur; Huettio ipso judgeo, quam Hieronymus, absque vafritie dicere non potuit: « O mi semper venerabilis pater

A Gratianus advertere debuit. Homilia vicesima insigni parte constat duodecim *Philocalia* caput. Hanc si cum Rufini interpretatione contuleris, verene hæc in laudata toties peroratione Commentar. Origenis in *Epistolam ad Romanos*, dese prædicaverit Rufinus, deprehendes: « Nam illa quæ in Jesu Nave, et in *Judicum* librum, et in tricesimum sextum, et in tricesimum septimum, et tricesimum octavum psalmum scripsimus, simpliciter expressimus ut inventimus, et non multo cum labore transtulimus. » Rufinum quidem interpretationis hujus auctorem agnoscit Erasmus in *Censur. lib. Origen.*, at Præfationem conficiam a bibliopolis et suppositam existimat, idcirco quod solœcismis et sermonis ineptiis scateat, et quod homilias istas in *Josue* extemporalles esse significet, cum scribat tamen Athanasius diligentissimum Origenem fuisse. Futilia sane argumenta. Quasi non orationem suam stribiliginibus quoque inquinaverit Rufinus; quasi non homilias et ex tempore pronuntiaverit Origenes, et per otium lucubraverit, ut infra demonstrabimus. Hæc Erasmii censura quantumvis inepta, ineptiorem etiam istam a Magdeburgensibus expressit Cent. 3, cap. 10, « In librum Jesu Nave homilia 26 supersunt, quæ non esse Origenis Erasmus judicat, ex solœcismis dictionum, et locutionum improprietate, et sermonis ineptiis; item ex singulis allegorisi; tum quod Hieronymus in *Catalogo scriptorum* nullam hujus operis mentionem faciat. » Quod de Præfatione dixit Erasmus, de homiliis dictum arbitrii sunt Magdeburgenses. Id longe abest ab Erasmi sententia: nam hoc argumento supposititiam putat Præfationem, non quod homilias istas Origeni falso ipsa ascribat, sed quod ex tempore ab ipso recitatus fuisse doceat. Tum addit: « His adjiciam quod ut Hieronymus in *Catalogo scriptorum* nullam hujus operis facit mentionem, ita Rufinus in peroratione quam paulo ante citavimus, proficitur se hujus libri, et sequentis *Judicum* interpretarem. » Ait Erasmus opera sua recensem Hieronymum in *Catalogo scriptorum* nullam interpretationis hujus fecisse mentionem; Rufinum vero in peroratione subjecta Commentariis Origenis in *Epistolam ad Romanos* se ejus auctorem esse professum. Atque ait id quidem, ut Rufinum, non Hieronymum, interpretationis hujus auctorem esse probet; non ut falso homilias ipsas Adamantio ascribi demonstraret, quod putaverunt Magdeburgenses. Sic demum concludit: « Hæc pluribus inculcare visum est, ob mo-

C Chromati? » Ex eo quod Hieronymus in Prologo Galeato dixerit: « In templo Dei offert unusquisque quod potest, » etc., Rufinus in Prologo suo absque doliosis artibus eundem Scripture contextum diversis verbis ad usus suos accommodare et dilatare non potuit? Credat Judeus Apella. Deinde, si ex his natus error, unde factum est ut plures alii Rufini interpretationes, ubi tamen nihil ejusmodi reperiuntur, Hieronymo itidem in quibusdam codicibus fuerint attribute?

(77) *Simili vafritie adversus eum usus est,* etc. Vide quæ infra observavimus num. 15.

rosa quorumdam crassaque judicia, qui nimium tribuunt quibuslibet titulis ac præfatiunculis. » Quibus verbis satis ostendit se de præfationis, non de homiliarum auctore disputasse. Et tamen Magdeburgensium sententiam amplexum esse video Gulielmum Perkensium <sup>21</sup>, aliumque ætatis hujus heterodoxum, virum bene doctum, cuius nominis parco.

Ex eadem Rusini peroratione proxime commemorata homiliarum novem in *Judices* auctor esse Origenes, Rusinus interpres, et quidem, si quid ipsi credendum, satis accuratus deprehenditur. Nec aliunde profectam dicas homiliam unicam in *Reges Latine* editam, sive opus ipsum, sive interpretationem species. Illud in ea maxime animadverti velim, quod habetur num. 1, circa initium : « Nolite ergo in nobis illud requirere quod in papa Alexandro habeitis. Fatemur enim quod omnes nos superat in gratia lenitatis. » Alexandrum Jerosolymitanum præsolem significat, a quo ad presbyterii ordinem fuerat promotus. Quod cum ignoraret Andreas Rivetus, frustra ex iis occasionem sumpsit homiliae hujus Origeni abjudicandæ, « At quis ille, inquit, Alexander papa? Si primus episcopus Romanus ejus nominis, multo antiquior est : sin vero episcopus Alexandrinus, multo recentior ; successit enim Achillæ anno Christi 311 ; cum Origenes extremum diem obiisset circa annum 256. » Alteram homiliam *De engastrimytho*, quam e Vaticana bibliotheca erutam publicavit Allatius, et codicis fides, et stylas ipse, et Eustathii diagnosticus Origenis esse demonstrant.

VI. Agnoscimus etiam ex proxime allato Rusinianæ perorationis testimonio homilias novem in *psalmos xxxvi, xxxvii et xxxviii*, Origeni merito ascribi, Rusino vero interpretationem ; eamque simpliciter suis expressam. In gratiam Apronianii viri nobilis, et causæ sua saventis laborem hunc suscepimus a se declarat in Prologo his homiliis præfixo. Tangendus hic obiter Erasmus, qui in Censura super his homiliis, criticæ suæ nimium permittit, earumque auctorem, et interpretem, dubios facit : « Nec ipse, inquit, qui præfatur, profitetur se has homilias simpliciter vertisse, ut habebantur apud Græcos, nec illic exprimit nomen auctoris. » Verum quidem ; at meminisse debuerat Erasmus auctorum nomina operum initis præscribi solere, ae proinde præfantem Rusinum necesse non habuisse profiteri has homilias se ex Origene vertisse, cum id titulus clamaret. Futilius etiam est argumentum petitum ex peroratione, in qua nomen auctoris non expressit. Agebat de operibus Origenis a se interpretatis ; Origenem ipsum nominaverat ; homiliarum ipsius in *Genesim, Exodum et Leviticum* mentionem fecerat : addit deinde : « Nam illa quæ in Jesu Nave, et in *Judicum* librum, et in tricesimum sextum, et in tricesimum septimum, et tricesimum octavum psal-

A mum scripsimus, simpliciter expressimus ut invenimus. » Facile sane intelligitur hæc quoque opera, itidem ut proxime commemorata, Origenis esse, cuius nomen ad singula apponere superfluum fuisset et molestum. Quod si hæc Origeniani nominis prætermissio dubium auctorem facit, cur de auctore homiliarum in *Psalmos* dubitavit Erasmus, de auctore homiliarum in librum *Judicum* neutiquam dubitavit ? par enim erat utrobique ratio. Eodem modo de auctore interpretationis ratiocinamur : quænam enim hæc est ἀποκλήρωσις, reliquarum homiliarum in Peroratione memoratarum interpretationem tribuere Rusino ; hanc vero illi, earum itidem ut aliarum interpretem se protulit abjudicare ? Magni profecto et excellentis ingenii vir fuit Erasmus, sed præcipitis judicii. Hanc tamen ejus censuram sequuntur Magdeburgenses, sequitur et Robertus Co-cus Anglus, eamque hoc fulcit arguento ; « quod in diversis textibus explicandis, quomodo Latine, quomodo Græce se habent enarrat. Exempli gratia in psalmum xxxvi, hic (inquit, verba faciens de textu quodam in *Deuteronomio*) ubi Latine dicitur : *In zelum adduxerunt me, et ego in zelum adducam* <sup>22</sup>, in Græco idem ipse sermo est, qui et in psalmi initio est dictus : *Æmulati sunt me, et ego æmulabor eos.* » Parum enimvero perspecta fuit huic censori Rusini licentia, cui solemnè est ejusmodi additamenta ad auctoris contextum adjicere. Hoc amplius, Erasmus ex Origenianis in *Psalterium Commentariis* depromptum hunc homiliarum librum, liberius conversum, et in homilias dissestum, immani prorsus audacia conjectat. Nam ejusmodi feratur conjectorum licentia, jam vero quid erit certum, quid constans in litteris ? antiqui rerum confundentur fines, et omnia sus deque vertentur. Merito itaque hanc Erasmi censuram confusat Genebrardus in *Collectaneis*, multisque ac solidis rationibus has homilias auctori suo Origeni asserit. Atque ex eo quoque refellitur Gulielmus Perkins <sup>23</sup> Anglus, qui homilias duas in psalmum xxxviii, ex genuinorum Origenis operum serie expungit.

Antonius Verderius supplemento *Epitomes Bibliothœca Gesnerianæ*, Bibliothecam, sive Antiquitates Constantinopolitanas subjunxit, in quibus inter libros illustriss. principis domini Jacobi Marmoreæ hunc recenset, cui titulus est : « Origenis explicatio in *Psalterium David*. » Tum subjicitur : « Et rursus in explicationem Origenis habet solutionem explicationis Joannes Mabropoda metropolitanus sanctissimæ metropoliticae Ecclesie Euchaitarum : atque ipse Origenes, uti habet suam explicationem, filius est S. Hippolyti philosophi et martyris. » Hæc ipsa ad calcem *Apparatus* sui adjectit Possevius, cum variarum bibliothecarum catalogos pertexeret. Quæcum satis obscura sint, ego sic intelligo, Origenem in hac expositione *Psalterii* imitatum esse Hippolytum, quem *Commentarios* in

<sup>21</sup> Perkins. in *Problem. de ementito Rom. fidei Catholicismo.* <sup>22</sup> Deut. xxxii, 2f. <sup>23</sup> Perkins. *ibid.*

Psalterium scripsisse tradit Hieronymus *De script. Eccles.*, cap. 36. Eundem autem Hieronymum alibi probavimus falso ibidem docuisse Origenem in Hippolyti *aemulationem ad interpretandas Scripturas* sese accinxisse. Igitur vel *Catalogi concinnator*, vel qui codicem ipsu[m] descripserat, Origenem putavit in explicando Psalterio Hippolyti imitatorem et filium fuisse. Sribunt præterea Josias Simlerus et Conradus Frisius in *Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ*, in Origene, aliisque, Origenianam Psalterii expositionem in Cæsarea Viennensi bibliotheca asseverari.

Porro e tomis in psalmum primum habemus partes alias apud Epiphanium hær. 64, cap. 6, et *Philocaliæ* cap. 2 et 3, et apud Eusebium lib. vi *Histor.*, cap. 25, et iterum apud Epiphanium in eadem hær. cap. 10 et apud Pamphilum in *Apologeticæ*, ubi sextam adversus Origenem criminationem resellit. Rursum insigne segmentum e tomo in *Psalmum quartum* exhibet *Philocalia* capite 25, et aliud e Commentariis in *Psalmum sextum Apologeticæ* Pamphili, septimam confutans adversus Origenem criminationem; et aliud iterum idem *Apologeticus*, sextam criminationem tractans, e Commentariis in *Psalmum decimum quintum*; et aliud denuo ibidem, e Commentariis in *Psalmum decimum octavum*; et rursum aliud *Philocalia* capite primo, e Commentariis in *Psalmum quinquagesimum*. At Eusebius libr. vi *Histor.*, cap. 38, profert particulam ex Homilia ad *psalmum LXXXII*. Hæ omnino reliquiae e tot homiliis et tomis temporum injuriæ subduciae sunt. Commentariorum in *Proverbia* fragmenta duo in *Apologeticæ* suo Pamphilus ab interitu vindicavit. Aliud quoque in catena Mazarianiana in *Lucam extat*, sed catenarum fragmenta recensere nobis hic propositum non est.

VII. E parvo tomo in *Canticum*, quem juvenis scripserat Origenes, particulam quamdam habemus *Philocaliæ* capite septimo. E secundo vero tomo Commentariorum quos decem voluminibus grandior natu digessit, aliud segmentum reperimus vicesimo sexto capite *Philocaliæ*, quæ in eo finem facit. Eorumdem vero voluminum decem Prologum, cum sequentium tomorum initio Latina Origenis repræsentat editio, a Rufino interpretatum, sed deformatum, et pro homiliis perperam venditatum. Cur ita sentiam causas afferam adversus nonnullos, qui de operis hujus auctore falsa senserunt. Ejus quidem scriptor esse Origenes ex stylo deprehenditur, et ex allegoricis et tropologicis expositionibus, in quæ ab historicis excurrevit. Id probant præterea sententiae earum consimiles et germanæ, quæ in duabus homiliis ab Hieronymo conversis occurruunt: « Epithalamium, inquit in Prologi initio, bellus hic, id est nuptiale carmen, dramatis in modum mihi videtur a Salomone conscriptus, quem cecinit instar nubentis sponsa: et erga sponsum

A suum. » In homilia vero priore ab Hieronymo Latinæ redditæ: « Hæ quippe in hoc libro, inquit num. 4, fabula pariter et epithalamio, sunt personæ ex quo et gentiles sibi epithalamium vindicarni, et istius generis carnent assumptum est. Epithalamium siquidem *Canticum canticorum*. » Primum Cantici versum exponens in φενδωνύμῳ homilia quæ Prologum excipit p. 38, scribit τὸ ἡγεμονικόν variis nominibus in Scriptura sancta signari, vel vocabulo cordis, vel pectoris ac sinus, si de discumbentibus in convivio agatur; velut cum super pectus Jesu recubuisse dicitur Joannes, Christi ἡγεμονίκόν esse intelligendum: in Levitico idem exprimi per pectusculum et armum, qui sacerdotibus separatur; in *Cantico* vero per ubera. Tum ita B concludit: « Cor tuum, o Sponte meus, id est dogmata quæ intra te sunt, vel doctrinæ gratia, superat omne vinum, quod cor hominis lœtificare solet. Sicut enim in his de quibus dicit: Quia Domini videbunt<sup>44</sup>, cor competenter dictum esse videtur, et inter discumbentes sinus ac pectus ponitur pro habitu sine dubio discumbentium, formaque convivii: et rursus ut apud sacerdotes pectusculum et brachium mysticis designatur eloquiis; ita etiam arbitror in praesenti loco, ubi amantium habitus et colloquia describuntur, gratissime hoc ipsum principale cordis in uberibus appellatum. » Ecce ubi res easdem in homilia priore ab Hieronymo conversa num. 3, super eundem Cantici versum: « Congrue sermo divinus unam eamdemque rem pro locorum qualitate diversis vocabulis nuncupat. Quando hostia offertur in lege, et vult intellectum ostendere, pectusculum separationis affatur. Quando vero recumbit aliquis cum Jesu, et sensuum ejus communione perficitur, non pectusculum ut supra, sed pectus alloquitur. Porro cum Spónsa loquitur ad Spónsum, quia nuptiale carmen inducitur, non pectusculum, ut in sacrificio; non pectus, ut in Joanne discípulo, sed ubera nominat, dicens: Quia bona ubera tua super vinum<sup>45</sup>. Communica ut Spónsa cum sensibus Spónsi, et scias quia inebriant atque lœtificant istiusmodi cogitatus. » Quis non utrumque locum id eadem incude formatum dicat? Merilius demum in aliquo quidem codice nomen Hieronymi operi huic ascriptum sese reperisse dicit, sed in omnibus tamen vetustis et probatis voluminibus Origenem auctorem signari fateatur. Dubitandum itaque non est, quin Origenem opus istud de quo agimus, auctorem habeat.

D Nunc vero probandum est perperam fuisse illud in homiliis distributum, et partem esse tomorum decem quos in *Canticum* scripsisse memoratur. Argumento primum stylus est, quem alium esse in tomis, alium in homiliis sciunt qui in Origenis lectio[n]e versati sunt. Stylus homileticus familiaris est, simplex, popularis, brevis; alter sublimis, diffusus, curiosus, eruditus. Talis autem scriptio

<sup>44</sup> Matth. v, 8. <sup>45</sup> Cantic. 1, 7.

in Canticum, de qua res est. Quorsum præterea Prolegus ille? Prologos tomis nunquam non præfigit Origenes; nunquam homiliis. Postremo solemni hac clausula Origenis homiliae fere terminari solent, ut vix unam alteramve ab hoc more discrepante reperias, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, φέστε τὴν δόξαν, καὶ τὸ χράτος εἰς αἰώνας τῶν αἰώνων· cuiusmodi nihil in ψευδωνύμοις illis Origenis homiliis occurrit. Minime ergo homiliae sunt, sed tomī. Optime Vincentius Bellovacensis *Speculi doctrinalis* lib. xviii, cap. 45, Origenianarum scriptiorum numerum cōtexens, emisso Adamantium ait in *Canticum* homilias duas; in principium vero libri ejusdem libros tres. Nec patitur operis granditas, ut partem eam esse putemus parvi tomī, quem juvenis in Canticum elaboravit: cum præsertim fragmentum illud e parvo tomo, quod *Philocalia* capite septimo adducitur, in his quatuor homiliis vel Prologo nusquam extet: at illud alterum quod capite vicesimo sexto *Philocalia* ex secundo e decem tomis deponitum est, in homilia secunda ex illis quatuor reperiatur. Quapropter verisimile est tres homilias priores ipsos esse priores tomos tres; postremam vero, quarti partem; quod et ex eorum prolixitate aestimare licet. Denique in eo opere laudat Origenes Expositiones suas in *Exodus*, in *Levitum*, in *Numeros*, et in *Josue*, quas probabile non est jam tum suis elaboratas, cum parvum tonum in *Canticum* moliretur, atque quem adhuc juvenis composuit; at maturior ætate ad decem tomos concinnandos accessit. Objici potest scriptum esse ab Hieronymo in Prologo interpretationis homiliarum duarum in *Canticum*, Origenem in decem tomis Septuaginta Interpretes, Aquilam, Symmachum, Theodotionem, et quintam editionem magnifice aperteque disseveruisse; quod cum in ψευδωνύμοις quas tractamus homiliis non appareat, hinc consequi opus esse a decem tomis diversum. Verum sciendum est Rufinum scriptioñis hujus esse interpretem, ut mox ostendam, cui cum solemne sit pervertere omnia, et ad libitum recougere, adeo ut tomos Origenis in Epistolam ad Romanos ad medium partem coarctaverit, quis ullam ab eo fidem exspectet?

Superest ut Rufinum interpretem esse demonstremus. Hieronymus in Prologo homiliarum duarum Origenis in *Canticum*, de decem voluminibus Commentariorum agens, eorum interpretationem ait a se suis prætermissa, quod res esset ingentis otii, laboris et sumptuum. In libro quoque *De scriptoribus eccles.*, cap. 155, inter libros Origenis a se conversos, nullam hujus mentionem fecit. Minime igitur Hieronymo ascribenda est hæc interpretatione. Gennadius autem in *Catalogo virorum illustrium*, cap. 18, significare videtur quæcunque Origenis opera Hieronymum interpretem non habent, ad Ru-

A sinum esse referenda; nentiquam ergo dubitare licet quin interpretatio ea Rufino debeatur: nam antiquam esse, et aequalem Hieronymianæ ætatis, et Gennadio antiquorem stylus satis arguit; qui, ut alia omnia prætermitterem argumenta, solus Rufinum interpretem indicat. Maxime vero indicant selectæ quædam, et magna ex parte barbaræ voces Rufino usitatissimæ, cuiusmodi illæ sunt, « attulare, competenter, complecti » in significatione passiva, « cassare, creature, » pro creatio, « incorruptio, numerositas, observantia, observanter, participium, » pro eo quod est, partis adeptio, « pretiositas, rationabiliter, refutare, » pro abnuere, « sequestrari, significantia. » Quod si quis opponat interpretationibus suis Prologos Rufinum præfigere solere, ut tradit Gennadius *Catalogo virorum illustrium*, cap. 18, huic autem libro Prologum ab interprete appositum non fuisse; sciat ille multos e Rufini prologis intercidisse; velut illum, quem toties laudavimus, Numeris præfixum, et Ursacio inscriptum, quem Latina (78) Origenis editio neutiquam repræsentat.

B Quæ cum ita sint, de nihilo esse patet, quod in vetustis quibusdam codicibus nomen Hieronymi lucubrationi huic fuit prænotatum, ut observat Sixtus; quodque ex hoc opere testimonia attulerunt Magister Sententiæ, et S. Thomas, sub nomine Ambrosii. Castigandus quoque Erasmus <sup>\*\*</sup>, qui et ipse sentit, et idem ut sentirent Magdeburgenses perfecit, hoc opus esse *Hominis Latini, pulchre doceti, ac bene diserti*: propterea quod in Prologo, p. 27, Græcos laudat, velut alienos, his verbis: « Cum apud Græcos, qui eruditæ ac sapientes videntur. » Id ipsum liquere ait ex interpretatione « amoris, charitatis, dilectionis et cupiditatis. » Denique suspicatur ejus esse, cujus exstant libri *De vocatione gentium*, et *Commentarii* in aliquot psalmos. Quæ quam frivola sint, promptum est ostendere. Ethnicos omnes a Luca in Actis, et a Paulo Ἑλληνας appellari notum est: hinc Judæi opponuntur τοῖς Ἑλλησι, id est ethnici seu gentilibus. Itaque a Patribus Ἑλληνες, tanquam alieni laudantur, et ab ipso etiam Origene tom. xv in Matth., num. 15, ubi ait: Ἐάν δέ τις τῇ ἀνθρωπίῃ ἔνοράν ἀσθενεῖς καταφρονῇ μὲν τῆς λέξεως, τράπηται δὲ ἐπ' ἀλληγορίᾳ, διστοπθήσεται ἐκ τινῶν καὶ Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν, ἐν οἷς διὰ τὴν παρ' Ἑλλησι σοφίαν ἱστοροῦνται τινὲς τὸ ἐνταῦθα τῷ πλουσίῳ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον πεποιηκένται. Ceterum vel ex hoc loco, unde suppositum esse illud opus conjicit Erasmus, ubi non obsecuris verbis Platonis laudatur Symposium, in quo de amoris natura disseritor, conjectura non levis capi potest, auctorem operis hujus esse Origenem, cui Platonis disputationes suos in usus convertere solemne est. Quod ad

<sup>\*\*</sup> Erasm. in *Censur. lib. Orig. Magdeburgens.*, centur. 3, cap. 40.

(78) Quem Latina Origenis editio neutiquam repræsentat. Hunc repræsentamus in editionis nostræ II, p. 275.

vocum illarum, « amoris, charitatis, dilectionis et cupidinis » attinet, haec atque alia ejus generis, quæ Romanum scriptorem sapiunt, Rufini perfidia debuerunt ascribi. Quale illud est quod observat Robertus Cucus Anglus, dixisse auctorem Commentarii hujus, lib. III, p. 76 : « Verbum Dei apud Græcos masculino genere proferri, apud nos neutrō genere : » et qualia sunt ea loca operis istius de quibus ait Bruno Amerbachius Præfat. in Hieronymi tom. VII : « Multa sunt quæ Latini hominis esse, non Græci, comprobent. » Quorum judicium, ut et illud Gulielmi Perkinsi <sup>27</sup>, inter rejicula et spuria hoc opus recensentis, merito flocci facimus.

Præter parvi tomī fragmentum, et amplas e decem tomis lacinias, duæ quoque supersunt homiliæ ab Hieronymo Latino sermone explicatae « si deliter magis, quam ornate, » ut ipse ait in Prologo ad Damasum. Homiliam priorem in partes duas perperam Merlinus dissecuit ; primam partem epistolæ pro Præfatione venditans. Errorem videront Erasmus et Genebrardus, et in suis editionibus corixerunt ; parte utraque in unum conjuncta.

VIII. Superiore sectione diximus Origenem tringinta voluminibus, et viginti quinque homiliis Isaiam explicasse. E libro primo Commentariorum fragmentum affert Pamphilus in *Apologeticō* ; et aliud paulo post e libro vicesimo octavo. Ex homiliis supersunt omnino novem in editione Latina. Interpretis nomen non ascribitur, quem Hieronymum esse censeo. Idipsum censem Erasmus, atque Hieronymum in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum* fateri se hoc fragmentum vertisse ex Commentariis Origenis in *Isaiam*. Evidem id solum in eo *Catalogo*, cap. 135, reperio, ubi de seipso agit Hieronymus : « In *Jeremiam* et in *Ezechielem* homilias Origenis viginti octo, quas de Græco in Latinum verti, de Seraphim et Osanna. » Atqui homiliarum quæ exstant, prior agit de seraphimis stantibus super solium Domini Isaiae VI, 2, sed leve est hoc argumentum, ad probandum istas novem homilias Hieronymum convertisse. Verisimilior mihi conjectura capitur ex stylo et ex delectu quarundam dictionum, quas frequentius sibi Hieronymus asciacere amat, quod optimum est internoscendis scriptoribus argumentum. Dictiones illæ sunt : « absconsus, dominicus, nuncupativus, principales pro eo quod est τὸ γέμονικόν, principari alicui, principalis, prophetes, reppromitto, reppromissio, speculatorius, turpiloquium, Zabulus, cuncta Evangeliorum, » aliaque ejusmodi. Notet diligens lector homiliam nonam mutilam esse in editionibus Merlini, Erasmi et Genebrardi, et postrema parte truncatam, eique supplendæ detractam fuisse partem postremam homiliæ nonæ (juxta Hieronymi colle-

<sup>A</sup> ctionem sextæ) in *Jeremiam*, ab his verbis : *Conversi sunt ad iniuriantes patrum priorum* <sup>28</sup>. Jamdiu vero in his homiliis error iste inolevit : codices siquidem manu exarati bibliotheca Regia eadem deformitate vitiati sunt. Nempe facile contigit ut librarius imprudens ad describendam postremam partem homiliæ Origenis in *Isaiam* nonæ, ab Hieronymo conversæ accedens, casu inciderit in postremam partem homiliæ Origenis in *Jeremiam* nonæ, ab Hieronymo itidem conversæ. Unde non inane quoque sumitur argumentum homiliarum in *Isaiam* non secus interpretem esse Hieronymum, ac homiliarum in *Jeremiam*. Profecto cause fuit hic error, cur postrema pars homiliæ in *Isaiam* nonæ intercederit.

B IX. Observavimus supra quinque et quadraginta in *Jeremiam* homilias Origenem elimasse. Ex ingenti hac homiliarum strue quatuordecim Latine refudit Hieronymus, ut ipse de se testatur in præfatione homiliarum Origenis in *Ezechielem*, et in libro *De script. eccles.*, cap. 135. Novemdecim Græco edidit Balthasar Corderius e Scorialensi bibliotheca, suamque interpretationem adjunxit. Cyrilli vero præfixit nomen, deceptus ab antiquo codice, optimæ cæteroquin notæ. Istæ nominum commutationes ex eo oriuntur persæpe, quod in idem compacta volumen plurima variorum opera, partim auctorum suorum inscripta nominibus, partim destituta, librarios facile fallant, carentem auctoris sui nomine scriptiōnem ad eundem pertinere credentes auctorem, cuius nomen præ se fert scriptio proxime antecedens. Non his vero duntaxat, sed in aliis etiam lucubrationibus, Origenis nomen cum Cyrilli nomine permistum ac confusum est. Sexdecim Origenis homilias in *Leviticum* vetustæ Cyrilli habent editiones, et Cyrillo ascribunt. Commentarium quemdam in *Marcum* (79) quem aliquando cum Deo publici juris faciemus Origeni codices quidam, Cyrillo nonnulli, Victori Antiocheno alii tribuunt. Novemdecim itaque homilias Cyrillo perperam ascriptas Adamantio restituendas judicamus hoc argumento, quod inter quatuordecim Origenis homilias ab Hieronymo conversas duodecim ex iis reperiantur, quas Græco Corderius publicavit. Accedit Vaticanus codicis auctoritas, has ipsas novemdecim in *Jeremiam* homilias habens, et Origeni assignans. Septem ex illis emisit in lucem Michael Ghislierius in catena sua in *Jeremiam*; eas nimirum quæ in Hieronymianis deerant. Eundem inter illas ordinem ponit codex uterque, atque eum legitimum, et Jeremiæ locis quos enarrant, consentaneum. Nam quem tenuit Hieronymus, confusus ille est, vel ipso fatente : « Itaque, inquit, post quatuordecim homilias in *Jeremiam*, quas jam prius confuso ordine interpretatus sum. » Unde ma-

<sup>27</sup> Perkins. in *Problem. de euentito fidei Rom. Catholicismo.* <sup>28</sup> Jerem. XI, 10.

(79) Quem aliquando cum Deo publici juris faciemus. Nunquam hunc commentarium edidit Hoeius.

nifestum est titulos his homiliis praefixos Hieronymi non esse. Ad hæc fragmentum ex homilia trigesima nona, capite decimo *Philocalia* exhibetur.

X. Tomi Origenis in *Ezechiem* vicesimi partcula quadam constat undecimum *Philocalia* caput. Hieronymus vero quatuordecim ejusdem homilias in hunc ipsum prophetam Romanis verbis expressit. Testis Prologus in earum homiliarum fronte collatus: testis et liber *De scriptor. eccles.*, cap. 146, testis quoque Rufinus, invec. 2, qui et ad Vincentium Prologum scriptum fuisse docet. Miratur Erasmus in *Censur. lib. Origen.*, quid sit eorum Hieronymus, alias creber p̄fationibus, nihil ad homilias in *Isaiam* et *Jeremiam* a se Latine redditas praefatus sit; in Prologo autem ad homilias in *Ezechiem* erasum queritur Hieronymi nomen, et ejus quoque quem Hieronymus alloquitur. Suspiciatur vero Prologos fuisse sublatos ab his ad quos scripsérat, postquam Origenis nomen factum est Romanis invidiosum, et verisimile esse in his Prologis Hieronymum magnilice prædicasse Origenis ingenium. Ego vero singulis libris Origenis a se expositis prologos prætexuisse Hieronymum fateor, nam id asserit Gennadius in *Catalogo virorum illustrium*: at quos prætexuit, non de industria, sed casu et librariorum oscitania censeo fuisse sublatos; alioquin sublatus quoque fuisse Prologus ad Damasum homiliis Origenis in *Ganticum* praefixus; et iste alter ad homilias in *Ezechiem*. In editione Merlini Prologo praefixus est hic titulus: *Prologus translatoris ejusdem*: ejus nempe qui antecedentes Origenis homilias in *Jeremiam* verterat, quem constat Hieronymum fuisse.

XI. Ostendimus superius ex Proemio Commentariorum Hieronymi in *Oseam*, parvum scrispsisse libellum Origenem ἐρ Πτοῦ πῶς ὠνομάσθη ἐν τῷ Ὁση Ἐφραὶμ, et aliud præterea in eundem prophetam volumen ἀκέραλον καὶ ἀτέλεστον. Ex utro petitum sit istud fragmentum, quo conflatur octavum *Philocalia* caput, incertum est; ex alterutro petitum esse certum est: nam quamvis id eis præmissum sit: «Ex τῶν εἰς τὸν Ὁση ἐξηγητικῶν, Hieronymus autem loco laudato nullos ab Origene in *Oseam* scriptos fuisse Commentarios asserat dicens: «Rogavi eum (Didimum) ut quod Origenes non fecerat, ipse compleret, et scriberet in *Osee* Commentarios,» intelligendum est plenos in totum *Oseam* commentarios Origenem non scripsisse, sed exiguis solum libello.

XII. Vigiunt quinque in *Matthæum* tomos Origenes elaboravit. Breve segmentum e primo tomo adducit Eusebius lib. vi *Histor.*, cap. 25, eoque brevius aliud indidem profert Pamphilus in *Apologeticō*. Aliud e secundo tomo, *Philocalia* capite sexto exhibetur. Aliud assert e septimo tomo Pamphilus. Julius Caesar Bulengerus in *Disputationibus contra Casaubonum* part. ii, diatrib. 3, pag. 191, fragmentum assert ex Origene ad cap. vi *Matth.* et

A p. 166; aliud ex eodem ad cap. 23, atque aliud item p. 167, ex iisdem Expositionibus in *Matth.* cuius locum non indicat. Indilgens profecto Bulengerus, qui unde hæc habuerit sibi, lectorem non monuit. An ex codice aliquo manu scripto? vix credo: nam quicunque hodie supersunt, quicunque certe mihi non sunt, vel a decimo tertio capite vel a sequentibus ducunt initium: in vicesimo secundo, vel extra desinunt. Fortasse igitur ex catena aliqua prodierunt isthac. Quanquam nihil habent ejusmodi, quotquot excessimus catenas ego et Combessius. In vetustis codicibus manu exaratis tomus undecimus cum sex proxime sequentibus reperitur. Codex Ladenburgensis, quo usq; est Erasmus, a Matth. xiii, 36, auspicabatur, queradmodum et B Holmiensis: Regius priore undecimū tomī parte multatus est. In Catalogo librorum ducis Bavariae notatur tomus undecimus initio quoque mutillus, cum proxime sequentibus quinque. Erasmus in epistola ad Franciscum Cigalimum affirmat nihil Origenis haberi in decimum Matthæi caput. At Vaticanus codex fertur constare tomis decimo, undecimo, duodecimo et decimo tertio. Scripserunt quoque Josias Simlerus, et Conradus Frisius in *Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ*, haberi in Italæ biblioteca quadam decimum tomum Commentariorum Origenis in *Evangelium Matthæi*; item fuisse apud Diegum Hurtadum Venetiis eorumdem Commentariorum tomum i (lego x), xi, xii. Quod si par est reliquorum inter se consensus, qualis regii exemplaris cum Holmiensi, ex uno eodemque codice descriptos omnes censuerim. Porro levis licet Bellarmini conjectura, qua Commentarios illos ab Origene abjudicat, non tamen ἀναπόκριτο; prætermittenda est. Sic ait ille in libro *De scriptor. ecclesiast.*, ubi de Origene: «Tractatus quintus in Matthæum videtur esse Latini auctoris: nam adducens auctor verba Isaiae lvi, 16, *Dominus misit me et spiritus ejus*: in Graeco, inquit, Spiritus sanctus neutri generis est, non masculini, ut apud nos; ubi se inter Latinos numerat. Et si tractatus quintus Latini auctoris est, non parva suspicio est reliquos etiam tractatus ejusdem operis, Latini auctoris esse.» Habetur hic Origenis locus tom. xiii in *Matth.* xviii, num. 18, pag. 595. Quamvis hoc Bellarmini judicium palam refellat codicis Graeci lectio, ea tamen si careremus, non plus valeret illud adversus hunc Adamantii librum, quam adversus reliquos, quos veterum interpretum studio Latine redditos legimus: in iis siquidem frequenter ejusmodi occurrunt additamenta interpretum, suæ lingue hominibus gratificantum. Legat qui volet pagellas aliquot a Rufino conversas, videbit quam sepe mantissas similes de suo accudat.

Amplior est vetus interpretatio Commentariorum Origenis in *Matthæum*, quam Graecum ullum exemplar manuscipum: Holmiense quippe omnium, quæ quidem ad meam pervenerint notitiam, prolixissimum, a Matthæi capite xiii, vers. 30, ad

**caput xxxv, vers. 33,** pertinet : prisca autem interpretatione a Matthæi cap. xvi, 13, initium ducens, ad xxvii, 66 progredivit. Hanc Commentariorum partem in homilias sive tractatus 35, librari male feriati diviserunt. Recentior videtur ista divisio temporibus Vincentii Bellovacensis; quippe qui *Speculi doctrinalis* lib. xviii, cap. 45, libros Origenis sua ætate superstites recensens, cum eos fere commorem, qui hodieque in editione Latina compararent, libros in *Matthæum* viginti sex assignat, corrupta ut dixi exemplaria secutus, quæ totidem pro viginti quinque notabant. Interpretationis auctorem assignare proclive non est. Hieronymus in Prologo homiliarum Origenis in *Lucam* scribit nec virium suarum, nec otii, nec laboris fuisse viginti quinque tomos illius in *Matthæum*, quinque in *Lucam*, triginta novem in *Joannem*, rogante Blæsilla, Romanæ linguae tradere. Proinde veteris interpretationis in *Matthæum* auctor non est Hieronymus. Minime sane audiendi Josias Simlerus et Conradus Frisius, ita scribentes in *Epitome Bibliothecæ Gesneriana*: « Origenis in *Matthæum* homiliae 36, ab Hieronymo translatae, inter D. Hieronymi opera habentur : nam neque exstant homiliae 36 Origenis in *Matthæum*, sed 35 duntaxat; neque eorum interpres Hieronymus habendus est; imo Hieronymo recentior est, nam si jam prodiisset ejus ætate, novam Blæsilla neutiquam postulasset; nec ita scripsisset Hieronymus in epist. 65, ad Pammach. et Ocean., cap. 2: « Centum quinquaginta anni prope sunt, ex quo Origenes mortuus est Tyri : quis Latinorum ausus est unquam transferre libros ejus *De resurrectione*, Περὶ ἀρχῶν, στρωμάτας, et τόμους? » Nemo igitur existimet ullam tomorum interpretationem esse Hieronymo antiquorem. Nihilo magis Rufino videtur ascribenda, quod Erasmi pace hanc ipsi attribuentis dictum velim : ille enim in *Apologia Pamphili* loca quædam e *Commentariis in Matthæum* adducta interpretans, non aliis solum utitur verbis, quam quæ interpres iste vetus adhibuit, verum etiam multa quæ in eo desiderantur representavit : cum tamen in eadem *Apologia* loca vertens ex aliis deprompta *Commentariis*, quos ipse fuerat interpretatus, non aliis utatur verbis quam suis, seque sui similem in eodem loco his vertendo ostendat. Adde stylum ab Hieronymiano et Rufiniano penitus discrepare, et deterioris ac recentioris ætatis vitio et corruptela esse inquinatum. Gennadio quoque recentiore esse ex eo conjicio, quod in *Catalogo illustrium virorum* non obscure significat quæcunque Origenis opera ab Hieronymo non conversa suis temporibus extabant, ea a Rufino Latine redditæ fuisse. Ostendimus autem nec Hieronymo, nec Rufino ascribi posse hanc inter-

(80) Cum ex hac autem interpretatione Thomas Aquinas, etc. Paschalias Radbertus, qui saeculo nono florebat, plurima etiam loca referit ex hac interpretatione in suis in *Matthæum* *Commentariis*, et etiamnum exstat in regali abbatia S. Remigii Remensis elegans codex nono saeculo scriptus, et ab

A pretationem, unde sequitur Gennadio quoque fuisse posteriorem. (80) Cum ex hac autem interpretatione Thomas Aquinas in *Aurea catena* loca multa abtoleget referat in versus Matthæi, posteriores versu 13, capitul. xvi, perspicuum est Thoma vetustiorem eam esse, talemque ejus ætate fuisse, qualis hodie circumfertur. Thoma itaque antiquior est, Gennadio recentior. Propius vero ad Gennadii ætatem accedere non levibus indicis deprehendimus. Tomo xvii in *Matth.*, num. 14, pag. 789, hæc habet Origenes : Οὐοῖοι εἰσιν οἱ συγχέοντες Πατέρες καὶ Υἱοῦ Εὐνοεῖ, καὶ τῇ ὄποστάσει Εὐα διδόντες εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν. Vertit vetus interpres : « Quales sunt heretici qui confundunt Patris et Filii substantiam, unum dicentes esse Patrem et Filium. » Υπόστασιν reddit « substantiam, » quod magnam scriptoris antiquitatem sapit; hac enim notione ύπόστασιν antiqua fere Patres usurpant. Hilarius in libro *De synodis contra Arianos* tres agnoscit substancialis in Trinitate, hoc est ύποστάσεις, ιδείτητας, πρόσωπα, substantiam ab essentia distinguens. Priscus quoque Novi Testamenti interpres locum hunc Hebr. 1, 3, δε δὲν ἀπαιγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτήρα τῆς ύποστάσεως αὐτοῦ, reddit : « et figura substantiae ejus : » nec id mutavit Hieronymus, quamvis ύπόστασις ibi personam videatur significare. Nihil tamen hic affirmo; scio enim a Patribus multis substancialis ipsam, seu naturam et essentiam Patris hic intellegi. Ad hæc vetus interpres tract. 8, insignem locum profert ex Evangelio secundum Hebreos (81). Atqui id de suo addidit; quippe quod in exemplaribus Græcis nusquam appareat. Ac proinde temporum illorum, quibus hoc supererat Evangelium, æqualis fuit.

Profecto interpretis hujus ætatem investiganti atlicui verisimile forsitan flet Cassiodori temporibus vixisse, ipsumque adeo esse Epiphanius Scholasticum Cassiodori familiarem et necessarium. Sopra memoratae notæ videntur convenire aliaque præterea. Græcae lingue parum consultum fuit Epiphanius, oratio barbara, dissipata et inculta. Summa veteris illius interpretis barbaries, vix melioris idiomatis Græci peritia, plane nulla in evolvendis obscurioribus sententiis perspicieitas; cuius sibi conscientis difficillima quæque quasi consulta prætermisit. Certe tam abnormali licentia interpretationem hanc administravit, ut mirabile sit: totas paginas detraxit, totas addidit, nec uspiam exemplar assectatus est. Verum *Historiam Tripartitam* ab hoc Epiphanio scriptam si quis accurate cum vetusta illa Origeniani in *Matthæum* *Commentarii* interpretatione confluixerit, summam styli discrepantium, atque hanc multo illa inquinatiorem,

Hincmaro Remensi archiepiscopo huic monasterio dono datus, in quo vetus illa interpretatio integra continetur. Quod argumento est Radberto et Hincmaro vetustiorem eam esse.

(81) Vide tom. xv in *Matth.*, num. 14, p. 674.

et innumeris vocabulorum portentis deformiorem offendet. Aequalis Epiphanius fuit Bellator quidam Cassiodori itidem familiaris, cuius rogatu multas Graecorum scriptiones, nonnullas etiam Origenis Latino sermone rependit. Huic si quis Commentariorum in *Matthæum* interpretationem ascriptam velit, non valde repugnabo. Nec multum adversatur conjecturæ nostræ Cassiodori de hac interpretatione silentium, qui alias plerasque Epiphanius Bellatoris in libro *De institutione divinarum Scripturarum* recensuit: nam post editum hunc a Cassiodoro libellum lucubrari ea potuit.

De septem Origenis in *Matthæum* homiliis quæ habentur inter eas, quas in diversos vulgo appellant, quoniam incerti sunt auctoris, suo loco disputabimus.

XIII. Homiliae Origenis in Evangelium Lucæ triginta novem Latina editione continentur. Interpretem sese professus est Hieronymus in Prologo ipsis praetexto, et in libro *De scriptor. eccles.*, cap. 146. Erasmus in Epistola ad Franciscum Cigalimum scripsérat has alterius ejusdam esse videri, quam Origenis, sed in *Censura ad libros Origenis* mutavit sententiam, et verum auctorem agnovit. Nihilominus ita disserit: « In Catalogo tamen ita facit hujus operis mentionem (Hieronymus), ut magis videatur ex Didymo veruisse. Cum enim Origenis mentionem reliquisset, post hunc in modum loquitur: « De Spiritu sancto Didymi, quem in Latinum transtuli, librum unum, in Lucam homiliae triginta novem, in Psalmos a decimo usque ad decimun, sextum tractatus septem, captivi monachivitam, etc., Quibus ex verbis nihil aliud intelligi potest, quam aut esse Hieronymi hoc opus, aut ab eo versum ex Didymo. Hoc utrum casu an studio factum sit, nescio. » At observasset Erasmus pari argumento homiliarum duarum in Canticum auctorem revocari posse in dubium, cum in eodem Catalogi capite haec habeat Hieronymus: « De tribus quæstionibus legis veteris, homiliae in *Cantica canticorum* duas, adversus *Helvidium*. » Nempe auctoris nomen ascribere neglexit, quem aliunde satis notum esse sciebat. Addit Erasmus: « Dein cum in cæteris nihil habeatur erroris, hic multa sunt vel suspecta vel damnata. » Itane vero? nihilne in libris *Nepl. apōgōr.*, in Commentariis in *Matthæum*, in reliquis operibus habetur erroris? Mirare lector, effrenem Erasmi in veterum expendendis scriptis, et projectam temeritatem. Modestior Merlinus, errores his homiliis ab Origeniani nominis æmulis aspersos asseverans: quanquam et id valde incertum. Pauca quasdam particulas ex Origene in *Lucam* exhibet Julius Caesar Bulengerus part. II, diatrib. 3, p. 158 et 222, *advers. Casaubon.* ex catenis fortasse aliquibus depromptas.

(82) E duobus et triginta Commentariorum in Joannem tomis. Jam supra, sect. 2, num. 7, p. 296, not. et in Praefatione huic tomo præfixa ostendimus plus quam triginta et duos tomos in Joannem confessisse Origenem verisimilimum esse.

XIV. (82) E duobus et triginta Commentariorum in Joannem tomis, novem omnino supersunt; primus, secundus, sextus, decimus, decimus tertius, decimus nonus, vicesimus, vicesimus octavus et tricesimus secundus. In bibliothecæ Regiae codice hi toml suis notati numeris reperiuntur. Eosdem complectitur tomos præter decimum et vicesimum octavum memoratus liber in bibliotheca Bavariae catalogo. At codex bibliothecæ Venetiæ Sancti Marci, licet Regii consimilis sit, nec plura habeat, a callido tamen librario in tomos triginta duos distributus fuit, hac arte lacunas et hiatus celare, et apud incertos dissimulare, et pro integro venditare volente. Eo fit, ut eumdem hunc esse putem, qui fuit Diegi Hurtadi, quique simili dolo dissectus fuisse memoratur. Hanc tomorum partitionem, quam seculitus est Ferrarius, falsam esse arguunt fragmenta, quæ e quarto tomo proferuntur in quarto *Philocalia* capite, et in quinto reperiuntur tomo Ferrarianæ interpretationis. Similiter e sexto tomo particulam recitat Basilius libr. *De Spiritu sancto*, cap. 29. Exstat illa in sexto tomo codicis Regii, in octavo vero Ferrarianæ interpretationis. Codicum porro omnium ea est similitudo inter se et congruentia, ut ex uno exemplari descriptos esse omnes pro certo habeam. Præter superiora exiguum e tomo secundo in Joannem particulam prout Pamphilus in *Apologetic*, secundam criminationem confutans. Capite quarto *Philocalia* fragmenta adducuntur e quarto tomo; item capite sequenti alia fragmenta e Praefatione quinti tomi in idem Evangelium; cujus Praefationis aliam quoque portionem in caput xxv libri sexti *Historiæ Eusebii* infersit. Ex Origene in Joannis caput sextum lacinias quasdam exiles profert Bulengerus in *Disputationibus contra Casaubonum* part. II, diatrib. 3, pag. 251, quas cum codices manu scripti Commentariorum in id Evangelium non exhibant, ex catenis produisse veri absimile non est. Denique inter homiliae in diversos duæ habentur in Joannem, quæ cum certum auctorem non habeant, paulo post suo loco ventilabuntur.

D Unicum superest in apostolorum Acta fragmentum Origenis, e quarta detracitum homilia, quod capiti *Philocalia* septimo Basilius et Gregorius

Theologus insulserunt. In Catalogo librorum illustrissimi principis domini Jacobi Marmoretæ, quem inter antiquitates Constantinopolitanas Supplemento *Bibliothecæ Gesnerianæ* inseruit Antonius Verderius, commemoratur Origenis Explicatio in *Acta apostolorum*, et in *Epistolas Pauli*, de quibus nunc suo ordine agendum est.

XV. Rufinus Heraclii impulsu (83) viginti tomos Commentariorum Origenis in *Epistolam ad Romanos* Latinæ linguae donando suscepti: sed qua fide?

(83) Viginti tomos Comment. Origenis in *Epist. ad Romanos*, etc. Cassiodorus quidem ait Origenem in *Epist. ad Roman.* viginti tomos elaborasse; at Rufinus quindecim tantum enumerat, et e nostris miss. alius habet decem, alius duodecim.

sua nempe, hoc est pessima : nam totum opus jam interpolatum, et aliquot voluminibus decursum ad medianam fere partem sese contraxisse proficitur in Praefatione ad Heraclium. Injuriam Origeni illatam facilius reprehendes, si fragmenta quedam lucubrationis hujus inserta Philocaliae cum Rufini na conversione confugas. Adversus hanc audaciam merito Erasmus excandescit, et falso afflictam Hieronymo operis hujus interpretationem Rufino restituit. (84) Cur Hieronymo tributa sit, Rufini astu et vafritie factum puto, qui ad declinandam facti invidiam (male quippe audiebat Origenis nomen) et in Hieronymum, a quo sepe Origenismi causa exagitatus fuerat, refundendam, nomen suum non apposuit, modestia factum simulans, quod malis artibus actum erat : « Verum ego, inquit, qui plus conscientiae meae qua nomini defero, etiamsi addere aliqua videor, et explere quae desunt, aut breviare quae longa sunt, furari tamen titulum ejus, qui fundamentum operis jecit, et construendi ædificii materiam præbuit, rectum non puto. Sit sane in arbitrio legentis cum opus probaverit, operis meritum cui veit ascribere. » Deinde in Peroratione verba haec dolose adjecit : « Aiant enim mihi : In his quae scribis, quoniam plurima in eis tui operis habentur, da titulum nominis tui, et scribe : Hieronymi, verbi gratia, in Epistolam ad Romanos Explanationum libri. » Hinc delusi bardi homines Hieronymi nomine librum præscriperunt. At vel ex eo stoliditas eorum arguitur. Nam si interpres fuisset Hieronymus, cur voces illas, *verbi gratia*, addidisset, quae declarant fictitium esse et ascititum id nomen, non legitimum? Subjungit paulo

(84) *Cur Hieronymo tributa sit, Rufini astu et vafritie factum puto, etc.* Non modo non-hujus, sed nec ullius interpretationis fronti nomen suum præfixit Rufinus : quod quidem satis patet tum ex Gennadio Massiliensi, ut mox dicemus, tum ex peroratione in hanc ad Romanos Epistolam, ubi ait ipse Rufinus se satisfacturum amicis suis, et titulo librorum sancti Clementis, quorum interpretationem meditabatur, nomen suum se daturum. Nunquid inde concludendum, juxta Huetii sententiam, omnes interpretationes suas in Hieronymum refundere voluisse Rufinum? Sed quid absurdius? Quis enim auctor anonymous fraudis ejusdem insimulari non poterit? imo quid veritatem quomodo idem dicatur de Hieronymo? Nec enim ipso Origenis opera a se translatos suo nomine signavit, siquidem, teste Gennadio, proœmiis tantum dignoscetur, quid a Rufino, quid ab Hieronymo fuisset interpretatum, « Quæcumque præmissis Prologis a Latinis leguntur, » inquit Gennadius Catalog. viror. illustr., cap. 18, « a Rufino interpretata sunt : quæ autem sine Prologo, ab alio translata sunt qui Prologum facere noluit : Origenis autem non omnia, quia et Hieronymus transluit aliquanta, quæ suo Prologo discernuntur. » Porro cum Prologis satis dignoscetur quid a Rufino, quid ab Hieronymo fuisset interpretatum, non video unde Rufini astu, et vafrities erui queant. Præterea si in Hieronymum omnes interpretationes suas refundere voluisset Rufinus, nunquid tantopere ipse Origenismi causa ab Hieronymo exagitatus, has pro suis agnoscerre non recusasset? Atqui tamen nullibi fetus suos denegat Rufinus, imo in libris quos scripsit adversus Hie-

A post conversurum sese Clementis libros; quod a Rufino factum esse constat, non ab Hieronymo; tum ait : « Satisfaciam sane in eo amicis meis; dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente : nam Hieronymi ne putetur, Clemens scribetur : » Hieronymi nempe, cujus nomen ascriptum supra finxit. Eadem versutia usum esse non semel Rufinum jam supra num. 5 notavimus. In Prologo homiliarum in Josue sententias Hieronymi et stylum referre conatus est. In Praefatione ad libros *Hep̄l ἀρχῶν* nomen suum celavit. Ita occultando Origenismo, et traducendo Hieronymo sicut vulgo faciebat. Minime itaque assentior Erasco, mangoni hujus librarios insimulanti, et ad emptores alliciendos prætextum ab iis Hieronymi nomen censemti. Præter contractam illam et truncatam Rufini interpretationem, habemus tomum primi portionem in *Apologia Pamphili*; longe vero ampliorem capite *Philocalia* 24. Aliud quoque et tonio nono fragmentum nobis offert caput ejusdem *Philocalia* nonum. Exiguam denique particulam ex eodem opere subministrat alio *Apologiae* loco Pamphilus. Tomum vero, unde translatâ est, non notavit. Atque haec cum legitimum horum Commentariorum auctorem Adamantium esse clarissime demonstrant, non dubitavit tamen novitus quidam scriptor heterodoxus hos ipsos in suppositiorum Origenis scriptorum seriei conjicere; a Gulielmo Perkinso delusus, qui eos male quidem a Rufino conversos scripsit, quod verissimum est; Origeni vero falso esse tributos neutiquam cogitavit.

(85) Brevem libri tertii in *Epistolam ad Colossenses* laciniam, et alias libri in *Epistolam ad Titum*

D ronymum, libros *Hep̄l ἀρχῶν*, pluresque alios a se translatos fuisse ultro et aperte fatetur, et in sua peroratione in hanc ad Romanos Episolam omnium Origenis in *Pentateuchum*, in *Jesum Nave*, in *Judices*, et in quosdam psalmos elucubrationum interpretem satis sese proficitur, cum promittit ibidem sese conversurum Clementis libros, quod, vel Huetio judice, a Rufino factum esse constat, non ab Hieronymo. At, inquit Huetius, in Peroratione ad Heraclium bis Hieronymus quasi hujus interpres a Rufino dolose nominatur. Ita quidem legunt editi antea libri, sed librariorum, non Rufini vafritie factum illud esse contendo. Si enim genuina haec esset lectio, omnes manuscripti codices, etiam illi qui Rufinum hujus interpretationis auctorem agnoscunt, Hieronymi nomen servarent. At qui tamen codices nostri Hieronymi loco Rufinum ubique restituant, et ita legendum esse certissime demonstrant tum libri Origenis, tum libri Clementis ibidem memorati, quos a Rufino conversos fuisset constat. Denique si tam aperte Hieronymum quasi hujus operis interpretem fraudulenter designasset Rufinus, nunquid hanc fallaciā ignorasset Hieronymus? nunquid non reclamasset? Unde fit igitur ut sanctus doctor qui ne minimum quidem Rufino condonavit, hanc fraudem tamen nullibi criminetur? Nolim ergo Rufinum hujus dolosæ artis accusare, quam nec ipse usquam arguit Hieronymus, nec ullus aliud præter Huetium : ac proinde magis adhæro Erasmi sententiæ, qui mangoni librarios insimulans, ad emptores alliciendos prætextum ab iis Hieronymi nomen arbitratur.

(85) Brevem libri tertii in *Epistolam ad Colossenses*

nonnullas *Apologeticum* suo Pamphilus insulsa. Hie-  
ronymus in Epistola ad Minervium et Alexandrum  
fragmentum affert e tertio volumine ἐξηγηματι-  
κῶν Origenis in I ad Thessalonicenses. Ex ho-  
miliis in Epistolam ad Hebreos paucula quædam  
descripsit Eusebius libr. vi *Histor.*, cap. 25. Indi-  
dem nonnulla affert Pamphilus diversis *Apologeticum*  
sui locis.

Multa præterea e variis Origenis lucubrationibus  
fragmenta catenæ subministrant; sed neque locos  
unde illa petita sunt indicant; nec certa est catena-  
rum fides, ut monimus alibi. Quapropter fragmen-  
torum quæ ex iis profecta sunt, nullam hic haben-  
dam rationem duximus. Ex iis autem excerptæ sunt  
multæ Origenis in variis Scripturæ libros ἐξηγη-  
σεις, quæ in Vaticanæ bibliothecæ catalogis com-  
memorantur.

#### SECTIO IV.

##### DE ORIGENIS TETRPLIS, HEXAPLIS ET OCTAPLIS.

I. Proponitur Epiphanius sententia de Origenis Tetra-  
plis, Hexaplis et Octaplis. II. Asseritur propositus  
duarum Hebraicarum columnarum in Hexaplis et  
Octaplis situs. III. Quaritur quare in Tetraplisi,  
Hexaplisi et Octaplisi Theodotionem Symmachus  
præcesserit. IV. Investigatur mens Eusebii de  
Tetraplisi, Hexaplisi et Octaplisi. V. Unum et idem  
opus fuerunt Hexapla et Octapla. VI. Ex superio-  
ribus recentiorum multorum errores arguantur.  
VII. Editionem Interpretum Septuaginta, quæ in  
Hexaplis habebatur, asteriscis, obelis, lemniscis  
et hypolemniscis Origenes distinxit. Ei præterea  
quæ erat in Tetraplisi scholia adjecta. VIII. Editio-  
nem τῶν οὐρανῶν Hexaplis intextam emendarunt Euse-  
bius et Pamphilus, et primi seorsum vulgarunt.  
Inde triplex illo tempore editio τῶν οὐρανῶν, Origeniana,  
Eusebiana et κοινὴ. IX. Eadem circiter tem-  
pestate κοινὴ resarcit Lucianus, resarcit et Hesychius.  
Hinc quintuplex τῶν οὐρανῶν editio. X. Suas  
quoque editiones asteriscis et obelis discrimina-  
runt Lucianus et Hesychius; ut et suam τῶν οὐρανῶν  
interpretationem Hieronymus. Inquinatae sunt et  
vitiatae hodiernæ omnes τῶν οὐρανῶν editiones.

I. Agamus iam de Tetraplisi, Hexaplisi et Octaplisi,  
Origenianorum operum omnium nobilissimis et  
laudatissimis: quorum rationem cum accuratissime  
Epiphanius tradiderit in libro *De ponderibus et men-*

*ses laciniam.* Fragmenta quædam ex libris in Epi-  
stolam ad Galatas, aliudque Origenis segmentum  
in Epistolam ad Philemonem Pamphili *Apologia*  
subministrat. Fragmentum etiam libri tertii in Epi-  
stolam ad Ephesios refert Hieronymus libr. I *Apolog.*  
*adversus Rufinum.*

(86) Imperante Caracalla, in dolis Hierichunte,  
etc. Ea ipsa est procul dubio de qua Eusebius *Hist.*  
lib. vi cap. 16, Ἐπὶ μάς αὐθές σεσημεωται· ὡς ἐν  
Ἱεριχότ εύρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τους χρόνους Ἀγ-

αστρis; hujs præcipue vestigia persequi decet. Col-  
legerat jam ante Adamantius interpretationes  
Scripturæ a Senioribus Septuaginta, Aquila, Theo-  
dotione et Symmacho elucubratus. Quintam præ-  
terea et sextam editionem commodum nactus est,  
quas in angulis quibusdam occultas investigasse  
ipsum et in lucem edidisse scribit Eusebius. Atha-  
nasius vero in *Synopsi docet* (86) imperante Cara-  
calla, in dolis Hierichunte repartam fuisse quintam  
a studioso quodam ex iis qui erant Jerosolymæ;  
sextam vero sub Alexandro Mammææ Nicopoli ad  
Actium a quodam Origenis discipulo. Idem prope-  
modum habet Epiphanius in libro *De ponder. et  
mens.*, cap. 18, additique priorem e tenebris fuisse  
erutam septimo Caracallæ anno. Fallitur Cedrenus,  
qui utramque Hierichunte inventam fuisse narrat.

Ex iis sex interpretationibus, et Hebraico exem-  
plari, *Tetrapla* sua, *Hexapla* et *Octapla* Origenes  
conciinnavit. (87) Ac *Tetrapla* quidem, quæ *Hexaplis*  
tamen tempore posteriora fuerunt, quatuor con-  
stabunt editionibus per columnas dispositis, prima  
Aquilæ, secunda Symmachi, tertia Septuaginta Se-  
num, et postrema demum Theodotionis. Interpre-  
tationem τῶν οὐρανῶν tertio loco posuit, ut ad eam, quam  
omnium existimat esse accuratissimam, reliqua  
facilius exigi et examinari possent. *Hexapla* hæ-  
ipsæ interpretationes quatuor, eodem ordine collo-  
catæ, cum Hebraico exemplari, Hebraicis descripto  
litteris, et eodem Græcis characteribus exacto con-  
tinebantur. Prior occurrebat columna Hebraica He-  
braice depicta; at quæ contextum Hebraicum Græ-  
cis exaratum litteris exhibebat, interpretationi Aqui-  
læ proxime conjungebatur. Subjuncta autem post  
sex illas columnas Hierichuntina editione, quam  
quintam appellavit Origenes, et numeri quinarii  
nota ε' insignivit; et post Hierichuntinam Nicopoli-  
tanam, quam vocavit sextam, et ἐπιστήμης ζ' nota-  
vit, *Octapla* exsistebant. Hæc fere Epiphanius loco  
laudato: quæ ut clariora sint, primam Geneseos  
vocab, prout in *Tetraplis Hexaplis* et *Octaplis*  
disposita fuit, depingemus.

τωνίσιον τοῦ νιοῦ Σεθῆρου. • Rursus in principio  
unius notavit (Origenes) inventam illam fuisse Hieri-  
chunte in dolio temporibus Antonini (Caracallæ)  
qui Severi filius fuit. •

(87) Ac *Tetrapla* quidem, quæ *Hexaplis* tamen tem-  
pore posteriora fuerunt. *Tetraplis Hexapla* posteriora  
fuisse evincit D. Bernardus de Montfaucon in suis  
Præliminaribus ad *Hexapla* Origenis, cap. 1, num. 3,  
pag. 9. (*Patrologia* hujus t. XV.)

DIAGRAMMA TETRAPLORUM, HEXAPLORUM ET OCTAPLORUM.

| Exemplar<br>Hebraicum,<br>Hebraicis<br>litteris<br>descriptum. | Exemplar<br>Hebraicum,<br>Græcis<br>elementis<br>exaratum. | Aquila.        | Symma-<br>chus. | Septua-<br>ginta. | Theodo-<br>tian. | Quinta<br>editio Hie-<br>richuntina. | Sexta edi-<br>tio Nicopo-<br>litana. |
|--|--|----------------|-----------------|-------------------|------------------|--------------------------------------|--------------------------------------|
| בראשית   | βεραστό  | ἐν<br>κεφαλαιώ | ἐν ἀρχῇ         | ἐν ἀρχῇ           | ἐν ἀρχῇ          | Desidera-<br>tur.                    | Desidera-<br>tur.                    |
|  |  | 1              | 2               | 5                 | 4                |                                      |                                      |
|  |  | TETRAPLA.      |                 |                   |                  |                                      |                                      |
| 1  | 2  | 3              | 4               | 5                 | 6                |                                      |                                      |
|  |  | HEXAPLA.       |                 |                   |                  |                                      |                                      |
| 1  | 2  | 3              | 4               | 5                 | 6                | 7                                    | 8                                    |
|  |  | OCTAPLA.       |                 |                   |                  |                                      |                                      |

II. Hæc habet, inquam, Epiphanius in libro *De ponder.* et *mens.* cap. 19, præterquam quod spectat ad columnarum Hebraicarum sitem: nam ex aliis quibusdam Epiphani locis existimare possit aliquis contextum Hebraicum Græcis notatum characteribus priore loco suis. Hujusmodi ille est ex haec.  
64, cap. 3, òtheñ tò πρῶτον αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐφιλοτιμοστο συναγαγεῖν τῶν ἐξ ἔρμηνων, Ἀκύλα, Συμμάχου, τῶν τε Ἐβδομήκοντα δύο, καὶ Θεοδοτίωνος, πέμπτης τε καὶ ἔκτης ἐκδόσεως, μετὰ παρθέσεως ἀκάστης λέξεως Ἐβραϊκῆς. καὶ αὐτῶν ὅμοι τῶν στοιχείων· ἐκ παραλλήλου δὲ ἀντικρυς δευτέρᾳ σελίδῃ χρώμενος κατὰ σύνθεσιν Ἐβραϊκὴν μὲν τῇ λέξει, Ἑλληνικὴν δὲ (sic enim lego non Ἑλληνικῷ) τῷ γράμματι ἑτέραν πάλιν πεποίηκε σύνθεσιν. ¶ Unde primum studuit in unum conjungere sex interpretationes Aquilæ, Symmachi, Septuaginta duorum et Theodotionis; quintam etiam et sextam editionem; cum adjectione vocum singularum Hebraicarum propriis elementis descriptarum; ex altera autem parte opposita, utens altera columna depingendo contextum, Hebraicum quidem dictione, Græcum vero litteris, alium rursum contextum lucubravit. ¶ Hæc ita exponi possent: medium locum tenuisse sex interpretationes Græcas inter Hebraica Hebraice scripta, quæ ad unam sita erant partem; et Hebraica Græce exarata, quæ ad aliam partem erant collocata. Sed hanc expositionem respuunt verba Epiphani ejusdem, quæ mox afferemus e libro *De ponder.* cap. 19, ubi Hebraicum utrumque contextum priore loco notatum fuisse agnoscit. Videtur itaque id sibi potius voluisse Epiphanius, ad unam Hebraicæ columnæ Hebraicis elementis exaratae partem notatas fuisse Græcas sex interpretationes; ad alteram vero Græce scriptum contextum Hebraicum. Hoc idem significare dicas ista e libro *De ponder.* cap. 7, τὰς γὰρ ἐξ ἔρμηνας καὶ τὴν Ἐβραϊκὴν γραφὴν Ἐβραϊκοὺς στοιχεῖος καὶ ῥῆμασιν αὐτοῖς ἐν σελίδῃ μηδὶ συντεθεικώς, ἀλλην σελίδᾳ ἀντιπαράθετον δι' Ἑλληνικῶν μὲν γραμμάτων, Ἐβραϊκῶν δὲ λέξεων, etc. ¶ Sex enim interpretationes, et Hebraicam Scripturam Hebraicis elementis ac verbis cum in una A columna conjunxit, aliam columnam oppositam, litteris quidem Græcis, vocibus autem Hebraicis descriptam adjectit. ¶ Quod si sex interpretationes, et Hebraicum exemplar Hebraice scriptum simul conjungerat; in extima profecto columna contextum Hebraicum charactere Græco exaratum sequitur fuisse attextum. Sed præfixa sine dubio fuisse Hebraica Hebraice depicta, tum subnexa eadem Græce exarata, et subjectas deinde sex interpretationes ex iis manifeste concluditur quæ leguntur apud Hieronymum in *Epist. ad Tit.* iii, 9; ¶ Unde et nobis curæ fuit omnes veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in *Hexapla* (ita lege, non *exempla*, ut vulgo) digessera, de Cæsariensi bibliotheca descriptos ex ipsis authenticis emendare, in quibus et ipsa Hebræa propriis sunt characteribus verba descripta, et Græcis litteris tramite expressa vicino: Aquila etiam, et Symmachus, LXX quoque, et Theodotio suum ordinem tenent. ¶ Columnas omnes propositus sui ordine recensuit. Apertius etiam Rufinus libr. vi Eusebianæ *Histor.* cap. 16, et Famosissimos illos codiees primus composuit Origenes in quibus per singulas columnulas e regione separativa opus interpretis uniuscujusque descripsit, ita ut primo omnium ipsa Hebræa verba Hebraicis litteris posset; secundo in loco per ordinem Græcis litteris e regione Hebræa verba describeret; tertiam Aquilæ editionem adjungeret; quartam Symmachi; quintam Septuaginta Interpretum, quæ nostra est; sextam Theodotionis collocaret, et propter ejusmodi compositionem exemplaria ipsa nominavit Ἐξαπλᾶ. Ex his etiam liquet præfixos Græcis editionibus fuisse Hebraicos contextus, non subuexos; nec præfixum alterum, alterum subnexum, ut indicare videntur illæ Epiphani voces: ἐκ παραλλήλου δὲ ἀντικρυς. Liquet hoc quoque ex his ejusdem e libri *De ponder.* cap. 19, τινὲς τοινού, ὡς ἕρη, ταύταις ταῖς μίσθιος ἐντυγχάνοντας, καὶ εὔπλοχοντας τὰς δύο Ἐβραϊκὰ πρώτας κειμένας, μετὰ ταύτας δὲ τὴν τοῦ Ἀκύλα τεταγμένην, etc. ¶ Nonnulli igitur, ut dixi, hos libros legentes et reperientes Hebraicas duas editiones priore loco sitas; post eas vero illam Aquilæ collo-

cata, &c. Ne quis vero vocem τελοῦ pro eo usurpatam putet, quod nos paginam appellamus; nam τελοῦ columnam quoque significat, adeo ut plures columnas una pagina contineret. Porro ordinem istum quem statuimus luculententer astruit vetustissimus codex Barberinus duodecim prophetarum, qui ad Osee xii, 1, breve *Hexaplorum* specimen ad oram attextum habet, et in sextum tomum *Polyglottorum Bibliorum* suo loco retulit Waltonus. Desiderantur quidem Hebraica Hebraice scripta; priore vero loco sita sunt Hebraica Græcis elementis concepta; proxime subest his Aquila; huic Symmachus; quem excipiunt LXX; ultimam columnam sibi vindicat Theodosio.

III. Disquisitione dignum est, eequid in interpretationum dispositione Theodotioni antiquiori Symmachum recentiore Origenes anteposuerit. Facile hunc nodum solvere se posse putasset Epiphanius, qui Theodotione velutiorem fuisse Symmachum, opinatus est libr. *De ponder.*, cap. 16, 17. Itaque co<sup>m</sup>locatos fuisse tres illos respondisset, juxta ordinem suar<sup>e</sup> ætatis. (88) Ego vero a recepta opinione discedere non possum, quæ priorem ætatem ponit Theodotionem quam Symmachum: nam quid opponi potest his Hieronymi Præfat. in Evangel.: « Non quero quid Aquila, quid Symmachus sapient, quare Theodotion inter novos et veteres mediis incedat? » quibus non temperatum duntur interpretandi genus, quod tenuit Theodotio, sed media etiam ejus ætas Aquilam inter et Symmachum significari videtur. Origeni ergo aliud fuisse cause puto, cur ita interpretationes illas digereret. Ad Hebraica maxime accedebat Aquila, hunc illis ideo proxime adiunxit. (89) Ab iisdem plus reliquis recedebat Symmachus, quippe qui sententiarum fuisse, quam verborum retinenter. Ut ex conflictu Aquilæ et Symmachi, qui abierant in diversa, et extrema fuerant persecuti, veritas eliceretur, optima ratione uterque simul conjunctus est. Subueni sunt illis deinde interpretes LXX et Theodotio, qui medium viam tenuerant. « Quasi non, » inquit Hieronymus Præfat. in *Job*, « apud Græcos Aquila, Symmachus et Theodotio, vel verbum e verbo, vel sensum e sensu, vel ex utroque commistum, et medie temperatum genus translationis expresserint. » Ordo autem studiorum postulat, ut intricatam questionem, et incertam disceptaturi, extremas primam et oppositam

(88) *Ego vero et recepta opinione, etc.* Vide B. Bernardini de Manduca Prælim. in Hexapl. cap. 5, num. 1 et seq., ubi Epiphanius quinque fuisse refellitur. Hocquecum sententia pueriliter confundatur.

(89) Ab eisdem plus aliquis considerat Symmachus. Alter viam est a. P. B. Demarci de Bonfons in Præliminariis ad Hierospl. pag. 54, qui ait: « Hec Aquila primum lucum depunxit, ejusque editionem priorem posuit Origenes, qui illuc scrupulosius quam ceteri omnes Hebreorum Scripturam verbum ex verbo reddere studuerat. Post hunc autem Symmachus locavit, qui illuc proponit quam Septuaginta et Theodosius, ac veritatem Hebreorum accedat. Deinde Septuaginta preponit Theodosium, quia Theodosius Septuaginta inter pauca

A tas exploremus sententias, inde ad temperatas et medias progrediamur. Atque hunc modum servavit Origenes in collocandis interpretationibus.

IV. Nunc ea quam dedimus *Tetraplorum*, *Hexaplorum* et *Octaplorum* descriptio ac Eusebii rationibus consentiat, anquiramus. Scribit ille liber. vi *Hist.*, cap. 46, Origenem τὰς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερομένας πρωτότυπους αὐτοῖς Ἐβραϊών οτοιχεῖος γραφάς, κτήμα Ιδίου πολησασθαι. « Usurpas apud Judæos Scripturas primigenias, ipsis Hebraeorum litteris descriptas, comparasse. » Hæc aliter intellexit vir doctus, atque ita reddidit: « comparasse eum sibi Scripturas, quæ apud Judæos prototypis Hebræorum litteris descriptæ esse feruntur. » Prototypas autem Hebræorum litteras, ipsa esse Samaritarum elementa asseruit; velle igitur id sibi Eusebium Samaritanis Scripturæ codicibus usum fuisse Origenem, eademque in *Hexapla* inseruisse. Verum qui proprius ad locum hunc Eusebii mentem attenderit, plane aliud inde sensum extundet. Al παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερόμεναι πρωτότυποι γραφαὶ, nihil aliud sonat, quam « primigeniaæ Scripture quæ apud Judæos circumferuntur; » non vero, « quæ apud Judæos prototypæ Scripturæ esse feruntur; » dixisset quippe, παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις φερόμεναι. Quod si id sibi voluisset Eusebius, cur eas potius παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις φερομένας, quam apud Græcos, Hellenistas, aliosque dixisset, qui Samaritanas litteras antiquiores esse Judaicis una cum Judæis fateban-

C *tur? Quis* putet denique *Hexaplis*, ad Scripturę illustrationem et publicam utilitatem concinnatis, Samaritarum exemplaria infersisse Origenem, Judaica neglexisse; cum angustis finibus coerceretur Samaritica illa gens, latius vero Judaica pertineret? Quod si quis exemplaria utraque locum sibi in *Hexaplis* vindicasse dicet, non ergo *Hexapla* vel *Octapla*; sed *Heptapla*, vel *Enneapla* dicenda erant. Constat certe hoc capite Eusebium Hebraica exemplaria Græcis interpretationibus opposuisse, quarum ratione veritatem Hebraicam merito παροτόμους τράπεζας appellavit. Profecto Epiphanius, Hieronymus et Rosinum stupor ingens occupasset, si editiones ac columnas *Hexapleram* accurate percussentes, Samariticam prætermisissent. (80) Non ergo D *versus* est Samaritani euclis arculamus, que occurrunt in scriptis Palrum, ex Origenis Hexapli suisse penitus; sed certio certius est nunc suisse Pe-

و مکانیزم گذاری اینها را بخواهید.

(90) Non enim venit nec Samaritanus, nec a Samaritanis et Sacerdotibus, sicut dicit D. Bernardus de Montaubio in Prelim. ad Beccat. cap. 2. sec. 8, «in auxiliis veritatis suorum exemplarum. Exemplaria fragmenta existunt, ut: Sapi quidem in pietate Sacerdotum vero in honestitate et infrequenter interpellatione Sacerdotis, interdum alia, sacerdotis et postea letitiae collata. Etiam sacerdoti letitiae, non in vocatione sed alias apud fiducias operari, sacerdotem paternam, propositum. Sacerdotem paternam, propositum.

tres Graeca interpretatione Samaritani exemplaris. Maneat igitur loco huic Eusebii vulgata sua et recepta sententia. Addit deinde Origenem, præter editionem Interpretum Septuaginta, Aquila, Symmachii et Theodotionis, duas præterea protulisse in lucem alteram Nicopoli, alteram in alio quodam loco repertam. Tum ait: «Ev γε μὲν τοῖς Ἐξαπλοῖς τῶν Ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρες ἑκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἔκτην, καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἔρμηνεαν, ἐπὶ μιᾶς αὐθίς σεσημεωται, ὡς ἐν Ἱερῷ εὐρημένης ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίου τοῦ ιωνίου Σεβῆρου. Hæc verba parum hactenus intellecta explanare operæ pretium est. (91) In Hexaplis quidem Psalmorum, post insignes quatuor editiones, non quintam solum, sed et sextam, et septimam adjungens interpretationem, in singulas rursus columnas descripsit; utpote quæ Hierichunte reperta sit in dolio temporibus Antonini, ejus qui fuit Severi filius. » Ἐπὶ μιᾶς locutio est Attica, quæ significantur in unum versum collocatæ a fronte ad tergum. Optime docet Budæus quid sint νῆσες ἐπὶ μιᾶς τεταγμέναι, nempe naves ita instructæ, ut unica in fronte sit, reliquæ pone sequantur in versum porrrectæ. Ita ἐφ' ἐνὸς τεταγμένοι στρατιῶται, milites sunt in unum versum a fronte ad tergum instructi. Hanc locutionem eleganter hic transtulit Eusebius: quoniam enim per longas et angustas columellas digestæ erant editiones in Hexaplis, propterea ἐπὶ μιᾶς σεσημειωμένας esse dixit. Sua quoque vis inest vocabulo σεσημειωται. Σημειούσθαι præter significaciones, sonat etiam, scriptum aliquod ad aliud adjicere, ascribere, ut superius observatum est. Igitur, ἐπὶ μιᾶς σεσημειωται, hoc est in singulas columnas desribens ad priorem attexuit. Perperam hæc accepit Nicephorus lib. v, cap. 11, ait enim: Οὐ πέμπτην

B μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔκτην, καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἔρμηνεαν. (92) Nec difficultate caret quod subest apud Eusebium, Origenem ad reliquas interpretationes adjecisse septimam, quod Hierichunte in dolio imperante Caracalla reperta sit. Idem habet Zonaras. Certum est ex Athanasii et Epiphanius auctoritate quintam editionem Hierichunte in dolio fuisse repartam imperante Caracalla. Adiit Epiphanius una repertos esse libros alios, cum Hebraicos, tum etiam Græcos. Quod si ex his fuisse septimam illam Psalmorum editionem dicamus, ita cum alius Eusebius conciliabitur. Opinantur quidam septimam illam editionem eamdem esse ac Lucianeam, hoc argumento, quod Athanasius, sive *Synopsis* auctor, Luciani editionem, septimo loco recenseat, C et septimam appelle: sed multum falluntur; nam Luciani editio ipsa fuit χοινῆ, post Origenis autem correcta et emendata a Luciano, ut tradit Hieronymus initio epistola ad Suniam et Fretellam. (93) Septimam vero editionem, quæ Hexaplis intexta est, Hierichunte inventam esse imperante Caracalla Eusebius asseverat lib. vi *Hist.*, cap. 16, quod de χοινῇ certe dici non potest. Hexapla igitur illa Origenis, sive *Octapla*, quæ in aliis Scriptura libris sex Graecis constabant editionibus, septem in libro Psalmorum continebant. Ita postmodum scribit Eusebius: Ταύτας δὲ ἀπάσας ἐπὶ ταῦτα συναγεγάντων, διάλογον τε πρὸς κώλον, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἐβραιῶν σημειώσεως, τὰ τοῦ λεγομένων Ἐξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα παραλέποντεν. Sensus est: « Has omnes cum in unum coniunxisset, et per cola distinxisset, et invicem opposuisse, una cum Hebraici contextus adjectione, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit. » Diximus οὐ πεισθεῖσθαι id esse, « Scriptum aliquod ad aliud adj-

*Explorum* posuisse. Idem porro dicendum videtur de Syro, cujas interpretationes passim reperiuntur in Genesi et Exodus, in Psalmis item, in Jeremia, in Threnis; apud Ezechielem etiam Danieli et Osee. Syri porro lectiones afferuntur ab Eusebii Cæsariensi, a Diodoro Tarsensi frequentius; ab Eusebio Eniseno, Hieronymo, Theodoreto, et aliis. Quodque notandum est iidem, maximeque Diodorus, Syrum cum Hebreo saepè conjungit hoc pacto: «Ο Σύρος καὶ ὁ Ἐβραῖος, vel ὁ Ἐβραῖος καὶ ὁ Σύρος, quando scilicet amborum interpretationes convenient, quod sepe contingit. » Haec porro lectiones, perinde atque Samaritani, ab Origene diligentissimo versionum collectorre potuerunt etiam in *Hexaplorum* marginibus collocari: quanquam id minime constet. Hæc quippe solum divinando dicimus: donec enim aliqua vel tantilla pars *Hexaplorum*, ut initio scripta fuerunt, e tenebris emerserit, plenam perfectanique illorum notitiam expiscari non valebimus. »

(91) In Hexaplis quidem Psalmorum, post insignes quatuor editiones, etc. Male hunc Eusebii locum vertit Huetius, qui sese ultra implicat in interpretatione locutionis illius ἐπὶ μιᾶς σεσημειωται. Melius sic vertisset: « In Hexaplis quidem Psalmorum exemplaribus, post insignes illas quatuor editiones, non quintam solum, sed et sextam et septimam adjungens interpretationem, rursus in principio unius notavit repartam illam fuisse Hierichunte in dolio temporibus Antonini qui Severi filius fuit. »

(92) Nec difficultate caret quod subest apud Euse-

bium, etc. Zonaras quidem in *Hist. imper.* Severi et Nicephorus lib. v, cap. 11, aiunt septimam editionem Hierichunte fuisse inventam; sed id aperie non enuntiat Eusebium. Quidquid enim Huetius dicit, «Ἐπὶ μιᾶς αὐθίς σεσημειωται» ὡς ἐν Ἱερῷ εὑρημένη ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίου τοῦ ιωνίου Σεβῆρου, nihil aliud significat, quam « Rursus in principio unius notavit inventam illam fuisse Hierichunte in dolio, tempore Antonini, qui Severi filius fuit, » ut recte transtulit Valesius: ac proinde tam ad quintam aut sextam, quam ad septimam editionem id referri potest. Sed cum constet ex Athanasii et Epiphanius auctoritate quintam editionem Hierichunte fuisse inventam imperante Caracalla, quod hic ait Eusebius, magis de quinta quam de septima editione intelligendum videtur. Negare tameu nolim septimam hanc Hierichunte potuisse itidem reperti. Esto, concilientur Zonaras et Nicephorus cum Epiphano qui ait una cum quinta editione repertos esse alios libros, cum Hebraicos, tum etiam Græcos. Illud tantum contendō, non asseverare Eusebium septimam editionem Hierichunte inventam esse imperante Caracalla.

(93) Septimam vero editionem, etc. Jam supra demonstravimus Eusebium minime asseverare septimam editionem Hierichunte fuisse repartam imperante Caracalla, sed hunc ejus historiae locum tam ad quintam aut sextam, quam ad septimam editionem referri posse, ac proinde magis de quinta intelligendum videri.

cere; inde σημείωσις, scripti alicuius ad aliud adjetio. Itaque Ἐβραίου σημείωσις, est Hebraici exemplaris ad reliquas interpretationes appositi. Hæc præter legitimam sententiam a nonnullis alio detorta sunt. (94) Post Hexapla, ex quatuor editionibus Aquilæ, Symmachi, Septuaginta Interpretum, et Theodotionis simul conjunctis et oppositis, *Tetrapla* conflavit Adæmantius, ut tradit Eusebius, et post illum Zonaras. Nec enim aliud sonant hæc Eusebii verba, ιδίως τὴν Ἀκύλου, καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ὅμα τῇ τῶν Ἐβδομήκοντα ἐν τοῖς *Tetrapλοῖς* ἐπιχατασκευάσας, quam eum post *Hexapla*, ex his quatuor editionibus *Tetrapla* seorsum compiegisse; non vero in *Hexaplis* seorsum digestas, et separatiū discretas fuisse singulas interpretationes, ita ut suas singulæ paginas occuparent: in iisdem enim fuerunt paginis descriptæ omnes ac invicem oppositæ, sive, ut ait Epiphanius, συντατημέναι, qui et addit, si *Hexaplis* Græcis *Dipla Hebraea* fuissent adjuncta, prodiisse *Hexapla*; quod fieri certe non potuisset, nisi e regione invicem oppositæ essent in iisdem paginis *Tetraplorum Græcanicæ editiones*, quemadmodum et in *Hexaplis*.

V. Animadversionem nostram requirit, quod idem ait Eusebius, collectis in unum sex editionibus Græcis, et adjecto Hebraico contextu *Hexapla* nobis Origenem reliquisse; Psalmorum vero *Hexapla* Græcis editionibus septem constitisse. Eusebio consentiunt Scholia Romana in editionem τῶν Ο', in quibus nonnunquam super Psalmos *Hexapla* citantur. Consentit et Epiphanius hær. LXIV, cap. 3, et post illum Zonaras, qui diserte pronuntiant *Hexapla* sex editiones Græcas, cum gemina Hebraici textus descriptione fuisse complexa. Quæri igitur potest, cur *Hexapla* dicta sint, quæ octo columnas habuere. Nec enim, puto, cum Erasmo et Magdeburgensis sentit quisquam Ἐξαπλᾶ, non a numero ἔξ appellatio esse sortita, sed a verbo ἔξαπλῳ, quod est, *explanō*; nam unde factæ dicerentur voces, Τετραπλᾶ et Οχταπλᾶ? Respondent nonnulli *Hexapla* dicta, non a numero columnarum, sed a numero in-

(94) Post *Hexapla*, ex quatuor editionibus Aquilæ, etc. Huetius nixus Eusebii testimonio, cuius verbum ἐπιχατασκευάσας male vertit, *Hexapla* posteriora fuisse *Tetrapla* opinatur. Sed contrarium evincit doctissimus noster D. Bernardus de Montfaucon in suis Præliminariis in *Hexapla* Origenis pag. 9; ubi verbo ἐπιχατασκευάσας legitimum sensum restituit. Hujus rationes infra adducemus cap. 4, num. 2.

(95) Falsum est, quod vulgo creditur quintam, et sextam, etc. In quibusnam Scripturæ libris tres alias editiones quintam, sextam et septimam *Hexaplis* addiderit Origenes, accuratissime omnium docet D. Bernardus de Montfaucon in Præliminariis in *Hexapl.* pag. 16. i Exploratum est, inquit, editiones quintam, sextam et septimam, non in omnibus Scripturæ libris, sed in aliquibus tantum columnas occupasse suas. In quibusnam autem, nec veterum nec recentiorum ullus unquam dixit. Nam hoc solum ait Hieronymus: Nonnulli vero libri, et maxime hi, qui apud Hebreos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent. Quamobrem operæ pretium erit hic libros recensere, in quibus quinta, sexta ac

A terpretationum sex; nulla habita contextus Hebraici ratione, qui inter interpretationes numerari non debuit. Huic opinioni favere videtur Epiphanius loco mox allato, cum ait: "Ωστε εἶναι τὴν Πάταν Παλαιὸν Διαθήκην δὲ Ἐξαπλῶν καλούμενων, καὶ διὰ τῶν δύο Ἐβραϊκῶν βρέπατων. Adeo ut Vetus omne Testamentum iis *Hexaplis*, et gemino Hebraico contextu fuerit comprehensum; ubi aperie *Hexapla* Græca a *Dipla Hebraicis* distinguit. *Hexapla* ergo, inquinat, a sex interpretationibus fuerunt denominata, quemadmodum *Tetrapla* a quatuor, ac ideo falli qui *Hexaplis* vulgatas quatuor editions Græcas, et exemplaria duo Hebraica assignant. Id si sit, palam sibi repugnaverit Epiphanius libro *De ponder. et mensur. cap. 49*, qui ita disserit: Τετραπλᾶ γάρ εἰσι τὰ Ἑλληνικά, B ὅταν αἱ τοῦ Ἀκύλα, καὶ Συμμάχου, καὶ τῶν Ἐβδομήκοντα δύο, καὶ Θεοδοτίωνος ἐρμηνεῖαι συντεταγμέναι ὡς· τῶν τεσσάρων δὲ τούτων σελίδων ταῖς δυσὶ ταῖς Ἐβραϊκαῖς συναρθεισῶν, Ἐξαπλᾶ καλεῖται· ἐάν δὲ καὶ πέμπτη, καὶ ἡ ἑκτη ἐρμηνεία συναρθῶσιν, ἀκολουθῶς τούτοις Οχταπλᾶ καλεῖται. i *Tetrapla* enim Græcis constant, cum Aquilæ, et Symmacho, et Septuaginta Senuni, et Theodotionis interpretationes simul conjuncte sunt: quæ columnæ quatuor si Hebraicis duabus adjiciantur, *Hexapla* dicuntur: quod si quinta et sexta interpretatione accesserint, sequitur ut *Octapla* nominentur. Quibus assonat Rusticus in interpretatione decimi sexti capituli libri sexti *Historiæ* Eusebii. Alio vero abit Nicetas *Thes. orthod. fid. lib. iv, hær. 51*, et *Dipla Hebraica*, quoniam idem omnino continebant, pro una, eaque bipartita columnæ habita fuisse vult, atque illa cum τοῖς Ο', Aquila, Symmacho, Theodotione, ac quinta editione sex columnas constituisse, ac *Hexapla* inde fuisse appellata.

Has inter oppositas et repugnantes sententias, novam, et, nisi me animus fallit, verissimam tueor. (95) Falsum est, quod vulgo creditur, quintam et sextam editionem universos Scripturæ libros fuisse complexas. Aliquot duntaxat continebant ex illis, eosque potissimum qui versibus constant apud Hebreos. En tibi testem Hieronymum in *Epistolam*

septima editio comparebant; ac disquirere utrum sexta quintam septima utramque semper sequerentur. Certum est tres illas superadditas editiones e regione aliarum positas fuisse in libro Psalmorum, et in duodecim prophetis minoribus. In Psalmis quidem tres illas editiones per totum librum adjunctas fuisse suadent frequentia illarum fragmenta, quæ passim observantur: in duodecim vero prophetis minoribus, teste Hieronymo, præter Aquilam, Symmachum, Septuaginta, Theodotionem et quintam, duæ alias editiones appositorum erant, videlicet sexta et septima, quarum fragmenta exhibemus; quinta nempe frequentissima, aliarum vero rariora. Canticum autem Habacuc secundum unam ex his postremis editionibus integrum repræsentamus, quod cum nec quintæ, nec sextæ esse possit, sequitur ex septima desumptum esse. In Canticis canticorum, quinta solum et sextæ lectiones afferuntur; septimæ vero ne vestigium quidem habent; unde fortasse suspicio oriatur hic septimam non adfuisse cum aliis, quod tamen nonnisi temere affirmari potest. Potuit enim etsi adfuerit, a collectoribus negligi. In

*ad Tit. iii. 9:* « Unde et nobis curæ fuit omnes veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in *Hexapla* digesserat de Cæsariensi bibliotheca descripsos, ex ipsis authenticis emendare; in quibus et ipsa Hebræa propriis sunt characteribus verba descripta, et Græcis litteris tramite expressa vicino. Aquila etiam, et Symmachus, Septuaginta quoque, et Theodotio suum ordinem tenent. Nonnulli vero libri, et maxime hi qui apud Hebreos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent, quam quintam, et sextam, et septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus interpretum consecutas. » Itaque in illa variarum editionum coagmentatione, aliqui libri quatuor duntaxat constabant editionibus, cum *Diplis Hebraicis*; atque hi libri erant vere Ἑξαπλοί. Sex vero habebant editiones Græcas, cum *Diplis Hebraicis*, alii libri per versus compositi, excepto Psalterio, nempe Proverbia, Ecclesiastes et Canticum: ac proinde erant Ὀκταπλοί. At liber Psalmorum præter geminas Hebraici contextus columnas septem editiones continebat, meritoque librum hunc Ἐννεαπλοῦν fuisse diceres. Igitur opus istud Origenis partim erat *Hexaplium*, partim *Octaplium*, partim *Enneaplum*: (96) sed septimæ editionis, quæ ad unum pertinebat Psalte-

Pentateucho autem quintam et sextam editionem locum occupasse suum testificantur exempla non pauca: sic Genes. cap. xxxiv, vers. 15, ex codice Regio affertur quintæ editionis lectio, ubi vocem Γῆς hic Interpretur ἐγνωσμένην; et cap. xxxv, vers. 19, in hunc locum οὐτόπιον τὸν Αἰγαῖον Ambrosius in Epist. ad Horontianum ait: *Quinta autem traditio, ephrata, ipsa est domus panis: hoc præteritum est in aliorum traditionibus, ubi traditiones illæ pro editionibus usurpat.* Et Levit. i, 16, A. Σ. τὴν αὐτίζουσαν. Θ. E. τὴν δεσφὺν τὴν ἡμεῖς καλούμεν φύσαν. Item Levit. cap. xi, vers. 3, Σ. E. ἀπὸ τῶν, καρπωμάτων Κυρίου. Et Levit. ii, 17, A. O. Θ. E. νυχτικόραξ. Σ. γλαῦ. E. Quintam, Σ. sextam indicat, et utriusque interpretatione affertur. Ibidemque vers. 31, Ο. Θ. E. αὐτῶν τεθνήκότων. Hisce tam apertis testimonii refragari nemo posse videtur. At mirum est quintam et sextam editionem a nemine veterum Græcorum qui in Pentateuchum tot Commentaria ediderunt, memoratam uspiam fuisse. De septima in Pentateucho nihil hodie: utrum vero olim adfuerit ignoratur. Præter hosce libros ubi trium posteriorum editionum vestigia reperimus, in aliis etiam extitisse subindicit Hieronymus Comment. in Epist. ad Titum: *Nonnulli vero libri, inquit, et maxime hi qui apud Hebreos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent, quam quintam, et sextam, et septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus interpretum consecutas.* Ex libris tamen versus conscriptis soli Psalmi trium posteriorum interpretationum reliquias præferunt. In Job autem et Proverbiis, etsi ampla aliarum editionum seges offeratur, nihil hodie de tribus illis posteris interpretibus superest. Si stenus Hieronymi verbis in iis libris, ubi haec postrema editiones adhibebantur, tres semper aderant, nec quinta sine sexta, nec intraque sine septima locum uspiam habebat; verum haec Hieronymus admodum perfunctio narravit, nec videtur ejus testimonium ad ea quæ supra dicta sunt, penitus quadrate posse, si quidem, ait ille, in nonnullis libris et maxime illis qui versus compositi sunt, tres alias editiones, nempe quintam, sextam et septimam additas fuisse; ita ut ex ejus verbis inferri posse videatur, maximam *Hexaplorum* partem ubi

A rium, in tota Bibliorum denominanda mole ratio habita non est, ideoque a nemine Enneaplă dicta sunt. Asserit etiam Origenes ab interpretationibus Aquilæ et Theodotionis absuisse Threnos Jeremiæ. Itaque liber ille fuerit Τετραπλοῦς, sed totum corpus Bibliorum propter libri exiguitatem Tetraplum dici non debuit. Quidam *Hexapla* ista volumina appellarunt, fortasse etiam *Hexapla* ab Origene inscripta sunt, quod magna illorum pars quatuor editionibus, Aquilæ, Symmachi, τὸν Ο' et Theodotionis, ac *Diplis* præterea *Hebraicis* esset confusa: alii vero cum his voluminibus sex editiones Græcas præter Hebraica exemplaria inesse intelligerent, Octapla vocanda censuerunt. Quapropter nemo mirari debet cur *Hexaplis* sex editiones Græcas, et duos contextus Hebraicos fuisse intertextos dixerint Eusebius, Epiphanius et Zonaras, intertextæ quippe erant editiones illæ sex in aliquibus duntaxat libris, non in universis; nam quamvis intertextæ itidem essent in Psalmis editiones septem, *Hexapla* tamen Psalmorum idem dixit Eusebius. Manifestum ergo est unum idemque opus fuisse *Hexapla* et *Octapla*; sed a diversis quibus constabat partibus diversas appellationes habuisse. (97) *Tetrapla* autem privatum fuit ac separatum opus ab Origene post *Hexapla*

C tres illæ editiones additæ fuerant, esse libros metras metricos; nempe Job, Psalms et Proverbia, et tamen apertissimis exemplis superius probatum est, illas editiones adsuisse in Pentateucho, in prophetis minoribus et in Canticis; ex libris vero metrictis Psalms tantum trium illarum editionum reliquias et quidem frequentissimas præferre; Job autem et Proverbia, quorum maxima lectionum *Hexaplorum* silva superest, ne vestigium quidem trium illarum editionum habere. His conspectis nemo negaverit admodum difficile esse superius allata exempla cum verbis Hieronymi conciliare. Cum autem omnino certum sit Origenem non in omnibus Scriptura libris tres illas interpretationes adiecisse, queri potest num tres illi interpretes totam Scripturam sint interpretati, an eas solum partes que ab Origene in *Ociaplis* adhibitæ sunt. Sæpe cum illi, saltem duo priores, Pentateuchum, Psalms, et ex Hieronymo Job et Proverbia; cum item Cantica et minores prophetas transstulerint, non video quid causas fuerit, cur medios libros omiserint, quodque magis urgeat, cum tres illi interpretes ut plurimum in iisdem Scriptura libris reperiantur, licet haud dubie variis in locis scriperint, cur eosdem libros ex Hebraico converterint, eosdem omiserint. Hoc D certe neque casu, neque consilio accidere potuisse videtur. Si respondeas cur ergo Origenes in quibusdam libris, non in omnibus, illas editiones apposuerit; reponam ego, cur in Threnis sive Lamentationibus Jeremiæ, solum Symmachum cum editione τὸν Ο' locavit, cum tamen Aquila et Theodotio hujus libri, perinde, atque aliorum interpretationem adornaverint, ut ibidem in Monito probamus. Hic sane liquet ex hac Origenis omissione concludi non posse, illas editiones non integras, sed aliquos tantum Hebraicæ Scriptura libros complexas fuisse. Cæterum rem non penitus exploratam lectoris judicio permittimus. »

(96) *Sed septimæ editionis, quæ ad unum Psalterium pertinebat.* Septima editio pertinebat etiam ad duodecim prophetas minores, ut mox ostendimus ex D. B. de Montfacon.

(97) *Tetrapla* autem privatum fuit, etc. Vide paulo infra cap. 4, num. 2, ubi haec Huethi sententia refellitur.

accuratum, in studiosorum gratiam, quibus tantum abs re-sua vel otii vel facultatis non erat, ut *Hexapla* comparare possent. Nec quemquam moveat quod scribit Hieronymus *De script. ecclesiast.* in Origen.: « Exceptis Septuaginta Interpretibus, alias quoque editiones in unum congregasse volumen; » quod et ex Hieronymo transtulerunt Freculphus Lexoviensis *Chron.* tom. II, lib. III, cap. 2, et Honorius Augustodunensis *De script. ecclesiast.* Id enim sibi volunt, praeter Septuaginta Interpretes, reliquos etiam Origenem in unum volumen congregasse.

VI. Ex his facile intelligitur quantum ratio Scaligerum fugerit, qui in delineatione *Hexaplorum* seu *Octaplorum*, quam in *sacras suas Exercitationes* retulit Heinsius, utrumque Hebraicum contextum post interpretationes Græcas sex in finem conjectit. Si modo revera Scaligeri fuit hæc delineatio, quod dubium mihi faciunt Scaligeriana nuper edita, in quibus *Octaplorum* columnas enumerans, prioribus locis Hebraicas duas recenset. Nec felicior Heinsius, eum columnas ibidem *Hexaplorum* describens, tertiam attribuit Septuaginta Interpretibus, quartam Aquilæ, quintam Theodotioni, et sextam Symmacho. Neque iis excusandis sufficit Nicetæ Acominati auctoritas<sup>50</sup>, qui in simili versatus est errore, columnis Hebraicis subjectos fuisse τοὺς Ο' his Aquilam, tum Symmachum, inde Theodotionem, et quintam denum interpretationem asseverans. Peccat quoque Baronius<sup>51</sup> aliter in *Tetraplis* dispositas editiones Græcas censens ac in *Hexaplis*, et priorem in illis locum τοὺς Ο' assignans, in his tertium. Hos in fraudem videtur illexisse Philoponus, qui in libro *Περὶ κοσμοποιίας* loca sacri contextus ex his quatuor interpretationibus afferens, priore loco τοὺς Ο' collocat; his subjicit Aquilam, huic Theodotionem, illi Symmachum. Nec enim *Tetrapla* representare Philoponus instituit; sed in interpretationibus disponendis interpretum ætatem respexit: cum clarum sit ceteroquin ex Epiphacio libr. *De pond.* cap. 19, postremam columnam obtinuisse Theodotionem tam in *Tetraplis* quam in *Hexaplis*, secundam Symmachum, atque hos inter medios Septuaginta incessisse. Τετραπλὰ γάρ εἰσι, inquit, τὰ Ἑλληνικά, ὅταν αἱ τοῦ Ἀχύλα, καὶ Συμάχου, καὶ τῶν Ἐθδομήκοντα δύο, καὶ Θεοδοτίωνος ἐρμηνεῖαι συντεταγμέναι ὄστι. Tum enim existunt Græcanica *Tetrapla*, quando interpretationes Aquilæ, Symmachi, Septuaginta Senni et Theodotionis in unum fuerint composite. Tum addit, si *Dipla Hebraica* præfigantur, constari *Hexapla*. Pro Origenianorum *Tetraplorum* specimine haberi non posse loca illa a Philopono e quatuor Græcis interpretationibus detracta probari quoque potest ex Philastrio, qui bær. 437, asserit Aquilæ conversiones in medio librorum nunquam fuisse positas, sed dextro lèvæque assignari solitas fuisse. Aquilæ interpretatio in *Tetraplis* priore loco ponebatur; qui locus diverso respectu vel de-

<sup>50</sup> Nicet. *Thes. orth. fidei* lib. IV, hæres. 31.

<sup>51</sup> Baron. an. 231, cap. 9. <sup>52</sup> BeHarm. *De script. eccles.*

A xter erat, vel sinister legentum respectu sinister erat, dexter libri ipsius. Itaque alii dextro loco situm esse, alii sinistro scripserant. Id cum legisset Philastrius existimavit Aquilam in aliquibus *Tetraplorum* exemplaribus dextrum tenuisse locum, in aliis sinistrum; sed hallucinatus est, nam semper columnæ huic deputatus est, quæ ad lectorum lèvam collocata erat. Utut est, certe in medio nunquam fuisse constat: fuisse autem, si priorem columnam occupassent Septuaginta Interpretes, Aquila secundam. Refellitur etiam ex supradictis Salmasius, qui hæc scribit in *Commentario de Hellenistica*: « Sed nusquam Hieronymus quintæ et sextæ editionis meminit; et cum *Hexapla* vocat, intelligit *Tetrapla Græcanica*, cum *Diplis Hebraicis* quæ *Hexapla* faciebant. » Et mox allatis quibusdam Hieronymi locis, in quibus Græcae solum quatuor editiones memorantur, subjicit: « Apparet ex his Origenem quatuor tantum editiones inter se comparasse, et composuisse in *Tetraplis*, que cum duobus Hebraicis textibus *Hexapla* illa Ecclesiis dedicata contexebant. » Certe in Hieronymi verbis a me supra allatis e *Commentariis in Epistolam ad Titum*, mentio fit quintæ et sextæ editionis, et sepissime in *Epistola ad Suniam et Fretellam*, aliisque locis. *Hexapla* autem dicta sunt ea, non quæ *Tetrapla* solum Græcanica, cum *Diplis Hebraicis*, sed quæ quintam præterea, et sextam, ac septimam editionem, non ubique, sed in aliquibus solum libris adjunctam haberent. Ait paulo post Salmasius: « Sed et veteres Patres ex quibus compositæ catenæ, ut vocant, in diversos Veteris Testamenti libros leguntur, nusquam citant varietates translationum e quinta et sexta editione, sed ex quatuor illis tantum quas invicem composuerat Origenes, ex quibus *Tetrapla* fecerat, et cum gemino Hebraico Ἔξαπλα. » Consule Notas Flaminii Nobilii, quam sæpe quintæ et sextæ editionis variantes lectiones citent Patres antiqui, deprehendes. Falsum quoque esse apparet, quod jactant recentiores quidam, Origenem nulla unquam *Octapla* composuisse, sed *Hexapla* duntata et *Tetrapla*. *Octapla* certe iidem ut *Hexapla* composuit Origenes, quoniam idem opus *Hexaplium* et *Octaplium* fuisse demonstravimus. Confutatur D etiam ex præcedentibus Usserii Armachani nova opinio, non puram solum et emendatam interpretationem τῶν Ο', sed κοντὴν quoque in *Hexaplis* habitam fuisse asserentis, quod Bellarmine<sup>53</sup> quoque videtur fuisse persuasum. Deprehenditur quoque multiplex Magdeburgensium hallucinatio in his ipsorum verbis: « Primum versioni Septuaginta, quæ tum fuisse videtur vulgatissima, adjunxit Aquilæ Pontici, Theodotionis et Symmachi editiones repertas a se, multo tempore absconditas: aliam quidem Nicopoli in Actiaco littore; aliam aliis in locis, sicut ipse scribit: indicavit Eusebius libro VI, cap. 17. His postea superaddidit

quintam, sextam et septimam, quas dixerunt editiones : quarum unam inventam esse indicavit in Jericho, in dolio, tempore Antonini Caracalla. Nam ut de Symmachi interpretatione sileam, Aquila et Theodotionis editiones ab Origene fuisse repertas probari minime potest ; nec ullam ex iis tribus Nicopoli inventam fuisse verum est, sed sextam. Omnino vero turpissime erravit Sextus Senensis lib. iv et viii *Biblioth.*, qui *Tetrapla* cum *Hexaplis* confundit et permiscuit, *Hexapla* vero ab *Octaplis* discrevit, idemque ut faceret viro cuidam magno persuasit ; quique septimam editionem nec in *Hexaplis*, nec in *Octaplis* unquam fuisse asseveravit ; contrarium disertis verbis affirmante Euschio lib. vi *Hist.*, cap. 16.

VII. Aliud præterea diligentiae Origenis monumentum *Hexapla* preferebant. Notaverat ille Senes Septuaginta voces alias, quæ in Hebreo haberentur, interpretando neglexisse, nonnullas autem de suo inseruisse, variaque ipsorum circumferri exemplaria inter se diversa, et sive ex supinitate librariorum, sive ex criticorum temeritate vitiata : hinc calumniæ ansam arripere Judæos, ejusmodi interpretationem in Christianorum ecclesiis prælegi solere causantes, quæ Hebraicæ veritati in omnibus non consentiret. Consuluntur ipsius tomus in *Matthæum* decimus quintus, et *Epistola ad Africanum*, ubi de exemplarium τῶν Ο' corruptione, et Judæorum calumniis disserit. His incommodis ut occurreret, interpretationem Septuaginta Senum emendavit ex optimorum exemplarium fide, atque ejus præsertim quod in Serapeo servabatur, quodque ipsum τῶν Ο' αὐτόγραφον fuisse affirmant veteres nonnulli. Asteriscos præterea, ubi quid deesset, cum prætermisis vocibus inseruit; quæ vero illi præter Hebraicorum fidem adiecissent, præfixo obelo signavit; et Quæ signa, et inquit Hieronymus

(98) Sed mihi verisimilior videtur Masii sententia. Non ita videtur D. Bernardo de Montfaucon, qui in *Præliminaribus in Hexapla* Origenis cap. 4, num. 4, sic suam sententiam aperit : « Existimo, quemadmodum asteriscus ad omissa, quæ inserebantur, adiungenda, et obelus ad ea, quæ redundantur, jugulanda, ut sit Hieronymus, appositi sunt ; ita Lemniscum adhucbitum fuisse, ubi Septuaginta Interpretes lectionem quidem Hebraicam exprimebant, sed non ita accurate atque distincte : quæ causa erat ut illa in textu relicta, altera quæ melior videbatur, ex aliis interpretibus petita, huic subiungetur. Neque enim putandum est, Origenem virum admodum accuratum, qui tam diligenter vel levissimæ quæ audebantur asterisco, et quæ demenda erat obelo notabat, nullam apposuisse notam iis in locis sane frequentibus, ubi relicta priori lectione novam tamen addebat ex aliquo interpretum desumptam. » Deinde, allato quodam exemplo unde sententiam suam confirmat, sic prosequitur eruditus vir : « Credorem hypolemniscum tunc appositum fuisse, cum lectio illa notata, Septuaginta Interpretum solum erat, quod uno subtus lineam positio puncto indicabatur : lemniſcum vero cum duobus punctis, quando non Septuaginta Interpretum tantum, sed etiam Theodotionis erat. »

(99) Multumque fallitur, cum vocabulum λημνίσκος, etc. et De hujus nominis etymo, inquit D. de

A Epist. ad Sun. et Fretell., et in Græcorum Latinorumque poematibus inveniuntur, unde et ab Origene translatæ sunt. Quæ de lemniſco subjicit Epiphanius lib. *De ponder. et mens.*, cap. 17, valde corrupta et confusa sunt ; unde vix certi quidquam possis extundere. Id sibi tamen videtur velle, lemniſcos ascripsisse Origenem, quotiescumque duo plurave paria interpretum (hos enim in tringita sex paria fuisse discretos, et in omnibus fere consensisse autumat, cum Scripturam sacram in Ægypto interpretarentur) vocem aliquam usurpassent, ab ea diversam (ejusdem licet significatioſis) qua usi fuissent reliqui interpretes (quod ipsum fere habent Hesychius in psalmmū xii, 4, et Isidorus *Origin.* lib. 1, cap. 20) ; hypolemniscos vero adnotasse, si quando vocem hujusmodi par unicum adhibuisset. Quibus significatur Origenem 36 interpretum exemplaria simul contulisse. Ab Epiphano dissentit Andreas Masius *Præfat.* in Græc. edit. Josue, et adnot. suis, et paria illa interpretum, velut aniles fabulas respuit, tumque appositos putat lemniſcum et hypolemniscum, cum varias alias lectiones plures paucioresve codices assererent. Alium notarum illarum usum profert Joannes Curterius *Præfat.* ad Procop. *Comment. in Isaiam*, nec aliud significare lemniſcum putat quam verbis consentire interpretes aliquos, discrepare sensu ; hypolemniscum vero, quam sensu eos et verbis dissonare. (98) Sed mihi verisimilior videtur Masii sententia. Asteriscorum illorum, obelorum, lemniſcorum et hypolemniscorum formas notat Epiphanius, et nonnum significationes ; (99) multumque fallitur, cum vocabulum, λημνίσκος derivat a Greco λιμνάζειν nam Syracusiam esse vocem constat. Reliqua fuse persequitur Epiphanius in eodem libro : nec docet tamen utrum quæ *Hexaplis* intexta est interpretatio τῶν Ο' ejusmodi notis fuerit insignis : sed id perspicuum est

Montfaucon ibidem quo supra, quid sentiat vir eruditissimus B. Moneta paucis, ut ab eo accepi, ex promam. Athenæus pag. 200 editionis *Lugdunensis* in prolixo Callixeni Rhodii loco, vocem λημνίσκος habet, quæ in margine sic emendatur, λινίσκος, atque ita legit Eustathius in versum 570 decimi octavi libri *Iliados*, ubi hunc ipsum ab Athenæo alatum locum resert. Isaacus vero Casaubonus in Notis aut λιμνίσκος, aut λινίσκος legendum esse dicit, sed neutrā alteri lectionem præferre audet. Gertum est autem, vocem λημνίσκος, quæ primiū angustum fasciam significabat, ex voce λῆνος, λανη, derivatam esse, quia ab ipsa origine fascia hujusmodi laneæ erant. Hinc vero Syracusani singulari formatione, loco τοῦ λημνίσκος inserto μ, λημνίσκος fecerunt : quæ causa fuit ut hæc vox pro Syracusana haberetur. Hesychius, λημνίσκους τὰς στενὰς Συρακούσιοι ταντάς, subintellige λέγουσι. Hinc ad alia significanda usurpata vox fuit ; nempe pro fasciis, quibus corona circumplicabantur ; pro lineaamento convolutio vulneribus inserendo ; denunciante pro nota librorum, de qua Isidorus : *Limniscus*, id est, *virgula inter genuinos punctos jacens*, apponitur in iis locis, quæ sacrae Scripturæ interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus translulerunt. Hæc triplici significatione vox λημνίσκος usurpata fuit, nempe ad res significandas angustis fasciis similes, quas Syracusani λημνίσκους vocabant. Inde vocatus

ex Romanis Scholiis τῶν Ο' in I Reg. xix, 4, μᾶλλον ταῦτα ἐν τῷ Ἑξαπλῷ ἡστέρισται, ὡς ἐκ Θεοδοτίωνος προστεθέντα. *Imo hæc in Hexapla asterisco notata sunt, utpote quæ ex Theodotione adjecta sint: et ex istis Hieronymi, quæ repetit Rusinus Invect. ii: Sed et Origenes asteriscos fecit, ex translatione Theodotionis assumens, ut componeret volumina quæ appellantur Hexapla.* Tum sub-Jungit: « Quia frequenter, si disputatio accidisset, vel immutata esse aliquanta, vel deesse, vel abnudare in nostris Scripturis mentiebantur, voluit Origenes nostris ostendere, qualis apud Judæos Scripturarum lectio teneretur, et in propriis paginis vel columellis editiones eorum singulas quasque de scripsit; et ea quæ apud illos sunt addita vel decerpta, certis quibusque signis additis ad versiculorum capita designavit; et in alieno, non suo opere suas tantummodo notas fixit; ut sciremus non quid nobis, sed quid Judæis adversum nos certantibus aut deesse aut abundare videretur: et iterum existit Hieronymi in Præfat. Paralip. ad Chromatium: « Et certe Origenes non solum Hexapla composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens, ut unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur: sed quod majoris audacie est, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quæ minus fuerant, et virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita. » Sed Origenem ipsum audire operæ pretium est: sic illa tom. xv in Matth., num. 14, pag. 671: Νυν δὲ δηλοντί πολλή γέγονε ἡ τῶν ἀντιγράφων διαφορά, εἴτε ἀπὸ βραχιόμετρας τινῶν γραφέων, εἴτε ἀπὸ τόλμης τινῶν μοχθηρᾶς τῆς διορθώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ξαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διορθώσει προστιθέντων ἡ ἀφαιρούντων τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντι-

*Epiph. lib. De pand., cap. 2.*

lemniscus, sive linea vittæ more depicta cum duobus punctis, altero superne, altero inferne positis sic + hypolemniscus vero tunc vocatur cum uno solo puncto linea signatur sic + obelorum autem et asteriscorum hæc est figura; obelorum quidem sic + asteriscorum vero sic ✕ quæ post asteriscum ponebantur, inquit cap. 4, num. 3, idem D. Bernardus de Montfaucon, ex editione Theodotionis ut plurimum excerpta erant, non infrequenter ex Aquila; interdum, sed rarius, ex Symmacho; nonnumquam ex duobus vel ex tribus simul. Exempli causa: Job, xxxii, 12. ✕ θ. καὶ μέχρι ὅμῶν συνήσω· καὶ ίδοι οὐκ ἦν τῷ Ιωβ ἐλέγχων, ἀντα ✕ ποκρινόμενος βρέματα αὐτοῦ ἔξ ὅμῶν· ἵνα μὴ εἰπῆται, εὐρωμένες σοφίαν τοῦ Θεοῦ προσθέμενοι ubi animadvertis, cum aliquid vel ex Theodotione vel ex aliis adjiceretur, si id in initio, sive in medio, sive in fine linea jaceret præmisso semper asterisco additum fuisse, appositis post additamentum duobus punctis. Si vero additamentum illud ad plures lineas extraheretur, initio eujuslibet linea asteriscus appingebatur donec totum desineret, ibique duo puncta crassiora de more pingebantur: quæ tamē plerumque negliguntur in manuscriptis, præsentim quando additamenta hujusmodi longiuscula sunt. In vetustissimis codicibus Coisliniano, Claromontano, sive RR. PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni et alii, post asteriscos nomina interpretum a primis litteris describuntur, ita ut frequentissime

A γράφοις τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης διαφανίαν. Θεοῦ διδόντος, εὑρομενά λάσσονται, κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς λοιπαῖς ἱκδεστιν· τῶν γάρ ἀμφιβαλλομένων παρὰ τοῖς Ἐβδομήκοντα διὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων διαφονίαν, τὴν κρίσιν ποιησάμενοι ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἱκδεστῶν, τὸ συνῦσσον ἔκεινας ἐψυλάζουμεν, καὶ τινὰ μὲν ὀψελίσαμεν ἐν τῷ Ἐβραϊκῷ κείμενα, οὐ τολμήσαντες αὐτὰ πάντη περιελεῖν· τινὰ δὲ μετ' ἀστερίσκων προσεθήκαμεν, ἵνα δῆλον ἦ διτι μὴ κείμενα παρὰ τοῖς Ἐβδομήκοντα, ἐκ τῶν λοιπῶν ἱκδεστῶν συμφώνως τῷ Ἐβραϊκῷ προσεθήκαμεν. Ex hoc loco suspicari licet, non ex Theodotione solum, sed et aliis editionibus nonnulla fuisse inspersa. Quapropter Epiphanius <sup>\*\*</sup>, a quo rerum illarum accurate tradita historia est, desiderari ait a plurimis apud Interpretes Septuaginta quæ ex Hebreis referre prætermiserunt ipsi, Aquila vero, et Symmachus, ac reliqui interpres repræsentarunt: ex uno autem Theodotione addita esse non apposuit. Emendatio hæc τῶν Ο' per obelos et asteriscos, causæ fuit Hieronymo cur ita Augustinum alloqueretur epist. 89, cap. 6: « Miror quomodo Septuaginta Interpretum libros legas, non pueros, ut ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos, sive corruptos per obelos et asteriscos, et Christiani hominis interpretatione nucularum non separaris; præsertim cum ea quæ addita sunt, ex hominis Judæi atque blasphemii, post passionem Christi, editione transiulerit. » Corruptos dicit libros Septuaginta Interpretum, propter additamenta e Theodotione, cum in cap. lviii Isaiae emendata ac vera appellat Hexaplorum exemplaria, quæ eadem additamenta præferebant; nam neglectis asteriscis qui vel in legendo, vel in describendo negligi poterant, maxima existebat Theodotionis cum τοῖς Ο' confusio: at observata asteriscorum distinctione

B C asteriscus nomen præcedat, rarius autem nomen asteriscum. Utrum vero ipse Origenes nomina cum asteriscis in tetu suæ editionis posuerit, an id in subsequenti ævo ab iis qui Hexaplorum collectiones collegerunt, et in Bibliis posuerunt, factum fuerit, nou ita facile est divinare. Certe codex ille RR. PP. Jesuitarum in Jeremia et in Ezechiele sape asteriscos in ipso textu ponit, subjuncto plerumque a prima solum littera nomine interpretis ex quo lectio illa adjectitia desumpta fuit, sic ✕ A. quando ex Aquila; vel ✕ Θ. si ex Theodotione; aut ✕ Σ. cum ex Symmacho: vel denique ✕ οι Γ. si ex tribus illis simul interpretibus lectio illa excerpta sit. Fortasse vero quia ut plurimum Theodotionis lectiones cum asteriscis afferebat Origenes, Theodotionis nomen non solebat exprimere; Aquilæ vero quia rarius, et Symmachî quia rarissime, interpretationes cum asteriscis inserebat, nomina a prima littera depingebat, ut indicaret non ex Theodotione pro solito verba decerpere. Sed hoc ex conjectura tantum dicitur. Ceterum, inquit num. 4, ex similitudine quæ intercedebat obelos inter et lemniscos atque hypolemniscos, non solum quantum ad formam, sed etiam quantum ad usum, factum est ut lemnisci pro obelis sint habiti. Nam uno excepto Esychii loco, nullam me lemniscorum mentionem a tempore Epiphiani et Hieronymi uspiam reperiere memini; in Bibliis scilicet manuscriptis, in Catenis et in Commentariis. »

Quidquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est A quin ita et ab Hebraeorum auctoritate discordet. » Confundit vero τοὺς Ο' cum Vulgata lib. ix in Isaia xxx, 20. « Multum, inquit, in hoc loco Septuaginta editio, hebraicumque discordant. Primum ergo de Vulgata tractabimus. » Vulgatam editionem appellat τοὺς Ο', quorum verba profert : profert autem de *Hexaplis*. Et in Praefat. Comment. in *Daniel*. : « Origenes de Theodotionis opere in editione Vulgata asteriscos posuit. » Et in Epistola ad Suniam et Fretell. « Licet in Septuaginta et in *Hexaplis* ita repererim. » Hoc est in Vulgata, et in illa *Hexaplotrum*. Vulgata speciatim et proprie dicta utebantur Sunia et Fretella, pīz et eruditæ feminæ : multum illa a primigenio exemplari deflexerat. Hæ rogarunt Hieronymum, ut plurimorum Psalterii locorum, in quibus Græca a Latinis dissonabant, legitimam electionem ex Hebraica veritate sibi traderet. Morem gessit Hieronymus, et prolixam rescripsit epistolam, ex cuius evolutione discas, quid Vulgatam inter editionem, et illam quæ jacebat in *Hexaplis*, discriminis interfuerit.

**X.** Dum hanc emaculandis Septuaginta Senibus navabant operam Eusebius et Pamphilus; similis cura Hesychium monachum in Ægypto, et Lucianum Antiochiae eodem circiter tempore exercebat. Hi priscam illam editionem, κοινὴν dictam, deformem mendis, et sexcentis vitiatis locis mutare in melius aggressi sunt. Adhibitis ergo vetustis Vulgatae hujus interpretationis exemplaribus rem ita gesserunt, ut recusam ab Hesychio editionem Ægyptus amplexa sit : quam vero recoxit Lucianus, ab universis probata et usurpata sit regionibus, quæ Constantinopolim et Antiochiam interjacent; nam Hebraicam etiam veritatem consuluisse fertur, ab eoque emendata Vetus illa Vulgata nomine ipsius affecta est. Hieronymus in Epist. ad Sun. et Fretell. : « In quo breviter illud admoneo, ut sciatis aliam esse editionem, quam Origenes et Cæsariensis Eusebius, omnesque Græcia tractatores κοινὴν, id est Communem appellant, atque Vulgatam, et a plerisque nunc Λουκιανὸς dicitur; aliam Septuaginta Interpretum, quæ et in Ἐξαπλοῖ codicibus reperitur, et a nobis in Latinum sermonem fideliter versa est, et Jerosolymæ, atque in Orientis Ecclesiis decantatur. »

Igitur quintuplex post hanc ætatem Septuaginta Interpretum editio habita est; Vulgata vetus, Origeniana, Eusebiana, illa Luciani, et quinta demum Hesychii. Sed quoniam ex *Hexaplis* profecta erat Eusebiana, pro una eademque utraque habita est. Quæ vero τῆς κοινῆς exemplaria supererant in studiosorum bibliothecis delitescebant. Atque ita licet quinque revera extarent hoc tempore editiones, trium duntaxat usus erat in Ecclesiis. « Alexandria et Ægyptus, inquit Hieronymus, » in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria pro-

B bat. Mediae inierat has provinciæ Palæstinæ codices legunt; quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt, totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. »

X. Ceterum veri mihi videtur simillimum, Lucianum ipsum, et Hesychium cum κοινὴν emendabant, ut Origenis imitabantur studium, ita emendationis rationem tenuisse, et obelis ac asteriscis κοινὴν distinxisse, elique Theodotionis laciniias assuisse. Cum enim certum sit Ægyptum ac Syriani Hesychii et Luciani editionibus esse usus; nec minus certum sit quæ iis in regionibus usurpabantur editiones τῶν Ο', obelis suis et asteriscis signatas, plane hinc efficitur Hesychii et Luciani editiones notatas fuisse obelis et asteriscis. Hieronymus in Proemio Comment. *Daniel*. « Sed et Origenes de Theodotionis opere in editione Vulgata asteriscos posuit, docens defuisse quæ addita sunt; et rursus quosdam versus obelis prænotavit, superflua quæque designans. Cumque omnes Christi Ecclesiæ, tam Græcorum quam Latinorum, Syrorumque et Ægyptiorum, hanc sub asteriscis et obelis editionem legant, ignoscant invidi labori meo, qui volui habere nostros, quod Græci in Aquila, et Theodotionis, ac Symmachii editionibus lectitant: » et in Epist. 89, ad Augustinum, cap. 6 : « Vis amator esse verus Septuaginta Interpretum? non legas ea quæ sub asteriscis sunt, imo rade de voluminibus, ut veterum te fauoreni probes: quod si feceris, omnes Ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris; vix enim unus aut alter invenitur liber, qui ista non habeat. » Quippe vix ulla reperire erat Hieronymi ætate exemplaria, quæ non vel ab Origene, vel a Luciano, vel ab Hesychio fuissent correcta. Cum itaque vulgata omnia exemplaria insedissent asterisci et obeli, nec ulla fere essent in usu, quam quæ tres illi castigatores emendaverant, sequitur ita distinctos fuisse ipsorum codices. Cujus discriminationis quosnam assignare par est auctores, præterquam Lucianum ipsum, et Hesychium, quod ab Origene primum fuerat inventum imitantes postmodum et excolentes? Quin et ad editiones quoque Latinas pervenit ejusmodi ἀτέξ; nam Hieronymus in Epist. 89, ad Augustinum, cap. 6, Latinæ suæ τῶν Ο' interpretationi asteriscos quoque et obelos sese addidisse testatur.

Ex his porro Græcis editionibus, vel ea nempe quæ erat in *Hexaplis*, sive Eusebiana, vel Luciana, vel Hesychiana, hodiernæ nostræ omnes videntur prodiisse: hac enim, ut ait Hieronymus, trifaria varietate totus orbis compugnabat; Vulgata vero omnium inquinatissima pene obsoleverat. Cum autem in veteres illas magnam eouset invectam esse confusionem ex librariorum oscitania, dum vel obelorum et asteriscorum notationem negligunt, vel eos suis non ascribunt locis, negari non potest impuras esse recentiores editiones τῶν Ο', et vitiatas, utpote quæ ex antiquis illis prodierunt. Nam etiamsi profectæ essent ab *Hexaplis*, in quibus scribit Ille-

ronymus<sup>45</sup> fuisse *Septuaginta emendata et vera* A cum reliquo contextu, oblitteratis asteriscis, ad nos exemplaria (1); additamenta certe Theodotionis, quæ transmissa sunt, editionem adulterant et corrumpunt.

## CAPUT III.

### ORIGENIS SYNTAGMATA.

CAPITIS TERTII PARTITIO. — — Gemina sectione absolvitur istud caput : Priore singula Origenis Syntagma, quorum memoria superest, enumerantur : altera agitur de Origenis Syntagmatis quæ exstant, deque vetustis libri *Hepi ἀρχῶν* interpretationibus.

#### SECTIO PRIMA.

##### SINGULA ORIGENIS SYNTAGMATA, QUORUM MEMORIA SUPEREST. ENUMERANTUR.

I. Recensentur Origenis Syntagma ab Eusebio commemorata. II. Ex his aliqua expenduntur accusati; ac primum libri De resurrectione, III. Στρωματεῖς, IV. De martyrio, V. Dialogi, VI. Epistola, VII. Interpretatio Hebraicorum nominum Novi Testamenti, VIII. Liber De Ioratione, IX. Disputationes adversus hereticos, in iisque Parvus Labyrinthus. X. Quaritur quid sint Origenis Monobiblia, et quid ipsius pro se Apologia a Vincentio Bellovacensi commemorata. XI. Philocaliam quoque in Origenianorum operum censu ponimus.

I. Eusebius Origenis vitam libro sexto *Historiæ* pertexens, plerasque ipsius scriptiones obiter commemorat, plures prætermittit, utpote qui in tertio *Vitæ Pamphili* libro singulas fuissest complexus. Nunc cum eo careamus libro, confugiamus ad ipsius *Historiam*, et quæ in ea laudantur Origenis Syntagma, eodem hic ordine recensemus. Primi occurunt Commentarii in *Veteres philosophos*, quorum lucubrationes non prælectionibus modo, sed scriptis etiam in gratiam discipulorum explicabat. Meminit eorum Eusebius libr. vi *Hist.*, cap. 18, capite vero 24, duorum ejus *De resurrectione* librorum; tum operis *Hepi ἀρχῶν*, quatuor libris distincti; item Στρωματῶν numero decem; et capite 28 libri *De martyrio*, Ambrosio et Protoceto Cæsariensis Ecclesiæ presbytero consecrati; et capite 33 Disputationum quas cum Berylio Bostrensi Origenes exercuit; et capite 36 librorum octo contra *Celsum*; et capite 39 sermonum quorundam iis utilium, quibus in tormentis pro Christi fide toleratis consolatione opus esset; et passim epistolam. Hec de Origenis Syntagmatis Eusebius, quæ in antecessum proposuimus, fidelissimum hunc Ori-

genianarum rerum narratorem præ cæteris pro more nostro consulentes.

II. Nunc retractemus ex his aliqua, et paulo accerius expendamus. Duo duntaxat *De resurrectione* libri ab Eusebio commemorantur. At Hieronymus apud Rusinum libr. ii *Invect.*, scripsisse narrat Origenem<sup>46</sup> et *De resurrectione* libros duos, et alios D*e resurrectione* dialogos duos. Idem Hieronymus epist. 61, ad Pammach., cap. 8, citat librum ejusdem operis quartum. Atque hos libros Methodius ejusdem tituli opere confutavit.

III. Libros Στρωματεῖς Origenes elimavit ad Clementis exemplum, a quo parisi argumenti et inscriptionis lucubrationes hodie superstites elaboratae sunt. Hieronymus epist. 84, quæ est ad Magnum Oratorem Romanum : « Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, meo iudicio omnium eruditissimus, octo scripsit Stromatum libros, et totidem Υποτύποcew, et alium contra gentes; Pædagogi quoque tria volumina. Quid in illis indoctum? quid non et media philosophia est? Hunc imitatus Origenes decem scripsit Stromateas, Christianorum et philosophorum inter se sententias comparans, et omnia nostræ religionis dogmata de Platone et Aristotele, Numenio Cornutoque confirmans. » Hunc ipsum Hieronymum alicubi dicere ait Rusinus, et Consideratos esse quosdam Origeni ad perjurium, et istud mysticæ ejus traditionis arcanum absconditum esse in sexto Stromatum libro; nec ab ulla alio in tot seculis, nisi a se solo deprehensum. In Proemio vero Commentar. in *Epist. ad Galat.*, Origenem scribit decimum Stromateon suorum librum Commatico super explanatione Epistolæ ad Galatas sermone complevisse: et in caput xiii Danielis quædam ait ipsum in codem Stromateon libro de Su-

<sup>45</sup> Hieronym. in *Isaiae* LVIII, 11. <sup>46</sup> Rusin. *Invect.* ii.

(1) Additamenta certe Theodotionis, etc. Vide D. Bernardum de Montfaucon in *Preliminariis in Hexapla* Origenis pag. 40, 43, 44 et 45, ubi pluribus de causis recentiores editiones adulteratas esse ait, 1<sup>o</sup> quia in *Hexaplis* asterisci et obeli a librariis neglecti sunt; 2<sup>o</sup> quia ex similitudine quæ obelos inter et lemniscos atque hypolemniscos intercedebat, fa-

ctum est ut lemnisci pro obelis sint habiti; 3<sup>o</sup> quia litterarum Græcarum inter se similiūm frequens facta est commutatio; 4<sup>o</sup> denique, quia propter similitudinem verborum et soni, pro legitimo verbo aliud interdum mendose ponebatur. Quæ commutationes et negligentiae ut plurimum in hodiernis editionibus remanuerunt.

sannæ et Belis fabulis dixisse. Quin etiam in epist. 65, ad Pamphach, et Ocean., cap. 2, neminem Latinorum affirmat ante suam ætatem libros Origenis *De resurrectione Περὶ ἀρχῶν, Stromateas*, et tomos transferre voluisse, propter novitatem scilicet doctrinæ. Quoniam igitur ad *Stromateon Clementis* exemplum suos composuerat Origenes, ut accurati perspectum habere possis quo illi in argumento versati, qua arte conditi sint, lege Eusebianæ *Historia libri sexti caput decimum tertium*, ubi de hac Clementis scriptione disseritur.

IV. Quod attinet ad librum *De martyrio*, de eo ita commemoravit Hieronymus lib. *De scriptor. ecclesiast.*, cap. 67, his verbis: « Ambrosius confessionis Dominicæ gloria insignis fuit, cui Theoctisto presbytero liber Origenis *De martyrio* scribitur. » Legendum omnino: *cui et Theoctisto*. Id si vidisset interpres Græcus, absurdum hanc nobis interpretationem neutiquam dedisset: Τούτῳ Θεοκτίστου πρεσβυτέρου βίθλος Ὀμριγένους Περὶ μαρτυρίου γράφεται. Videtur legisse: *Cui Theoctisti presbyteri liber*, etc. Theoctistum nominat Hieronymus, qui ab Eusebio Proctocetus appellatur. Theoctistus Cæsariensis fuit episcopus; Proctocetus ejusdem Ecclesiae presbyter: perperam eos confundit Hieronymus. Proctoceto, non Theoctisto incriptus est liber iste, (2) ut ostendit ejus exemplar nondum editum, quod penes me est. Ejusdem argumenti Epistolam ad Patrem martyrio destinatum scriperat Adamantius etiamnum puer; cuius epistolæ verba quædam repetit Eusebius libr. vi *Histor.*, cap. 2.

V. Acta concertationis Origeni cum Beryllo habite eamdem suisse arbitror atque Dialogum utriusque, quo hæresecos Berylus coarguitur. Hunc ætate sua extitisse scribit Hieronymus libr. *De scriptor. eccles.* cap. 71. Præter hunc dialogum, alios quoque litteris Origenes mandasse fertur. Rusinus in libello *De adulteratione librorum Origenis*, quemdam ab eo conscriptum, et a Candido hæretico quocum habitus fuerat, adulteratum commemorat. Circumferebatur ille Hieronymi temporibus, in eoque Origenes, et Candidus Valentinianæ defensor hæresecos inter alia disputabant, Filiusne esset de Patris substantia, et utrum diabolus ejus esset naturæ, quæ salutem adipisci non posset. Africanus Origenis æqualis et amicus initio Epistolæ, qua ipsius sententiam de Susannæ historia rogavit, laudat Dialogum ejus ad Agnomonem, in quo partem illam libri Danielis in testimonium adduxerat, quæ Susannæ casum narrat. Exstat denique *Dialogus de recta in Deum fide*, qui et contra Marcionistas inscribitur; sed spurius et suppositius, ut infra demonstrabimus.

VI. Epistolas Origenis quotquot erat nactus, a se

<sup>47</sup> Euseb. libr. vi *Hist.*, cap. 2. <sup>48</sup> ibid. cap. 19.  
<sup>49</sup> ibid. cap. 39.

(2) Ut ostendit ejus exemplar nondum editum, quod penes me est. Vide tomus nostri prioris pag.

A suis collectas, et in proprios libros digestas tradidit Eusebius libr. vi *Hist.*, cap. 56, numero autem suisse illas plusquam centum. Confidentissimus quippe litterarum Origenes fuit. Librum collectonis hujus quartum citat Rufinus in libello *De adulteratione librorum Origenis*. Ex hoc Epistolarum Syntagmate istas ab Eusebio commemoratas <sup>50</sup> reperio: prima <sup>51</sup> est ad Leonidem martyrio proximum: alteram <sup>52</sup> scripsit Origenes adversus eos qui suum in litteras humaniores studium criminabantur; proxima diversarum epistolarum commemoratio est, in quibus indicatur persecutionis sextæ tempus. quarum tamen inscriptiones et titulos sigillatim Eusebius non persequitur: tum <sup>53</sup> menti fit Epistole ad Africanum de Susannæ historia: B laudatur deinde <sup>54</sup> Epistola ad Philippum imperatorem, alia ad conjugem ipsius Severam, alia ad Fabianum papam, alia ad alios complures episcopos, quibus fidei professio continebatur; et diversæ denique distincte non notatae: postmodum plurimæ citantur epistolæ <sup>55</sup>, quæ declarabant quam utilles iis sermones reliquisset, qui solatio in cruciatibus indigebant. Hæc Eusebius. Testatur Hieronymus libr. *De scriptor. eccles.* cap. 65, sua ætate superfuisse Origenis Epistolas ad Philippum, ipsiusque matrem; cum Eusebius e quo hunc librum Hieronymus consarcinavit, habeat, τὴν τούτου γαμήτην, conjugem ipsius. Idem scribit de litteris Origenis ad Beryllum Bostrensem episcopum Hieronymus ibidem cap. 71. Rufinus quoque in libello *De adulter. libror. Origenis* testimoniis uitetur ex epistola ab Origene ad amicos quosdam suos Alexandrinos scripta: et alteram laudat præterea ejusdem argumenti. Epistola ejusdem ad Gregorium Thaumaturgum decimo tertio *Philocalie* capite continetur. Partem denique epistolæ ejusdem Adamantii proferunt Cedrenus et Suidas.

VII. Aliarum præterea quarundam scriptionum Origenis mentionem apud veteres invenio. Philo Judæus ediderat librum Hebraicorum nominum Veteris Testamenti, eorumque eymologias et interpretationes adjeccerat: quem librum Latina oratione Hieronymus expressu. Quod in Testamento Veteri fecerat Philo, idem in Novo factitavit Origenes, D suumque opus ad opus Philonis adjunxit; in eoque Hieronymum imitatorem habuit: cuius verba hæc sunt in Præfat. ad librum *Hebraic. nominum*: « Ac ne forte consummato ædificio quasi extrema deesset manus, Novi Testamenti verba et nomina interpretatus sum, imitari volens ex parte Origenem, quem post apostolos Ecclesiarum magistrum nemo nisi imperitus negat. Inter cetera enim ingenii sui præclaræ monumenta etiam in hoc laboravit, ut quod Philo quasi Judæus omiserat, hic ut Christianus impleret. » Libri ejusdem meminit anchor <sup>56</sup>.

<sup>50</sup> ibid. cap. 28. <sup>51</sup> ibid. cap. 31. <sup>52</sup> ibid. cap. 56.  
273, ubi hic liber tam Græce quam Latine editur.

*suum ad orthodoxos*, qui falso tribuitur Justino, quæst. 82 et 86, in eoque præter Hebraica nomina, mensuras etiam interpretatas esse docet. Videat ergo Rufinus qua sive scripsit, *Inject.* ii in Hieronymum, ne unum quidem Scripturæ verbum Origenem vertisse.

VIII. Librum *De oratione* emisso Origenem memoriae prodidit Pamphilus in *Apologetico*: « Denique, inquit, in tam multis, et tam diversis ejus (*Origenis*) libris nusquam omnino invenitur unus ab eo liber proprie *De anima* conscriptus, sicut habet vel *De martyrio*, vel *De oratione*, vel *De resurrectione*. Quo licet careremus testimonio, ipsum opus quod ad hanc diem superest, per se innotesceret.

IX. Theodoretus in libris *Hæreticarum fabularum* Origenem sæpe allegat, et libros ipsius in testimonium adducit. Libro quidem priore cap. 2, scripsisse eum ait adversus Menandrum hæreticum; et capite 4 adversus Basilidem et Isidorum; et capite 7 adversus Helcesaitas, et capite 19, adversus Hermogenem et Valentiniū; et capite 21, adversus Severum; et capite 25, adversus Apellem: et libro ii, capite 2, adversus hæresim Nazaræorum: et libro iii, capite 1, adversus Nicolaitas. Libro vero secundo, capite 5, tradit Origeni tribuere nonnullos *Parvum labyrinthum*, qui liber adversus Theodotum hæreticum scriptus est. Nicephorus quoque libro x, cap. 36, Origenem testatur scriptis libellis luculenter refellisse Marcellum Galatam et Porphyrium; iisque libris id assequi conatum esse, ut obscuri et intricati Scripturæ loci, quibus abuti solebant hæretici, ad verum sensum delecterentur. Non equidem crediderim totidem libros confutandis hæreticis emisso Origenem, quot hæreticos ab eo confutatos narrat Theodoretus; sed plurimos ex illis in alterius argumenti scriptioribus obiter ab Origene perstrictos existimo; quemadmodum Heraclonem in *Commentariis in Joannem* sæpe ab eo sigillatum videmus, et ubique sive Valentiniū, Basilidem et Marcionem. At aliquos tamen adversus hæreticos et ethnicos quosdam ex instituto edidisse certum est; qualis est liber *contra Celsum*; qualis fuit *Parvus ille labyrinthus* adversus Theodotum, si modo Origenem auctorem habuit; qualis fuit *Lucubratio* adversus Helcesaitas, quos peculiari opere convictos fuisse verisimile est.

X. Hieronymus apud Rufinum, *Inject.* ii, indicem librorum Origenis pertexens, sic disserit: « Vultis noscere quanta ingenii sui reliquerit monumenta? Sequens titulus ostendit: Scripsit in Genesim libros tridecim: mysticarum homiliarum libros duos: in Exodus excerpta: in Levitico excerpta: item Monobiblia, *Hept. dpxw̄r* libros quatuor, *De resurrectione* libros duos, et alios de resurrectione dialogos duos. » Quid sint Monobiblia incertum est. Fortasse non peculiare aliquod Origenis opus hoc nomine signatur, sed ea ejus opuscula, quæ nos Syntagmatum appellatione complectiuntur. Cum

Aenini exegistica enumerasset Hieronymus, tum in unam classem syntagmata conjicit, ad eaque suo ordine percensenda accedens, « Item, inquit, scripsit Monobiblia, *Hept. dpxw̄r* libros quatuor, » etc.; quasi dixisset: Item sequentia scripsit Syntagmata (quæ et opuscula deinde Rufinus appellat) nempe libros *Hept. dpxw̄r*, etc. Atque hæc, quod non aliorum librorum causa essent elaborata, nec aliis adiungenda essent libris, cujusmodi erant exegistica; sed proprio continerentur argumento, et circa peculiarem sibi materiem versarentur, idcirco Monobiblia appellata sunt. Sed hæc pro conjectura haberet volo.

Ad postremum Vincentius Bellovacensis *Speculū doctrinalis* libr. xviii, cap. 45, Origenis lucubrationes quæ ad sua pervenerant tempora enumerans, sic auspicatur: *Apologia pro se, tractatus I. Doctrinæ quidem suæ defensionem ad Fabianum papam misisse Origenem supra notavimus: an ea his significetur Vincentii verbis, an aliud quidpiam opus lector perspicax arbitretur.*

XI. Minime vero in hunc censem conferenda videatur esse *Philocalia*, ut quæ a Basilio et Gregorio Theologo confuta et consarcinata sit. Quoniam tamen ex Adamantii pannis tota contexta est, et ex ventilatis supra Origenis operibus sere detracta sunt fragmenta quibus illa constat; ideo non pro diverso aliquo opere habenda est, sed pro Origeniano tantum centone, in quo Origeniana omnia sunt præter contextum: proptereaque in hanc se riem a nobis admittetur.

## SECTIO II.

### DE ORIGENIS SYNTAGMATICIS QUÆ SUPERSUNT, DEQUE VETUSTIS LIBRORUM *Hept. dpxw̄r* INTERPRETATIONIBUS.

I. Agitur de libris *De resurrectione*, II. *Hept. dpxw̄r*, eorumque vetustis interpretationibus, III. *Στρωματεύστι*, IV. *Proteptico ad martyrium*, V. libris contra Celsum. VI. *Epistolis*, VII. libro *De oratione*, VIII. et *Philocalia*.

I. Ex enumeratis proxime Adamantii Syntagmatis sive omnibus, vel toti libri, vel insignia fragmenta, vel particulae aliquæ ad nostra tempora pervenerunt. E libris quidem *De resurrectione* primo et secundo fragmenta aliquot depromit Pamphilus in *Apologetico*, ad septimam depellendam criminationem, qua de resurrectione male sensisse Origenes dicebatur. Ex eodem quoque opere, capituli decimi libri secundi *Hept. dpxw̄r*, fatente ipso Origeni, pars aliqua translata est.

II. Baronius an. 232, cap. 4, libros *Hept. dpxw̄r* ad exemplum Longini elaboratos ab Origene suspicatur. Longinum siquidem hujus tituli librum scripsisse refert Porphyrius in *Vita Plotini*. Si quis econtrario Longinum affirmet operis sui argumentum ab Origene sumpsisse, a vero longius non abilit; æque enim utrumque incertum est. Libri inscriptionem parum assecutus est Rufinus, qui in Prologo ad libros *Hept. dpxw̄r* reddi eam posse dicit *De principiis*, vel *De potestatibus*. Quis vero nou-

intelligit Christianæ religionis, ac vera philosophiæ elementa hoc libro tradere propositum Origeni fuisse? Quamobrem revera sunt, ut subjicit Rufinus, et obscurissimi, et difficillimi. Addere poterat: erroribus quoque, et ψευδωνύμου γνώστας seminibus referissimi: in iis quippe præcipua dogmatum suorum fundamenta Origenes posuit. Quocirea Didymus brevibus eos illustravit commentariolis, Rufinus vero Romana loquela exposuit. Verum ut errorum suorum capita in hac lucubratione conclusit Origenes, ita in eadem malæ sue et fluxæ penitus interpretando fidei egregium specimen edere velle visus est Rufinus: sic enim fatur in Prologo: « Sic ubi ergo nos in libro ejus (*Περὶ ἀρχῶν*) aliquid circa id invenimus, quod ab ipso in cæteris locis pie de Trinitate fuerat definitum, velut adulteratum hoc et alienum, aut prætermisimus, aut secundum eam regulam protulimus, quam ab ipso frequenter invenimus affirmatam. Si qua sane velut peritis jam et scientibus loquens, dum breviter transire vult, obscurius protulit; nos ut manifestior fieret locus, ea quæ de ipsa re in aliis ejus libris apertius legeramus, adjecimus, explanationi studentes: nihil tamen nostrum diximus, sed licet in aliis locis dicta, tamen sua sibi reddidimus. » Qui licet suam voluisset celare perfidiam, facile illa sese prodidisset. (3) Ex eo quippe libro multa in *Apologeticum* transtulit Pamphilus, quæ in Rufiniana interpretatione desiderantur: velut in eo capite, ubi agitur de Coæternitate Filii Dei, et inseparabilitate ejus a Patre, recitatatur testimonium istud e libro primo: *Videamus ergo quid sit Salvator noster, Splendor dicitur* <sup>12</sup>, etc., quod frusta in Rufini conversione requiras. Tale et illud est e libro itidem primo petitum: *Ex eo quod dicit apostolus Paulus: Non ab hominibus* <sup>13</sup>, etc., quod habetur in eo capite ubi tertia criminatio Pamphilus respondet. Aliud quoque indidem profert ad quartam criminacionem refellendam, quod Rufinus in interpretatione omisit. Fragmenta præterea *Philocalie* ex hoc opere mutuata summanam ejus vanitatem coargunt, si cum ipsius verbis contendantur. Quanquam dubitari potest annon aliqua detraxerint Basilius et Gregorius *Philocalie* contextores, quæ ab orthodoxa fide dissentirent. Certissimum vero petitur indicium ex conflicione locorum, quos e libris *Περὶ ἀρχῶν* acceptos, Rufinianorum valde dissimiles Justinianus in *Epistola ad Menam* repræsentavit. Itaque ex hac Rufini infidelitate quanta Christianæ pietati et doctrinae pericula exsisterent, intelligens Hieronymus, novam interpretationem meliori fide adornavit, et Latinæ Ecclesiæ Origenis revelavit errores, nullis artibus

**A** dissimilatos, nullo falsæ interpretationis fuso obli-  
tos; ut ab iis in propatulo positis facilius sibi lector  
faceret. Verum ad hanc ætatem nova isthac inter-  
pretatio non pervenit.

Narrat ex aliorum fide Andreas Rivetus *Critici sacri* libro II, cap. 12, libros *Περὶ ἀρχῶν* Graece scriptos existare in quibusdam bibliothecis. Falsum id esse affirmare ausin: nam neque in Gallicis, aut Italicis, aut Germanicis, aut Hispanicis repe-  
rir eos certissimum est. Incertum vero est an ex aliena fide, an ex suo ingenio conjecterit Abrahamus Scultetus <sup>14</sup>, Anacephalæsin, quæ quartum claudit librum operis *De principiis*, esse Rufini vel Pam-  
phili. Quod ut nullo auctore, nulla ratione subni-  
xum proponitur, ita nullo adducto arguento re-  
pudiatur.

**B** III. Ostendimus supra auctore Hieronymo Στρω-  
ματεῖς Origenis, ad *Stromateon* Clementis Alexan-  
drini exemplum compositos, Christianorum dogmata  
cum philosophorum sententiis contulisse, illaque  
ex iis confirmasse. Specimen illorum e sexto libro  
desumptum exhibet Hieronymus libro I *Apolog. aduers. Rufin.*, cap. 4, quo cum Platonem induxis-  
set Origenes, probantem mendacio uti aliquando  
licere, idem sacrorum librorum auctoritate, et Ju-  
dithæ, Estheræ ac Jacobi patriarchæ exemplo  
astruit.

**C** IV. Fragmentum e *Protreptico* Origenis ad *mar-  
tyrium* Bibliotheca Regia suppeditat. Totum vero  
opus illustrissimi domini de la Barde, Christianis-  
simi regis apud Helvetios legati, cura e Basiliensi  
bibliotheca depromptum, ejus frater Ecclesiæ Pa-  
risiensis canonicus, roræ vir pietatis, humanitatis  
et integratæ, mei juris fecit, suoque a me inter  
Origenis Syntagmata ordine collocabitur.

**D** V. De libris contra Celsum ita loquitur Eusebius  
in *Antirrheto* adversus Hieroclem: Δυνάμει δὲ ἡδη  
οὐ πρὸς τῆς ἴδιας κατ' αὐτῶν γραφῆς ἀνατέτραπται,  
καὶ προαπελήγεται ἐν δῖοις ὅκτεων ἔνγγράμμασι,  
τοῖς ὄμριέντις γραφεῖσι, πρὸς τὸν ἀλαζωνικῶτερον τοῦ  
Φιλαίθους ἐπιγεγραμμένον Κέλσου Αἰηθῆ λόγον,  
ῷ τὰς εὐθύνας ἀπαραλείπτως, ἐν δῖοις εὐρήκαμεν, δ  
εδηλωμένος παραγαγὼν ἐνδιλήδην δῖα εἰς τὴν αὐτὴν  
ὑπόθεσιν παντὶ τῷ εἰρηταί τε καὶ εἰρήσεται, προλα-  
βὼν διελύσατο. « Jam autem potestate, licet non de-  
stinato contra ea scripto, obrrita et confutata sunt  
(scripta Hieroclis) in octo libris quos Origenes  
conscriptis adversus Celsi Verum sermonem, ja-  
ctantiori opere illo (Hieroclis) qui *Philalethes* in-  
scribitur: in quibus causas omnes et argumenta  
complexus vir ille, omnia simul quæcunque super  
ea re a quoquam vel dicta sunt, vel dicentur post-

<sup>12</sup> Hebr. 1. 3; Sap. vii, 26. <sup>13</sup> Galat. 1. 1. <sup>14</sup> Scultet, in *Medull. theolog. Patr.*, lib. vi, cap. 4.

(3) *Ex eo quippe libro multa in Apologeticum transtulit Pamphilus*, etc. In vulgatis editionibus *Apologiae* Pamphili martyris tria sequentia loca que citat Huetius, ex libris *Περὶ ἀρχῶν* desumpta qui-  
dem dicuntur, sed perperam, et incuria editorum,  
ut suo loco monuimus ex miss. codicum fide. Pri-

mus locus erinitor ex homilia 9 in *Jeremiam* cuius  
Grecus contextus etiamnum extat. Secundus ex  
initio libri primi in *Epistolam ad Galatas*, et tertius  
ex *Commentario in Epistolam ad Philemonem*. Adro-  
que nihil extat in *Apologia Pamphili* quod non sit  
in Rufiniana librorum *Περὶ ἀρχῶν* interpretatione.

hac, in antecessum dissolvit. • Vero; non alias enim tantam doctrinæ Christianæ et profanæ libertatem, tanta argumentorum pondera expromit. Causa scribendi Celsus fuit Epicureus, qui Christianam religionem impugnaverat libro cui titulum fecerat, 'Αληθής λόγος. Is cum summo plausu a Christi adversariis suisset exceptus, confutandum suscepit Ambrosii rogatu Adamantius, jam licet e vivis sublato Celso.

VI. Ex epistolis Origenis duas omnino integras, et nulla sui portione truncatas, quasdam ex parte duntaxat superstites habemus. Integra superest epistola ad Julium Africanum, qua doctissimo illi viro, Susannæ historiam, quæ in Danielis libro legitur, adulterinam suspicant, ipsiusque per epistolam roganti sententiam erudite respondit, suamque narrationi huic auctoritatem asseruit. Plurima utriusque circumferuntur Græca manu exarata exemplaria; quorum unum a se descriptum ad me transmisit Emericus Bigotius, singulari vir eruditione: (4) et nos aliquando, cum Deo, ambas inter Syntagma vulgabimus. Integra quoque est Epistola, qua constat decimum tertium Philocaliæ caput, quaque Gregorium Thaumaturgum ad sacrarum litterarum studium Origenes adhortatur. Rulius in libello *De adulteratione librorum Origenis*, recitat partem epistolæ, quam patria depulsus ad amicos Alexandrinos Adamantius scripsit, in qua falso jactare adversarios queritur, persuasum esse sibi, futurum ut salutem diabolus aliquando consequatur; addit hæreticum quendam disputationis secum habitæ *Acta adulterasse*; et se *Actorum* misisse codicem, unde corruptor falsitatis argueretur; alium item hæreticum, qui congregi secum detrectaverat, falsam disceptationis historiam mandasse litteris, et passim vulgasse, sed vanitatis tandem et impudenter fuisse a se convictum. Hieronymus vero lib. II *Apolog. aduers.* Rulii., cap. 5, hanc ipsam epistolam parum fideliter a Rulino conversam causatur, dissimulasse quippe ipsum ab Origene lacerari Demetrium Alexandrinum episcopum, et totius orbis episcopos ac clericos, a quibus Ecclesiæ communione fuerat prohibitus; deinde dicere Origenem ait frustra se fuisse ab Ecclesia dejectum, nec vicem maledictis referre velle, seque iis usque adeo abstinerere

(4) *Et nos aliquando, cum Deo, ambas, etc.* Non quan duas has epistolias vulgavit Huetius, sed ambae reperte sunt in ejus scriptis mss. quas RR. PP. Jesuitae Sancti Ludovici Parisiensis benigne nobiscum communicarunt.

(5) *Verum parum est auctoritatis in catenis, etc.*  
Recte monet vir doctissimus Montefalconius noster  
*Bibliotheca Coislinianæ* pag. 41, Origenem men-  
dose positum fuisse pro Severo, cuius memoratur  
*Epistola ad Photium et Andream presbyteros*, in co-  
dice 8 ejusdem *Bibliothecæ Coislinianæ* pag. 44.  
Quamobrem ab hocce suppositio fragmento inter-  
genuina Origenis opera publicando abstinuimus.

(6) *Quanam ea fuerit Tatiana*, etc. Vix conjecturari licet assequi quanam fuerit Tatiana. Elogia que cum Ambrosio partitur, communia utrinque mandata, et obsequium utriusque simul ab Origene pra-

solere, ut Candidus, Valentiniani dogmatis sectator, occasionem inde natus sit accusandi sui, quod diabolus ejus esse naturae dixerit, que salutem consequi possit. Tum initium epistole a Rufino pretermissum, Hieronymus exhibit a se conversum. Rufino certe parum hic æquus est Hieronymus; cur enim cum adulteratos Origenis libros vellet ostendere, Epistola partein a proposito alienam descripsisset? Ex epistola quam ad Patrem Christianæ fidei causa supplicio destinatum etiam tum puer scripsit Origenes, verba aliquot repetit Eusebius lib. vi *Histor.*, cap. 2. Capite vero decimo nostro prolixius recitat fragmentum epistole, quam purgandi sui gratia adversus eos conscripsit, qui nimium ejus in Græcorum disciplinas studium damnabant. Denique Georgius Cedrenus, in *Severo*, epistole eiusdem Origenis partem dat, in qua acriter ab Ambrosio ad interpretandas Scripturas, ac nimis quam par esset urgeri se conqueritur. Eamdem ex Cedreno decerpitam representat Suidas. Ex epistola Origenis ad *Photium et Andream presbyteros* particulam proferunt catenæ veteres in Deuter. xvi, 20. (5) Verum parum est auctoritatis in catenis, ut diximus alibi; et quoad aliunde accedat fides, fragmentum hoc suspectum esto.

VII. Liber *De oratione* hortatu Ambrosii et Tatianæ lucubratus est. Hunc nos e manuscrito codice bibliothecæ Holmiensis Christinæ reginae descriptimus. Titulo quidem caret, sed ex ipsius operis lectione auctor, et argumentum facile deprehenduntur: ut alia quippe deessent indicia, vel ea sufficerent verba, quibus dissertatione absolutivitatem. Ταῦτα κατὰ δύναμιν ἔμήν εἰς τὸ τῆς εὐχῆς πρόβλημα, καὶ εἰς τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὐχὴν τὰ τε πρὸ αὐτῆς παρὰ τῷ Μαθθαίῳ εἰρημένα ἡμέν τιθέληται, φιλομαθέστατοι καὶ γνησιώτατοι ἐν θεσσαλίᾳ ἀδελφοί, Ἀμβρόσιος καὶ Τατιάνη. « Heic a nobis pro virili super quæstione de oratione, et ea precatione quæ habetur in Evangeliiis, et quæ ipsam apud Matthæum præcedunt, nobis elaborata sunt, studiosissimi et germanissimi in pietate fratres, Ambrosi et Tatiana. » (6) Quænam ea fuerit Tatiana, deque ipsa dissertatione alias a nobis disputabitur accuratius, cum inter Syntagmata typis committetur.

<sup>10</sup> VIII. Quoniam ex hoc alio *Philocalium* non ex-

stum summam inter illos intervenisse conjunctio-  
nem suaderent, conjugesque fuisse, nisi contra ap-  
paruisset ex *Epistola ad Africanum*, Ambrosii ux-  
orem Marcellam fuisse appellatam. Videtur ergo su-  
peresse, ut Tatianam in proximo conjunctionis, so-  
roris nimirum gradu statuamus, presentium cum et  
Origenis *Exhortatione ad martyrum Ambrosio in*  
*vinculis constituto inscripta*, illum non modo natos  
atque fratres, sed et sorores habuisse constet.  
Quin etiam ab Origene hujus libri *Ἱερὴ εὐχῆς*  
num. 2, describitur Tatiana tanquam proiecte xata-  
tis, nec non ipsa et Ambrosius sub finem operi γυ-  
γεῶταο ἀδελφοί, fratres germani dicuntur. Verum  
quoniam haec admodum probablia sunt, non pro-  
certis tamen haberi velim. Nihil enim vetat Ambro-  
sii uxorem que in *Epistola ad Africanum* Marcella  
vocatur. Tatiana quoque nomen habuisse. Neque

pungimus, paucis quoque de ea agendum est. Philocalia quid sit breviter declarat epigrapha ipsi praefigi solita: Ἐκλογὴν τῇ παρούσᾳ περίεχε βίβλος γραφικῶν ζητημάτων καὶ διαλύσεων, ἐκ διαχόρων βίβλων τῷ ὄπιγένει ποιηθεισῶν ήθροισμένην ὑπὸ τῶν τὰ θεῖα σοφῶν Γρηγορίου καὶ Βασιλείου. • Delectum continet hic liber quæstionum et solutionum que pertinent ad Scripturam, ex variis libris ab Origene elaboratis, qui collectus est a viris divinarum rerum peritis Gregorio et Basilio. » Tum subjungiatur epistola, qua id opus ad Theodorum Tyaneum episcopum Gregorius Nazianzenus transmisit. Ostendunt quoque quid sit Philocalia elegantes iambi, nondum editi, quos in antiquo collectionis hujus codice manuscripto reperimus:

Οὗ (Ὀριγ.) τῶν λόγων τὸν ἀρμόδηθρον ὅρης ξέρην,  
Βασιλεὺον χρήστας, ὃς πρέπεινος πάντων.

Cujus (Orig.) sermonum nunc collectionem vides novam,  
Quos Basilius optimos esse judicavit.

A Atque hæc eo libentius refero, quod iis vocis φιλοκαλίας, quo sensu a Basilio et Gregorio usurpata est, significatio continetur. Nihil autem sonataliud ea vox quam delectum eximiorum quorumdam locorum e variis libris scriptoris alicuius: cuiusmodi sunt fragmena e Petronio ab aliquo studio collecta. Locum hic non habet altera φιλοκαλίας notatio, quam affert Augustinus libr. II contra Academ., cap. 1, et lib. I Retractat., cap. 1, eam esse scribens rerum divinarum ex divina relatione, et Verbo Dei cognitarum studium quo sensu usurpatum esse a Gregorio et Basilio hoc vocabulum opinati sunt Genebrardus et Tarrius: qui enim id congruet cum Origenianorum aliquot locorum Ecloga? At eo sensu, quem nota Augustinus, accipienda est vox φιλόκαλος, quam Origeni tribuere Gregorium Theologum in epistolis scribit Photius Bibliotheca cod. ccxxxii.

## CAPUT IV.

Quo ordine, quibus temporibus Origenis libri lucubrati sint exploratur.

I. Variis Origenis scriptoribus suus ordo, sua tempora ex Eusebio assignantur. II. Quo tempore Tetrapla, Hexapla, et Octapla concinnaverit, investigatur. III. Notantur nonnulla circa ordinem ac tempus exegitionis, ac syntagmatum ipsius quorumdam. IV. Distinguuntur ejusdem homiliæ extemporales et in ovo elaboratae.

I. Si temporum effugisset injuriam liber ille Eusebii *De Vita Pamphili*, in quem librorum Origenis indicem inferserat, argumento huic quod persequimur magna lux accederet: quo quoniam caremus subsidio, quid in ipsis *Historia nobis opis* situm sit videamus. Hunc enim, ut in reliquis quæ ad Origenem pertinent, ita hac etiam in parte ducem præcipue spectabimus, in qua nobis proposimus investigandum, quo ordine singuli Adamantii libri, quorum memoria superest, quibus temporibus fuerint lucubrati. Quæ prior ab eo celebratur Adamantii scriptio, si sunt commentarii in veteres philosophos, qui dinturitate temporis omnes intercederunt. Proximæ commemorantur Scripturæ sanctæ interpretationes, quarum non contemnenda pars ad hanc diem servata est. Sacra volumina non longe post initia Alexandri Commentarii explicare eum copiæ reperio. Ac primum a Joannis Evangelio auspicatus est, in eumque priores quinque tomos Alexandriæ compositi; necnon in Genesim priores octo e duodecim (7). Quin etiam viginti quinque priores psalmos, et Jamæ Threnos ibidem expositionibus illustravit; in

magni momenti est quod libri *Περὶ εὐχῆς*, num. 2, Tatiana tanquam proiectæ ætatis describitur, et sub finem operis ipsa et Ambrosius γνησιώτατοι ἀδελφοι salutantur. Nam utrobique potest figurata esse locutio, nec aliter forte ambo germanissimi fratres

C hisque sese libros *De resurrectione* jam ante elaborasse significavit. Libros quoque *Περὶ ἀρχῶν*, et *Στρωματῶν*, antequam Alexandria excederet, composuit. Adepto imperium Maximino, librum edidit *De martyrio*. Eo vero sublato, cum rerum potiretur Gordianus, in Isaiam et Ezechielem commentatus est in Cæsariensi secessu. Meminit præterea Eusebius lib. VI *Hist.*, cap. 31, Epistolæ ad Africatum, qua historiam Susannæ fides et auctoritas propugnat: tempus vero quo data ipsa est, non assignat. Resert illud Petavius ad annum Christi 222; quo anno imperium capessivit Alexander; curia sentiret, nequitiam ascrispsit. At cum Nicomedia scripta sit præsente Ambrosio, datam illam concilio imperium tenente Gordiano, annum ætatis agenti Origene circiter quinquagesimum secundum, cum Cæsarea Athenas profectus, Nicomedia Ambrosium obiter adiit. Postquam migravit Athenas, inchoatos in Ezechielem Commentarios ad umbilicum perdixit: Cantici vero canticorum expositionem aggressus, lucubratis prioribus quinque libris, reliquo quinque Cæsaream redux absolvit. Anno

appellantur, quam in Christo, eodem prope modo quo Ambrosium ipsum fratrem suum vocat Origenes initio tomis II Commentariorum in Joannem.

—(7) Leg. tredecim.

Philippi tertio sexagenarium annum prætergressus homilias ex ore suo, dum concionaretur, a notariis excipi tum primum passus est. Unde constat bonam earum partem, quæ ad nostram ætatem transmisse sunt, non ab alio esse tempore repetendas. Homilia putata in psalmum LXXXII, cuius fragmentum ex Eusebio depropnsimus, adversus errorem Helcesitaram hac ætate exortum habita est. Hac ipsa tempestate Celsus libris octo confutavit; in Matthæi Evangelium et prophetas duodecim Commentarios concinnavit; plurimas etiam epistolas ad Philippum imperatorem, et ad coniugem ipsius Severam, alias que complures dedit, quæ sparsim in eo libro Eusebii suis temporibus assignantur.

II. *Tetraplorum* et *Hexaplorum*, quorum mentionem fecit Eusebius lib. vi *Histor.* cap. 16, cui tempori adjungenda sit descriptio, statuere promptum non est. Factum id significare videtur Eusebius multo antequam Alexandria Origenes excessisset, tunc nimis cum Ambrosium ad Christi fidem convertebat. Epiphanius autem Tyri lucubrata ea non semel asseveravit (8). Ego vero aliud rei huic tempus deputo, quando scilicet Christianos vexante Maximino Cæsaream Cappadociæ ad Firmilianum confudit Origenes. A Julianæ enim liberaliter exceptus et domo et bibliotheca a Symmacho olim instruta, ad eam deinde hereditatis jure transmissa, (77) nactus illic est Scripturæ sacræ exemplaria, quibus usus fuerat Symmachus. Tum vero codices ipsum conflixisse inter se et conjunxisse probabile est: sed cum institutum opus per angustias temporis ibi absolvere non posset, supremam ipsi manum iu otio Tyrio imposuisse. Non quod de iis cogitasse Origenem tum primum putem; sed Alexandriæ fortasse

(8) Epiph. *Hæres.* LXIV, cap. 3 et lib. *De pond.* cap. 18.

(9) *Nactus illic est Scripturæ sacræ exemplaria, quibus usus fuerat Symmachus, etc.* « Verisimile non videtur, inquit Tillemontius, not. 9 in Origen., Origenem Symmachi versionem 60 ante annos elaboratam tam sero nactum esse, potesque commode Eusebius intelligi aut de ipso Symmachi autographo, nam ex ipso Symmacho illud Julianæ accepserat, aut de Commentario quodam Symmachi in Scripturam, non de ejus versione. En ipsa Eusebii verba lib. vi *Hist.*, cap. 17: Καὶ ὑπομνήματα Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται, ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτελόμενος Εὐαγγέλιον, τὴν δεδηλωμένην δίρεσιν χρατούνειν. Ταῦτα δὲ δὲ οἱ Πριγένης μετὰ καὶ διλλουν εἰς τὰς Γραφὰς ἔρμηνειῶν τοῦ Συμμάχου σημαίνει παρὰ Ιουλιανῆς τινος εἰληφέναι, ἢν καὶ φησι παρ' αὐτῷ Συμμάχου τὰς βίβλους διαδέξεσθαι. — Exstant certe etiamnum Commentarii Symmachi, in quibus Evangelio secundum Matthæum nixus memoratum (Ebonitarum) heresim propugnat. Hos autem Origenes cum aliis Symmachi in Scripturas interpretationibus, testatur se a Julianæ quadam accepisse, ad quam ii libri ab ipso Symmacho successionis jure pervenerant: possint hic de Commentario intelligi, quod neminem puto negaturum, ut sic hoc loco intelligatur suadet vox διλλον, aliis, ab Eusebio adhibita. » Que cum ita se habeant, nihil vetat Origenem *Hexaplum* exorsum esse ante annum 255, quo in Cappadocia apud Julianam latere coepisse creditur. *Hexaplum* sua aperte memorat in *Epistola ad Africanum*, quam certum est

A prius animo informata, Cæsareæ Cappadocie inchoata, Athenis et Cæsareæ Stratonis affecta, ac Tyri demum arbitror fuisse perfecta. Ita Eusebio conciliatur Epiphanius, quorum ille aliquam in concinnandis *Hexaplis* Alexandriæ operam ab Origenem positam videtur significare; hic Tyri fuisse composta aperte docet; quod ita intelligentum est, non Tyri solum ea elaborasse Origenem, sed in iis etiam locis, in quibus octo et viginti ante mortem annis versatus est, quos Tyri transactos perperam Epiphanius credidit. Firmat nostram conjecturam quod ait Eusebius lib. vi *Hist.*, cap. 17, Symmachî interpretationem in Julianæ bibliotheca Origenem reperisse. Nondum itaque *Hexapla* vel *Tetrapla* concinnaverat, quorum pars magna fuit Symmachî interpretatione. Eusebio itidem astipulatur Epiphanius, lib. LXIV, cap. 5, Origenem lucubrationes suas in Scripturam, impulsu Ambrosii susceptas, ab *Hexaplis* fuisse auspicatam: Τὸ πρῶτον, inquit, αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐφιλοτιμήσατο συναγαγεῖν τῶν ἐξ ἑρμηνειῶν. Atqui tunc temporis Alexandriæ versabatur. Rerumque argumentum aliquis, et dicet hoc tempore sex interpretationes in unum colligere non potuisse Origenem, qui etiam tum Symmachî interpretatione, et editione sexta careret. Respondeo *Hexaplorum* coagmentationem mente præformasse ipsum cum esset Alexandriæ, non ipsa coagimenta, cum nondum exemplaria haberet ad manum, sed Jam inde ipsis investigandis operam dedisse. Itaque non dicit Epiphanius, συνήγαγεν, sed, ἐφιλοτιμήσατο συναγαγεῖν.

(10) Perfecto *Hexaplorum* opere, ut studiosorum sumptibus et operæ consuleret Origenes, ad compingenda *Tetrapla* animum convertit. Eusebius

Nicomediæ scriptam esse, cumq[ue] bis in Græciam iter instituerit, alterutro itinere Nicomediam petuisse et epistolam dedisse videtur. Tillemontius pretius primo itinere, id est anno 228, quam secundo indocim post annos, id contigisse potat, hoc uno nixus argumento quod Africanus Origenem filii nomine compellet, quod aptius ad primum, quam ad secundum iter referatur. Sed viro summo Montefalconio id non tantū esse momenti videtur. « Nam verisimile est, inquit pag. 15 *Præliminar.* in *Hexapl.*, ideo filium nuncupasse, quia longe minor aetate erat: quæ ratio tam in primo, quam in secundo Origenis itinere par haud dubie erat. Nec desunt exempla quibus id confirmetur. Eusebius enim Vercelleensis Dionysium Mediolanensem episcopum, aetate iam maturum dignitateque conspicuum, se tamen juviorem, filium compellare solebat. » Cum ergo certum non sit primo itinere, hoc est anno 228, Epistolam ad Africanum Nicomedie scriptam esse, nulla ratio est cur inde *Hexapla* ante hunc annum adornata existiuntur. Id unum verisimile potat Montefalconius, « Origenem *Hexaplis* edendis manum admovisse postquam sextam editionem repererat: reperit autem, Epiphario teste, anno Alexandri Severi septimo, id est Christi 228. Et quia abhinc ad annum 251, quo Cæsaream se recepit, non sat olli ei commodi habuisse videtur, ut tam arduam rem susiceret, opportune in annum 251, cum Cæsareæ ageret, *Hexaplorum* opus remittitur. »

(10) Perfecto *Hexaplorum* opere, ut studiosorum sumptibus et operæ consuleret Origenes, ad compingenda *Tetrapla* animum convertit. Huctio prævit

lib. vi *Hist.*, cap. 16, τὰ τῶν λεγομένων Ἐξαπλῶν ήμιν ἀντίγραφα καταλέοιπεν· ίδιως τὴν Ἀκύλου, καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν Ἐβδομήκοντα ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας· τὸ Exemplaria nobis Hexaplorum reliquit; cum præterea Aquilæ, et Symmachi, et Theodotionis editionem, una cum illa Septuaginta Sēnum in Tetraplīs seorsim digessisset. » Idem manifeste tradit Zonaras in *Severo*. Jam ante autem vel utravis, vel ultra-

A que compegerat Origenes, quam Commentaria scripsisset in *Matthæum*; in quorum tomo xv, num. 16, pag. 671, se varias Scripturæ editiones contulisse, et obelis ac asteriscis notasse traxit.

III. His Origenis scriptiones recenset, suisque adjungit temporibus Eusebius. Nos præterea ex ipso Adamantio nonnulla collegimus, unde aliam quarundam lucubrationum ordo ac tempus æstimari possint. Scripsisse Origenem Commen-

Valesius, eodem nixus Eusebii testimonio, quod sic vertit: « Hexaplorum nobis exemplaria reliquit; postea vero editionem Aquilæ et Symmachi ac Theodotionis cum Septuaginta Interpretum versione seorsim in Tetraplīs digessit. » Ideo autem sic verendum esse creditit Valesius, quod vocem ἐπικατασκευάσας, quam ipse ex mss. pro ἐπικατασκευάσας substituit, putaret significare *Tetrapla* post edita fuisse. At sive ἐπικατασκευάσας, sive ἐπικατασκευάσας legatur, vir summus dominus Bernartus de Montfaucon, in suis Preliminariis in *Hexapla* Origenis, pag. 9, hunc esse arbitriatur hujuscem loci sensum: « Hexaplorum nobis exemplaria reliquit, cum seorsim editionem Aquilæ, Symmachi et Theodotionis cum Septuaginta Interpretibus in Tetraplīs digessisset. » — « Aoristus enim, inquit, hoc situs positus rem postrem enuntiatam prius factam esse denotat, quam eam quæ præcedenti verbo indicatur. Hac vero loquendi forma adeo obvia apud scriptores est, ut mirum sit virum doctum in re tam aperta lapsum esse. Sic apud Strabonem lib. xiii, haec verba, « Ατταλος διεδέξατο τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀνηγράψθη βασιλεὺς οὗτος πρώτος, νικῆσας Γαλάτας νικῆ μεγάλῃ, sic explicantur: Attalus excepit imperium, et primus rex proclamatus est, postquam magnam C victoriā de Galatis reportaverat. Nam tunc hec victoria postremo loco enuntiari videatur, ex perspicuo tamen notoque usu hic intelligitur victoriā præcessisse, et inaugurationem secutam esse. Hunc item Eusebii locum sic intelligi oportet, ac si series ita se haberet: ίδιως τὴν Ἀκύλου, καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν Ο' ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας, τὰ τῶν λεγομένων Ἐξαπλῶν ήμιν ἀντίγραφα καταλέοιπεν. Cum seorsim editionem Aquilæ, Symmachi et Theodotionis cum Septuaginta Interpretibus in Tetraplīs digessisset, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit. Nihilque officit huic interpretationi vox composita ἐπικατασκευάσας: eadem quippe ratio aequa valet in compositis quibusque, atque in simplicibus, cum tali modo usurpatur. Qua posita interpretatione Tetrapla haud dubie prius quam *Hexapla* ediderit Origenes. Et haec erat eruditorum opinio antequam Valesius memorato Eusebii loco fultus novam appetiret. Ad hanc autem, Origenis nota in caput xlvii, § Genes. totam solvere questionem videatur. Eam porro sic edidimus eodem loco: « Επειδὴ ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἔξι ὄντας καὶ τὸ ἀντίγραφον μετεκάθη, πέρις τῶν εἰρμῶν τὸν ἐν τῷ Ἐβραικῷ καὶ ταῖς ἀλλαῖς ἔκδόσισι δείκνυται καὶ ἡ τῶν Ἐβδομήκοντα ἐν τοῖς τόποις μετατείσεσ, ὡς τὰ πρῶτα ὑπερέργα καὶ τὰ ὑπερά πρῶτα γενέσθαι: ὅπερ καὶ ἐνταῦθα εὑρέθη παθουσα- τούτου γάριν παρεστήκαμεν ἀκολουθιαν· ἔστι δὲ αὐτῇ. Τῷ, « Κατοικήσμεν οἱ πλεῖστοι ἐν γῇ Γεσέμ, » συν- ἀπειπεται τῷ, « Εἶπε δὲ Φαρὼν τῷ ὥστῃ, Κατοικήσωσαν ἐν γῇ Γεσέμ. Εἰδὲ ἐπίστη, ὅτι εἰστιν ἀπότοις. » Hoc est: Quandoquidem in Tetraplīs, unde exemplar transumptum est, secundum seriem Hebraici altiarumque editionum ostenditur, Septuaginta Interpretum editionem aliquot in locis transpositam fuisse, ita ut que priora erant, posterius, quæ posteriora, prius loca- rentur: quod hoc etiam loco accidisse deprehenditur; ideo verum seriem hic apposuimus, quæ sic habet: His verbis: *Habitabimus pueri tui in terra Gesem*,

subiungitur illud, *Dixit autem Pharaō Joseph, Πα- bitene in terra Gesem*. Si autem noveris quod sint in eis, etc. (Genes. xlvi. 5). Quam notam ut recte intelligas, virgulam ponas oportet post vocem μετεκάθη, ita ut sequentia πρός τὸν εἰρμόν, etc., referatur ad δείκνυται, et sensus sit: Ostensum est secundum seriem, vel ex serie Hebraici et aliarum editionum, textum τῶν Ο' aliquot in locis transposuit, et præpostere locatum fuisse; videlicet in nota ad marginem *Tetraplōrum* posita, quæ monerat eo loco seriem τῶν Ο' turbatam et transpositam esse: quæ s̄-quintūnū enim, τοῦτον χάρον παρεθήκαμεν ἀκολουθιαν, ideo rectam seriem (hic) apposuimus, aperte indicant illam restitutionem post edita *Tetrapla* factam fuisse. His quæ jam dicimus fidem facit nota codicis RR. PP. Jesuitarum colle- gii Ludovici Magni, quæ sic habet ante Ezechielem: Μετεκάθη δὲ ἀπὸ ἀντίγράφου τοῦ Ἀβδᾶ Ἀπολιναρίου τοῦ κονοβάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα μετεκάθη ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις Ἐξαπλῶν, καὶ διωρθώθη ἀπὸ τῶν Πριγένους αὐτοῦ Τετραπλῶν, ἀτίνα καὶ αὐτοῦ χειρὶ διώρθωτο, καὶ ἐσχολογράφητο· δὲ Εὐσέβιος ἐγὼ σχόλια παρέθηκε. Πάμφιλος καὶ Εὐ- σέβιος ἐδιωρθώσαντο. Desumptus est (Ezechiel) ab exemplari abbatis Apollinarii Καινοιarchæ, in quo haec subiiciuntur: *Escriptus est ab Hexaplis editiones complectentibus, et correctus est ad fidem Tetraplōrum Origenis, quæ etiam manus ejus emendata et scholias illustrata erant. Ego Eusebius scholia adjecti. Pamphilus et Eusebius correzerunt.* Ibi dicitur Origenem *Tetrapla* sua corressis et et scholii, illustrasse: quæ scholia ipsius Origeni manu descripta viderat is qui notam edidit. Illam porro (superiorem in caput xlvi, 6, Genesis) notam ad *Hexapla* Origenis pertinere non ambigendum. Nam in *Hexaplis* ille sūta loca Septuaginta Interpretum, quæ vel librariorum lapsu, vel alio casu transposita fuerant, ordinis suo restituit. Quod autem in *Tetraplīs* editionem lxx non emendaverit Origenes, sed in manu mediam postea admoverit, neimē cum *Hexapla* et *Octapla* adornaret, multis ex locis comprobatur. Sic psalmo lxxxvi in nota ad versum 5, dicitur locum illum vitiatum Μῆτρη Σιών, *Mater Sion*, qui respicit Hebraicum ΠΙΣΤΗ, haberi in *Tetraselido*, sive in *Tetraplo*, secus autem in *Octapse- lido*, sive in *Octaplo*, ubi recte legebatur: μὴ τὴν Σιών, numquid *Sion*, quia videlicet hunc locum in *Tetraplīs* mendosum, in *Octaplīs* postea emendavit Origenes. In libro autem Job frequentissima memoriatur loca ex *Tetraplīs* desumpta, quibus demonstratur Septuaginta Interpretum editionem, quæ ab Origeno in *Tetraplīs* po-ita fuerat, non emendata fuisse, sed et σφράγατα et præposteras lectiones quæ in exemplaribus τῶν Ο' exstabant, intacta ibi remansisse, ut quisque animadvertere possit in nouis nostris. Exploratum haec est textum Septuaginta Interpretum in *Tetraplīs* non emendatum fuisse, sed postea in *Hexaplis* id præstissime Origenem. Quapropter ubi de emendanda Septuaginta Interpretum lectione agitur apud Veteres, *Hexapla* semper. Te- nouam citantur. Hinc autem<sup>11</sup>

is, quam *Octapla*, edita  
editione scilicet illa τ  
edidisset Origenes; <sup>2</sup>

tarios in *Genesim*, antequam libros *Hapl. dpx̄or* componeret, et ex Eusebio intelligitur (11), et multo magis ex Origene ipso, qui libro 1 *Hapl. dpx̄or* cap. 3, num. 3, et lib. II, cap. 3, num. 6, istos citat *Commentarios*. Idem tamen libro 1, cap. 2, num. 6, hæc habet: « Puto ergo posse priori quidem exemplo aptari eum qui ad imaginem et similitudinem Dei factus est, hominem, de quo diligenter, favente Deo, cum locum ipsum in *Genesi* exponere cōperimus, videbimus. » Quid ergo? an hæc a librariis, an ab interprete vitiata dicemus? an alia quædam in *Genesim* meditatum fuisse finis genus Origenem, cum hæc scriberet? Evidē hæreo. Ex libro quoque *De oratione* num. 23, pag. 255, cognoscimus scriptum hunc esse editis jam *Commentariis in Genesim*. *Expositionum in Exodus*, *in Leviticum*, et *in Numeros* nulla in sexto Eusebianæ *Historie memoria*: eas esse vetustiores decem voluminibus *Commentariorum in Canticum cantorum* hæc Origenis patescunt verba ex lib. 1 *Comment.* in *Cantic.*, pag. 38: « De quo plenius in libro *Levitico*, prout Dominus dare dignatus est, exposuimus; » et ista e Prologo, pag. 33: « Sed quomodo differant a sanctis *Sancta sanctorum in Exodo*, (12) et quomodo differant opera ab operibus operum in *Numerorum libro*, tractatibus, prout potuimus, dictum est a nobis, » Quo tempore autem *Canticum* explanaverit mox viderimus. (13) *Expositiones in Leviticum* laudat iterum Origenes lib. ix in *Epist. ad Rom.* cum ait num. 1: « De quibus singulis cum in librum *Levitici* aliqua diceremus, pro vi-

B  
ribus explanare tentavimus. » An vero *Commentarii in Exodus*, *in Leviticum* et *in Numeros* his signentur, an Homiliae, non satis appetet. De enarrationibus *Deuteronomii* altum apud Eusebium silentium. Recentiores illas esse reperio posterioribus tomis in *Joannem*: sic enim scribit Origenes tomo xxxii in *Joan.*, num. 11, super *Deuteronomii* cap. II, vers. 30: « Άλλὰ τὰ περὶ μὲν τούτου, οἰκεῖτερον ἐν τοῖς εἰς τὸ Δευτερονόμιον ἔχετασθείην δι. Posterioribus autem in *Joannem* tomis suum mox tempus præliniemus. At vetustiores fuerunt enarrationes illas *Deuteronomii Homiliis in Lucam*: de iis quippe sic Origenes homil. 8 in *Luc.*: « Memini quondam *Deuteronomium* disserentem, dixisse me, » etc., (14) que non aliud expositionis genus, quam homileticum videntur indicare.

Observatum est Eusebio *Commentarios* in viginti quinque priores psalmos Alexandriae degentem Adamantium edidisse. Ipse vero Origenes tomo 1 *Commentar.* in *Epist. ad Rom.* num. 3, not. pag. 464, futurum pollicetur, ut psalmum LVII aliquando enarraret: et libro tamen quarto in eamdem *Epistolam* num. 2, pag. 523, psalmos sese interpretatum fuisse declarat: sed hic fortasse tomos intelligit; illuc homilia vel scholia. At homilia 15 in *Josue*, num. 6, explicasse se significat psalmum centesimum; et homilia 13 in *Levitico*, num. 2, meminit expositionis sua in psalmum cxviii. Hieronymus in *Proemio Commentariorum suorum in Abdiām* scribit *Expositionem Origenis in Canticum*, scutum esse juvenilis ætatis. Hieronymum secutus Baronius<sup>17</sup> factum id putat

<sup>17</sup> Baron. ann. 208, cap. 3.

postea cum *Tetrapla* ederet, missa illa quam tanto labore emaculaverat Hexaplii editione, aliam inveniendatam et erratis plenam posuisse? Id certe cum recta ratione pugnaret. Hæc autem pluribus prosequi sumus, quia Henricus Valesius locum Eusebii perperam interpretatus, doctis aliquot viris lucum fecerat. »

(11) *Scripsisse Origenem Commentarios in Genesim, antequam libros *Hapl. dpx̄or* componeret, et ex Eusebio intelligitur, et multo magis ex Origene ipso*, etc. Id quidem ex Eusebii minime intelligitur. Hoc enim duntaxat ait Eusebius, octo priores tomos in *Genesim* Alexandriae fuisse elaboratos, quemadmodum in libro nono ipse significabat Origenes. Porro cum Alexandriæ itidem libros *Hapl. dpx̄or* composuit Adamantius noster, utrumque opus simul potuit lucubrare. Deinde ex Origene ipso id unum erui potest tres vel quatuor duntaxat in *Genesim* confecisse tomos antequam libros *Hapl. dpx̄or* inchoaret. Nam loca Geneseos quæ citat in libris *Hapl. dpx̄or* tanquam jam a se prius exposita, hæc sunt: *In principio Deus fecit celum et terram*; et ista: *Spiritus Dei frēbatur super aquas* (*Genes. 1, 1, 2*), quæ certe ad priorem tonum referri debent, siquidem tertius de opere quartæ diei agebat, ut invicte probant ejusdem tomi fragmenta a nobis edita. At vero de opere sextæ diei, quod ad quintum vel sextum tonum referri debet, nondum eum egisse constat ex loco lib. 1 *De principiis*, cap. 2, quem hic adducit Huetius, quemque hæsitans immixto suspicatur a librariis vel ab interprete vitiatum, vel deinde significare alia quedam in *Genesim* meditatum fuisse Origenem. *Commentarios* suos in *Genesim* citat Origenes Tract. 55 in *Matt.* pag. 924, et lib.

IV ac VI contra *Cels.*, num. 37, pag. 530, et num. 49, p. 670. Laudat et homiliam 15 in *Genesim*, homilia 12 in *Numeros*, num. 1, p. 312.

(12) *Et quomodo differant opera ab operibus operum in Numerorum libro*, etc. Id genus distinctionis existat homilia quinta in *Numeros*: sed quis asserere queat utrius operis pars sit hæc περιοχή, homiliarum an scholiorum? Utrumque enim opus simul permiscent Rufius. Si homiliarum, falsa est Huetii sententia, illas omnes esse ex eorum numero quas Adamantius post ætatis sue annum sexagesimum ex tempore promuntiavit: si scholiorum, nihil equidem jam veritatem quominus homilia in *Numeros* prouniata existentur posquam Origenes ætatis sue annum sexagesimum attigit: sed id non certo eruditur, ut infra putat Huetius, ex duodecima in *Jeremiam* homilia. Ibi quippe tantummodo ait Origenes se ubi finem dicendi fecisset, adhuc locuturum de *Numerorum* loco qui legendus erat: quod sane non impedit quominus alias longe antea homlias in *Numeros* habere potuerit.

(13) *Expositiones in Leviticum laudat*, etc. Ex ipsomet in *Leviticum* Homiliis prima, 3, 5, 6, 7, 9 et 15, liquet 1° eas esse extemporales; 2° Casere in Palæstina fuisse habitas; 5° si non omnes, saltem nonam homilia quadam in *Jeremiam*, et decimam tertiam *Expositione* in psalmum cxviii posteriores esse.

(14) *Quæ nihil aliud expositionis genus, quam homileticum*, etc. Hinc nihil mirum si lib. VI *Commentar.* in *Epist. ad Rom.* num. 7, p. 579, ait quod legitur *Deuteronomii* xxv, 5, id plenius et fusius suis locis esse pertractandum.

anno Christi 208, quo tempore vicesimum tertium aetatis annum agebat Adamantius. Pugnat illud cum rationibus Eusebii <sup>78</sup>, qui tum eum Scripturam illustrare exorsum tradit, cum Antiochia Alexandriam reversus est, unum jam et triginta annos circiter natus. Ideo alio loco decem illos Commentariorum in *Canticum* libros Cæsareae absolvisse Origenem refert, quos in altero Athenensi secessu inchoaverat. Ad secundum autem jam et quinquagesimum aetatis annum pervenerat, cum Athenas iterum repetiit. Expositiones præterea suas in *Exodus*, in *Leviticum* et in *Numeros* hoc opere laudat Origenes, quas nonnisi jam natu grandem emissoe ereditabile est : laudat et oratiunculas in *librum Iudicium* a se editas, quas non alias esse puto, quam quæ exstant. Num ergo levia quedam et rudia jam tum adolescens effuderat Adamantius ; proiectior autem ætate nova illa commentaria tomis decem distincta edidit ? Plane ita est : nam capite septimo *Philocalie* fragmentum adducitur, cui verba haec præfixa sunt : « Εξ τοῦ εἰς τὸ Ἀσμα μικροῦ τόπου, ὃν ἐν τῇ νεότητι ἔγραψεν. » E parvo tomo in *Canticum*, quem juvenis scripsit, a Parvum hunc igitur tomum, quem in juvenili ætate emiserat, designat Hieronymus in *Froenio Commentariorum in Abdiam* : decem autem volumina natu grandior elimavit. Id si sit, jam intelligitur Eusebium priora illa rudimenta nullo habuisse numero, earumque dumtaxat scriptiorum duxisse rationem, quas ingenio et annis maturior Origenes accuravit. In homilia ipsius undecima in *Ezechielem*, num. 5, hæc legas : « Eo tempore quo Jeremiam exposuimus, ea quæ nobis gratis Dei orantibus vobis largita est, sive certe utcunque sensimus, exponere conati sumus. » Ante igitur Jeremiam interpretatus est, quam homiliae illas in *Ezechielem* habuisset. (15) Necdum etiam Numerorum explicationem fuerat aggressus, cum Jeremiam homiliae illustraret, ut ex duodecima manifestum est. In prima vero non multo ante se enarrasse ostendit sententiam hanc Sospitatoris : « Non est Prophetæ sine honore, nisi in patria sua ; » quæ cum habeatur Matth. xiii, 57, prolixaque illius existet interpretatio in tomo x, num. 16 et 18 *Commentar. in Matth.* ad ea procul dubio Origenes respexit : ex quo efficitur his Commentariis posteriores esse homiliae in *Jeremiam* ; nec multo tamen posteriores, cum post annum aetatis sexagesimum Commentaria illa concinnaverit ; homiliae autem illæ ex earum genere sint, quas ex tempore recitatas, a notariis hoc

A primum tempore describi passus est. De lucubrationibus in *Ezechielem* ita scribit Sixtus Senensis lib. iv *Biblioth.* : « Cum Athenis degeret, jam sexagenario major elaboravit, Eusebio teste, in *Ezechielem* tomos viginti quinque, cum prius in eundem prophetam homiliae plurimas dedisset. » Bis peccat Sixtus, nam annum quinquagesimum secundum nondum excesserat, cum alterum Atheniense iter suscepit, ut demonstravimus ; quo itinere coepios in *Ezechielem* tomos absolvit : homiliae autem sexagenario major habuit, ut pote quæ ex illarum classe sint, quæ cum pronuntiarentur ex ambone, a notariis in litteras referebantur. Scripsisse quoque illum nonnihil in *Danielem*, priusquam exponendum Matthæum suscepit, ostendit illud e *Tractat. 29 in Matth.*, num. 40, pag. 860 : « Quæ autem sequuntur in textu Danielis, sicut potuimus, exposuimus. » Agit nempe de Danielis capite ix, vers. 27. Diximus Eusebium <sup>79</sup> tradidisse, jam sexagenario majorem Origenem circa idem tempus Celsius resellisse, et duodecim prophetas exposuisse. Certe Origenes lib. vii *contra Cels.* affectos jam fuisse Commentarios suos in duodecim videtur significare, et ad eos perficiendos divinam opem implorare : ait enim num. 11 : « Πλὴν καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, πεποίησαμεν, τὰ, ὡς φησι Κέλσος, πάροιστρα, καὶ πάντη ἀδηλα πρὸς λέξιν διηγησάμενοι, ἐν τοῖς πραγματεύεσθαις ἡμῖν εἰς τὸν Ἡταῖαν, καὶ εἰς τὸν Ἱεζεχὴλ, καὶ εἰς τὰς τῶν διδόντων τὴν ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ προκοπήν, καθ' ὅν τούς βούλεται χρόνους προτεθῆσθαι τοὺς ἡδη ὑπαγορευθεῖσιν εἰς ταῦτα, ἢτοι τὰ λείποντα, ἢ δια γ' ἀν φθάσωμεν σαφηνίται. »

B De Commentariis Origenis in *Evangelium* secundum Lucanum silet Eusebius. Ipse tamen Origenes tom. xvi, in *Matth.*, num. 9, pag. 728, corum meminit, quæ antea fuerat in *Lucanum* commentatus ; utrum commentariorum, an homiliarum, incertum est. At tomo xiii, num. 29, pag. 610, homiliae ipsas nominatim laudavit. Antiquiores eadem fuerunt posterioribus tomis in *Joannem*, ut pote quæ tomo xxxii, num. 1, pag. 404, appellantur. Fuisse vero ab Origene conscriptas, antequam virilem attigisset ætatem, indicare videtur Hieronymus, cum ait in Prologo interpretationis suæ : « Fateor itaque, antequam ille objiciat, in his Origenem tractatibus, quasi iterum talis ludere : alia sunt virilia ejus, è senectutis seria. » Postiores ipsos in *Joannem* tomos secundo itinere Atheniensi absolutos existimo.

<sup>78</sup> Euseb. lib. vi *Hist.*, cap. 23. <sup>79</sup> Euseb. lib. vi *Hist.* cap. 32. <sup>80-81</sup> Euseb. lib. vi *Hist.*, cap. 36.

(15) Necdum etiam Numerorum explicationem fuerat aggressus, etc. Manifeste hic sibi contrarius est illustrissimus Huetius. Nam Origenes, ut paulo supra refert ipse Huetius, in Prologo Commentariorum in *Canticum canticorum*, quos in altero Athenensi secessu, nempe anno aetatis suæ quinquagesimo secundo inchoaverat, suas in *Numeros* explicationes memorat, nec dicere licet Prologum hunc longe post absolutum opus fuisse conscriptum. Quipote igitur hic concludit Huetius necdum Numerorum

explicationem aggressum fuisse Origenem, cum Jeremiam homiliae illustraret, quas (homiliae) Huetio judece, post annum sexagesimum ex tempore pronuntiavit. Revera qui lem homilia in *Jeremiam* duodecima promittit Origenes se, ubi finem dicendi fecisset, de sacerdotalibus benedictionibus, quæ in Numeris continuerunt, adhuc locuturum ; sed illud non impedit quominus alias longe antea homiliae in *Numeros* habere potuerit. Vide Monitum nostrum in *Numeros*.

Nam post Maximini persecutionem expliciti sunt, quippe ejus tomo xxii, meminerit, quemadmodum refert Eusebius lib. vi *Hist.*, cap. 28, nondum autem Matthæum explanare fuerat exorsus, sicuti apparet ex ejus tomo xvi, in *Matth.*, num. 19, pag. 748, et decimo in *Joannem* tomo, num. 18, pag. 192. Ne Commentariorum quidem in *Epistolam ad Romanos* meminit Eusebius: ex Origenis tamen tomo xvii in *Matth.*, num. 32, pag. 821, et lib. v et viii, contra *Cels.*, num. 47, pag. 614 et num. 65, pag. 790, intelligimus jam tum ea composuisse Origenem, cum ad explanandum Matthæum, et confundendum Celsum se conuulit. Discere vero licet ex homilia 17 in *Lucam*, jam ante ipsum esse interpretatum Epistolam priorem ad Corinthios, quam in hunc evangelistam ad populum dissereret: « Menini, inquit, cum interpretarer illud quod ad Corinthios scribitur: *Ecclesia Dei quæ est Corinthi, cum omnibus qui invocant eum*<sup>21</sup>, dixisse me diversitatem Ecclesiae, et eorum qui invocant nomen Domini. » Commentarios in priorem ad *Thessalonenses* Epistolam in opere contra Celsum, libro secundo, num. 65, pag. 437, laudatos reperias. Denique expositionem aliquam in Apocalypsim meditabatur, cum Matthæum explicaret: de dracone quippe illo septem capitibus et decem cornibus instructo agens<sup>22</sup>, ita scribit tractat. 30, num. 49, pag. 867: « Exponet autem tempore suo in *Revelatione Joannis*; » et mox: « Has autem principales expositiones atque probationes oportet fieri, cum ipse liber (*Apocalypseos*) propositus fuerit nobis ad exponendum. »

IV. Cæterum magna in distinguendis Origenis homiliis adhibenda dijudicatio est; alias enim meditate conscriptas edidit, alias ex tempore recitavit. Longe levior, me judge, harum auctoritas; gravior illarum existimatio. Quidquid extemporalium homiliarum superest, post sexagesimum ætatis sur-

A annum prouuntiavit Origenes; actuarii ex ambone recitatas exceperunt: quod hactenus fieri prohibuerat. Alias variis temporibus accuravit. Quod si haec perspexisset Erasmus, minime profecto id ipsi de homiliis Origenis generatim agenti excidisset: « Eas conciones non ipse scripsit, sed a notariis excipi passus est, quod tamen negant illum esse passum ante annum, ut ante dictum est, sexagesimum. » Quasi nullas cogitate conscripserit homilia Origenes, sed omnes ex tempore profuderit. Homilia in *Lucam*, teste Hieronymo in Prologo suæ interpretationis, fetus est juvenilis ætatis, et in otio quidem ac secreto conceptus, ut in publicum deinde ederetur. Continuatam ergo illic *Lucam* expositionem an inadvertas, præterquam in sex postremis homiliis, quæ ex ampliori numero videntur excerptæ. Prioribus illis triginta tribus similes sunt homiliae in psalmos xxxvi, xxxvii et xxxviii, et duce in *Canticum*, et novem in *Judices*. Extemporales autem homiliae, quoniam juxta episcopi prescriptum, et designatum ab eo argumentum ac Scripturæ locum pronuntiabantur, idcirco certum hunc ordinem neutiquam tenent; sed in eamdem saepe pericopam geminatae reperiuntur, prætermisis totis capitibus, diligenti ceteroquin observatione et explicatione dignis. Hujus generis videntur esse superscriptes in quatuor priores Pentateuchi libros homiliae, et quæ in librum Josue exstant, quas, ut ait Rusinus interpres in Prologo: « Ex tempore in Ecclesia peroravit Adamantius senex. » Hujus quoque generis esse videtur unica illa in I Reg. cap. 1 et 2, et alia de Engastrimytho, quam primus edidit Leo Allatius, et quæ supersunt in *Isaiam*, in *Jeremiām*, et in *Ezechielem*. Hæ autem subinde a studiosis juxta Scripturæ ordinem collectæ et dispositæ sunt. Atque hæc nos magna verisimilitudine ducti conjectamus, non præfracte asserimus.

## APPENDIX.

Libri Origeni falso, vel dubitanter ascripti.

- I. *Unde factum sit ut Origenis nomen ipleraque sibi scriptiones falso osciverint, aperitur.* II. *De tribus libris in Job, deque vetusto ipsorum interprete.* III. *De posteriore in Job Commentario.* IV. *De Commentario in Marcum.* V. *Homiliis in diversos;* VI. *Homilia quæ in codice Vaticano inscribitur, Τίς ὁ ὄρθος πλεύσιος;* VII. *Scholiis in Orationem Dominicam, et Canticos B. Virginis, Zacharia et Simeonis.* VIII. *De Lamento Origenis.* IX. *Dialogo de orthodoxa fide.* X. *Alio quodam vetusto dialogo.* XI. *Libellis De heresisibus.* XII. *De singularitate clericorum,* XIII. *De astrolabio, et De breviario, et sermone de catechesi.*

- I. Demonstravimus libri secundi quarto capite D incertis et ignotis auctoribus profectæ lucubratinæ nonnullæ, sic tanquam projectil infantes, charum Origenis nomen sibi libenter asciverint, nonnunquam etiam operibus suis metuentes scriptores subdoli, ementitum hunc prætexentes tui-

<sup>21</sup> I Cor. 1, 2. <sup>22</sup> Apoc. xii, 3.

Iam, Adamantii famam veluti furto subripuerint; bibliopolæ etiam mercibus suis venditandis emptorem biantem, fucata hac inscriptione induixerint. Has quidem ob causas aliquando contigisse reor, ut in Origenis familiam spurii transierint libri; ut frequentius etiam idem evenisse puto vel ex librariorum oscitantia, nomina nominibus communiantium; vel ex criticorum audacia, quidvis sibi licere in litteris putantium. Huc accessit quod plurimas Origenis scriptiones studiose abolentibus ipsius adversariis et defensoribus; his quidem ut ejus errores, illis ut præclara ejus opera invisiō celarent; multas vice versa lucubrations utrique paribus de causis nomini ipsius subdiderunt. Nos vero postquam Origenianorum scriptorum examen semel suscepimus, ad nostram pertinere duximus curam, suos ei fetus legitimos restituere, quod hactenus fecimus; suppositios vero ex ejus familia segregare, quod Appendice ista facturi sumus.

B. In Latina Origenis editione duplex genus Commentariorum in librum *Job* reperitur. Prins in tres discretum est libros, et duo priora Jobi capita cum tertii portione complectitur, ab incerto interprete Latinitate redditum: posterius totum persequitur Jobi librum, et brevibus commentariolis (scholia prope dixeris) exponit, et Joachimum Perionium interpretem habet. Spurium utrumque opus, et emendicatum Origenis nomen falso jactans. Prioris certe stylus Origeniani dissimilis est; creber quippe artis oratione figuris; quales in tomis nullas admittit Origenes, non multas in homiliis. Discrepat quoque sententiis: nam lib. II Christum ait prædicasse tribus annis et dimidio; cum Origenes lib. IV *Περὶ ἀρχῶν*, cap. I, num. 5, et homil. 32, in *Luc.*, anno duntaxat uno cum aliquot mensibus id muneris Christum obiisse dicit. Post Ariane haereseos exortum prodidisse, et ab Ariano quidem fuisse scriptum manifeste haec evincunt<sup>24</sup>: « Tria cornua fecit diabolus in typum atque figuram trionymæ illius sectæ, triumque deorum haeresis, que universum orbem terræ in modum tenebrarum replevit, que Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum aliquando tanquam tres colit, nonnunquam unum adorat, quemadmodum Græcorum lingua memoratur, Triada, vel Homusion. Istam ergo Trinitatis sectam, et haeresim, atque infidelitatem jam olim de longe designans versutissimus ille diabolus tria cornua misit ad Job deprendandum. Sic namque etiam nunc memorata trionyma haeresis præsertim prædator atque expugnat Ecclesiam. » Luciani martyris cum laude meminit, Origenis temporibus multo recentioris: « Ita consummatus est, inquit<sup>25</sup>, beatus atque gloriōsus Lucianus, lucidus vita, lucidus et fide, lucidus etiam tolerantia consummatione. Ob hoc enim Lucianus cognominatus est, tanquam Incidus, aut proprio lumine sibi fulgens, aut aliis incens. Ilic namque

A beatus duodecim diebus supra testas pollineas extensus, tercia decima die est consummatus, aliique innumeri sancti martyres eodem modo mortem transeuntes consummati sunt. » Ex quibus conjectura ducor ad suspicendum operis hujus auctorem ex eo esse genere Arianorum, qui Luciani discipulos sese profitebantur, et Lucianistæ dici amabant. De his ita Epiphanius hær. LXXVI, cap. 3: Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τῶν Ἀρειανῶν τὸν ἀπὸ Λουκιανοῦ τε, καὶ Πριγένους λαβόντων τὴν πρόφασιν, γεγονότες ὅμα Ἀστερίῳ τούτῳ σφιστῶν δυνται, ἐκπεσόνται τε ἐν τῷ διωγμῷ τῷ ἐπὶ Μαξιμιανοῦ γεγονότι. « Alii enī ex Arianis, scilicet qui a Luciano et Origene doctrinam suam accepterant, conjuncti Asterio cuidam de grege sophistarum, qui in persecutione Maximiani a ille defecerat. » Quapropter Ariani, deinde Lucianistæ numerati sunt, ut appareat ex Mario Victorino lib. I *adversus Arianos*. Qui autem Coluthiani appellabantur, non a Luciano illo traxerunt nomen, ut opinati sunt quidam, sed a Colutho haeresiarcha Arii socio, cuius meminit Epiphanius hær. LXXIX, cap. 2. Distinguuntur porro hi Lucianistæ ab aliis Lucianistis, Luciani enjusdam antiquioris et Marcionis discipulis, cuius haeresim Epiphanius persequitur. Scriptorem trium librorum in *Jobum*, Latinum existimat Erasmus, cumque esse Maximum harolatur, cuius existant disputationes cum Augustino. « Fuisse Latinum, inquit, in primis ipse operis gustus indicat: vix enim quisquam ita coniuncte vertit Græca, ut oratio Latina non sapiat alicubi suam originem. Interpretatur interdum Græcas voces, sed ita ut Latinum agnoscas: veluti cum docet nos quid et qualis sit adamantis. » Sic se habet ille locus<sup>26</sup>: « Adams vero interpretatur ex Græca lingua, indomabilis, inflexibilis, incomminutus, » etc. Addere poterat et alterum supra a nobis de promulgatum, quo ludit in voce *Lucianus*, cumque a *luce* dictum scribit. Erasco assensi sunt Robertus Cœlus in *Censura*, et Edmundus Albertinus in opere *De sacramento Eucharistiae*<sup>27</sup>. Sed quis nescit interpretum audaciam, auctorum sermonibus sua commenta interponere amantium? Gracum esse scriptorem probat interpretis Prologus, quo librum hunc aliquos ante se Latine vertisse tradit. Prologum a librariis suppositum divinat Erasmus, nullis vel levibus argumentis; repugnante etiam stylis utriusque congruentia. Effrenis profecto, iterum dico, et projecta Erasmi temeritas, veterum Patrum scripta inanibus suis conjecturis ita permiscens, ut nisi contraivissent posteriorum theologorum studia, vix certum aliquid de adolescentis Ecclesiæ doctrina statuere possemus. Scribit Possevinus in *Appar. sacram.* in Hilario, dubitasse nonnullos, annon Hilario tribuendi essent hi Commentarii. Id si quis crederet, Hilariani cum characteris penitus ignorare esse necesse est. Adversus Arianos summa cum laude scripsit Hilarius, quo-

<sup>24</sup> Lib. I, p. 870, col. 2. <sup>25</sup> Lib. II, p. 885, col. 2. <sup>26</sup> Lib. II, p. 884, col. 1. <sup>27</sup> Edmund. Albertinus in *Examine testimon. Orig.* cap. 1.

rum iste partiarium se prodit. Ad hæc nihil in Genesim scripsisse fertur Hilarius, in quam se lucubrasse aliqua testatur iste auctor. Eadem vero, ut et librum Jobi, multis exposuerat Origenes; unde data fortasse occasio libri istius huic ascribendi; cum præsertim in allegorias nonnunquam excurrat. Arguit Erasmus ex horum librorum clausula non ulterius progressum fuisse scriptorem, licet vix caput Jobi tertium attigerit: a qua equidem sententia nou recedo.

III. Posteriorem Commentarium in Job e Bibliothecæ Regiæ codicibus Perionius Latina oratione donavit. Alia queque alibi reperiuntur ejus exemplaria. Multo minus Origenis illum esse dicas, quam priores libros tres: nam neque tomorum, neque homiliarum, neque scholiorum stylum sappit; neque divertit usquam in allegorias, et tunc est in perscrutando litteræ sensu, ut meram paraphrasim esse dicas. Moseum libri Job scriptorem esse asserit in Prologo: at prior Commentarius eundem a Jobo, vel Jobi amicis Syrorum lingua scriptum, a Moyse in Hebraicam lingnam conversum tradit. Unde efficitur alterutrum saltem opus Origenis non esse. Neutrum vero ejus esse efficitur ex eo quod librum Jobi Moyse antiquorem esse tradit libro vi contra Cels., num. 44, et quod Philocaliae capite 5, libros duntaxat quinque Moysen reliquissime affirmat (16). Cum Origenis sententiam de sideribus supra exploraremus, observavimus animata esse ipsum censuisse: contra hie scriptor stellas animo carere diserte asseverat. Meminit præterea Manicheorum et Luciani martyris, qui Origene fuerunt recentiores. Alicubi vero ita disserit: Neque ergo ὅμοιος τον aliquid ejus est, id est, ejusdem essentiæ; cum enim interire non posse diximus: neque ὁμοῖος, id est, unius essentiæ; comparari enim non potest; et alio loco: Recita hæc tu cum iudicio apud Homoousiastas. Quibus aliisque compluribus Arianus esse intelligitur: nam, ut ait Epiphanius hær. LXIX, cap. 70, non tam bituminis odorem refugit serpens, quam vocem ὁμοῖος Arius aversabatur. Quamobrem Catholicos Homoousiastorum nomine Ariani traducebant. Ex eodem igitur Arianorum Lucianistarum genere fuerit, e quo scriptor supra memorati operis in Jobum, quippe qui Luciani martyris æque meminerit. Sic autem existimo; quemadmodum sublevandæ Israëlitarum calamitati, dum Ægyptiorum servitute premerentur, librum Job a Moyse scriptum autumant plerique; ita multipli ab Arianiis Commentario eundem fuisse illustratum, ac frequenti lectione contritum, solatii gratia, cum ab Ecclesia catholica anathematis et censuris urgenterent. Quærenti autem mihi ecquonam argumento liber iste Origeni adjudicatus est, nonnulla in eo occurrerunt Origenianæ doctrinæ vestigia, quæ ad alia non satis attenuatum lectorem sefellerunt.

<sup>16</sup> Possevin. Appar. in Origene.

(16) Vide tom. V Comment. in Joan., num. 2, p. 93.

A Rejicit eos scriptor operis, qui Deo humanam figuram affingunt: eam hæresim acriter ultus est Origenes. Quo modo angelos custodes admittit auctor, admittit et Origenes. Christum patriarchis et prophetis Veteris Testamenti apparuisse, atque ita mediætorem Dei et hominum hoc tempore fuisse opinatur auctor; opinatur et Origenes. Astris vim esse σηματικήν, non ἀποτελεστικήν definit auctor; definit et Origenes. Facile itaque consensus ille suum fecit.

Subjunguntur in Graecis quibusdam codicibus, et in prima Genebrardi editione homiliæ quatuor, quæ quoniam Chrysostomi esse deprehensæ sunt, in recentioribus editionibus fuerunt prætermissee.

B Præter geminum illum Commentarium in librum Jobi, scribit Laurentius Humfridus in Epistola ad Antonium Canum, quæ Erasmianæ Origenis editioni præfixa est, Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium, a quibus prelo commissa est hæc editio, adnotatiunculas quasdam in Jobum: ei inserere noluisse, quod perbreves essent, et Origenis genium ac stylum parum redolere doctis quibusdam viderentur.

C IV. In manuscripto Bibliothecæ Regiæ codice nomen Origenis præfert vetus Commentarium in Evangelium Marci. Legitur quoque in Possevini Apparatu <sup>16</sup> haberi in Oxoniensi Bibliotheca Corporis Christi, Origenis opus aliquod in Marcum. Cujusmodi sit istud opus euidem ignoro. Quod ad Regium attinet, nonnullæ in eo allegoriæ, multa Origenianæ doctrinæ affinia, quæ in Observationibus ad Commentarium in Matthæum notavimus, Origenem videntur auctorem indicare. Sed levia hæc, præt ea sunt quæ contrarium probant; summa styli discepantia, constans Origenis consuetudo in Commentariis, vel per tomos, vel per homilias, vel per scholia digerendis, quorum ad nullum genus expositiones istæ referri possunt; nam prolixitate scholia superant, a tomis superantur; ab homiletico vero genere penitus differunt. Addit profiteri Scriptorem operis ipso initio, redacturum sese in unum corpus, quæ ab Ecclesiæ doctoribus sparsim in hunc Evangelistam fuerant adnotata; cum multi in Matthæum et Joanneum, pauci in Lucam, nulli penitus in Marcum ad suum tempus scripserint. Profecto non multi ante Origenem scripserant in Matthæum et Joanneum; atque hæc sequiorem Origenianis temporibus zetatem sapient. Si minus ad eripiendum Origeni librum hunc valent conjecturæ, at valebit certe codicum veterum dissensio, quorum aliqui Victori Antiocheno eum tribuunt; cujusmodi est liber quidam Bibliothecæ Regiæ, cujusmodi et ille fuit Theodori Peltani Societatis Jesu theologi, qui Commentarium istud Latine a se redditum sub Victoris nomine publicavit. Idem alii Cyrillo Alexandrino codices ascribunt; cujusmodi etiam alter Bibliothecæ Regiæ.

Nec titulis solum diversitas inest, sed libri etiam contextui. In Codicibus Victoris, vel Cyrilli nomine inscriptis, Origenem, Eusebium, Chrysostomum, Apollinarium et Theodorum citatos; Catharos vero haereticos perstrictos reperias: atque haec nomina, aliaque multa, eras offendas ab exemplari bus quae nomen Origenis in fronte gerunt. Quae si quis casu contigisse putet, parum ille librariorum audaciam perspexerit. Mihi vero cum certo constet Commentarium istud non esse Origenis, verisimile sit ab iis fuisse interpolatum, et in Origenianam lucubrationem recusum, quo facilius lectores vel emptiores nancisceretur.

Jam vero uti potius, Victor, an Cyrillo, tribendum sit istud Commentarium dijudicare, etsi est praeter institutum, dicam tamen obiter Victori verisimilius, quam Cyrillo ascribi: nec enim Origenem tam crebro testem a Cyrillo laudatum, nec Chrysostomi usurpatam ab eo auctoritatem facile putaverim. De Victoris aetate questionem habet Peltanus, et Julianus antiquorem esse putat, ideo quod decimum tertium Marci caput exponens fundamenta templi superesse dicat; ea vero Julianus imperante fuisse refossa, juxta Nicephori testimonium: capite vero sequenti Catharos haereticos suggitit, quorum haeresis ante hanc aetatem fuerat ab Ecclesia profligata.

V. Circa homilia, que *In diversos* inscribi solent, ante omnia notandum est fuisse ipsas a Merlino ex variis locis collectas, et eo collocatas ordine, quo inter se dispositae cernuntur. Id ipse in editione sua de iis præfatus est. Quod præmonendus fuit lector, ne miretur quomodo diversa, et parum sibi congrua membra in unum corpus confluxerint. Singulas nunc seorsum ac sigillatum excutiamus.

Prima ab Origenis stylo penitus aliena est: simplex ille est et familiaris, litteram breviter exponit, tum transit ad allegorias et tropologias; haec abundant schematis et tropis, iudit in verbis, et aliter deinde clauditur, quam homilia suas Origenes clau-

(17) *Cum ager, quod in eo aliiquid agatur, etc.* Haec verba, atque precedentia, et Capharnaum namque interpretatur *ager* vel *villa consolationis*. Cum ager, » etc., non existat in omnibus iis quotquot vidi antiquis homiliariis manu exaratis, ubi horum verborum loco legitur: « *Cum ibi ingressus est?* Propter hoc quod et inventit, et statim manifestum est. *Accessit ad eum Centurio* (*Math. viii, 5*). *Accessit vere;* non similius, sed totus: non aspectu corporis tantum, sed et anima plenitudine: non facie tantum, sed et immaculato corde. » Sic et initio homiliae pro his verbis: « *Descendente Iesu de monte, secuta sunt turbæ multæ* (*Math. viii, 1*). Docente vero Domino in monte, discipuli erant cum ipso, quibus datum erat coelestis doctrinæ nosse secreta per quæ salutis scientia brutorum corda salirent, cæcerumque oculis per mundanæ delectationis teñbras caligantibus lucem. patescarent veritatis. Unde et Dominus ad eos: *Vos estis, inquit, sal terræ, vos estis et lumen mundi* (*Math. v, 13, 14*). Nunc vero descendente eo de monte, turbæ secutæ sunt eum, quæ in montem ascendere non posuerunt ut pigri populi, ut negligentes, ut imperfecti. Ita et filii Israel primitus in montem ascendere non valuerunt: ad Olivianum Deo pergere non potuerunt propter suam irreligionem et impietatem, sed solus Moyses, » etc. Sic denique et loce, et alias pleræque homiliae, quas sub Origenis nomine Merlinus edidit, præterquam quod mendis ubique scatent, ac lacunis innumeris inhaent, plurima habent intexta quæ in manuscriptis homiliariis aliter repræsentantur.

A dere solet. Nihilo magis cum Origenis dogmatibus congruit. Docet Origenes homilia 44 in *Lucam* Mariam apertis uteri claustris Christum fuisse enixam, ut supra suo loco dictum est: contraria omnia hac homilia statuantur. Plane itaque non est Origenis. Latinum scriptorem stylus arguit. Auctorem divinet, si quis hariolari amat. Reperitur illa in Lectionario quoddam veteri bibliotheca Regiae.

At mirabilis est eorum stupor, qui secundam homiliam Origeni adjudicarunt; nam præter stylum ab Origeniano genio abhorentem, et clausulam ab Origenianis diversam, Manichæos et Arianos Origenis temporibus posteriores nominatio appellat. Filium Patri ὄφεων esse dicit; Dionysii Areopagitæ opera citat, cum Origenis aetas hos libros nondum vidisset. Habetur haec homilia in manuscripto Bibliotheca Regiae codice inter multa Augustini opuscula. De auctore certum nihil definire possum.

Ne tertiam quidem Origeni deputare ausim, repugnante clausula et stylo: quamvis ad Origenianum saporem proprius accedat quam superiores duæ; pauculas enim quasdam allegorias habet. Primæ tamen similior est quam secundæ, ales crebra est figuris et interrogationalibus. Latinum scriptorem dicas, et quidem Hieronymo recentiorem. Idem esto de quarta homilia judicium, quam exhibent quoque Lectionaria Regiae Bibliothecæ.

Eadem et quintam homiliam exhibent, quæ nihil Origenianum habet, non stylum, non allegorias, non clausulam: oratio concisa, dissoluta, ἐπηρεματικὴν. Initium homiliae, quod Origenis doctrinam sapit, lectoribus imposuit. Vide tomum x in *Matth.* num. 4, easdem fere reperies sententias. Quod nisi dubia esset Interpretum fides, scriptorem Latinum esse judicarem ex his verbis: « (17) Cum ager, quod in eo aliiquid agatur, vel villa a circumvallatione limitis, hoc est munitione custodie nomen accepit, congrue dispensatione carnis illo ingressus asseritur Dominus, quo per deitatis portam circumdando attrahens ad credulitatem incredulos, et sa-

D poterant, quia quos delictorum sarcina deprimit, ad mysteriorum sublimia nisi abiecto onere scandere minime valent. Idecirco et filii Israel primitus in montem ascendere non poterant ad obviandum Deo, quia Ægyptiaca gravata conversatione prepediebanit, sed solus Moyses, etc.; » mss. nostri habent: « Docente in monte Domino, discipuli venerunt ad eum sicut alacres, sicut domestici, sicut proximi, sicut amici vel fratres. Ideo ait et Dominus ad eos: *Vos estis sal terræ, et, vos estis lux mundi* (*Math. v, 13, 14*). Nunc vero descendente eo de monte, turbæ secutæ sunt eum, quæ in montem ascendere non posuerunt ut pigri populi, ut negligentes, ut imperfecti. Ita et filii Israel primitus in montem ascendere non valuerunt: ad Olivianum Deo pergere non potuerunt propter suam irreligionem et impietatem, sed solus Moyses, » etc. Sic denique et loce, et alias pleræque homiliae, quas sub Origenis nomine Merlinus edidit, præterquam quod mendis ubique scatent, ac lacunis innumeris inhaent, plurima habent intexta quæ in manuscriptis homiliariis aliter repræsentantur.

nitatis miraculum erat acturus. » A primæ homiliae **A** synonyma, antitheses, allusiones, colores arte quæsiti; quæ omnia Origenianam simplicitatem non sapiunt. Allegoriae præterea nullæ, nulla tropologia. Si quid conjectura valeo, scriptorem Latinum dixerim.

Sexta homilia primæ, tertiae, quartæ ac quinque, sed tertiae polissimum similis est, stylo, figuris, clausula; unde a Latino quoque homine scriptant arbitramur. (18) Nec aliter de septima judicamus, licet clausula careat. (19) Utramque repræsentat lectionarium quoddam Regiae Bibliothecæ: et septimam quidem hoc initio: « Fratres, dicit aliquis ex vobis, feci peccata multa et magna: et quis ex vobis est qui non peccet? Tu dic, erravi super omnes homines. Sufficit tibi in sacrificio ista confessio. Dic tu prior iniquitates tuas, ut justificeris ». Cognosce te, quoniam peccator es: habe tristitiam, cum converteris: esto ac si desperatus et mœstus; sed et lacrymas compunctus effunde. Nunc quid aliud fuit in meretrice, quam lacrymarum effusio? et ex hac profusione invenit presidium, et accepta fiducia accessit ad fontem Dominum Jesum. Sed veniamus ad causam. Quid ergo evangelista? Et inde transiens Dominus Jesus in partes Tyri, et Sidonis, et ecce mulier Chananaea ». Mira res, o Evangelista! Reliqua ut in libris editis concepta sunt.

Quod de proxime præcedentibus, idem sentimus de Octava, quæ rhetorici pigmentis perspersa est. Id olfecit Merlinus, et Origenis stylum neulquam referre eam confessus est, seque hoc uno arguimento dudum Origenianis scriptis inseruisse, quod a multis putetur esse Adamantii, et inter ejus opera reperta sit. Eam autem inter opera falso ascripta Hieronymo posuit Victorius tomo nono.

Homilia nona membris tribus in unum compactis conflata est. Pars prior nihil aliud est quam Origeniani tractatus tricesimi quarti in Matthæum portio; unde nonnulla consulto expuncta sunt; quod hæc doctrina minus sana contineretur. Ea vero pars quæ ab his ordinatur verbis: « A plerisque conscientia accipitur peccatorum », etc., et in iis desinit: « Miro valde modo paucis verbis expressus est ignis gehennæ, » desumpta est ex libro Commentariorum Hieronymi in *Isaiam*. Reliqua suppedavit caput 17, libri v. *Moralium* Gregorii Magni.

Decimam homiliam non esse Origenis statim agnoscat, quisquis nares habuerit. Alienus est stylus ab Origeni, aliena clausula, aliena schemata,

<sup>18</sup> Isa. xliii, 26. <sup>19</sup> Matth. xv, 21, 22.

(18) *Nec aliter de septima judicamus*, etc. Male hic judicat Huettius, ut in infra demonstrabimus.

(19) *Utramque repræsentat*, etc. Sextam itidem sub Origeni nomine repræsentant quatuor mss. quos vidimus codices, alter Maceriarum ordinis Gisteriensis, alter cathedralis ecclesie Turonensis, et duo venustis imi Thuanæ. Repræsentant etiam *Homiliarium* ab Alcuino seu Albino Flacco collectum, Colonie editum anno 1576, pag. 164, alterum *Homiliarium* Basileæ vulgatum anno 1493, fol. 40, et Combelius Bibliotheca concionatoria tom. I, pag. 740. Hanc quoque sub Bedæ nomine exhibet dominus noster Martenius *Thesauri Aneidot.* tom. V, col. 578, uno Majoris Monasterii prope Turones codice fultus, qui Bedæ nomen in fronte præfert.

**A** synonyma, antitheses, allusiones, colores arte quæsiti; quæ omnia Origenianam simplicitatem non sapiunt. Allegoriae præterea nullæ, nulla tropologia. Si quid conjectura valeo, scriptorem Latinum dixerim.

Ea certe est primæ, tertiae, quartæ, quintæ, sextæ, septimæ, octavæ et decimæ congruentia inter se et similitudo,<sup>20</sup> ut pene affirmare ausim unius esse omnes et ejusdem auctoris; atque ejus, ut dixi, Latini: secunda alterius est Scriptoris: nona consuta est triplici trium scriptorum fragmanto. Ab Origene autem nulla penitus profecta est, præterquam prior illa nonæ particula.

**B** VI. Michael Ghislarius in Praefatione ad suos in *Jeremiam* Commentarios, cap. 7, paragr. 4, narrat in Vaticano quodam codice Graeco repertas sibi Origenis homilias in *Jeremiam* viginti; earumque postremam, etsi id indicaret titulus, nequaquam tamen ad Origenem pertinuisse. Subnecit postmodum ea jam edita compériisse se non Origenis homiliam, sed insignem esse Clementis Alexandrinæ Tractatum, cuius meminerunt Eusebius, Hieronymus et Photius, quippe ita inscriptus fuit: *Tiç ḥ σωληρος πλεύσιος*:

**C** VII. Scholia in *Orationem Dominicam*, et *Canticis* B. Virginis, Zacharie et Simeonis Graece cum sua interpretatione Latina edidit Federicus Morellus, sub nomine Origenis, sive, ut ipse apposuit, alterius doctoris συγχρόνου, eaque se e veteri manuscripto codice ex Italib bibliothecis profecto selegisse, exscripsisse, transtulisse declarat. In ipso Scholiorum titulo Graeco nomen Origenis nentiquam offendas, sed illud duntaxat: *Ἀρωρύμου σχόλια εἰς εὐχὴν χυρακήν*. Unde ab ipso Morello nomen Origenis suppositum suspicor. Bene vero est quod Petrum Laudensem legitimum auctorem ex Bibliotheca Patrum tomo priore cognoscimus, in quo scholia hæc in *Orationem Dominicam* Latine couversa cum illis Germani patriarchæ Constantinopoli conjuncta in unum et permista reperiuntur. Atqui Morelli codex Scholia in *Canticis* eidem tribuebat, cui et Scholia in *Orationem Dominicam*; et id persuadere potest stili similitudo.

**D** VIII. Ad finem librorum *Περὶ ἀρχῶν* attexi solet libellus, qui *Lamentum Origenis* inscribitur. Hujus interpretationem Hieronymo tribuit Guido Carne-

(20) *Ut pene affirmare ausim unius esse omnes*, et ejusdem auctoris, atque ejus Latini. Pene erravit Huettius, atque si plane ausus esset affirmare, plane errasset. Nam homilia que inter eas septima numeratur, cuius tantum cum aliis congruentiam et similititudinem esse ait, ipsissima est homilia, vel potius pars homiliae de Chananea, quam Mabillonius et multi post eum Laurenio Novariensi episcopo, alii presbytero, alii Laurentio Melifluso, alii Mediolanensi false tribuerunt; quam vero dominus nosser Montefalconius S. Chrysostomo jure et merito adindicavit. Hanc enim contulit eruditus vir cum Graeco S. Chrysostomi cœtus, et reperit atque monuit meram eam esse interpretationem, non potius fragmentum homiliae Graecæ de Chananea.

lita, in hæresi Origenistarum; tribuit et editio Merlini, et codex manu exaratus Bibliotheca Regiae. Sed contra Erasmus, et Lamentum hoc, inquit, nec ab Origene scriptum est, nec ab Hieronymo versum, sed segmentum est alicujus indocti, qui studuerit hujusmodi colore Origenem infamare. Simili artificio fixerant epistolam Hieronymi titulo, in qua deplorabat quod aliquando cum Origene sensisset. Et Gelasius in concilio Romano: « Liber qui appellatur *De pœnitentia Origenis*, apocryphus. » Mirum itaque sine falsitatis nota a theologia quibusdam librum hunc nonnunquam in testimonium citari, et inter genuina Origenis opera a Vincentio Bellovacensi reponi *Spec. doctr.* lib. xviii, cap. 45. Hic vero ridenda est heterodoxi cuiusdam hujus ætatis supinitas, qui Lamentum Origeni ascripsit, a libro *De pœnitentia* diversum quid esse putavit.

**X.** Dialogum *De orthodoxa fide*, qui et contra Marcionistas inscribi solet, Origeni tribuere videntur Basilius et Gregorius Nazianzenus. Cum enim ex operibus mere Origenianis *Philocaliam* confolare se professi sint, fragmentum e parte tertia Dialogistius depromptum in *Philocaliam* conjecterunt. Itaque illum esse Origenis credidisse illos perspicuum est. At inducitur in eo Dialogo Origenes probatum in Ecclesia de tunicis pelliceis Adami, et de corpore humano et anima, deque resurrectione sententiam propugnans; cum alia sensisse ipsum supra ostenderimus. Unde opellæ hujus scriptor neutram credi potest. Praeterea ad finem fragmenti hujus quod *Philocalia* insertum est, Scholion istud reperiri solet: Ταῦτα ἀπὸ τοῦ ζ λόγου τῆς Εὐσέβιου τοῦ Παμφίλου Ἐβαγγελικῆς προπαρασκευῆς παρεξέβληται. Μαζί μου δὲ εἰσιν, ὡς φησιν δ ἀντὸς Εὐσέβιος, οὐκ ἀσήμου ἐν τοῖς Χριστιανοῖς συγγραφέως· αὐτοὶ εὖτε δὲ εὑρηται ταῦτα κείμενα καὶ ἐν τῷ Ὀργένους πρὸς Μαρκιωνιστὰς, καὶ ἄλλους αἱρετικοὺς διαλόγῳ, Εὐτροπίου διάκονος, Μεγεθίου δὲ ἀντιλέγοντος. « Hæc e septimo libro *Evangelicæ præparationis* Eusebii Pamphili deprompta sunt. Sunt autem Maximi, ut ait ipse Eusebius, non ignobilis inter Christianos scriptoris. Totidem vero verbis scripta ea inveniuntur in Origenis adversus Marcionistas, aliasque hereticos Dialogo, agente Eutropio, defendantem Megethio. » Revera Eusebius libro vii *De præparat. evangelic.* fragmentum id exhibet, et ex Maximi libro *Περὶ ὅλης* sese mutuatum esse tradit. Utris autem plus habeamus fidei, Basilio et Gregorio, opus id Origeni tribuentibus; an Eusebio idem Maximus assignanti, ambigendum non est: sepe quippe ostendimus neminem in persecutandis Origenis rebus tantum alibiuisse curæ et soleritæ, quantum adhucit Eusebius. Veri autem simile est habitum revera suisse Origeni cum Megethio, Marco, aliisque hereticis concertationem; at a Maximo deinde in littera-

A ras relatam, et operi suo *Περὶ ὅλης* intextam. Fidem his conciliat quod narrat Eusebius lib. vi *Hist.*, cap. 33, ab ætatis suæ præbyteris quam plurima de Origene scriptis suisse tradita; et quod Dialogi scriptor reges quosdam Christi fidem amplexos, et tempora ethni corum cum idolis eversa commemorat; nihil enim hujusmodi Origenis temporibus contigit, sed Constantini: unde Maximi ætatem possis colligere. (21) Fefellit fortasse Basilium et Gregorium Dialogi titulus nomen Adamantii præferrens, quod in eo primas partes traciet Origenes; quemadmodum Lælii et Catonis nomina præserunt Dialogi de amicitia; et de senectute non quod a Catone vel Lælio scripti sint, sed quod prime ipsiis partes tribuantur. Mirandum porro non est interloquentium personarum nomina neque in Eusebio, neque in *Philocalia* comparere: nam cum rubrica, aliave colore ejusmodi nomina et lemmata solerent distinguiri, a librariis se penumero distinctio hæc omittebatur, vel per incuriam, vel potius quod esse in commodius rejicientes tempus, penitus tandem, oblivious quippe homines, prætermitterent. Duplicem lucubrationis hujus interpretationem Latina Genebrardi profert editio, alteram Joachimi Peronii, Laurentii Humfridi alteram. Alia præterea a Joanne Pico senatore Parisiensi lucubrata anno 1556, seorsum edita exstat.

**C** X. Alium suo, Origenisque nomine Dialogum supposuerat hæreticus quidam, omnem licet cum eo Ephesi forte sibi viso congressum ac disputationem detrectasset. Fictitiam scriptiōnem misit Romam ad suos discipulos, passimque disseminavit, et Antiochiæ, priusquam illuc accederet Origenes, ob falsam victoriam inanes egit triumphos: mox vero ut adfuit Adamantius, hominis contudit proterviam, et vanitatem manifestis argumentis convicit.

**XI.** Falso quoque præscribit sibi nomen Origenis libellus quidam, qui philosophorum sectas ac dogmata recenset, et Ὁργένους φιλοσοφούμενα solet appellari. Primus autem hic est liber grandioris operis, quo hæreses omnes confundandas auctor sibi proposuerat, quod ex dogmati philosophorum, hæresem pestes fere profectæ sint; hisque convellendis utilis sit illorum confutatio. Larvæ huius scriptiōni personam detrahunt vel verba isthæque exstant in proemio: Ταῦτα δὲ ἔτερος οὐκ ἐλάγξει, ή τὸ ἐν Ἐκκλησίᾳ παραδοθὲν ἄγιον. Πνεῦμα, οὐ τυγχάνοντες πρότερον οἱ ἀπόστολοι μετέδοσαν τοῖς θρῶις πεπιστευχόσιν· διημεῖται διάδοχοι τυγχάνοντες, τῆς τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες, ἀρχιερατεῖς τε καὶ διδασκαλίας, καὶ φρουροὶ τῆς Ἐκκλησίας λελογισμένοι, οὐκ ὀφελμῷ νυστάξομεν. Hæc autem non aliud conguet, quam traditus in Ecclesia Spiritus sanctus: quem cum primitus accepissent apostoli, his communicarunt qui recte de Deo sentiebant: quorum nos

operi præfixa pag. 800, 801 et 802 ejusdem tom.

(21) Fefellit fortasse Basilium et Gregorium Dialogi titulus, etc. Vide que diximus de hocce Dialogo, tom. I, Præfat., pag. 12, 13, et in admonitione huic

cum successores simus, et ejusdem gratia participes, A ne non episcopatus, et magisterii, et custodes Ecclesiae reputati, non oculis per socordiam dormitabimus. Atqui nec Ecclesiae custos Origenes, nec episcopus fuit. Episcopus autem fuit Epiphanius, et liberum scripsit de haeresibus: unde non inanis conjectura sumitur hoc opus ad ipsum esse referendum.

XII. Libellum *De singularitate clericorum* Origeni addicit vetus codex Regiae Bibliothecæ. Addicunt et Landulfus a Columna in Breviario historiali, Laziardus Cœlestinus, Antoninus et Vincentius Bellocavencis, quos recenset Pamelius; et quibus ipse succinit, cum in Præfatione ad tertium tomum Cypriani, tum in argumento libri ejus, et in annotationibus ad caput primum libri Tertulliani *De exhortatione castitatis*. Sed reclamat Baronius, quod hoc opere feminarum contubernium clericis interdicatur; cum inter mulieres et puellas Origenes assidue sit conversatus. Addit id fuisse causæ cur scriptus ab Adamantio iste liber creditus sit, quod spontaneam castrationem non improbaverit; atque hoc idem argumentum usurpavit Pamelius: « Atqui, inquit Baronius, debuerunt hi meminisse aliquæ ex parte laudatum quoque a Domino villicum illum iniquitatis, cum alioquin idem auctor de his qui hec perpetrarent, alio Commentario se tractaturum spondeat. » Utilius respondisset Baronius, si dixisset exsectionis suæ Origenem pœnituisse, et a simili facinore reliquos absterruisse in Commentariis ad Evangelium Matthæi. Quod ergo in argumentum traxerunt nonnulli, ut librum *De singularitate clericorum* Origeni ascriberent, quod nempe voluntaria genitalium amputationem non damnaverit, id ipsum iudicio mihi est librum non esse Origenis; quippe quem annis provectionem facinoris in juventutis calore admissi pœnituerit. Baroni ex Origenis familia fetum hunc depellenti astipulatur codicum dissensio, quorum alii Hieronymo, Augustino alii, plerique Cypriano assignant. Erasmus ad calcem libri Augustini *De bono viduitatis*: « Sequebatur, inquit, hoc loco libellus *De singularitate clericorum*, qui toties et Hieronymi, et Cypriani nomine excusus est, cum phrasis nec Hieronymum, nec Cyprianum, nec Augustinum referat: proinde non est visum eo præsens volumen onerare. » Bellarminus *De script. ecclesiast.* in Cypriano, neque Origenis, neque Cypriani, sed Latini tamen scriptor esse censem. Pamelius autem, et post eum Rivetus<sup>44</sup>, ex hellenismis quibusdam suspicati sunt e Graeco Latine esse conversum. Subjicit Pamelius censere se conversum hoc opus jam inde ab ætate Cypriani, ob schemata et phrases ejus etatis. Contra Baro-

nus auctorem esse Cypriannum levibus sane rationibus contendit: neque eum moveat styli disparitas, quod non eumdem semper styli tenorem Cyprianus servaverit.

In tam obscura, tanquam controversa quæstione certum aliquid statuere difficile est. Cypriani non esse istud opus clamant barbare hæc voces, enigmatis nullas in puro ac terso Cypriani sermone nanciscari: « Constitutionarios, repulsorium, vulgaritatis, fluxurorum, probrositas, participis, adunari, vanificat, egestosam, intimemus, proverbiativa, absentari, conjugalitas, parentalis, & aliaque plurima. Quis monstrorum ejusmodi parentem Cyprianum dicat? Arianismum præterea hæc sapient: Si Christus comparare seipsum ausus est Deo, qui B ait: Pater major me est: aut si apostoli coæquare semetipsos ausi sunt Christo<sup>45</sup>. Rapinam nempe arbitratur, Christum esse æqualem Deo<sup>46</sup>; tantumque discriminis Christum inter et Deum esse, quantum apostolos inter et Christum. Primigeniam et nativam lucubrationem stylus olet, non interpretationem, quæ astrieta fere est et contorta. Ea vero est scriptoris barbaries, ut hellenismis locum dedisse minime mirabile sit, qui tot stribligines ac dictionum portenta admisit. Spirat tamen felicitas juvenescit Ecclesie tempora, adeo ut si minus illum Hieronymi et Augustini ævo superiore dicamus, quod probabilius esse puto, non multo certe inferiorem liceat arbitrari.

C Reperiit quidem inter falso ascripta Hieronymo opera *Epistola ad Oceanum* de vita clericorum, sed Sulpicio Severo recentior, quippe quæ sancti Martini Vitam ab eo scriptam laudet. Ejusdem fere ea est argumenti ac altera hæc quæ Origeni affingitur, ut si quis illam ex hac expressam dicat, conjector non ineptus videri possit.

XIII. Josias Simlerus, et Conradus Frisius in *Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ* narrant Origenis librum *De astrolabio* in Vaticana bibliotheca servari. Argumenti bujus scripti ab Origene exiisse nemo, quod sciām, litteris prodidit. Ne quid tamen inconsiderate decernerem, curavi Vaticanos perlustrari forulos, indices evolvi: nullum plane hoc titulo librum illie reperiri perlatum est ad me D ab amicis, quibus id negotii dederam. Inter spuria itaque, et falso affecta Origeni opera istud amandetur. Idem aperte definire non ausim de *Breviario* Origenis, quod in Cæsenatis bibliothecæ Catalogo, ab Hieronymo conversum haberi scribit Possevius<sup>47</sup>; neque de Sermone, qui *De catechesi* inscriptus est, et in Heidelbergensis bibliothecæ Catalogo ab eodem recensetur: quamvis hæc mihi valde suspecta sint.

<sup>44</sup> Baron. an. 233, cap. 43, 44. <sup>45</sup> Rivet. *Critic. sacr. lib. II*, cap. 15 et 15. <sup>46</sup> Joan. XIV, 28.  
<sup>47</sup> Philipp. II, 6. <sup>48</sup> Possevin. ad calcem Appar.

## EXCERPTUM

EX

## GEORGII BULLI

PRESB. ANGLIC.

## DEFENSIONE FIDEI NICÆNÆ.

(Cap. IX, *De Filii τῷ δμοονσιφῷ.*)

*Origenis doctrinam de Filii Dei vera divinitate omnino catholicam et Nicænæ fidei plane consonam  
fuisse, præcipue ex indubitate ejus, et maxime incorrupto, atque ab ipso jam sene accuratiu*m* diligenter  
elucubrato Opere contra Celsum, fusa et luculentu*m* ostenditur.*

§ I. Dictu mirum est, quam super hujus viri A versiam Arianam scripsit, cum prius fuerit Origenis aduersarius infensissimus; suum aliquando odium depositus, ac tandem inter ejus admiratores nomen suum profiteri non erubuit. Denique Rusinus (a Cassiano lib. vii *De incarnat.* dictus, quidquid de ipso judicavit sequior ætas, « Christianæ philosophiæ vir, haud contemnenda ecclesiasticorum doctorum portio; » cuius sanctimoniam ipse etiam Hieronymus aliquando summis laudibus extulit, ut ex epistola ejus quinta, ad Florentium, constat), Origenis acerrimus hyperaspistes fuit; ut nihil dicam de innumeris per Ægyptum dispersis monachis, qui maxima Origenis de causa cum Theophilo Alexandrino ceramina inierunt.

B § II. In hoc tanto tantorum virorum dissensu optandum erat, ut ex infinitis, quæ Chalcenterus ille elucubravit, scriptis plura ad nos devenissent integra et illibata; unde ipsi, neutri parti addicti, de ejus doctrina certius dijudicare potuissent. Ast (proh dolor!) ex libris Origenis quosdam, dum is adhuc viveret, a maleferiatis hominibus corruptos atque interpolatos; et scripta nonnulla aliena prorsus ac spuria sub ejus nomine celebratissimo edita fuisse ipse conquestus est in Epistola ad quosdam Alexandriam scripta. (22) Ut facile conjicias, quanto majori post ejus obitum confiden-  
C tia isti tenebriores id genus facinora perpetraverint, certe Origenianorum operum pars longe ma-  
xima jam penitus interciderunt: quæque hodie supersunt, ea, demptis contra Celsum libris, et excerptis quibusdam, quæ Philocalia vocantur, La-  
tine tantum exstiterunt, idque, ut ex certis indiciis constat, multum ab interpretibus interpolata atque inimicata: donec nuper clarissimus Daniel Huetius Ἐγγῆτα Origenis non pauca ex miss. Græce edi-  
et Huetii sententia de adulteratione librorum Ori-  
genis post ejus obitum ab hereticis facta conser-  
vatur.

(22) *Ut facile conjicias, quanto majori post ejus obitum confiden-  
tia isti tenebriores id genus facinora perpetraverint, certe Origenianorum operum pars longe ma-  
xima jam penitus interciderunt: quæque hodie supersunt, ea, demptis contra Celsum libris, et excerptis quibusdam, quæ Philocalia vocantur, La-  
tine tantum exstiterunt, idque, ut ex certis indiciis constat, multum ab interpretibus interpolata atque inimicata: donec nuper clarissimus Daniel Huetius Ἐγγῆτα Origenis non pauca ex miss. Græce edi-  
et Huetii sententia de adulteratione librorum Ori-  
genis post ejus obitum ab hereticis facta conser-  
vatur.*

dit. Quin eo nomine de φιλαρχίαις omnibus præclare meritus sit vir doctissimus, nemo nisi invitos diffitebitur. Idem tamen Huetius profitetur *Origenian.* lib. iii, cap. 4, num. 3, sibi esse verisimile, « Quotquot libros Origenis ad nos fortuna transmisit, violatos esse. at eos potissimum, qui præter notariorum σφάλματα et hæreticorum adulterationes, interpretum etiam hallucinationes et perfidiam senserunt. » Excipere, ni fallor, debuerat libros contra *Celsum*; quippe quos præter librariorum σφάλματα, a quibus nulli veterum libri prorsus immunes sunt, aliam violationem notabilem subiisse nemo, quod sciam, hactenus suspicatus fuerit.

§ III. Cæterum si omnia Origenis scripta, eaque pura et incorrupta, hodie extarent; haud omnia tamen vera ac genuine ejus sententia declarandæ pariter inservirent. Scilicet variorum auctoris πολυγράφου operum diversa foret ratio. (23) Nam alia ad amicos secreto scripsit, quæ lucem nunquam visura speravit; in quibus libere ac pene sceptice disseruit, ac plerunque non tam suam certam ac definitam sententiam, quam vel aliorum ratiocinationes, vel suos quosdam scrupulos ac dubitationes, ad clariorem veritatis elucidationem, proposuit. Alia ipse in publicum emisit, sive contra infideles, sive adversus hæreticos, seu denique ad instruendam plebem Christianam; in quibus, via trita ac tutu incedens, receptam in Ecclesia catholicam doctrinam studiosius tradidit. Deinde alia proferantur dicitur, alia diligentiori cura elucubravit. Denique alia (ut Huetii verbis utar) senex Adamantius, ingenio per seatem magis subacto, elimavit; alia efferente sese in juventutis æstu secunditate profudit. De quibus præclare dixit Hieronymus in Prologo ad Commentarios in *Lucam*, Origenem in quibusdam Tractatibus « quasi puerum talis ludere; alia esse virilia ejus et senectutis seria. » Negari autem non potest, quin Origenis suffragium de catholica doctrina peti debeat ex iis præcipue scriptis, quæ publicis usibus ipse destinavit; quæ cogitate et attente exaravit: quæ denique jam senex, et longo rerum usu et experientia eductus composuit. Hujusmodi sunt, omnium consensu, libri octo contra *Celsum Epicureum*. Quippe in his communem Christianorum doctrinam, adversus instrumentum religionis nostræ hostem propugnat: hi summo auctoris studio, maxima eruditione, idque ab ipso jam sexagenario majori (ut diserte testatur Eusebius *Hist. ecclesiast.* lib. vi, cap. 36) elenbrati fuere. Itaque ex his præcipue libris testimonia mea proferam, quibus Catholicum fuisse in hoc articulo Origenem ostendam: subjectis tantum locis quibusdam, quæ ex aliis ipsius scriptis catholici doctores, qui Origenis temporibus proximiores fuere,

A quique adeo genuina ejus scripta a spuriis optime norunt discernere, mihi suppeditarunt. Ex quibus omnibus spero fore, ut lector cordatus clare tandem perspiciat, quam impotenter in Origenem debachatus sit Petavius, dum ita de Patre (vel inimicis judicibus) sanctissimo atque eruditissimo scribere non est veritus: « De Origene, » inquit Petavius *De Trinit.* lib. i, cap. 12, num. 9, « constat, cum de Filio ac Spiritu sancto impie absurdusque sensisse. » Et paulo post num. 10: « Origenes ut etate Arium antecessit, sic impietate par; imo impii dogmati auctor illi fuit. » Et passim alibi ejusmodi convicia in Origenem jacit. Fortasse existimavit Jesuita, se religione sua ad id obstrictum fuisse, ut ita venerando Patri malediceret; quod scilicet Origenes et Originistæ cum dogmatibus suis damnati et anathematismis confossi fuerint (24) in quinta synodo. Verum non defuere viri illustres e Romana Ecclesia (Joannem Picum Mirandulanum dico, Jacobum Merlinum Victoriensem, Desiderium Erasmum Roterodamum, Sixtum Senensem, Claudium Espencæum, Gilbertum Genebrardum et Petrum Halloxiun), qui nihil sibi metuentes a quinti concilii anathematismis, Origenem non modo sine probro nominare, sed et palam aperteque defendere ausi sunt. Nimirum recte judicarunt isti, ab illa synodo non tam ipsum Origenem, aut genuina Origenis placita, quam perniciosissima illa dogmata, de Trinitate ἐπερουσίᾳ, de phantastica corporis resurrectione quæ in adulteratis Origenis scriptis continerentur, quæve nonnulli Originistæ, qui vocarentur, magni illius nominis patrocinio defenserent, anathemate condemnata fuisse. Damnavit quidem synodus una cum istis et paradoxa illa de præexistentia animarum, de astris et elementis animatis, etc., quæ vere Origenis fuere: sed ista damnavit tantum ut falsa et perabsurda, non tanquam hæretica; nisi accesserit præfacta animi obstinatio, et catholicæ sententiae contemptus: qui ut ab ipso Origene procul absuit, ita in Originistis plerisque nimium se prodidit. Sed tandem ad rem ipsam accedamus.

§ IV. In libris contra *Celsum* toties Origenes vere divinam, hoc est, increatam, infinitam, incomprehensibilem, immutabilem Verbi et Filii Dei naturam declarat, ut, si omnia hic spectantia vellem adiungere, ejus Syntagmatis pars magna mihi transcripta foret. Itaque ex eo opere loca tantum selectiora quedam proferemus. In libro « de Magis ex Oriente in Iudeam venientibus, ad visendum Regem, quem stella insolita indicavit, agens. sic loquitur num. 60, pag. 375: Φέροντες μὲν δῶρα, ἢ (τὸν οὐτως ὄνομάσω) συνθέτῳ τινὶ ἐκ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου θυητοῦ προσῆγχαν, σύμβολα μὲν, ὡ-

retulisse, quod secreto edita in publicum protulerit. GEORGII BULLUS.

(23) *Nam alia ad amicos secreto scripsit, etc.* De his Hieronymus in epistola 65, ad Pamphacium et Oceanum, testatur, Origenem in epistola quam scriptis ad Fabianum, pœnitentiam egisse, cur talia scriperit, et causam temeritatis in Ambrosium

(24) *In quinta synodo.* Seu potius in alia synodo Constantinopoli habita, quinta illa anteriori. Vide Valesii Notas ad Evagrium pag. 111. *Ib.*

βασιλεῖ τὸν χρυσὸν, ὃς δὲ τεθνησμένῳ τὴν σμύρναν, ὡς δὲ Θεῷ τὸν λιθανωτόν· i. e.: « Ferentes dona ei qui componebatur (ut sic loquar) ex Deo et homine mortali, symbola obtulerunt; aurum tanquam regi, ut moriuro myrrham, ut Deo thus. » Ubi in Christi persona agnoscit et hominem mortalem et Deum immortalem, cui honos divinus thuris oblatione olim exhiberi solitus, debeatur. Cui geminus est locus, qui in codem libro, pauculis interjectis pagina, occurrit: ubi Celso ludente in sanguinem Jesu profusum in cruce, ac dicente, « non fuisse illum cruentum, qualis divis solet esse beatis; » ita respondet Origenes num. 66, pag. 580, 381: Ήμεῖς δὲ αὐτῷ πιστεύοντες Ἰησοῦ, περὶ μὲν τῆς ἐν αὐτῷ θείατης λέγοντι. Ἐγώ εἰμι οὐ οὐδεὶς, καὶ οὐ ἀλήθεα, καὶ οὐ ζωὴ, καὶ εἴ τι τούτοις παραπλήσιον. Περὶ δὲ τοῦ, ὅτι ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι ἦν ταῦτα φασκόντες. Νῦν δὲ ἔγειτέ με ἀποκτείναι ἀνθρώπον, δοτις τὴν ἀλήθεαν ὑπὸ λελάληκα σύνθετον τι χρῆμά φαμεν αὐτὸν γεγονέαν: i. e., « Nos vero ipsi Jesu credentes, de divinitate quae in eo erat dicenti: Ego sum via, veritas et vita <sup>\*\*</sup>, et si quid est his simile: de corpore vero in quo erat humano sic loquenti: Nunc me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum <sup>††</sup>: animus enim fuisse quiddam compositum. » Mox dicit p. 381 Christum habuisse θείατην τι ἐν τῷ βλεπομένῳ ἀνθρώπῳ, διπερ ἦν δικρίως Υἱὸς Θεοῦ, Θεὸς Λόγος, Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία: i. e., « Quiddam divinius sub humana specie, quod erat proprie Dei Filius, Deus Verbum, virtus sapientiaeque Dei. » Et post aliquammulta, Christum appellat num. 68, p. 583, θεὸν ἐν ἀνθρωπίνῳ φανέντα σώματι ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν. « Deum apparentem in humano corpore, ut in nostrum genus exerceret beneficentiam. »

§ V. In libro secundo citans Genes. 1, 26: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et locum Davidis psalm. CALVII, 5: Ipsi dixit, et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt; Dei fuisse Filium ac Sermonem, cui ita locutus est ac præcepit Deus Pater, hac ratione colligit num. 9, pag. 393: Εἰ γάρ ἔντειλατο ὁ Θεὸς, καὶ ἐκτιθῇ τὰ δημιουργῆματα τις ἄν, κατὰ τὸ ἀρέσκον τῷ προφητικῷ Πνεύματι, εἰη ὁ τὴν τηλεκάτην τοῦ Ιατρὸς ἐντόλην ἐκπληρῶσαι δυνθεῖς, η ὁ (ἴν' οὕτως διομάσω) Ἐμψυχος λόγος καὶ ἀλήθεια τυγχάνων, id est, « Si enim mandavit Deus, et conditae sunt creature; quis juxta sententiam propheticā Spiritus posset esse tanti paterni mandati executor, quam ille, ut sic loquar, animatus ejus sermo et veritas? » Quibus in verbis Filium Dei a rebus creatis omnibus apertissime distinguit; quin et clare docet opus creationis, illi Dei Filio a Patre suo demandatum, tantum fuisse, utpote divinae omnipotentiae proprium, ut perfici neutiquam potuerit nisi ab eo, qui sit ipse Dei Patris sermo ac veritas. Quae ratione quā procul distet a mente Ariomanitacionis.

<sup>\*\*</sup> Joan. XIV, 6. <sup>††</sup> Joan. VIII, 40.

A rum, dictis Scripturæ locis abutentium; quamque sententiae Catholicorum, ex opere creationis divinitatem Filii asserentium, ad amissim conveniat, oculati omnes vident. Ibidem docet Origenes Dei Verbi divinitatem per incarnationem neutiquam fuisse ita circumscriptam, ut nusquam illa esset extra Jesu corpus et animam; sed esse suisque semper φάνοντα πανταχοῦ, ubique presentem. Id vero ne quis in Cerinthianæ hæresis patrocinium traheret, mox subjungit, pag. 394: Ταῦτα δέ φαμεν, οὐ χωρίζοντες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ· ἐν γάρ μάλιστα μετὰ τὴν οἰκονομίαν γεγένηται πρὸς τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, id est, « Hæc autem non eo a nobis dicta sunt, quod separamus a Jesu Filium Dei; summe enim unita fuere post dispensationem anima Jesu corporis que cum Verbo Dei. » Ecquis vero utramque Christi naturam, et utriusque naturæ unionem hypostaticam magis Catholicæ explicare potuit, quam ab Origene hisce in locis factum est? Mox ibidem corpus Christi dicit num. 10, τὸν ἀληθῶς ναὸν Θεοῦ τοῦ Λόγου, καὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς ἀληθείας, id est, « Verum templum Dei Verbi, veritatis et sapientiae; » quod Judæi, lapideum Dei templum plus satis venerantes, contempserunt.

§ VI. In libro tertio objiciunt Christianis Celso, num. 41, p. 473, 474, « quod Jesum mortali corpore constantem credant esse Deum, idque pie sibi videantur facere; » ita respondet Origenes: Ιστωσαν οἱ ἐγκαλοῦντες, ὅτι δν μὲν νομίζομεν καὶ πεπίσμεθα ἀρχῆθεν εἶναι θεὸν καὶ Υἱὸν Θεοῦ, οὗτος δὲ αὐτολόγος ἐστι καὶ η αὐτοσοφία καὶ η αὐτοαλήθεια· τὸ δὲ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν, τῇ πρὸς ἐκεῖνον οὐ μόνον κοινωνίῃ ἀλλὰ καὶ ἐνώσει καὶ ἀνακράσει, τὰ μέγιστά· φαμεν προτεληφέναι, καὶ τῆς ἐκείνου θείατης κεκοινωνότα εἰς θεὸν μεταβεθέντει, id est, « Sciant isti criminatores hunc Jesum, quem ab initio Deum Deique Filium esse credimus, ipsum esse Verbum, ipsam veritatem, ipsam sapientiam: cæterum mortale ejus corpus et humanam in eo animam illius Verbi non solum communicatione, sed etiam unione et permistione, maxima quæque dicimus accepisse, et divinitatem ipsius participantia, in Deum evasisse. » Cujus responsoris (si quid video) hic sensus manifestus est: An illud vos conturbat, o philosophi, quod nos Christiani Christum Servatorem nostrum, mortali corpore constantem, Deum dicimus? Ino, ringamini licet, illum Deum esse affirmamus ipsissimum; nempe ipsam rationem, ipsam veritatem, ipsam sapientiam: quin et in tantum Deum, ut non vereamur dicere, ejus etiam humanam naturam, per unionem cum divina, quodammodo deificatam esse. Notanda hic est locutio omnino Platonica, αὐτολόγος, αὐτοαλήθεια. Nam Plato αὐτοχαράκον dixit, quod est vere ac per se bonum; illud epitheton attribuens soli vero ac summō

Deo, a quo ille τὸν Λόγον longius sperabat. Atqui **A** Origenes, tanquam ex Christiana Platonicam philosophiam corrigens, etiam τὸν Λόγον sive Filium Dei αὐτοσφραν, αύτολήθειαν, ac proinde αὐτοσχά-  
θον jure merito dici posse pronuntiat. Cæterum non est, quod fratres nostri Lutherani, qui nescio quam humanæ in Christo naturæ ubiquitatem defendant, ex his Origenis verbis quidquam causæ susæ accedere arbitrentur. Nam in loco, quem ex libro se-  
cundo modo adduximus, aperte docet Origenes τὸν λόγον ita cum humana Christi natura conjunctum esse, ut etiam extra Jesu animam corpusque exsistat; ac τὸ ubique esse in solam divinitatem competere. Quin et in hoc ipso loco mox post verba al-  
lata, quod de permissione humanæ in Christo na-  
ture cum divina dixerat, ita ipse Origenes diserte explicat, ut nihil aliud se voluisse profiteatur, quam carnem Jesu glorificatam, mutatis qualitatibus talem esse redditam, quædebat habitare in summo æthere, nihil retinentem carnis infirmitatis congenitæ. Lege, si vacat, quæ apud Ori-  
genem sequuntur: ego e diverticulo in viam redeo.

**§ VII.** In libro quarto inducitur Celsus Epicureus, aduersus Christianorum de Dei Filii in terras des-  
censu et ἐνστρεψετ, doctrinam hunc in modum disputans num. 44, pag. 510, « Deus est bonus, pulcher, felix, et pulcherrima optimaque specie: is si descenderet ad homines, ut mutetur opus est; mutabitur autem e bono in malum, e pulchro in turpem, e felice in infelicem, ex optimo in ne-  
quissimum. Quis sic se mutatum cuperet? Certe mutatio hæc et transformatio cadit in hominem mortalem: immortali vero semper eodem modo se habere convenient. Ergo nunquam Deus talem mutationem recipere. » Jam si Origenes idem de Filio Dei sensisset, quod postea Arius, quam facile potuisset hujus argumenti ipsum fundamentum subvertere? uno scilicet verbo dicendo neque se, neque catholicos Christianos sui temporis credidisse Filium Dei esse revera Deum immutabilem; sed plane statuisse creaturam illum esse, a Deo alienam ac prorsus mutabilis naturæ. Sed longe aliter, et salva omnino Catholicorum hypothesi, de Filii Dei natura vere divina et incommutabili, respondet **C** Origenes his verbis: Δοκεῖ δή μοι πρὸς ταῦτα λέ-  
γεσθαι τὰ δύοντα, δηγηταμένῳ τὴν ἐν ταῖς Γρα-  
φαῖς λεγομένῃ κατάβασιν Θεοῦ πρὸς τὰ ἀνθρώπινα·  
εἰς ἣν οὐ μεταβολῆς αὐτῷ δεῖ, ὡς Κέλσος ἡμᾶς οἴεται λέγειν, οὗτε τροπῆς τῆς ἐξ ἀγαθοῦ εἰς κακὸν,  
ἢ ἐκ καλοῦ εἰς αἰσχρὸν, ἢ ἐξ εὐδαιμονίας εἰς κακο-  
δαιμονίαν, ἢ ἐκ τοῦ ἀρίστου εἰς τὸ πονηρότατον·  
μένων γάρ τῇ οὐσίᾳ ἀτρεπτος, συγκαταβαίνει τῇ προνοίᾳ καὶ τῇ οἰκονομίᾳ τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμα-  
σιν. Ἡμεῖς μὲν οὖν καὶ τὰ θεῖα Γράμματα παριστα-  
μενοι ἀτρεπτον λέγοντα τὸν Θεόν, ἐν τε τῷ, Σὺ δὲ δ

Α κούρου θεοί, σύνθετοι: ἐξ ἀτόμων τυγχάνοντες, καὶ τὸ δύον ἐπὶ τῇ συστάσει ἀναλυτοί, πραγματεύονται τὰ φθοροποιοὺς ἀτόμους ἀποστελλονται. Ἀλλὰ καὶ ὁ τὸν Στοιχὸν Θεός, ἄτε σῶμα τυγχάνων, ὅτε μὲν ἡτε-  
νικὸν ἔχει τὴν ὅλην οὐσίαν, ὅταν τῇ ἐκπύρωσις ἡ·  
ὅτε ἐπὶ μέρους γίνεται αὐτῆς, ὅταν τῇ διακόσμησι;  
οὐδὲ γάρ δεδύνηται οὔτοις τρανῶσαι τὴν φυσικὴν τὸ  
Θεοῦ ἔννοιαν, ὡς πάντη ἀφθάρτου, καὶ ἀπλοῦ, καὶ  
ἀσυνθέτου, καὶ ἀδιαιρέτου. Τὸ δὲ καταδεῖηται ἐ<sup>ι</sup>ανθρώπους ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπῆρχε, καὶ διὰ φύ-  
σθρωπιαν ἐκεῖνον ἐκένωσεν, ἵνα χωρηθῆναι ὡς ἀ-  
θρώπων δυνηθῇ· οὐ δήπου δὲ ἐξ ἀγαθοῦ εἰς κακὸν  
γέγονεν αὐτῷ μεταβολή, κ. τ. λ. id est, « Ad huc  
satis responsum erit, ut mihi videatur, si illis  
quomodo in sanctis Scripturis accipiatur deacecumus  
**B** Dei ad homines: ad quem nulla mutatione opus  
est, ut Celsus putat nos opinari, nec versione in  
malum e bono, aut e pulchro in turpem, aut e felice  
in infelicem, aut ex optimo in nequissimum. Im-  
mutabilis enim in sua essentia manens, condescen-  
dit rebus humanis providentia et dispensatione. Na-  
certe e sacris litteris Deum immutabilem esse  
discimus, ubi legitur: *Tu autem ipse es*<sup>48</sup>; et: *Nisi  
immutor*<sup>49</sup>. Epicuri vero dii ex atomis compositi,  
et proinde constitutione sua dissolutiles, habent  
quod agant, dum illas atomos, quæ corporibus cor-  
ruptionem efficiunt, excutiant. Nec secus Stoicos  
Deus, utpote corpus, interdum mens est quæ in-  
tam possidet substantiam, cum sit conflagratio;  
interdum vero ex parte ipsius substantiæ generalis,  
cum sit mundi ordinatio. Iste enim non potuerant  
quidem clare Dei naturam intelligere, quod sit  
omnino incorruptibilis, simplex, nec compositus,  
nec divisibilis. Id autem quod ad homines desce-  
dit, in forma Dei<sup>50</sup> substituit, et propter amorem  
humanæ generis seipsum exinanivit, ut posset con-  
cipi ab hominibus, absque ulla tamen mutatione  
ex bono in malum, etc. Post aliqua subdit Adamantius num. 15, p. 511, E! δὲ καὶ σῶμα θυτὸν  
καὶ ψυχὴν ἀνθρωπίνην ἀναλαβὼν ὁ ἀθάνατος Θεὸς  
Λόγος, δοκεῖ τῷ Κέλσῳ ἀλλάττεσθαι: καὶ μεταπλά-  
τεσθαι μανθανέτω, ὅτι ὁ Λόγος τῇ οὐσίᾳ μέντον Λό-  
γος, οὐδὲν μὲν πάσχει ὃν πάσχει τὸ σῶμα ἢ τὴν ψυχὴν  
συγκαταβαίνων δὲ ἐσθὶ ὅτε τῷ μὴ δυναμένῳ αὐτοῦ τὰ;  
**D** μαρμαρυγάς καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς θειότητος βλέ-  
πειν, οἷοντες σάρξ γίνεται, σωματικῶς λαλουρ-  
νον, id est, « Quod si Verbum Deus immortalis,  
quia corpus mortale animamque humoram assum-  
pserit, Celso idcirco immutari videatur: discat  
Verbum manere Verbum sua substantia, nec pati  
eorum quidquam, quæ corpus aut anima patiuntur;  
condescendere tamen interdum non valentibus ejus  
claritatē ac splendore divinitatis obtueri, ac  
veluti carnem factum, loqui corporaliter. » Diesu  
cordati omnes, an haec sunt verba scriptoris, qui  
« Arium impietate superavit, adeoque impli dogma-  
tis auctor illi fuit. » Scilicet clare hic docet Orige-

<sup>48</sup> Psal. ci, 28. <sup>49</sup> Malach. iii, 6. <sup>50</sup> Philipp. ii, 6.

nes τὸν Λόγον sive Filium Dei esse Deum immortalem, substantia sua immutabilem, et quatenus in forma Dei subsistit, juxta cum Patre naturae omnino incorruptibilis, simplicis, nec compositae, nec divisibilis. Aliquanto post ad aliam Celsi objectio nem, priori affinem, responsurn, sic orditur, num. 18, pag. 512: Πρὸς τοῦτο λέγοιτο ἄν, πὴ μὲν περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως δυτος Θεοῦ· πὴ δὲ περὶ τῆς Ἰησοῦ φυχῆς, id est, « Ad hoc responderi potest, distinguendo divini Verbi naturam, quæ Deus est, et Iesu animam. » Vides hic ipsam Verbi naturam Deum, sive Verbum natura Deum diserte dici. Cui similis Origenis locus citatur in catena Balthasaris Corderii in Joan., ad cap. 1, vers. 4, ubi Filius Dei ab Origene dicitur διὰ Δημοσύργος τοῦ παντὸς, τυγχάνων Θεὸς Λόγος κατ' οὐσίαν, « ille rerum omnium Conditor, qui est secundum essentiam Deus Verbum. » Quis vero ex Arianis dixerit, Filiū esse ipsa sua essentia ac substantia Deum? Scilicet hoc illud ipsum est, quod adversus Arium statuerunt Patres Nicenenses, nempe Filiū Dei esse Deo δημοσύσιον.

§ VIII. In libro quinto rationem reddens, cur Christiani Filiū Dei, non solem, lunam stellasque adoratione prosequantur, ita disserit num. 10, p. 584: Οὐ τούννη ἡν εὐλόγον τοὺς διδαχέντας μεγαλοφυῶς ὑπεραναβάνειν πάντα τὰ δημιουργήματα,.... δισκούντας ἔχειν τὴν λαμπράν καὶ ἀμάραντον σοφίαν, η καὶ ἀνειληθότα, αὐτὴν οὖσαν ἀπαύγασμα φωτὸς δίδιου· καταπλαγῆναι τὸ αἰσθητὸν ἥλιον, καὶ σελήνης, καὶ ἀστρῶν φῶς ἐπὶ τοσοῦτον, ὅστε διὰ τὸ αἰσθητὸν φῶς ἔκεινων νομίσαι ἔκαντος κάτω που εἶναι, ἔχοντας τηλικούτον νοητὸν γνώσεως φῶς, καὶ φῶς ἀληθινόν, καὶ φῶς τεῦ κόσμου, καὶ φῶς τοῦ ἀνθρώπων, κάκείνοις προσκυνήσαι. Id est, « Itaque non decchat eos, qui didicerant generose omnem creaturam transcendere,.... contendebantque studiis ferventibus ad immarcescibilem illam sapientiam, aut jam perceperant eam, eam, inquam, quæ aeternæ lucis splendor est; obstupescere ad solis, lunas stellarumque lumen sensibile, in tantum, ut propterea se inferiores existimarent; cum ipsi habeant tantam lucem intelligibilem, lucem veram, lucem mundi, lucem hominum; eaque adorarent. » Hic aperte dicit Origenes Sapientiam sive Filium Dei esse lucem illam veram, lucem mundi, aeternæ lucis splendorem; quem Christiani, neglectis sole, luna, ceterisque cœli luminibus, ideo colant, quod edocti sint in cultu suo omnem creaturam generose transcendere. Unde manifestissimum est neutiquam cum Ario somniasset Origenem, Filium Dei inter τὰ δημιουργήματα sive res creatas censemendum esse. Rem hanc adhuc luculentius explicat paulo post his verbis num. 11, p. 585: Καὶ ὥσπερ οἱ, διὰ τὸ φῶς αἰσθητὸν καὶ οὐράνιον εἶναι, προσκυνοῦντες ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστρα, οὐκ ἀν προσκυνήσαιεν στινθῆρα πυρὸς, η λύχνον ἐπὶ γῆς, δρῶντες τὴν ἀσύγχρο-

A τον ὑπεροχὴν τῶν νομιζομένων ἀξίων προσκυνεῖσθαι παρὰ τὸ τῶν σπινθῆρων καὶ τῶν λύχνων φῶς· οὕτως οἱ νοήσαντες, πῶς δ Θεὸς φῶς ἔστι· καταλαβόντες δὲ, πῶς δ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ φῶς ἀληθινόν ἔστιν, δ φωτὶ ζει πάντα ἀνθρωπὸν ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· συνιέντες δὲ καὶ πῶς οὗτός φησι τὸ, Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· οὐκ ἀν εὐλόγως προσκυνήσαιεν τον οἰονεὶ βραχίνι σπινθῆρα, ὡς πρὸς φῶς τὸν Θεὸν, ἀληθινοῦ φωτὸς, ἐν ἥλιῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἀστροῖς· καὶ οὐκ ἀτιμάζοντες γε τὰ τηλικαῦτα τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα οὐδὲ Ἀναξαγορίως μύδρων διάπυρον λέγοντες εἶναι τὸν ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας, τοιεῦτα φαμεν πέρι ἥλιου, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων· ἀλλ’ οἰσθανόμενοι γε τῆς ἀφάτῳ ὑπεροχῆς θειότητος τοῦ Θεοῦ, ἔτι δὲ καὶ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ ὑπερέχοντος τὰ λοιπά. Id est, « Et quemadmodum isti adoratores solis, lunæ stellarumque, et admiratores eorum luminis, nunquam adorarent scintillam ignis aut lucernam in terra, videntes incomparabiliter præcellentiora, quorum lumen adoratione dignum existimant: ita qui intelligunt quomodo Deus lumen sit, et quomodo Filius ejus lux vera sit, illustrans omnem hominem in hunc mundum venientem »<sup>11</sup>, et intelligunt etiam illud ejus dictum, Ego sum lux mundi<sup>12</sup>, immerito adorarent parvam velut scintillam veræ lucis, si ad lumen illud quod Deus est conferatur, quæ in sole, luna et astris existit. Non autem quod contemnam tam egregia Dei opera, aut sicut Anaxagoras globum ignitum solem existimemus, ut et lunam et astra cetera; ideo haec de sole, luna et astris ceteris dicimus: sed quod agnoscamus Dei et Kili<sup>13</sup> ejus unigeniti inenarrabili præstantia præcellentem divinitatem, quæ cetera omnia longe post se relinquunt. Quid, quæso, ad declarandum veram Filii divinitatem, his disertius dici potuit? Nam expresse hic tradit Origenes, Filiū cum Patre esse verum illud lumen, quod Deus est, cui collata parva instar scintillæ est ipsa solis lux. Qui et Filio perinde ac Patri expresse tribuit inenarrabili præstantia præcellentem divinitatem, quæ creaturas omnes immensum superat. Demum hinc iterum concludit Deum Patrem ejusque unigenitum Filium, spretis quantum ad adorationem attinet, sole, luna, ceterisque cœli luminibus, solos (nempe in unitate Spiritus sancti, quod ipse Origenes alibi agnoscit) divino cultu honorandos esse. Ibidem, paucis interjectis, ait num. 12, p. 586, Deum Patrem non τοπικῶς localiter, utpote immensum, neque loco inclusum, sed προνοητικῶς per providentiam condescendere hominibus pro sua bonitate: Filiū vero Dei non solum tunc cum inter homines degeret, sed et semper suis adesset discipulis; et quanquam, ex infinita erga humanum genus charitate, dignatus est etiam τοπικῶς nobiscum in assumpta natura humana versari; tamen omnino πανταχοῦ ubique præsentem esse. Quibus positis, deinde pro cultu

<sup>11</sup> Joan. i, 9. <sup>12</sup> Joan. viii, 12.

solius Dei Patris ejusque unigeniti Filii, contra adorationem luminum celestium, ita rationcinatur ibidem : "Ατοπον δέ ἐστι, τοῦ πληρόταντος τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ εἰπόντος, Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔγω πληρῶ; λέγει Κύριος, ὃντος μεθ' ἡμῶν, καὶ πλησίου τοῦτον τυγχάνοντος (πιστεύω γάρ αὐτῷ λέγοντι, Θεὸς ἐγγίζων ἔγω εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς πόρρωθεν, λέγει Κύριος), ζητεῖν εὔχεσθαι τῷ μή φθάνοντες ἐπὶ τὰ σύμπαντα ἡλιό, ἢ σελήνη, ἢ τινι τῶν ἀστέρων, id est, « Absurdum autem esset, cum is, qui cœlum et terram implet, dicens, Nonne cœlum et terram ego impleo? ait Dominus<sup>23</sup>; nobis præsto sit et in proximo (credimus enim dicenti, Deus apopinquans ego sum, non Deus longinquus, ait Dominus<sup>24</sup>) querere, cui vota facias, non semper ubique præsentem solem, lunam aut stellam aliquam. »

§ IX. In libro sexto divinam prorsus atque increatam Filii Dei naturam verbis hisce omni luce clarioribus confirmat num. 17, pag. 643 : Οὗτος γάρ τὸν ἀγένητον καὶ πάσης γενητῆς φύσεως πρωτότοκον καὶ ἀξίαν εἰδέναται τις δύναται, ὡς δὲ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ, οὗτος τὸν Πατέρα, ὡς δὲ μέφυχος Λόγος καὶ σοφία αὐτοῦ καὶ ἀλήθεια, id est, « Neque enim eum qui factus non est, et naturæ omnis factæ est primogenitus, quisquam pro dignitate potest nosse, sicut Pater ipse qui genuit : neque Patrem quisquam, sicut animatum ejus Verbum, veritas et sapientia. » Hisce, inquam, verbis Origenes, tanquam in consesso Patrum Nicænorum ipse jam sedisset, contra Arium diserte pronuntiat, Filium Dei οὐδὲ ποιητὸν, οὐδὲ κτιστόν, neque factum, neque creatum esse : (nam utrumque complectitur suo ambitu vox ἀγένητος) : quin et Patrem et Filium sibi invicem pariter comprehensibiles, creaturis vero omnibus prorsus incomprehensibiles esse, expresse docet. Hujus autem illustris loci iustum ut evadat Sandius, singit textum Origenis interpolatum hic ac depravatum esse. Petavius, inquit lib. De scriptor. ecclesiast. pag. 35, probat lib. 1 De Trinit., cap. 3, num. 5 et 6 (seu potius cap. 4, num. 6 et 7), locum Origenis, quando lib. vi contra Celsum, Filium ἀγένητον vocet, esse interpolatum, eo quod Epiphanius heres. Origenis reprehendat eum, quod in Commentariis ad psalmum 1, Filium dixerit γενητὸν Deum. Sed non ibi dicit, nedum probat Petavius, locum hunc Origenis interpolatum esse : neque si ita dixisset Jesuita, magni aestimanda esset ejus censura. Nam Græci codices mss. omnes, quotquot uspiam reperti sunt, cum excusi exemplaribus hic consentiunt. Et sententia hujus loci omnino consentanea est constanti doctrinæ horum contra Celsum librorum, in quibus Origenes Filium Dei e censu τῶν δημιουργημάτων passim diserte eximit, ut ex testimoniojam supra a nobis productis liquet. Ad id vero quod ex Epiphanio objicit Petavius, nempe Origenem in Commentario ad psalmum 1, Filium Dei dixisse γενητὸν

A Θεόν, nescire non poterat Sandius, luculentam responsionem reddidisse Cl. Huetum *Origenian.* lib. II, ques. 2, num. 25, pag. 131, t. Origenes, inquit, cum Filium appellat γενητὸν Θεόν, sic accipe : qui principium sui habet et existendi initium : Filio quidem commune est cum creatis, sui principium ac originem habere, emanandi autem ex illo principio ac prodeundi ratio plane diversa est : prodit enim Filius per generationem æternam ; prodeunt creatæ res per temporariam creationem..... Atque ita Filius dici potest ἀγένητος, qui ab alio non habet ut sit, nempe tanquam opus seu res facta, vel tanquam res creata : et γενητός, qui ab alio habet ut sit, nempe tanquam res genita et Filius. Sic Origenes, qui γενητὸν Θεόν appellasse Filium insinuator,.... Filium tamen ἀγένητον vocat lib. VI *contra Cels.*, num. 17. » Paulo post haec subiungit idem Huetius p. 132 : « Cum Filium dixit (Origenes) γενητὸν, id sibi voluit, habere ipsum sui principium ; contra Hieronymus exposuit, esse factum. Nempe sic verba Origenis in pessimum sensum trahere amabat. Ita Epiphanius heres. LXIV, cap. 8, vocis γενητός usum in aliis probaturum se dicit, in Origene damnare. » Plura hac de re apud Huetium ibidem legas. Ego ad libros Origenis *contra Celsum* redeo. In eodem libro sexto dicenti Celso, Deum neque ratione esse comprehensibilem, sic respondeat Origenes num. 65, pag. 682 : Διατελλοματὶ τὸ σημανθέν, καὶ φημι, εἰ μὲν λόγῳ τῷ ἐν ἡμῖν, εἴτε ἐν διαθέτῳ, εἴτε καὶ προφορικῷ καὶ ἡμεῖς φήσομεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐφικτός τῷ λόγῳ δὲ Θεός. Εἰ δὲ νοήσαντες τῷ, Εἴ δρχῇ δῆτε δὲ Λόγος, καὶ δὲ Λόγος δῆτε πρὸς Θεόν, καὶ Θεός δῆτε δὲ Λόγος ἀποφανόμενα, στὶ τούτῳ τῷ λόγῳ ἐφικτός ἔστιν δὲ Θεός. Id est, « Distinguo significatum et dico, si intelligatur de ratione, quæ vel inserta est nobis, vel e nobis se exerit, hac non esse Deum comprehensibilem. Sin de illa, quæ erat in principio, et erat apud Deum, et ipsa erat Deus<sup>25</sup>, aīmus haec Deum esse comprehensibilem. » Scilicet Deus nisi a Deo ; quod infinitum est, nisi ab infinito comprehendendi non potest ; unde sequitur τὸν λόγον, qui Deum valeat comprehendere, ipsum esse Deum ; quod et in terminis Origenes cum Joanne evangelista affirmat. Quam hoc Origenes pronuntiatum Arianae blasphemiae ex diametro repugnet, nemo est qui non videat. Dixit enim Arius in libro *Thalia* inscriptio (referente Athanasio in lib. *De synod.*), Ἀδύνατα γίγνεται τὸν Πατέρα, ἐξιχνιάσαι, οἵτε ἔσται ἐξ ἐκτοῦ· αὐτὸς γάρ δὲ γίγνεται τὸν ξεντοῦ οἰσιαν οὐκ οἶδεν, id est, « Possibile enim non est Filio investigate Patrem, qualis in seipso est, Filius quippe suam ipse essentialiam non novit. » His genitiva sunt, quæ post aliquammulta in eodem libro VI *contra Celsum*, num. 68, p. 684, sequuntur : Τις δέ δὲλλος οὖσας καὶ προσαγαγεῖν τῷ εἰπεῖ πᾶσι θεῷ δύναται τὴν τοῦ ἀνθρώπου φυσήν, ἢ δὲ Θεός Λόγος ;

<sup>23</sup> Jerem. xxiii, 24. <sup>24</sup> ibid. 25. <sup>25</sup> Joan. 1, 4.

Στοις ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὄν, δὲ τοὺς κολλη-  
θέντας τῇ σαρκὶ καὶ γενομένους ὅπερ ἄλλῃ, ἐγένετο  
ἄλλῃ. ἵνα χωρῆθῃ ὑπὸ τῶν μὴ δυναμένων αὐτὸν  
βλέπειν καθὸ Λόγος ἦν, καὶ πρὸς Θεὸν ἦν, καὶ  
Θεὸς ἦν, id est, « Quis enim alius valeat servare,  
et ad Deum Opt. Max. humanam animam adducere,  
quam Deus Verbum? qui cum in principio  
apud Deum esset, propter carni coharentes et car-  
nales caro factus est, ut caperetur ab iis, a quibus  
alioqui ne videri quidem poterat, in quantum Ver-  
bum erat, et apud Deum erat, et Deus erat ».  
Penique Origenes mox ibidem Filium dicit perinde  
ac Patrem magnum atque incomprehensibilem;  
quoniam et Patrem cum unigenito Filio etiam magni-  
tudinem suam communicasse affirmat. Verba infra  
commodiori loco integre recitabimus.

§ X. Vides, lector, ut Origenes in libris *contra Celsum* (qui ex omnibus ejus scriptis omnium con-  
sensu, maxime genuini, puri et incorrupti sunt) veram Filii divinitatem sc̄p̄ins atque apertissime confirmet. Quis jam suspicaretur, ex hisce ipsis libris ea colligi potuisse, quae Arianæ blasphemiae Origenem favisse ostenderent? Petavius tamen *De Trinit.* lib. 1, cap. 4, num. 5, id objicit Origeni tanquam Arianismū sapiens, quod in libro vi *contra Celsum*, num. 60, pag. 678, scripsit: Τὸν μὲν προτερὸν δημιουργὸν εἶναι τὸν Γένον τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ ὡσπερεὶ αὐτούργὸν τοῦ κόσμου τὸν δὲ Πατέρα τοῦ Λόγου τῷ προστεταχέντα τῷ Γένοι έκανον Λόγῳ, ποιῆσαι τὸν κόσμον, εἶναι πρώτως δημιουργόν. Id est, « Proximum mundi opificem esse Filium Dei Verbum, qui velut per se mundum ipse fabricarit: Patrem vero Verbi, eo ipso, quod Filio suo atque Verbo jussit mundum facere, esse primarium opificem. » Sed quomodo hæc intelligenda sint, iam supra ostendi de Irenæi doctrina agens hujus sectionis cap. 5, num. 6, quo lectorem remitto. Certe a Patre tanquam summo opifice quasi imperante, per Filium Patris jussionem ac voluntatem exsequenter creatuſe omnia; adeo Arianum non est, ut etiam catholici doctores, qui post concilium Nicænum vixerunt, quique Arianæ hæresis acerrimi impugnatores fuere, passim illud in scriptis suis affirmare non sint veriti, ut ibidem ex ipso Petavio ostendimus. Scriptoribus istihi ad ductis libet hic unum Hilarium adjungere, qui in libro iv *De Trinit.* agens de verbis illis Genes. 1, 26, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, etc.; sic loquitur p. 839, 840: « Per id quod dictum est, *Faciamus hominem*, ex eo origo est, ex quo capit et serino: in eo vero quod Deus ad imaginem Dei facit hominem, significatur etiam is, per quem consummatur operatio. » Et paulo post: « In eo quod dicitur, *Faciamus*, et jussio exæquatur et factum. » Et mox iterum de Sapientia sive Filio Dei Patri suo aggauente in creationis operibus, hæc habet: « Causam letitiae sua Sapientia docuit: la-

A tabatur autem ob letitiam Patris in perfectione mundi, et in filiis hominum letantis. Scriptum est enim: *Et vidit Deus quia bona sunt*<sup>17</sup>. Placere Patri opera sua gaudet, *VER SE EXPRECEPTO EJUS EFFECTA.* Que postrema Hilarii verba, loci Origeniani, quem carpit Petavius, sententiam plene exprimunt. Illud porro notandum est, Origenem dictum suum, ne cuiquam duriusculum videatur, expresse emolliisse adverbio, ὥσπερει *velut*. Filius, inquit, est proximus mundi opifex, qui *velut* per se mundum ipse fabricarit: qua cautione dubio procul occurtere voluit eorum errori, qui Patris et Filii in eodem creationis opere invisibiliter manifestav̄ non agnoverint. Sed quo tandem evadet hæc scholasticorum theologorum in censendis veterum dictis B audacia ac temeritas? Sane si is, qui dixerit Patrem, qua Pater est, primarium esse mundi opificem, qui hæc universa per Filium suum condiderit, pro Ariano habendus est; vir ab Arianismi labe purus erit ipse Paulus, in Epist. *I ad Corinth.*, cap. viii, vers. 6, de partibus, ut ita loquar, Patris et Filii in rerum creatione et renovatione, sic dicens: « Nobis unus est Deus Pater, a quo omnia, et nos in ipso: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. » Nam illud εἰ οὐ, a quo, causam primariam denotare manifestum est. Unde et Theodorus Beza ad locum hæc adnotat: « Cum Pater a Filio distinguitur, illi principium tribuitur. » Scilicet hec omnia omnino referenda sunt ad illam Filii subordinationem qua Patri ut antiori suo (hic iterum ipsis Hilarii verbis uior), subjectus est, de qua sectione quarta fusius agemus. Quid? quod in ipso Symbolo Nicæno credere jubemur, primo « in unum Deum Patrem omnipotentem omnium visibilium et invisibilium creatorē: deinde in unum Dominum Jesum Christum, etc., per quem omnia facta sunt. » Puto Nicænos Patres, nisi in œcuménico convenissent concilio, cui nefas sit contradicere, propter hæc dicta, acerem Petavii Jesuitas censuram vix evasuros fuisse. Ut paucis rem totam complectar, qui dixerit Deum Patrem, tanquam fontem divinitatis adeoque omnium operationum divinarum originem, a seipso per Filium suum mundum condidisse, ac proinde rerum omnium primarium esse opificem, nœ is Arianæ hæresis nentiquam incensandus est: nisi vero antiquis Ecclesiæ Patribus universis, adeoque ipsis scriptoribus θεοπνεύστοις Arianismū dicam impingere velimus. Sed illud demum Arianæ esset blasphemia, si quis doceret, Patrem hæc universa constituisse per Filium, tanquam per instrumentum sibi extraneum, aut tanquam per virtutem aliquam ante cetera omnia creatam, atque ab ipsius essentia alienam: que impietas mentem Origenis ne per sonnum quidem unquam subiit, ut ex locis a nobis superius adductis liquet.

§ XI. Sed et alia quedam in ipsis *contra Celsum*

<sup>17</sup> Joan. 1, 1. <sup>18</sup> Gen. 1, 10, 15, 18, 21, 25.

libris atro calculo notat et veru transfigit ipse A Huetius, ex quibus nos præcipua discutiemus. Primo adducit Huetius *Origenian.* lib. II, quæst. 2, num. 3, p. 116, tanquam solutu difficultiora, verba *Origenis* lib. viii *contra Celsum*, num. 12 : *Εἰ δέ τις ἐκ τούτων περισπασθήσεται, μή πη αὐτομολοῦμεν πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας δύο εἶναι ὑποστάσεις Πατέρα καὶ Υἱὸν· ἐπιστῆσάτω τῷ· Ἡν δὲ πάντων τῶν πιστευόντων η̄ παρδλα καὶ η̄ ψυχὴ μία, ἣν θεωρήσῃ τό· Τέτοιος καὶ Πατέρος ἔν τοις μερεσ, id est, « Quod si quis his motus verebitur ne forte transfigiamus ad eos, qui negant duas esse hypostases Patrem et Filium : audiat illud, *Erat autem omnium credentium cor unum et una anima*<sup>29</sup>; ut contempletur illud dicatum, *Ego et Pater unus sumus*<sup>30</sup>. » Et deinde : Θρησκευόμενοι οὖν τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν Υἱὸν τὴν ἀληθείαν, δύτα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα, ζητεῖ τῇ δύονοις, καὶ τῇ συμφωνίᾳ, καὶ τῇ ταύτητι τοῦ βιωτήματος, id est, « Itaque religiose colimus Patrem veritatis, et veritatem Filium, duos quidem hypostasis, unum vero concordia, consensu, voluntatisque identitate. » Ad qua hæc adnotat vir doctissimus : « Patrem et Filium duo esse ait ὑποστάσει, unum consensu et concordia. Atqui ὑποστάσις pro οὐσίᾳ priscis temporibus solebat usurpari ab ethnici et Christiani (Hieronymus, epist. 57, ad Damas.). Tota secularium litterarum schola nihil aliud ὑπόστασιν nisi οὐσίαν novit. Ita sumpsierunt Nicenii Patres, ita Sardenses. Ita et sumpsisse Origenem verisimile est. » Respondeo primo C voces ὑπόστασις et οὐσία priscis temporibus varie usurpatæ fuere, saltem a Christianis. Scilicet nonnunquam ὑπόστασις pro eo quod nos οὐσίαν dicimus, ut vice versa vox οὐσία pro eo quod nos ὑπόστασιν appellamus, ab ipsis accepta fuit : nonnunquam ὑπόστασιν dixerunt veteres, etiam qui concilium Nicenum antecesserunt, quod nos hodie personam sive subsistentiam appellamus. Vocem ὑπόστασις pro eo quod nos οὐσίαν dicimus, a priscis quanloque usurpari non modo constitetur, sed et contendit Huetius. Quanquam (ut verum ingenue falear), non memini me vocem ita usurpatam a scriptore aliquo Catholicō, de SS. Trinitate disserente, ante concilium Nicenum, aut aliquandiu post, legisse. Vocabulum vero οὐσίαν ab iisdem pro eo quod nos ὑπόστασιν appellamus, nonnunquam accipi certissimum est. Sic Pierius martyr et presbyter, Pamphili martyris præceptor, cum de Patre et Filio catholicō more sentiret, Patrem tamen et Filium οὐσίας et φύσις duas esse dicebat, ut refert Photius *Bibl. cod. cxix, usiæ et naturæ vocabulo hypostasis significans*, ut ex antecedentibus et consequentibus constare dicit idem Photius. Sic vocem φύσις (quæ aliqui latioris est significationis, ut vox οὐσία, a Clemente Alexandrino usurpatum fuisse supra observavimus cap. 6, num. 6. Atque eodem sensu vocabulum accipi a Gregorio Nysseno,*

<sup>29</sup> Act. iv, 32. <sup>30</sup> Joan. x, 30. <sup>31</sup> cap. 8, num. 5.

(25) Theodoret. *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 4.

A ab Epiphanio, adeoque ab ipso Athanasio ostendit Petavius *De Trinit.* lib. IV, cap. 1, num. 2, 3. Deinde (quod rem nostram proprius spectat), vocem ὑπόστασις aliquoties a priscis Ecclesiæ doctoribus, etiam qui concilium Nicenum antecesserunt, pro subsistentia, vel pro re singulari per se subsistente, quæ in rebus intellectu præditis idem est quod persona, usurpari multis exemplis constat. Tertullianus in libro *adversus Prax.*, cum asserere voluit Filii subsistentiam contra eos qui illum distinctam esse a Patre personam negabant, affirmat Filium Dei esse « substantiam et rem substantiam. » Sic cap. 7 : « Ergo, inquis, das aliquam substantiam esse sermonem, Spiritu et Sophiæ traditione constructam? plane. Non vis eum substantivum habere in re, per substantię proprietatem, ut res et persona quædam videri possit, et ita capiat secundus a Deo constitutus duos efficere, Patrem et Filium, Deum et sermonem. Quid est enim dices sermo, nisi vox et sonus oris, et (sicut grammatici tradunt) aer offensus, intelligibilis auditu, cæterum vacuum nescie quid, et inane, et incorporale? At ego nihil dico de Deo inane et vacuo prodire potuisse, ut non de inani et vacuo prolatum : nec carere substantia, quod de tanta substantia processit, » etc. Rursus cap. 26, de Patris et Filii distinctione agens, sic loquitur : « Deus Dei tanquam substantiva res, non erit ipse Deus; sed hactenus Deus, quia ex ipsis Dei substantia, quæ et substantiva res est, » etc. Mox negat sapientiam et providentiam esse *res substantivas*, aut *substantias*, hoc est, ὑπόστασις. Scilicet hanc loquendi formam ex Græcis Patribus omnino sumpsisse videtur Græcorum ille imitator, Græcam vocem ὑπόστασιν Latine *substantiam* et *rem substantivam* vertens : cum aliqui Latini, etiam Tertulliani ætate, suum habuere vocabulum, quo subsistentiam in divina essentia exprimerent, nempe vocem *personæ*, quæ aliquoties in eodem libro ab ipso Tertulliano usurpatur. Hippolytus, Tertulliano ætate proximus et Origene antiquior, in loco superius a nobis laudato<sup>32</sup> ait carnem sive humanam in Christo naturam per se non subsistere, sed « In Verbo habere τὴν ὑπόστασιν, hoc est, in Verbo subsistere. » Dionysius Alexandrinus, Origenis discipulus, in responseo ad questionem quartam Pauli Samosateni de tribus personis S. Trinitatis sic loquitur (25) : *Αἱ δύο ὑποστάσεις ἀχώριστοι, καὶ τὰ ἐνυπόστατον τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα, οἱ ἦν ἐν τῷ Υἱῷ, id est, « Duæ hypostases (Patris scilicet et Filii) inseparabiles sunt, et subsistens Patris Spiritus, qui erat in Filio. »* Atque ex hoc Dionysii Alexandrini loco omnino explicanda mihi videtur sententia cognominis, et coætanæ ejus Dionysii Romani : qui in Epistola contra Sabellianos apud Athanasium (26), postquam ipsos refutaverat, eos deinde redarguit, qui deitatem secabant *εἰς τοὺς*

(26) Athan. *De syn. Nic. Dec.*, p. 275, ed. Paris. 1627.

μεμερισμένας ὑποστάσεις « in tres divisas hypostases. » Petavius quidem *De Trinit.*, lib. iv, c. 1, § 5, eo in loco vocem ὑπόστασιν pro οὐσίᾳ in generaliori significatione poni voluit; hoc, ut arbitror, argumento ad id inductus, quod Dionysius dissensum suum ab iis profiteatur, qui deitatem in tres hypostases dividebant. Sed hoc nihil est. Neque enim simpliciter eos culpat Dionysius, contra quos disputat, quod tres in deitate hypostases statuerint; sed ideo tantum quod hypostases illas tres esse μεμερισμένας « divisas » existimarent. Quod mox ibidem plenus exprimit, dum rursus eosdem hæreticos divisisse ait divinitatem εἰς τρεῖς ὑποστάσεις ξένας, ἀλλήλων παντάπαιδει κεχωρισμένας « in tres hypostases peregrinas, ab invicem omnino separatas. » Pessime igitur verba Dionysii Graeca Latine redditum Petavius « distinctas hypostases. » Adversus hos hæreticos deinde statuit Dionysius, ἡγώσας τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὸν θεῖον Λόγον, ἐμφιλοχωρεῖν δὲ τῷ Θεῷ, καὶ ἐνδιαιτάσθαι τὸ ἄγιον Πνεῦμα, « uniri omnium Deo Dei Verbum; et in eodem hærere versarique Spiritum sanctum : » hoc est, hypostases tres divinas per inexplicabilem quamdam περιχώρησιν intime sibi invicem coniunctas esse, et sese mutuo quasi immixtare, ita ut altera ab altera nequitiam separari possit. Qua de re inferius plura dicimus. Locum autem hunc Dionysii Romani integre citatum videoes hujus sectionis de Filii τῷ δμούσιῳ, cap. 11, num. 1. Itaque cum Dionysius Romanus negat, in deitate tres esse hypostases divisas ac separatas; idem manifeste voluit, quod alter Dionysius, cum affirmat, Patrem et Filium esse duas hypostases minime separatas, et Spiritum sanctum quoque hypostasin esse in ipso Filio subsistentem, adeoque neque a Filio, neque a Patre disjunctam. Nimis eterque hypostaseon distinctionem in divinitate pariter agnovit; eterque divisionem et separationem hypostaseon pariter negavit. His vero clarissimam lucem assert alter Dionysii Alexandrinii locus, citatus a Magno Basilio in libro *De Spiritu sancto*, cap. 29, ubi Dionysium illum inducit sic in media sua *Apologia contra Sabellianos* disputantem (27) : Εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, μεμερισμένας εἶναι λέγουσι, τρεῖς εἰσι καν μὴ θέλωσιν, η τὴν θείαν Τριάδον παντελῶς ἀνελέτωσαν, id est, « Si eo quod tres sunt personae, divisus esse dicunt, tres sunt etiamsi non sint, aut divinam Trinitatem prorsus e medio tollant. » Quibus ex verbis aperte colligitur, apud Catholicos Dionysii ætate ratum et fixum illud fuisse, tres esse in divinis hypostases; Sabellianos vero ex illa hypothesi consequi existimasse tres esse hypostases divisas; utpote qui tres distinctas personas in essentia divina absque divisione subsistentes mente sua concipere nequiverunt. Hanc autem consequentiam omnino rejiciunt ambo Dionysii in locis supra adductis. Pergamus. Dionysii utriusque aequales

(27) S. Basili tom. II, p. 558, edit. Paris. 1657.

(28) Bibl. PP. tom. XI.

A sex episcopi, qui ex synodo Antiochena ad Paulum Samosatenum scripsere epistolam (28), in ipsa contra euudem Paulum et Sabellium, negant Filium Dei esse Patris ἐπιστήμην ἀνυπόστατον, « scientiam per se minimie subsistentem. » Et ibidem ipsum Dei Filium dicunt Dei Patris ἐνέργειαν ζῶσαν καὶ ὑφεστῶσαν, « virtutem viventem ac subsistentem. » Quis igitur dubitet quin hi episcopi Filium quoque dixerint ὑπόστασιν a Patre distinctam? Præsertim cum Dionysius Alexandrinus ejusdem saeculi τὴν ὑπόστασιν et τὸ ἐνυπόστατον tanquam idem significantia usurparit, ut ex loco supra allato liquet. Alexander episcopus Alexandrinus, in epistola ad Alexandrum Constantinopolitanum ante synodum Nicenam scripta, eodem sensu vocem accepisse videtur, dum ad verba Joannis evangeliste Evang. cap. 1, vers. 1, haec scribit (29) : Τὴν γάρ ιδιότητον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἔδηλωσεν, εἰπὼν, Ἐρ ἀρχῇ ήρ ο Λόγος, καὶ ο Λόγος ήρ πρὸς τὸν Θεόν, id est : « Proprio modo constantem ejus (Filii) hypostasim significavit, dicens, In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum. » Et, si Magno Basilio, potius quam nupero Jesuitæ Petavio, fides habenda sit, eodem sensu vocabulum intellexerunt, juxta antiquum scilicet in Ecclesia usum, Patres Niceni, cum in Symbolo anathematizarunt eos, qui dicerent Filium esse εἴς εἴτερας ὑποστάσεως η οὐσίας, « ex alia hypostasi sive substantia » quam Patris. Nam Basilius in epistola 78, referens Marcellum Ancyranum, et alios quosdam Sabellianæ fautores hæresis, ex illis Niceni concilii verbis patrocinium quæsivisse; οὐσίαν et ὑπόστασιν negat εἰς παραλήλου, et tanquam idem significantes voces a Patribus adhibitas fuisse. Quod hac ratione probat : Εἰ γάρ μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔδηλουν ἔννοιαν αἱ φωναὶ, τίς χρεῖα ἦν ἐκατέρων; Άλλὰ δῆλον ὅτι, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τὸν Πατρὸς, τῶν δὲ λεγόντων οὖτε ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' εἴς ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως οὖτως ἀμφότερα ὡς ἀλλότρια τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος ἀπηγόρευσαν. Id est, « Si unam et eamdem rem significaverunt voces illæ, quid attinebat simul illas adhiberi? Sed perspicuum est, eo quod alii negarent Filium et substantia esse Patris; alii neque ex ejus substantia, et ex alia iusniper hypostasi esse dicerent : D utramque illos opinionem tanquam alienam a sensu ecclesiastico rejecisse. » Libet vero hic obiter argumenta præcipua, quibus hanc M. Basili sententiam convellere Petavius conatus est *De Trinit.*, lib. iv, cap. 2, num. 6, paucis ad examen revocare. « Primo, inquit, contra solum Arii dogma Symboli clausulam addidisse Patres liquido constat. » Poteram interrogare Petavium, unde id liquido constet? Certe liquidissimo constat, Patres in suo Symbolo quanquam Arii dogma præcipue impugnare intenderint, aliorum tamen hæreses alicubi perstringere. Sic cum definiti per Filium facta fuisse omnia, non Arianos, quippe qui hoc nun-

(29) *Eccles. hist.* lib. I, cap. 4.

quam negarint; sed Ebionæos, Artemonitas, Samosatenianos, et ejusdem monetæ alios hæreticos feriunt. Sed esto, clausulam istam contra solum Arianorum dogma a Patribus additam fuisse (quod verissimum esse puto); quid tuni? Ariani, inquit Petavius, non docuerunt Filium ab alia persona quam Patris originem traxisse. Respondeo, neque docuisse Arianorum quempiam, Filium ex alia substantia originem traxisse, si rigide et exacte loqui velimus. Verum ut omnes Ariani negarunt Filium e substantia Patris natum; ita quidam ullo modo ex ipso Patre, sive ex hypostasi Patris natum illum fuisse pernegrarunt. Scilicet duæ fuere in primis Ariomanitarum classes: alii fatebantur quidem Filium ex ipsa Patris hypostasi peculiari modo natum fuisse, non ut cætere creature, ex nihilo factum; sed negabant tamen Filium ex Patris substantia progenitum; virtutem tantummodo aliquam paternam illum esse existimantes, non paternæ substantiæ ἀπόρροταν: alii ne ex ipso Patre peculiari modo genitum fuisse Filium faterentur; sed plane ex non existentibus factum, ut cætere creature, rotunde pronuntiarunt. Priors illi Semianiani dicti fuere, quorum sententiam, ex ipsorum confessione apud Epiphanium haeres. lxxiii, num. 2 et seqq., sic paucis optime explicavit alibi ipse Petavius his verbis: « Ibi, inquit *De Trinit.* lib. 1, cap. 40, num. 7, multa catholicæ dogmati quam similitima proferunt. In primis quod Filium negant esse creaturam, eo quod verus sit Filius: ac vera generatione productus, non tropica illa, qua creatæ res a Deo genitæ dicuntur: sed vere esse Patrem. Quem et ex sese genuisse Filium fatentur, idque ante omnem cogitationem, et omnes rationes, et tempora, et sæcula. Hæc sunt specie ipsa plausibilia, et ad catholicam professionem quam proxime accedunt. Sed deest tamen hoc illis, in quo fidei robur caputque consistit, quod Filium ἐξ τῆς οὐσίας genitum a Patre esse non constinentur, sed ἐξ τῆς ἀμοιβῆτος τοῦ Πατρὸς, ex similitudine Patris; nempe ἐνεργετικὴ γεννητικὴ, actione et efficientia genitali. Siquidem Patrem aiunt varias actiones habere, unam κτιστικὴν creatricem, alteram γεννητικὴν generatricem, quæ producit Filium, tum non eamdem οὐσίαν in utroque esse statuant, sed duas inter se similes. Utramque itaque factionem Arianorum feriunt Patres Nicæni in verbis illis, ἐξ ἀλλῆς ὑποστάσεως, η̄ οὐσίας: nempe tum illos, qui Filium ex persona Patris sive ex ipso Patre ullo modo natum fuisse negabant, et ex nihilo factum dicebant: tum etiam eos, qui Filium ex ipso Patre peculiari modo natum cum faterentur; tamen ἐξ οὐσίας et e substantia Patris progenitum, ac proinde Patri ὅμοιούσιον pernegrabant. Ut rem extra omnem controversie aleam ponam, confessio Arianorum per Marim, Theodorum et Marcum Constanti imperatori oblata, ab Athanasio lib. *De synodo Arim.* et

(50) Vide Athanas. tom. I, p. 895.

(51) Bullus, *De Filiis r̄ φ curiaūō*, cap. 2, num. 2 et seqq.

A Selenc. recitata, hæc in fine habet: (50) Τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν, η̄ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ, [καὶ] ἡν ποτὲ οὐκ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν η̄ καθολικὴ Ἐκκλησία. Id est, « Eos porro qui dicunt Filium ex non existentibus, sive ex alia hypostasi, et non ex Deo esse, et fuit tempus quo nondum erat Filius, alienos a se censem catholica Ecclesia. » Eadem plane exhibent Confessio per Eudoxium, Martyrium, et alios in Italiā missa, et Confessio Sirmiensis, quæ apud Athanasium ibidem sequuntur. Vides autem hic, Arianos illos negasse Filium, ex nihilo creatum, sive factum; et fassos fuisse Filium ἐξ ὑποστάσεως ex hypostasi Dei Patris, sive ex ipso Deo natura: cum tamen certissimum sit eosdem hæreticos nunquam fassos, nunquam fassuros fuisse Filium ἐξ οὐσίας et e substantia Patris progenitum. Recte itaque atque eruditæ voces ὑποστάσεως et οὐσία in Symbolo Nicæno distinxit Basilii: temere vero prorsus, observationem illam magni doctoris carpsit Jesuita Petavius. Quid vero ad Basilii rationem, nempe, Patres Nicænos in tam brevi Symbolo, duas istas voces simul adhibituros non fuisse, si ea lem esset ambarum significatio, respondet Petavius; id facile refellitur. « Si, inquit, Basilii ista ratio valeret, ne illud quidem reprehensionis expers foret, quod in eodem Symbolo, cum Patres dixissent, damnare se illos, qui fuisse aliquando putarent, quando non erat Filius, statim id subjiciunt, quod idem significat, et antequam nasceretur, non erat: neconon quia ex nullis substantibus factus est. » Sed nego verba illa: antequam nasceretur, non erat, idem prorsus significare, quod priora, « erat quando non erat. » Nam prior sententia Filii existentiae initium indefinite tribuit; altera punctum ipsum, ut ita dicam, initii illius designat. Evidem sensus in verbis posterioribus latet, qui etiam Petavii acumen fugit; quinam vero ille sit, infra commodiori loco fuse explicabimus. Neque verum est in verbis consequentibus, « quia ex nullis substantibus factus est, » rursus idem plane repeti. Nam ex grege Arianorum fuerunt nonnulli (ipso Petavio alibi id notante) quos postea Psathyrianos appellatos fuisse scribit in sv lib. *De heres.* Theodoreetus, qui ut Patrem exsistisse semper, ita Filium semper ab eo creatum fuisse dicebant: nihil enim apud Deum aliud esse gignere, quam creare. Iste non dixerunt fuisse quando Filius non erat: dixerunt tamen Filium ex non existentibus factum.

Cæterum etiam Gelasius Cyzicenus in actis concilii Nicæni part. II, cap. 12 ex totius synodi mandato ac decreto respondentem Hosium inducit, ac Τριάδα ὑποστάσεων prædicantem: quod et postea per Leontium episcopum Patres profiterunt ibid. cap. 21. Hinc Anastasius Sinaita in 'Οδηγ. cap. 21, scripsit Nicænos Patres definitissime τριάς εἰναι ὑποστάσεις, η̄τοι πρόσωπα ἐπὶ τῆς ἀγίας καὶ ὅμοιούσιου (51)

Τριάδος, id est, « Tres esse hypostases, sive personas in sancta et consubstantiali Trinitate. » Horum auctoritatem contempsit Petavius, iis scilicet argumentis fretus, quibus se Basili sententiam refutasse frustra gloriatur. Certe Eusebius Cæsariensis (qui synodo Nicæna interfuit, quoque nemo melius antiquum vocis ὑποστάσεως in Ecclesia usum intellexit) in litteris suis ad Eustathium Antiochenum (referente Socrate *Eccles. hist.* lib. 1, cap. 25) confessus est ἐνυπόστατον τε καὶ ἐνυπάρχοντα τὸν Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ, οὐ τὸ Θεὸν ἐν τριάντι ὑποστάσεσιν εἶναι, id est, « Filium Dei propriam hypostasim et subsistentiam habere, Denique in tribus hypostasisibus unum esse. » Atque hoc sensu sine offensione usurpari perseverasset (ut arbitror) vox ὑπόστασις, nisi Ariani ipsam abusi fuissent ad propagandam hæresim suam, pro natura ac substantia in generaliori significatione accipientes, ac docentes Patrem et Filium duas esse hypostases, hoc est, naturem ac substantias diversas, a se invicem discrepantes. Adversus hos enim catholici doctores affirmarunt in concilio Sardicensi, Patris et Filii μίαν esse ὑπόστασιν. Digna sunt, quae a nobis hic describantur Patrum Sardicensium verba hac de re (32) in epistola sua synodica apud Theodoreum *Eccles. hist.* lib. II, cap. 8 : Τὸ τῶν αἱρετικῶν σύστημα φιλονικεῖ, διαφόρους εἶναι τὰς ὑπόστασεις τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἄγιου Πνεύματος, καὶ εἶναι κεχωρισμένας· ἡμεῖς δὲ ταύτην παρειλήφαμεν καὶ δεδιδάγμεθα, καὶ ταύτην ἔχομεν τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν παράδοσιν καὶ πίστιν καὶ ὅμολογίαν, μίαν εἶναι ὑπόστασιν, ἣν αὐτοὶ οἱ αἱρετικοὶ οὐσίαν προσαγορεύουσι, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἄγιου Πνεύματος. Id est, « Hæreticorum factio pertinaciter asseverat, Patris ac Filii et Spiritus sancti diversas esse hypostases, a se invicem separatas. Nos vero hanc a majoribus accepimus ac didicimus, et hanc tenemus catholicam atque apostolicam traditionem et fidem ac professionem, unam esse hypostasim, quam ipsi hæretici substantiam appellant, Patris ac Filii et Spiritus sancti. » Hic Patres diserte monent se Patrem, Filium et Spiritum sanctum μίαν ὑπόστασιν dixisse eo tantum sensu, quo hæretici vocem ὑπόστασιν pro οὐσίᾳ acceperunt : significantes nimirum se alium ejus vocabuli sensum, apud veteres Ecclesiæ doctores catholicos receptum (quippe a quibus usurpatum fuerit pro persona sive subsistentia) non ignorasse, eumque lubentes amplexuros fuisse, ac fassuros, juxta istam vocis acceptiōnēm, tres esse in divinitate personas sive subsistentias. Hinc tamen natum fuisse constat triste illud disclodium, quod postmodum Orientis adeoque Occidentis Ecclesiæ turbavit, de una sive tribus hypostasisibus divinis : dum scilicet alii cum Patribus concilii Sardicensis loqui amarunt; alii vero veterem vo-

A cabuli usum et significationem retinuerunt. Quem usum sua tandem auctoritate confirmavit concilium Constantinopolitanum primum in epist. synod. apud Theodoreum *Eccles. hist.* lib. V, cap. 9. Cæterum Ariani tandem etiam vocem ὑποστάσεως, una cum οὐσίᾳ vocabulo, e symbolis suis abjiciendam decrevere. Nam in confessione Constantinopoli scripta ab Acacio, Eudoxio aliisque, qui Seleuciensis synodi decreto damnati, ad imperatorem confugerunt, prope finem sic definiunt : (33) Τὸ δὲ δνομα τῆς οὐσίας, ὅπερ ἀπλούστερον ἀπὸ τῶν Πατέρων ἐτέθη, ἀγνοούμενον δὲ τοὺς λαοὺς, σκάνδαλον ἔφερε, διότι μηδὲ αἱ Γραφαὶ τοῦτο περιέχουσι, ἢρσε περιαιρεθῆναι. — Καὶ γὰρ οὐδὲ διφέλει ὑπόστασις περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ ἄγιου Πνεύματος διομάζειται: δομοιον δὲ λέγομεν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. Id est, « Nomen porro substantiae, quod simplicius a Patribus editum, et ignotum populis, scandalum assert; quoniam in sacris litteris non continetur, placuit de medio tolli. — Imo ne ὑπόστασις quidem de Patre, Filio et Spiritu sancto nominari debet. Similem autem dicimus Patri Filium, » etc. Quo decreto Ariani illi priores suas confessiones, in quibus dixerant, Filium etiam si non ἐξ οὐσίας, tamen ἐξ ὑποστάσεως Dei Patris genitum esse, omnino resciderunt.

B 2<sup>a</sup> Premissa hac admodum prolixa, neque tam utili minus, dissertatione generali de Jantiquo usu ecclesiastico vocum οὐσία et ὑπόστασις tandem ad Origenem redeo. Certum est vocabulum ὑπόστασις apud ipsum vel pro subsistentia vel pro re singulari et individua, per se subsidente, quæ in iis que intellectu prædicta sunt, idem est ac quod personam hodie dicimus, passim usurpari. Imo non memini me uspiam vocem aliter ab ipso, ubi de Trinitate loquitur, acceptam legisse. Unde vir magnus Hugo Grotius in Notis ad Joan. cap. I, vers. 2, et Epist. ad Hebreos, cap. I, vers. 5, affirmit eam vocis ὑποστάσεως significationem ab Origenem primum (quod tamen verum esse non puto) ex Platonicis in Ecclesia usum traductam fuisse. Ad locum ab Huetio notatum quod attinet, nihil manifestius quam Origenem ibi affirmare Patrem et Filium duos esse τῇ ὑποστάσῃ eodem casu, quæ hæretici, quos ibidem perstringit, id negarunt. Quinam vero isti? Procul dubio Noetiani et alii, qui Deum esse μονοπρώτον docuerunt, ac tantum μίαν ὑπόστασιν, hoc est, personam unam in divinitate agnoverunt. Quod vero præterea obiect Huetius *Origenian.* lib. II, quæst. 2, num. 3, p. 116, Origenem, cum unum esse concordia et consensu dixerit Patrem et Filium, aliam omnem videri respuisse unitatem, id sane levis est momenti. Nam qui tantum unitatem consensus inter Patrem et Filium, aliquo in loco exprimit, non statim is censendus est, omnem aliam unitatem prorsus igno-

(32) In epistola sua synodica apud Theodoreum. Seu potius in Appendix ad epistolam a quibusdam adjecta, reliquis episopis reclamantibus. Vide Athanas. epist. synodica ad Antiochenses pag. 576, edit.

rasse. Deinde Origenis sexcentis aliis in locis Patrem et Filium δμοσυσίους, si rem quae voce significatur, speces, agnoscit; sive etiam in terminis, ut loquuntur, τὸ δμούσιον confessus est, citante Pamphilo martyre, et attestante Rufino. Idem de Novatiano, sive auctore libri *De Trinitate* inter opera Tertulliani, quem ob similem locutionem notat Huetius ibidem quo supra, suo loco luculenter ostendam. Porro Origenes tomo primo in *Ioannem* de Valentinianis, ejusdemque farinæ alias hæreticis locutus, ait num. 23, pag. 25, 26: Χρώνται τῷ Ἐξηρεύετο ή παρδία μου ἀλτον ἀγαθόν, οἱόμενοι προφοράν πατρικήν, οἰονεὶ ἐν συλλαβαῖς κειμένην εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τούτο ὑπόστασιν, αὐτῷ, εἰ ἀχριθῶς αὐτῶν πυνθανοίμεθα, οὐ διδάστιν, οὐδὲ οὐσίαν αὐτοῦ ταρφηνίζουσιν. Id est, « Utuntur dicto illo, Eructavit cor meum verbum bonum »: existimantes Filium Dei paternam prolationem esse, tanquam in syllabis positam: unde hypostasis illi, si accurate ipsos interrogemus, non tribuant, neque substantiam ejus explanant. » Hic satetur Huetius ibidem quo supra, *Origenian.* p. 116, ὑπόστασιν ab οὐσίᾳ distingui quidem; sed ait, non sumi pro persona, sed subsistentia. Verum apud veteres, ubi de Trinitate loquuntur, quid, queso, differt persona a subsistentia? Nimis illi, ut recte observavit Petavius *De Trinit.*, lib. iv, c. 3, num. 6, « subsistentiam » pro concreto, quod dici soleat, nomine sumpserunt, et cum persona confundierunt. Deinde in loco Origenis, quem reprehendit Huetius, accipiatur igitur ὑπόστασις pro « subsistentia », ut dicantur Pater et Filius duo τῇ ὑπόστασι: « au quisquam Catholicus id culpet? Imo nonne hæreticus est, qui neget? Verum acius insurgit Huetius *Origenian.* quæst. ii, num. 3, pag. 117. « Quid, inquit, defensionem prebere conamus Origeni, cum suam ipse causam prodat tom. ii in *Joan.*, num. 5, pag. 61, ubi quendam impugnans δηγματίζοντα, μηδὲ οὐσίαν τινὰ ίδειν ὑφεστάναι τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἔτερα παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν post aliqua adiit: Ἡμεῖς μέντοι γε τρεῖς ὑπόστασις πειθόμενοι τυγχάνειν, τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἄγιον Πνεύμα, τ. τ. λ., id est, « Nos autem qui tres personas esse Patrem, Filium et Spiritum sanctum persuasi sumus, » etc. Quibus significat ab eo qui unicam in Trinitate οὐσία ponit, se dissentire, et tres ὑπόστασις admittere, hoc est, tres οὐσίας. Nam si ιδιότητας, hoc est, personas significaret vox ὑπόστασις, neutquam exprimeret dissensum suum ab eo, qui unius οὐσίας Trinitatem esse volebat. » Atqui, inquam ego, ex hoc loco nihil aliud colligi potest, quam adversarium, quem ibi impugnat Origenes, οὐσίας nomine hypostasim sive personam intellexisse, quod et ab aliis multis, etiam Catholicis, factum, supra ostendimus. Scilicet adversarius, contra quem disputat ibi Origenes, fuit revera ex

A Noeti schola, qui dicebat, Spiritum sanctum a Patre et Filio nullatenus differre, sed τὸ αὐτὸν εἶναι τῷ Πατρὶ, « prorsus idem esse quod Pater, » referente ibidem ipso Origene. Adversus hunc ostendit eo in loco Origenes, quod sine controversia Matth. xii, 32, distinctio declaretur Spiritus sancti a Filio; indeque concludit Spiritum sanctum ut et Filium etiam, a Patre persona differre. Tum subjungit, et se, et alios Catholicos credere, Patrem, Filium et Spiritum sanctum esse τρεῖς ὑπόστασις, « tres subsistentias. » Nimirum ὑπόστασις apud Origenem fere constanter significat sive subsistentiam in abstracto, sive rem singularem et individuam per se subsistentem, que in iis, quæ vita et intellectu gaudent (ut sapient dixi), idem est quod persona. Sed quorsum hisce lectorem ambagibus defineamus? Exstat locus in Græcis Origenis Commentariis ab ipso Huetio editis, qui nostram Origenianam sensus interpretationem apertissime confirmet. Nam tomo x in *Joannem*, num. 21, pag. 199, quosdam notat Origenes (nempe ex Noetianis), qui ex locis Scripturæ quibusdam male intellectis ostendit existimarent, μὴ διαφέρειν τῷ ἀριθμῷ τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, ἀλλ᾽ ἐν, οὐ μόνον οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ὑπεκείμενῳ τυγχάνοντας ἀμφοτέρους, κατά τινας ἐπινοίας διαφόρους, οὐ κατ᾽ ὑπόστασιν λέγεσθαι Πατέρα τὸν Υἱὸν id est, « Numero non differre Filium a Patre, sed utrumque unum non modo substantia, sed et subjecto existentes, secundum quasdam notiones diversas, non secundum hypostasin, Patrem et Filiū dici. » Quibus ipse respondet: Λεξτέον πρὸς αὐτοὺς πρῶτον μὲν ἔτερον εἶναι τὸν Υἱὸν παρὰ τὸν Πατέρα, καὶ ὅτι ἀνάγκη τὸν Υἱὸν Πατρὸς εἶναι Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα Υἱὸν Πατέρα, id est, « Ad hos dicendum primo, alium esse Filium a Patre, et quod necessario Filius sit Patris Filius, et Pater Filii sit Pater. » Hie οὐσία et ὑπόστασις clare distinguuntur, plane quemadmodum a nobis hodie fit; et Origenis aliorumque Catholicorum sententia a Noetiana accurate discriminatur. Docebant Catholicici Patrem et Filiom unum quidem esse substantia (hoc est, δμοσυσίους), sed hypostasi et subjecto duos: contra hæretici contendebant, Patrem et Filiū non modo substantia, sed etiam hypostasi unum esse, ac tantum secundum diversas notiones sive conceptus nostros distingui, atque alio respectu nunc Patrem, nunc alio Filium dici. His certe nihil manifestius. Quod vero de antiquo vocis ὑπόστασις in divinis usu ecclesiastico, fusius fortasse quam proposita objectio postularet, disseruerim; id, uii spero, haud molestum erit lectori cordato, qui secum animo reputaverit, quam hic non modo a vulgo theologorum, sed etiam a viris eruditissimis tota via erretur.

§ XII. Sequitur alia Huetii objectio desumpta ex verbis Origenis lib. viii contra Cels., num. 14, p. 752, nempe hisce: « Εστω δὲ, τινὰς ὡς ἐν πλήθει

<sup>44</sup> Psal. xliv, 1.

πιστευόντων, καὶ δεχομένων διαφωνάν, διὰ τὴν προ-  
πέτειαν ὑποτίθεσθαι τὸν Σωτῆρα εἶναι τὸν ἐπὶ πᾶσι  
Θεόν· ἀλλ' οὕτι γε ἡμεῖς τοιοῦτον, οἱ πειθόμενοι αὐτῷ  
λέγοντες, Ὁ Πατήρ, ὁ πέμψας με, μετὼν μοῦ ἔστιν,  
id est: « Esto autem non deesse quosdam, ut in tam  
numerosa credentium multitudine, qui discrepantes  
ab aliis temere affirment, quod Servator sit ille  
universorum Deus: nos certe hoc non facimus, qui  
credimus ipsi dicenti, *Pater qui misit me, major me  
est*<sup>42</sup>. » Ad quæ hæc adnotat el. Huetius Origenian.  
lib. ii, quæst. 2, num. 7, pag. 121: « Affirmabant  
quidam Christum esse universorum Deum, idque  
vere et orthodoxe. Pertinet illud sane ad divinam  
Christi naturam, non ad humanam. Negat econtra  
Origenes Servatorem esse universorum  
Deum, quod inde probat, quia Pater minor sit, qui  
est universorum Deus. Divina ergo Christi natura  
detrahit supremam illam θεότητα supra res universas,  
et Patri addicit; preindeque μεγέθει τινί, et ut  
Deum Deo, inferiorem Patri Filium statuit, non ut  
hominem Deo. » Sed 1° gravissime errat vir doctissimus  
(quod pace ejus dixerim), in eo quod putes,  
quos hic perstringit Origenes, vere et orthodoxe  
affirmasse, Filium esse universorum Deum. Non  
diserte loquitur Origenes de paucis quibusdam in  
ter Christianos, qui, in eo quod affirmabant, a reli  
qua credentium « numerosa multitudine, » hoc est,  
a catholica Christi Ecclesia discepabant. Quin  
etiam, si antecedentia et consequentia apud Origenem  
legeris, compries quæ ibi Celsus Christianis  
objicit, esse omnino ex hereticorum fabulis de  
sumpta. Quinam vero isti, qui heterodoxe, et a  
communi Christianorum consensu abeuntes, affir  
marunt Servatorem esse ipsum universorum Deum?  
Puto hereticos designari, qui Origenis temporibus  
Noetianorum appellatione noscebantur, qui doce  
bant Filium esse ipsum Deum Patrem, qui διαχρι  
τικῶς solebat ab ejus ævi Catholicis ὁ ἐπὶ πᾶσι  
Θεός, « universorum Deus » appellari. Certe Justinus  
verbis non absimilibus id genus hereticorum,  
alio nomine ipsius ætate cognitorum, impiam ve  
saniam in *Apologia* que dicitur secunda his ver  
bis notat pag. 96: Οἱ γὰρ τὸν Υἱὸν Πατέρα φάσκοντες  
εἶναν, ἐλέγχονται, μήτε τὸν Πατέρα ἐπιστάμενοι,  
μήθ' ἂν εἰστὸν Υἱὸς τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων γνώσκοντες.  
δὲ καὶ Λόγος πρωτότοχος ὁν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς  
ὑπάρχει, id est: « Qui enim Filium Patrem esse di  
cunt, compre iuntur neque Patrem scire, neque Fi  
lium Patri universorum esse nosse: qui, quod  
Verbum Dei primogenitum sit, Deus etiam ipse  
est. » Ubi tum Filium a Patre universorum distin  
guuit, et esse ipsum Deum Patrem contra hereticos  
negat: tum etiam Filium, perinde ac Patrem, Deum  
revera esse, utpote ex ipso Deo Patre genitum,  
agnoscit. Fortassis vero Mūrcionitas, et alia id ge  
nus hominum monstra, in loco citato ferit Orige  
nes, qui decebat Servatorem non esse Dei illius,

A qui mundum condidit, Filium; sed ejus Dominum,  
eoque superiorem, eoque nomine universorum  
Deum. Sane de his agi in antecedentibus et conse  
quentibus manifestum est. Secun lo, quod Origenes  
in loco citato dicit, Filium etiam qua Deus est (hoc  
est, Deus ex Deo) Patre minorem esse (quod re  
prehendit Huetius); plane catholicum esse, atque  
etiam a Patribus, qui post Nieænum concilium  
Arianam hæresim acerrime impugnarunt, defensum,  
infra ad sectionem 4, cap. 2, num. 6, ostendens.  
Ubi etiam luculentissime probabimus, Origenem in  
libris *contra Celsum*, cum Deum Patrem κατ' αλιτα  
Filio majorem statuerit, κατὰ φύσιν tamen Patrem  
et Filium pares omnino esse et aequales agnoscisse.

§ XIII. Tertio reprehendit Huetius verba Origenis in libro *v contra Celsum*, ubi sic scribit n. 41:  
« Οἱ Σωτῆροι ἡμῶν καὶ Κύριος, ἀκούσας ποτὲ, Διδάσκαλε  
ἀγαθὲ, ἀναπέμπων τὸν λέγοντα τοῦτο ἐπὶ τὸν ἐαυ  
τοῦ Πατέρα, φησι, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδέλεις ἀγα  
θὸς εἰ μή εἰς, ὁ Θεός ὁ Πατήρ. Εἴπερ δὲ τοῦτο εὐλό  
γας, ὡς εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ τυγχάνων,  
εἴρηκεν ὁ Υἱὸς τῆς ἀγάπης τοῦ Πατρός. πῶς οὐχὶ  
εὐλογώτερον ἄν τοὺς προσκυνοῦστιν εἶπεν ἦλιος, Τί με  
προσκυνεῖς; Κύριον γάρ τὸν Θεόν σου προσκυνή  
σεις. » t. l. Id est, « Servator noster et Dominus, ap  
pellatus aliquando præceptor bonus, ad Patrem suum  
remittens eum qui se sic appellaverat, inquit, Quid  
me dicas bonum? nemo bonus nisi unus<sup>43</sup>, nempe  
Deus Pater. Quod si id merito, ut imago bonitatis  
Dei, dixit dilectus Patris Filius, annon justius sol  
diceret suis adoratoribus, quid me adores? Domi  
num Deum tuum adorabis<sup>44</sup>, » etc. Ad quæ hæc ad  
notat vir doctissimus Origenian, lib. ii, quæst. 2,  
nām. 15, pag. 126: « Bonitatem illam, quæ Deo  
Patri convenit, Christo detrahit, non tantum quatenus  
homo est, sed etiam quatenus imago est bo  
nitatis Dei, hoc est, quatenus est Deus. » Quasi  
scilicet Christus etiam quatenus homo est, non  
singulari ratione esset bonitatis Dei imago. Quis  
vero credit, Origenem stupidi adeo ingenii fuisse,  
ut non intellexerit, textum illum evangelistæ ad  
Christi oīxōντα, in assumpta natura humana  
suscepta, omnino pertinere? Imo Origenes ibidem  
diserte monet, se Christum ita loquentem inducere,  
tanquam παράδειγμα exemplum, quod scilicet ho  
minibus, ipse Christus inter homines versatus, ex  
hibere voluit. Quod si daremus, Origenem ibi lo  
qui de Christo quatenus Deus est, equidem recte  
dicitur Filius imago bonitatis paternæ, adequata sci  
licet et perfecta; et tamen quatenus Patris imago  
est, non ipse Pater, hoc est, quatenus ex paterno  
fonte bonitatem suam, ut et cetera divinæ naturæ  
attributa, adeoque ipsam divinam naturam derivata  
habet, atque in secundo signo originis (ut lo  
quuntur scholastici) deitatem possidet; haud mi  
nus recte ea ratione Patri primas tribuere potuit.  
Quod vero ex istis verbis colligit Huetius, nempe

<sup>42</sup> Joan. xiv, 28. <sup>43</sup> Marc. x, 18; Luc. xviii, 19. <sup>44</sup> Deut. vi, 13; Matth. iv, 10.

Origenem omnino bonitatem illam, quæ Deo Patri A convenit, Christo detraxisse, ac sensisse (quod mox ibidem dicit idem Huetius), Filium esse tan-tum paternæ bonitatis particulam et auras quam-dam imperfectam; a mente ipsius Origenis pro-rsus alienum esse (si modo mens ac sententia ejus ex libris *contra Celsum* estimanda sit), certissimum est. Nam cum in locis a nobis superius adductis clare doceat Origenes, Filium esse, perinde ac Patrem, verum Deum, increatum, immortalem, im-mutabilem, impassibilem, immensum, ubique præ-sentem, atque undequaque beatum et perfectum; qua is ratione potuit in eodem libro bonitatem, quæ Patri convenit, Filio, quæ Deus est, detrahere? Sed supra num. 6, etiam Adamantium audivimus in lib. iii *contra Cels.*, num. 41, dicentem, Filium Dei esse τὸν αὐτολόγον, καὶ τὴν αὐτοσοφίαν, καὶ τὴν αὐτοαλήθειαν, id est, « ipsam (sive absolutissimam) illam rationem, ipsam illam sapientiam, ipsam il-lam veritatem. » Quidni igitur Filius dicatur ipsa sive absolutissima bonitas, non bonitatis aliquius superioris particula atque aura quædam imperfecta? Scilicet omnium attributorum divinorum par est ratio. Sic in libro v *contra Celsum*, num. 39, pag. 608, unde hæc criminatio desumpta est, iterum Origenes Filium dicit τὸν αὐτολόγον, καὶ τὴν αὐτοσοφίαν, καὶ τὴν αὐτοδικαιοσύνην, id est, « ipsam illam rationem, ipsam illam sapientiam, ipsam illam justitiam. » In quæ Origenis loca quisquis lu-culentum commentarium cupit, adeat M. Athana-sium in *Oratione contra gentes* (34), ubi sic de Filio Dei scribit: Δύναμις ἔστι τοῦ Πατρὸς, καὶ σοφία, καὶ λόγος, οὐ κατὰ μετοχὴν ταῦτα ὡν, οὐδὲ ἔξωθεν ἐπιγνομένων τούτων αὐτῷ κατὰ τοὺς αὐτοῦ με-έχοντας, καὶ σοφιζομένους δι' αὐτοῦ, καὶ δυνατούς, καὶ λογικούς ἐν αὐτῷ γνομένους· ἀλλ' αὐτοσοφία, αὐτολόγος, αὐτοδύναμις ίδια τοῦ Πατρὸς ἔστιν, αὐτο-φῶς, αὐτοαλήθεια, αὐτοδικαιοσύνη, αὐτοαρετή· καὶ μὲν καὶ χαρακτήρ, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ εἰκὼν· καὶ συνελόντι φράσαι, καρπό, παντέλεος τοῦ Πατρὸς ὑπάρχει, καὶ μόνος ἔστιν Υἱός, εἰκὼν ἀπαράλλακτος τοῦ Πατρὸς. Id est, « Potentia autem Patris dici-tur, et sapientia et ratio, non ideo quod aliqua tantum ex parte istarum rerum communionem adi-piscatur, aut ista aliunde ipsi supervenirent; quem-admodum qui ipsius sunt participes, per ipsum sapientes, potentes ac rationales efficiuntur: sed præterea quod sit ipsa sapientia, ipsa ratio, ipsa propria potentia Patris, ipsa lux, ipsa veritas, ipsa justitia, ipsa virtus, et character, et splendor, et imago Patris: et, ut verbo dicam, fructus Patris undecunque perfectus, ac solus Filius, et invaria-bilis imago Patris. »

§ XIV. Doctissimi Huetii vestigia adhuc premo, qui se, missis ambagibus, ipsa Origenianæ doctrinæ penetralia scrutaturum professus, notat *Origenian.* lib. II, quest. 2, num. 21, pag. 132, « credidisse

B Origenem Filium manasse de Dei substantia, sic tanquam lucem de sole, atque ejusdem esse ac Pa-trem substantiæ, quia lux ejusdem est substantia, cuius sol; et rursus Filium a Patris substantia et divinitate segregasse; quia ut a sole per effluvia profecta est lux, secreta ab eo et seposita di-ci potest; præterea Patre inferiorem esse Filium, quia sol luce nobilior est et dignitate superior. » Antea ex eodem simili ab Origene usurpato collegat, num. 12, pag. 123, « Trinitatem ab Origene in par-tes sectam, et essentiæ ac divinitatis quibusdam veluti gradibus distinctam fuisse. » Verum hoc non est (quod salvo honore viri laudatissimi dictum velim) ipsa Origenianæ doctrine penetralia scrutari; sed ea potius rimari et suspicari, de quibus ipse Ori-genes ne per somnum quidem unquam cogitavit. Fateor generationem Filii ex Patre illustrari ab Origene, etiam in libris *contra Celsum*, similitudine radii sive splendoris a sole, sive alio corpore la-eido, projecti. Sed quid tum? Annon Patres catho-lici omnes, tam qui ante, quam qui post concilium Nicænum scripserunt, eodem simili usi sunt? Nonne ipsi Patres Nicæni, idque in ipso symbolo suo di-xerunt, Filium Deum ex Patre Deo nasci, ut lu-men de lumine? Et quid denum Epistola ad He-bræos divino scriptori fit, qui non veritus est Fi-lium Dei nuncupare ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πα-τρός, splendorem paternæ gloriae, cap. 1, vers. 3? Duo certe porismata, quæ ex hac comparatione de-dicit, Origenique affligit Huetius, a mente Origenis omnino aliena sunt. Primum est, Filium a Patre dividi et separari ut partem divinæ essentiæ a tota, adeoque Dei essentiam in partes sectam esse. Sed quis credat, Origeni, viro sane non indoctrinatus insulsam blasphemiam venire in mentem potuisse? Quoties vero in scriptis suis istam blasphemiam expresse repudiavit Adamantius! Sic (ut alia loca sexcenta omittam) in libro iv *contra Cels.*, num. 4, pag. 510 (quem locum jam supra in hoc capite, num. 7, integrum adduximus) Epicureos et Stoicos irridet, quod non potuerint τρανόσατε τὴν φυσικὴν τοῦ Θεοῦ ἐννοεῖν, ὃς πάντη ἀφύπτετον, καὶ ἀπλοῦ, καὶ ἀσυνθέτου, καὶ ἀδιαιρέτου, id est, « Clares Dei naturam intelligere, nempe quod is sit omnino in-corruptibilis, et simplex, nec compositus, nec divi-sibilis. » Mox addit Filium Dei in forma Dei, hoc est, in essentia divina subsistere, proinde et ipsum juxta cum Patre immutabilem esse. Nihil autem ex-pressius huic commento repugnat, quam verba Ori-genis, quæ ex lib. II sup. *Joan.*, pag. 92, citat Pamphilus in *Apolog.* nempe hæc: « Unigenitus ergo Deus Salvator noster solus a Patre generatus, na-tura et non adoptione Filius est. Natus autem ex ipsa Patris mente, sicut voluntas ex mente. Non enim divisibilis est divina natura, id est, ingeniti Patris, ut putemus vel divisione, vel imminutione substantiæ ejus, Filium esse progenitum. » Vide

hujus cap., num. 19, in fine. Ad alterum Huetii collarium quod attinet, nempe Filium ab Origenè Patre inferiorem statui, infra suo loco evidentissime ostendam, nunquam statuisse Origenem, Patri Filium esse imparem juxta essentiam, sed tantum originis respectu, nempe quatenus Pater est auctor et principium Filii. Verbo dicam, Origenes aliqui catholici Patres simile illud solis et radii, lucis et splendoris usurantes, haec tantum significare voluerunt, neque aliud quidquam ipsis in mentem venit : 1° Patrem esse πατήγην Θεότητος, « fontem divinitatis, » quemadmodum sol fons est splendoris ex ipso emissi ; 2° Filium esse ejusdem naturæ ac substantiæ, cuius est Pater; utpote de ipsa Patris essentia genitum, ut lumen ex lumine manat ; 3° Filium neutquam a Patre suo divisum ac separatum existere; quemadmodum nec radius a sole, nec splendor a luce disjungitur ; 4° denique Filium sine alteratione et diminutione divinitæ essentiæ ex Patre nasci. Evidem hos animi nostri conceptus, de adoranda generatione Filii Dei, mirum in modum adjuvat similitudo ista; unde et a Patribus Nicænis in ipsa confessione sua adhibita fuit.

§ XV. Restat quinta atque ultima crimatio, quam ex libris *contra Celsum* Origeni intentat Huetius *Origenian.* lib. II, quæst. 2, num. 29, pag. 436, nempe, docuisse ipsum « humiliori Patrem obsecratione venerandum esse quam Filium. » Genuinam hanc fuisse Origenis sententiam duobus præcipue locis ex iisdem libris probat. Alter locus invenitur in libro quinto, num. 4, pag. 580, ubi sic Origenes disserit : Πάσαν μὲν δέσποιν γάρ καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντεξιν, καλεύχαριστίαν ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀρχιερέως, ἐμψύχου Λόγου Θεοῦ δεησόμεθα δὲ καταύτῳ τοῦ Λόγου, καὶ ἔντεξδύμεθα αὐτῷ, καλεύχαριστήσομεν, καὶ προσευχόμεθα δὲ, ἐξ ὀνόματος καταχούειν τῆς περὶ προσευχῆς κυριαλέξεως, καὶ καταχρήσεως<sup>a</sup> id est, « Omnes enim deprecationes, et petitiones, omnes interpellationes et gratiarum actiones fundendæ sunt Deo, rerum omnium Domino, per majorem omnibus angelis summum Pontificem, vivum Verbum et Deum. Verbum quoque illud deprecatur sumus, interpellabimus, et ei gratias agemus, preces etiam offeremus, modo intelligamus, quomodo haec accipiantur vel abusive, vel proprio. » Ubi, inquit Huetius, orationem proprie Deo Patri fundi jubet; impropriam vero et χαταχρηστήν, Filio : illi ut summo Deo, honorum datori; huic tanquam μεστῇ, qui preces nostras Deo offerat. Locum alterum legas lib. VIII, num. 13, pag. 731 : Διὸ τὸν ἔνα Θεὸν, καὶ τὸν ἔνα Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ Λόγον, καὶ εἰκόνα ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἴκεσταις καὶ ἀξιώσεις σέβομεν, προσάγοντες τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὰς εὐχὰς διὰ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ· φησί τον προσφέρομεν αὐτὰς, ἀξιοῦντες αὐτὸν ἡλασμὸν δυτα τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν, προσαγαγεῖν ὡς ἀρχιερέα τὰς εὐχὰς, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἐντεύξεις ἡμῶν τῷ ἐπὶ πᾶσι

<sup>a</sup> 1 Joan. II, 2

(55) Vide que de primitivæ Ecclesiæ διοικογίαις observavimus supra cap. 3, num. 6.

Θεῷ · id est, « Sed unum Deum, et ejus Filium ac Verbum imaginemque, quantum possumus, supplicationibus et honoribus veneramur, offerentes Deo universorum Domino preces per suum Unigenitum : cui prius eas offerimus, rogantes ut ipse, qui est, *propitiatio pro peccatis nostris*<sup>b</sup>, dignetur tanquam Pontifex preces nostras, et sacrificia, et intercessiones offerre Deo optimo maximo. » Miror hæc Origenis loca viro docto offendiculo esse, in quibus egomet (ut verum fatar) Catholicam de persona et officio Servatoris nostri doctrinam non male explicari semper existimaverim. Sed ad rem. Christus Dominus noster bifariam spectari potest, qua Deus est, et qua Θεάνθρωπος sive mediator inter Deum et hominem. Sub posteriori σχέσει si Servatorem nostrum species, constat multis Scripturæ locis atque omnium Christianorum consensu, cultum omnem, quem Deo exhibemus, ipsi per Christum mediatorem exhibendum esse : quin et cultum et honorem omnem, quem Christo deserimus, εἰς δόξαν Θεοῦ τοῦ Πατρός, et in gloriam Dei Patris, et ut loquitur Paulus (*Philip.* II, 11), omnino redundare. Christum vero mediatorem esse inter Deum et homines utriusque naturæ respectu (quidquid ex pontificiis quidam contra obganiant), veteres catholici Patres, cum sanctis Scripturis, uno ore docuerunt. Atque haec in primis σχέσει Jesu nostri spectasse Origenem in utroque loco allegato manifestum est : siquidem utrobique loquitur de Christo ut summo sacerdote, qui pro nobis apud Deum Patrem intercedit, quique tanquam διάπον<sup>c</sup> et propitiacionem « pro peccatis nostris sese obtulit. Quod si Christum intueamur ut Deum, extra mediatorii officii respectum, rursus duplex ejusdem consideratio nobis occurrit. Nam vel absolute ut Deus spectatur, vel relate ut Deus ex Deo, sive Dei Filius. Sub priori consideratione si respiciamus τὸν Λόγον, multis in locis clare fatetur Origenes, ipsi propter inenarrabili præstantia præcellente divinitatem, quam cum Patre communem habet, eundem plane divinum cultum, quem Patri exhibemus, omnino deberi ; hoc est, oportere nos mente et conceptione nostra (qua sola proprie Deum colimus) easdem divinae naturæ perfectiones omnes Filio ascribere quos Patri tribuimus. Repete loca, quæ jam citavimus in hoc capite, num. 8. Sin Filium intueamur relate, qua Filius est, et ex Deo Patre trahit originem ; tum rursus certum est, cultum et venerationem omnem, quem ipsi deserimus, ad Patrem redundare, in ipsunque, ut πατήγην Θεότητος ultimo referri. Huc etiam respexisse videtur Origenes in posteriori loco ab Huetio citato (35) ; ubi post verba allegata, hæc ἀμέσως subjiciuntur : Περὶ τὸν Θεὸν οὐν ἡ πίστις ἡμῶν, διὰ τοῦ ταύτην βεβαιούντος ἐν ἡμῖν Υἱοῦ αὐτοῦ· καὶ οὐδεμίαν ἡμῶν ἔχει δεῖξαι στάσιν περὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὁ Κέλσος· καὶ σέβομέν γε τὸν Πατέρα, θαυμάζοντες αὐτοῦ τὸν Υἱὸν

Tunc quomodo natura Dei supereminet corporum naturam. Vide ergo si non etiam Apostolus hoc idem ait, cum de Christo loquitur dicens : *Qui est imago inuisibilis Dei, primogenitus omnis creature*<sup>10</sup>. Non enim (ut quidam putant) alicui visibilis, et aliis invisibilis : quia non dicit Apostolus, *imago inuisibilis Dei hominibus, aut inuisibilis peccatoribus*, sed valde constanter pronuntiat de ipsa natura Dei dicens, *imago inuisibilis Dei*. Sed et Joannes in Evangelio dicens, *Deum nemo vidit unquam*<sup>11</sup>, manifeste declarat omnibus, qui intelligere possunt, quia nulla natura est, cui visibilis sit Deus : non quasi qui visibilis sit quidem per naturam, et velut fragilioris creaturæ evadat aspectum ; sed quoniam naturaliter videri impossibile est. Sed si requiras a me quid etiam de ipso Unigenito sentiam, si ne ipsi quidem visibilem dicam Dei naturam, qui naturaliter invisibilis est ; non tibi statim vel impium videatur esse vel absurdum : rationem quippe dabimus consequenter. Aliud quidem est videre, aliud noscere. Videri et videre corporeum est : nosci et noscere intellectualis naturæ est. Quidquid ergo proprium corporum est, hoc nec de Patre, nec de Filio sentiendum est. Quod vero ad naturam pertinet Deitatis, hoc inter Patrem ac Filium constat. Denique ipse in Evangelio non dixit, quia nemo vidit Patrem nisi Filius, neque Filiū nisi Pater : sed ait : *Nemo novit Filiū nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius*<sup>12</sup>. Ex quo manifeste indicatur, quod quidquid inter corporeas naturas videre et videri dicitur, hoc inter Patrem et Filium noscere dicitur et noscere, per virtutem scientiæ, non per visibilitatis fragilitatem. Quia ergo de corporea natura et invisibili, nec videre proprie dicitur nec videri : idcirco neque Pater a Filio, neque Filius a Patre videri in Evangelio dicitur, sed noscere. » Quis cum Rufino non statim agnoscat, in his verbis Origenem de comparatione Patris et Filiī nihil dicere, sed de ipsa Deitatis natura querere, « si ei aptum ullo genere visibilitatis vocabulum videretur ? » Non enim negat, in iuxta aperte docet Origenes, Patrem sequere a Filio percipi, ac Filium a Patre, hoc est, perfectissime : id tantum dicit alterum ab altero percipi « non per visibilitatis fragilitatem, sed per scientiæ virtutem. » Quid vero ad hæc Hieronymus ? Audi et judica. Sic igitur ille *Apolog. adv. Rufin.* lib. II, p. 401, novæ edit. : « In primo libro *Περὶ δογμῶν*, inquit, ubi Origenes lingua sacrilega blasphemavit, quod Filius Patrem non videat, tu etiam causas reddis, quasi ex persona ejus qui scriptis : et Didymi interpretaris σχόλιον, in quo ille easpo labore conatur alienum errorem defendere ; quod Origenes quidem bene dixerit, sed nos simplifices homines et cicures Enniani, nec illius sapientiam, nec tuam, qui interpretatus es, intelligere possumus. » Quare autem non demonstrat verba Origenis σχόλιον istud Didymi (viri sane in Eccles.

A sia magni nominis, et Hieronymi ipsius olim magistris) respuere, aut a Rufino haud bona fide recitari ac transferri ? Credo, quia non poterat. Nimis Hieronymo solemne erat (pro ea, qua pollebat, rhetorica facultate) argumenta, quibus premebatur, vel silentio plane præterire, vel jocis ac dicterioris eludere. Certe Rufini, atque ante ipsum Didymi, responsionem verissimam esse satis indicant verba Origenis, prout ab ipso Hieronymio allegantur in epist. 59<sup>13</sup>, ad Avit. Ait quippe Origenem scripsisse, « Deum Patrem per naturam inuisibilem, a Filio non videri ; » et rursus : « Si Deus inuisibilis per naturam est, neque Salvatori visibilis erit. » Hinc, inquam, non obscure colligitur, Origenem ideo dixisse Patrem a Filio videri non posse, non quod Filius, tanquam fragilioris aspectus, non valeat Patrem viderere, qui alioqui per naturam suam a competente facultate videri possit ; sed quod Deus per se et ipsa natura sua inuisibilis sit, hoc est incorporeus, neque sub aspectum cadat : eoque sensu Patrem et Filium sibi invicem pariter inuisibles pronuntiasse. Ut quod res est, libere dicam ; Hieronymus in hac Origenis accusatione, animum a candore alienum, atque affectibus abruptum ita manifeste prodidit, ut in ceteris criminationibus fidem sibi omnem derogasse videatur. Quod et facile agnoscat, quisquis hac de re, *Invectivas* quæ dicuntur, Rufini, cum Hieronymi adversus Rufinum *Apologia* conferre non gravabitur.

§ XVII. Deinde in eadem epistola ad Avitum et illud Origeni tribuit Hieronymus impium pronuntiatum : « Filiū comparatum Patri, non esse veritatem ; sed comparatum ad nos esse imaginariam veritatem. » Alii ex veteribus atrociori blasphemiam ipsi impingunt, nempe « Filiū Patri collatum esse mendacium. » Quis vero sanus existimet, Origenem ita delirasse ? Certe jam superius ostendimus Origenem, tum in libris *contra Celsum*, tum alibi docuisse verbis disertis, Filiū Dei esse αὐτοαλήθεας « ipsissimam veritatem. » Sed responsio ad hanc objectionem elucetur ex ipsa objectione, prout Græce proponitur anonymo defensore Origenis apud Photium cod. cxvii. Is ibidem inter capita in Origenem reprehendi solita, postremum illud ponit : « Οτι τὴ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ὡς πρὸς ἐκεῖνον οὖστα εἰκὼν, χαθῆ εἰκών, οὐκ ἔστιν ἀλήθεα, id est « Imaginem Dei respectu ejus, cuius est imago ; quatenus est imago, non esse veritatem. » Quæ propositione si expendatur, sana videbitur et catholica. Nam Filiū, quatenus est imago Patris, non esse veritatem, hoc est, non ipsum esse Patrem, cuius est imago, certissimum est. Scilicet hoc ab Origene dictum videtur contra Noetianos, qui eamdem esse Patris et Filii personam asserabant. Cæterum Filiū Dei esse Patris sui veram, vivam ac perfectissimam imaginem, ipsi Patri per omnia, etiam magnitudine respondentem, diserte docet Origenes lib. vi, *contra Cels.* quem locum infra integrum adduceamus

<sup>10</sup> Coloss. I. 15.

§ XVIII. Denique et hanc Origeni blasphemiam ascribit in epistola ad Avitum Pater Stridonensis : « Deum Patrem esse lumen incomprehensibile ; Christum collatione Patris splendorem esse parvum. » Atqui Patrem et Filium pariter esse incomprehensibiles in libris *contra Celsum* non uno in loco diserte docuisse Origenem supra vidiimus. Videatur autem haec criminatio ex iis locis peitit, ubi dicit Origenes, « In Patre nullas esse tenebras ; Filium vero in tenebris lucere. » Sed mentem ac sententiam suam iis in locis clare explicavit ipse Origenes tom. II in *Joan.*, num. 21, pag. 79, his verbis : Μηδεὶς δὲ ἡμᾶς ὑπολαμβάνετω ταῦτα λέγειν ἀσεβοῦντας εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· φὰς λόγῳ δὲ Πατήρ μόνης ἔχει ὀλανασίαν, τοῦ Κυρίου ἡμῶν διὰ φιλανθρωπίαν θάνατον τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνειληφότος· τούτῳ δὲ Πατήρ ἔχει μόνος τό· Σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία· τοῦ Χριστοῦ διὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν ἐφ' αὐτῷ τὰς ἡμῶν σκοτίας ἀναδεεγμένου· id est : « Nec vero suspicetur nos quisquam haec dicere minus pie Christum Dei colentes. Nam quia ratione solus Pater habet immortalitatem, quia Dominus noster nostrum nomine morteni ob amorem erga genus humanum pertulerit, hac Pater solus habet, ut in ipso nullae sint tenebrae; cum Christus, ut homines beneficio afficeret, tenebras nostras in seipsum receperit. »

§ XIX. Ita tandem doctrinam librorum Origenis *contra Celsum*, in articulo de Filio Dei, orthodoxam et catholicam clare ostendimus : impiisque adeo dictis, quae Hieronymus et alii egregio doctori attribuerunt, assertiones plane contrarias, ex eodem opere indubitate productas, opposuimus. Qui vero testimonia illa catholica, quae in cæteris Origenis scriptis reperiuntur, cupit cognoscere, consulat ille Pamphili martyris *Apologiam pro Origene* cap. 3, pag. 27, quam vere Pamphili esse contra Hieronymum mox liquido probabimus. Nobis loca quedam selectiora ex illa *Apologia* hic recitasse sufficiat. Ex primo libro *Περὶ ἀρχῶν*, num. 5, haec Origenis verba citat Pamphilus : « Nulla ergo natura est, quae non recipiat malum, excepta Dei natura, quae fons honorum omnium est, et Christi sapientia enim est, et sapientia utique stoliditatem recipere non potest. Et justitia est; justitia autem nunquam profecto injustitiam capiet. Et verbum est vel ratio, quae utique irrationabilis effici non valet. Sed et lux est, et lucem certum est quod tenebrae non comprehendant. Similiter autem et natura Spiritus sancti, quae sancta est, non recipit pollutionem. Naturaliter enim vel substantialiter sancta est. Si qua arte, alia natura sancta est, ex assumptione hoc, vel inspiratione Spiritus sancti habet ut sanctificetur, non ex sua natura hoc possidens, sed accidens : propter quod et decidere potest quod accidit. » Hic Origenes diserte docet ἀναγράψασιν sive τὸ μάγιον non posse recipere, in

A solam Dei naturam competere; et simul non minus expresse dicit, neque Filium, neque Spiritum sanctum posse malum recipere : omnino igitur sensit Origenes et Filium et Spiritum sanctum in natura divina subsistere. Quod eos notare velim, qui Origenem existimant saltem Spiritum sanctum inter creaturas numerasse. Sed et mox ibidem totius saeuissimæ Τριάδος inconvertibilitatem atque aternitatem clare agnoscit his verbis (39) : « Si revelante Filio cognoscit Patrem Spiritus sanctus, ergo ex ignorantia ad scientiam venit : quod utique et impium pariter et stultum est, Spiritum sanctum confiteri, et ignorantiam ei ascribere. Non enim cum aliud aliquid esset antequam Spiritus sanctus, per prosecutum venit in hoc, ut esset Spiritus sanctus ; ut quis audeat dicere quia tunc quidem cum nondum esset Spiritus sanctus, ignorabat Patrem : postea vero quam recipit scientiam, etiam Spiritus sanctus effectus est. Quod si esset, nunquam utique in unitate Trinitatis, id est Dei Patris inconvertibilis, et Filii ejus etiam ipse Spiritus sanctus haberetur, nisi quis et ipse semper erat Spiritus sanctus. » De Filio vero Dei sic scribit Origenes in primo libro *Epistola ad Romanos*, num. 5, p. 466, not., citante Pamphilo *Apolog.* cap. 5, pag. 33 : « Quærat fortasse aliquis, si Filius charitas est ; præcipue propter hoc quod Joannes ad Deum Patrem retulit hanc vocem dicens, Quia Deus charitas est<sup>71</sup>. Sed rursus ex ipsa ejus Epistola proferemus et illud quod ait, Charissimi, diligamus invicem, quoniam charitas ex Deo<sup>72</sup>. Qui ergo dixit, quia Deus charitas est, ipse iterum docet charitatem esse ex Deo : quam charitatem credo non esse alium nisi unigenitum Filium ejus sicut Deum ex Deo, ita charitatem ex charitate progenitam. » Deinde ex lib. V in *Evang. Joanis* : « Unigenitus Filius Salvator noster, qui solus ex Patre natus est, solus natura et non adoptione Filius est. » Mox ex *Commentariis in Epistol. ad Hebreos* haec Origenis verba citat Pamphilus : « Oportet autem scire nos, quia per ineffabilia quedam et secreta et recondita quedam modum sibi faciens Scriptura sancta, conatur hominibus indicare et intellectum suggestere subtilem. Vaporis enim nomen inducens, hoc ideo de rebus corporalibus assumpsit, D ut vel ex parte aliqua possimus intelligere, quomodo Christus qui est sapientia, secundum similitudinem ejus vaporis, qui de substantia aliqua corporali procedit, sic etiam ipse ut quidam vapor exoritur de virtute ipsius Dei : sic et sapientia, ex eo procedens, ex ipsa Dei substantia generatur. Sic nihilominus et secundum similitudinem corporalis aporrhœæ, esse dicitur aporrhœa gloriae Omnipotentis pura quedam et sincera. Quæ utræque similitudines manifestissime ostendunt communionem substantiæ esse Filio cum Patre. Aporrhœa enim homoousios videtur, id est unius substantiæ cum illo corpore, ex qua est vel aporrhœa, vel vapor. » Denique adducit beatis-

<sup>71</sup> I Joan. IV, 8, 16. <sup>72</sup> ibid. 47.

(39) Ex libro : *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 3, num. 4.

simos martyr et hunc Origenis locum ex lib. 1 De princip., cap. 2, num. 6: « Observandum namque est, ne quis incurrat in illas absurdas fabulas eorum, qui prolationes quasdam sibi ipsis depingunt: ut divinam naturam in partes vocent (*puto legendum sequent*) et Deum Patrem, quantum in se est divident; cum hoc de incorporeâ natura vel leviter suspicari, non solum extremae impietatis sit, verum etiam ultimæ insipientiæ; nec omnino vel ad intelligentiam consequens, ut incorporeæ naturæ substantialis divisio possit intelligi. Magis ergo sicut voluntas procedit e mente et neque partem aliquam mentis secat, neque ab ea separatur, aut dividitur: tali quadam specie putandus est Pater Filium genuisse, imaginem scilicet suam; ut sicut ipse est invisibilis per naturam, ita imaginem quoque invisibilem genererit. Verbum enim est Filius, et ideo nihil in eo sensibile intelligendum est. Sapientia est, et in sapientia nihil corporeum suspicandum est. Lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum<sup>74</sup>; sed nihil habet commune ad solis hujus lumen. »

§ XX. Quis autem non videt hisce Origenis locis a Pamphilo productis, fidem catholicam de Filio Dei, adeoque de ὁμοούσιᾳ Trinitate apertissime confirmari. Verum horum testimoniorum auctoritatem elevare conantur nonnulli hoc praetextu, quod loca allata integra nusquam comparuerint in Graeca Pamphili, sive Eusebii *Apologia*; sed a Rufino in sua versione Latina conficta atque addita fuerint. Hujus sententiæ prora ac puppis est, quod Hieronymus Rufino objiciat, Graecam Eusebii (nam Pamphili esse nolebat) *Apologiam* fidem Arianam revera propagnasse, ejusdemque fidei fuisse Origenem ostendisse. Sic enim ille *Apolog. adversus Rufin.* lib. II, cap. 4, « Vir doctissimus Eusebius, inquit, per sex volumina nihil aliud agit, nisi ut Origenem suæ ostendat fidei, id est, Arianæ persudiae. » Hinc concludit Sandius *De script. eccles.*, p. 47, *Apologiam* sub Pamphili nomine a Rufino Latine editam, et aut non esse Eusebii (sive Pamphili), aut ita a Rufino in Latinum versam, ut ne quidem linea genuina relicta fuerit, vel denique si quid genuinum a Rufino fuit relictum, oportere id postea etiam ex Rufini versione fuisse excisum. » Sed fidem hic Hieronymio habendam non esse, validissimis argumentis evinci potest. Nam primo Photius cod. cxviii testatur se in Graeco legisse Pamphili martyris et Eusebii pro Origene libros sex: in quibus nulla Arianæ persudiae vestigia notat severus ille censor, qui alioquin in aliorum scriptis constanter solet minima quæque reprehendere, quæ vel speciem Arianismi præ se ferant. Deinde idem Photius cod. cxvii, veterem quemdam auctorem anonymum commemorans, qui *Apologiam* itidem pro Origene conscriperat, ait, auctorem illum in *Apologia* sua, pro Origene ejusque sententiis pugnasse auctoritate tum aliorum

<sup>74-75</sup> Joan. I, 9.

(10) Vide hujus sectionis cap. 13, num. 3.

A antiquiorum scriptorum, tum in primis Pamphili martyris et Eusebii Cæsariensis: Μᾶλλον δὲ, inquit, τῶν ἄλλων ἀπάντων, Παμφίλῳ τε τῷ μάρτυρι ἐπεβέβαιος, καὶ τῷ Εὐσέβῳ· id est, « Præ cæteris vero Pamphilo martyri innititur et Eusebio. » Ut indubium mihi videatur, anonymum illum eamdem prorsus cum Pamphilo et Eusebio Origenem defendendi rationem secutum esse. Nunquid vero Arianus fuit apologista? Nihil minus. Nam ipse Photius, qui alioquin plerosque Origenis errores illi tribuit, diserte dicit, quod περὶ τῆς ἀγίας Τριάδος οὐδέν τῶν ἐσφαλμένων λέγεται, id est: « De S. Trinitate nihil erratorum assert. » Quomodo autem Origenem defendit auctor? Φησι δὲ, inquit Photius, καὶ περὶ τοῦ Οριγένους, μηδὲν αὐτὸν κατὰ δόξαν ἐσφάλεσθαι περὶ τῆς Τριάδος, id est: « Quin etiam hoc asserit de Origene, nihil eum, quod quidem ad dogma de Trinitate attinet, errasse. » Ait mox Photius scriptorem illum quindecim capita Origeni objecta (quorum tria prima, decimum tertium et ultimum ad articulum de Trinitate pertinent), probasse διαβολὰς εἶναι, ἐκ τῶν τοῦ αὐτοῦ ἔχεινον συγγραμμάτων ποιούμενον τοὺς ἐλέγχους. Meras esse calumnias, ex ipsiusmet (Origenis) scriptis allatis argumentis. Eamdem plane rationem ac methodum servat *Apologia* sub Pamphili nomine a Rufino edita. Sane ex his illud saltem efficitur, a Graeco scriptore veteri, qui in articulo de sancta Trinitate, vel Photio judice, Catholicus fuit, allata fuisse ex ipsis Origenis scriptis, prout tum Graece extarent, testimonia, quæ Catholicum pariter fuisse in eodem articulo Origenem ostenderent: atque hoc fecisse auctorem illum Pamphili martyris et Eusebii exemplo, eorumque vestigiis insistentem. Denique alibi evidenter probavimus, nunquam Eusebium ipsum haeresim, quæ postea Arii dicta fuit, amplexum fuisse: neque igitur potuit Eusebius, sive solus, sive cum Pamphili [nam utriusque esse opus infra ostendemus (40)]. Arianam impietatem in Origene defendere. Sed videntur Pamphilus et Eusebius in defensione illa quædam attulisse ex Origene testimonia, quibus vocalē et dicta nonnulla admista essent, quæ catholicis auribus Hieronymi ætate minus placuerunt, utpote ab Arianis tum ad haeresim suam propagandam usurpata: quæ testimonia propterea resecuisse videtur a sua versione Rufinus, ea transferre contentus Origenis loca, a Pamphilo producta, quæ catholicam doctrinam verbis catholice traherent. Quod innuere videtur ipse Rufinus, cum in Epilogo ad translationem suam ad Macarium ait, se « Apologeticum sancti martyris Pamphili, prout potuit, vel res poposcit, Latino sermone digessisse. » Ceterum persuasum habeo, Rufinum nullum Origenis testimonium in sua versione posuisse, quod non in Pamphili et Eusebii *Apologia* totidem verbis haberetur; nihilque, quidquid detraxerit, de suo addidisse. Nam ipse Rufinus (quem virum fuisse since-

re pietatis studiosum multa ostendunt, utcunq; ipsum Romanis invisum reddiderint Hieronymi v*er*a*c* artes), sub initium præfationis suæ in *Apologiam Pamphili ad Macarium*, sancte proflitetur se in eo opere « non suam » de Origene et sententiam, sed sancti martyris Pamphili et sciscitanti Macario exposuisse: Origenemque non proprio, sed « alieno sermone » defendisse. Mox ibidem hoc in negotio ad tremendum Dei judicium provocat adversarios his verbis: « Sed quoniam ad judicium Dei venturi sumus, non refugiant scire quod veruna est, ne forte ignorantes delinquent: sed considerantes quia falsis criminationibus percutere fratrum infirmorum conscientias, in Christum peccare est, ideo non accommodent criminationibus aurem suam, nec ab alio discant alterius fidem, maxime cum coram experiri sit copia, et oris sui confessio, quid vel qualiter unusquisque credit, ostenda... Qualiter ergo sentiat Origenes in singulis, tenor libelli hujus edocet. » In vertendis quidem plerisque Origenis libris multa de suo addidisse Rufinum (41) constat: sed quotiescumque ea libertate usus fuerit, de eo lectorem suum, prout hominem probum et veri amantem decebat, ipse expresse monuit. Quid? quod ipse Hieronymus, qui alioquin tam manifestam fraudem Rufino neutquam condonaturus fuisse, ne unum quidem Origenis locum, in Pamphilii sive Eusebii *Apologia* citatum, notavit, qui aliter a Rufino Latine redditus fuerit, quam sive in *Apologia* illa, sive apud ipsum Origenem legeretur.

§ XXI. Quis vero non miretur Hieronymum, hæc Rufino de ipsa ejus versione objictem? « Multa, inquit in *Apolog. advers. Rufin.* lib. II, cap. 4, in illa scandalis reperiuntur et apertissimæ blasphemie. Dicit Eusebius, imo, ut tu vis, Pamphilus in isto volumine, Filii et Patris ministrum Spiritum sanctum non de eadem Patris Filii substantia; animas hominum lapsas esse de cœlo, » etc. Nam etsi Pamphilus quidem in *Apologia* a Rufino versa, inducatur Origenem defendens, in eo quod animarum præexistentiam crediderit; blasphemia tamen illa de Spiritu sancto nusquam in eo opere reperiuntur. Dices, Rufinum ab Hieronymo admonitum, e suis ipsam codicibus expunxisse. Sed unde igitur evenit, ut nullum ejus operis exemplar hodie exstet, in quo blasphemia ista reperiatur? Nam longe latèque dispersa fuerant Rufinianæ translationis exemplaria, antequam illud objecerit Hieronymus. Nunquid verisimile est, Rufinum, hominem scilicet Romæ despiciat habitum per Hieronymi artes, potuisse omnes illos codices priores sive supprimere, sive emendare? Deinde Rufinus in Epilogo ad Pamphilii *Apologiam*, qualis primum ab ipso edita fuit (quod ex Hieronymo etiam discimus), Macarium sic alloquitur: « In his que in superiori libro, secun-

<sup>41</sup> Genes. II, 7. <sup>42</sup> Ephes. IV, 30.

(41) Vide Rufini Præf. in libr. *Hapl ἀρχῶν*, et Peroration. ad Comment. Origen. in *Epist. ad Rom.*,

A dum *Apologeticum* sancti martyris Pamphili, quem pro Origene Graeco sermone edidit, prout potuimus vel res poposcit, Latino sermone digessimus, illud est quod te, desideriorum vir Macari, admonitum esse volo, ut scias hanc quidem fidei regulam, quam de libris ejus supra exposuimus, esse, quæ et amplectenda sit et retinenda. In omnibus enim his catholicum inesse sensum evidenter probatur. » Fieri sane non potuit, ut Rufinus, vir in articulo de sancta Trinitate absque dubio Catholicus, in tam aperta blasphemia catholicum inesse sensum evidenter probari consulto diceret, idque in illo ipso ad *Macarium* libro (42), quo credere se religiose profestur, « quod sancta Trinitas coetera sit, et unius naturæ, uniusque virtutis et substantiae, » atque aliter docenti anathema denuntiat. Nunquid vera ita stupidus fuit Rufinus, ut spissam adeo blasphemiam in sua translatione ipse, absque monitore, non animadverteret? Minime gentium. Quid igitur dicendum? Det mihi hic lector æquus conjectam illi veniam Pamphilus prope fine *Apologiae* a Rufino versæ, Origenis errorem de animarum προῦπαρτεῖαν defendens, vel certe excusans, contraque eos disputans, qui animarum traductionem defenderent, duo horum genera describit: alterum eorum, qui cum animas hominum ex traduce esse docerent, primam tamen animam ex Dei esse substantia defenserent; eorum alterum, qui ex nihilo factam a Deo esse animam illam primam assererent. Adversus priores ita disserit Pamphilus, rap. 9, pag. 43,

C « Jam vero illi, qui ex traduce animas venire affirman, et simul cum corporali eas semine seminari; siquidem (ut quidam ipsorum affirmare solent) non aliud dicunt animam esse quam insufflationem Spiritus Dei, illam scilicet quam in initio facturæ mundi Deus insufflasse dicitur in Adam<sup>43</sup>, de ipsa Dei esse eam substantia proflentes, quomodo non et isti videbuntur quodammodo hec præter Scripture regulam, et rationem pietatis asserere, quod substantia Dei est? » Vix dubito, quin ex his verbis istam Pamphilio columnam struxerit Hieronymus. Quippe cum veterum multis sensit Hieronymus, spiraculum vitæ, quod Deus primo homini insufflasse dicitur, fuisse ipsum Spiritum sanctum in eadem homini una cum anima ejus infusum. Sic in Commentariis in cap. IV *Epist. ad Ephes.*, ad verba illa, *Nolite contristare Spiritum sanctum in quo signati estis in die redemptionis*<sup>44</sup>; hæc adnotat: « Signati enim sumus Spiritu Dei sancto, ut et spiritus noster et anima imprimentur signaculo Dei et illam recipiamus imaginem et similitudinem, ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti Spiritus, juxta eloquium Servatoris, Deo imprimente signatur. » Ubi imaginem et similitudinem illam Dei, ad quam in ipsa sua creatione efformatus fuit homo, interpretatur signaculum Spi-

rus *De adulterat. libr. Origenis.*

(42) Vide Rufini Præf. ad *Macarium*.

ritus sancti : quod ideo omnino fecisse videtur, quia spiraculum vitæ, quod Deus cum primum hominem formaret, ipsi insufflasse dicitur, Spiritum fuisse sanctum eredit. Hoc clarius dixit Tertullianus lib. *De baptismo*, cap. 5, ubi de regeneratione hominis, quæ per baptismum fit, sic loquitur : « Ita restituitur homo Deo ad similitudinem ejus, qui retro ad imaginem Dei conditus fuerat, etc. Recipit enim illum Dei Spiritum, quem tunc de afflato ejus acceperat, sed post amiserat per delictum. » Hinc igitur factum videtur, ut ex eo quod insufflationem Spiritus Dei Pamphilus, sive auctor *Apologiae* (intelligens nimirum per insufflationem, juxta cum adversariis quos resellit, nihil aliud quam ipsam hominis animam), negaret de substantia esse Dei, ipsum calumniatus fuerit Hieronymus, quasi docuisset, Spiritum Dei, tertiam divinitatis personam, de substantia Dei non esse, proindeque Dei ministrum, sive creaturam esse. Si cui autem hæc conjectura nostra minus placeat, illi necessario dicendum videtur, Rusini versionem *Apologiae* Pamphili ab inimicis ejus et Hieronymi partiaris corruptam fuisse; atque ex depravato aliquo codice istam criminacionem arripuisse Hieronymum. Sane de tali injuria interpretationi sue librorum Origenis *Περὶ ἀρχῶν* facta conqueritur ipse Rusinus, Deum καρδιῶστην injuria vindicem appellans. Sic enim ille in *Invectivarum* adversus Hieronymum lib. 1 (45) : « Ipsa, sicut transtuleram, mea verba posuissent. Sed nunc ausulta quid faciunt : et flagitiæ eorum require, si ullum præcessit exemplum. In eo loco, ubi scriptum erat : Quod si requiras a me, quid etiam de ipso Unigenito sentiam ; si ne ipse quidem visibilem dicam Dei naturam, qui naturaliter invisibilis est ; non tibi statim vel impium videatur esse, vel absurdum : rationem quippe dabimus consequenter : pro eo quod nos scripsimus, rationem quippe dabimus consequenter ; illi scripserunt : non tibi statim impium vel absurdum videatur esse, quia sicut Filius Patrem non videt, ita nec Spiritus sanctus videt Filium. Hoc si in foro positus, vel negotiis sæcularibus commisisset ille, qui de monasterio Romam, quasi calumniandi peritissimus, missus est : norunt omnes, quid conserueretur ex legibus publicis ejusmodi criminis reus. Nunc vero quia sæcularem vitam reliquit, et a tergiversatione illa actuum publicorum ad monasterium conversus est, et adhæsit magistro nobili : ab ipso docetur iterum pro modestia furere, insanire ; pro quiete seditiones movere ; pro pace movere bellum ; pro concordia movere dissidia ; perfidus esse pro fide, pro veritate falsarius. » Mox ibidem de falsario illo narrat ista : « Cum falsam, inquit, hujusmodi sententiam apud Mediolanum recitaret, et a me, quæ exigebat, falsa esse dicerentur ; interrogatus a quo accepisset exemplaria, re-

(45) Inter Opera Hieron. edit. Martianæ tom. IV, part. II, p. 372.

(44) Vide et Huetii *Origenian.* lib. II, quæst. 14,

A spondit, matronam quamdam sibi dedisse, de qua ego, quæcunque illa est, nihil dico; sed sui eam et Dei conscientię derelinquo. » Atque de Pamphili *Apologia pro Origene*, hæc in præsentiarum dixisse sufficiat.

§ XXII. Ut caput hoc tandem claudam, dum allata superioris Origenis loca attentius perpendo, ita mecum statuo : Patrem illum, tot theologorum qua veterum qua recentiorum censuris vexatum, in articulo de Filii divinitate, adeoque de sancta Trinitate revera catholicum fuisse : quanquam in modo articulum explicandi, aliter nonnunquam locutus fuerit, quam hodie Catholicoli solent; quod ipsi cum reliquis fere omnibus Patribus, qui concilium Nicænum antecesserunt, commune fuit. Imo liceat mihi in scriptis Origenis non indiligenter versato, post accurate expensam etiam ipsius a veteribus descriptam historiam, judicium meum de theologia ejus universim libero, absque cojusquam Invidia proferre. Erat vir ille, ut omnes consentiunt, eximie quidem pius; sed curiosi nimium ac pene lascivientis ingenii. Pietas et religio cohibuit hominem, quo minus in regula fidei (cujus pars magna est dogma de sanctissima Trinitate), quidquam innovaret. In aliis vero, quæ salva fidei regula in controversiam vocari poterant, nimium ingenio suo indulgens, non pauca protulit a communiori doctrina sibi ὅμηλοις sententia longius discrepantia. Huc refero paradoxa illa de animæ præexistentia, de luminaribus cœli animatis, de infinitis mundis, et similia. Sed et in his conservavit modestiam, quæ pium deceit; cum ea proposuerit non dogmatice et asseveranter, sed tanquam veritatem in questionibus nondum Ecclesiæ judicio expresse definitis diligenter inquirens. Qua de re consule omnino Pamphili *Apologiam*, in præfatione, non longe ab initio (46).

§ XXIII. Hoc nostrum de Origene judicium, præter testimonia jam a nobis in hoc capite adducta, multa alia confirmant. Primo defensores Origenis, qui in articulo de sancta Trinitate catholici fuere, cum alia ipsi tributa heterodoxa placita, que nempe modo commemoravimus, non diffiterentur, ea vel excusantes, vel etiam defendantes : cum Catholicis tamen omnibus de Trinitate sensisse illum ipsum Origenem acriter contenderunt. Hac ratione Origenem defendisse Pamphilum martyrem, et anonymum apologistam apud Photium paulo ante ostendimus. Eamdemque viam inivisse in sua Origenis defensione Didymum Alexandrinum virum pietate et eruditione insignem, et Nicænae fidei constantissimum propagnatorem, auctor est ipse Hieronymus (45), qui *Apolog. advers. Rufin.*, lib. II, sic ipsum Russum alloquitur : « Quid, inquit, respondebis pro Didymo, qui certe in Trinitate Catholicus est ? cuius etiam nos de Spiritu sancto librum in cap. 5, nom. 14 et 12, p. 255.

(45) Inter Opera Hieron., tom. IV edit. Martien part. II, p. 408, 409.

Latinam lingua vertimus? Certe hic in his, quae ab haereticis in Origenis operibus addita sunt, consentire non potuit: et in ipsis *Περὶ ἀρχῶν*, quos tu interpretatus es, libris breves dictavit commentariolos, quibus non negaret ab Origene scripta, quae scripta sunt, sed nos simplices homines non posse intelligere quae dicuntur: et quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur. Hoc duntaxat de Filio et Spiritu sancto. Cæterum in aliis dogmatibus et Eusebius et Didymus aperi-  
tissime in Origenis sc̄iā concedunt: et quod omnes Ecclesiæ reprobant, Catholice et pie dictum esse defendunt. Notatu quoque digna sunt de Basilio Magno et Gregorio Nazianzeno verba Socratis *Histor. eccles.* lib. iv, cap. 6, Καῖτοι, inquit, τῶν Ἀριγένους τὰ Ὀριγένους βιβλία εἰς μαρτυρίαν, ὡς ἔμοι, τοῦ ἰδίου καλούντων δόγματος, αὐτὸς ἐξῆλεγ-  
χον, καὶ ἐδεικνύον μὴ νοήσαντας τοῦ Ὀριγένους σύν-  
εστιν, id est, « Et quamvis Ariani libros Origenis ad dogmatis sui, ut putabant, confirmationem adducerent; illi tamen eos redarguerunt, et Origenis doctrinam ab iis nequaquam intelligi demonstrarunt. » Secundo, antiquiores Origenis inimici et adversarii præcipui, qui de aliis acerrime et inclementer nimis ipsum exagitarunt, de aliqua ejus haeresi circa Trinitatis dogma fere siluerunt. Nam Socrates *Hist. eccles.* lib. vi, cap. 43, de primariis Origenis accusatoribus, Methodio nempe, Eustathio, Apollinari et Theophilo (quos liberius locutus κακολόγων τετραχόν τι maledicorum quaternio-  
num, nonenpat), agens, hæc de ipsis animadver-  
tit: «Ἐγὼ δέ τι, inquit, καὶ πλέον ἐκ τῆς ἐκείνων αἰτιάσως εἰς σύστασιν Ὀριγένους φημι· οἱ γάρ κινή-  
σαντες δοσπερ ὅντο μέμψεις ἀξια, δι' ὧν, ὡς κα-  
κῶς δοξάζοντα περὶ τῆς ἀγίας Τριάδος οὐδὲ διώς  
ἐμέμψαντο, δείκνυνται περιφανῶς τὴν δρθῆν εὐσέ-  
βειαν μαρτυροῦντες αὐτῷ, id est, « Ego vero ex il-  
lorum reprehensione aliquid amplius accedere ad commendationem Origenis affirmo. Etenim qui omnia undique conquisiverunt, quae reprehensione di-  
gnia existimabant, ii certe cum illum minime repre-  
henderint tanquam de Trinitate male sentientem,  
rectæ ac sinceras pietatis testimonium ei perihere manifestissime convincuntur. » Theophilus quidem *Epistolarum paschalium* ab Hieronymo Latine ver-  
sarum, quae tum in magna Bibliotheca Patrum, tum inter opera Hieronymi hodie existant, epistola prima (si fides Hieronymo habenda sit) quadam Origenis errata de Trinitate reprehendit. Sed ista nullo negotio dilui potuissent, si lis nunc vacare-  
mus. Certe autem Sulpicius Severus, optimæ fidei historicus, *Dialog. 1, cap. 5*, historiam concilii, per Theophilum suis temporibus adversus Origenis scri-  
pta congregati, narrans, hæc scribit: « Cum ab episcopis excerpta in libris illius multa legerentur, quae contra catholicam fidem scripta constaret, lo-  
cus ille vel maximum parabat invidiam, in quo editum legebatur, quia Dominus Jesus, sicut pro re-  
demptione hominis in carne venisset, crucem pro

A hominis salute perpessus, mortem pro homi-  
nis aeternitate gustasset, ita esset eodem or-  
dine passionis etiam diabolum redempturus:  
quia hoc bonitati illius pietatique congrueret, ut  
qui perditum hominem reformatum, prolapsum  
quoque angelum liberaret. » Si constitisset tam  
impie sensisse Origenem de primario Christia-  
nismi capite, nempe de SS. Trinitate, atque  
Hieronymus aliisque obtenderunt; sane Theophilus  
cum sue partis episcopis, qui omnes angulos scri-  
ptorum Origenis rimati sunt, ut accusationis ansam  
invenirent, illudque inprimis in animo habuisse  
videtur ut Adamantium (cujus auctoritate contrā  
Ecclesiæ factiosi monachi abuterentur) in maxi-  
mum hominum odium inducerent, istam præcipue  
eius haeresim palam omnibus exposuissent; utpote  
quæ ea aetate præ aliis omnibus haeresibus maxime  
idque jure merito Catholicis exosa fuit. Sed probe  
norunt homines cauti istam criminationem ab Ori-  
genis defensoribus facillime potuisse refelli ex ipsis  
Origenis scriptis indubitatis; proinde ipsam præter-  
mittentes, de aliis capitibus, in quibus Chalcenter-  
rus haud ita facile defendi poterat, accusationem  
suam præcipue instituerunt. Addit ibidem Severus  
quod Origeni in illo concilio objectum fuit, sua  
sententia *errorem* fuisse, non *haeresim*: atqui Ari-  
anum dogma pro haeresi pestilentissima habuisse  
Severum constat; neutiquam igitur Arianismi in  
conciliabulo isto arguebatur Origenes. Tertio, ob-  
servationem merentur, quæ Eusebius *Hist. eccles.*  
lib. vi, cap. 2, sub finem, de constantia Origenis  
in orthodoxa fide retinenda narrat, hæc suijun-  
gens: Φυλάττων, inquit, ἐξ ἑτι παιδὸς κανόνα Ἐκκλη-  
σίας, βθέλυτόμενός τε ὡς αὐτῷ φίμωτι φησι που  
αὐτὸς, τὰς τῶν αἱρέσεων διδασκαλίας, id est, « Ser-  
vans Ecclesiæ regulam jam inde a puero, et, ut  
ipsem alicubi loquitur, haeresium doctrinas abo-  
minans. » Sane nemo in historia ecclesiastica versu-  
tus nescire potest, Origenem pro catholicæ fide ad-  
versus subnascentes sua aetate haereses quascunque  
primarium ac penè unicum fuisse Ecclesiæ pugilem.  
Scilicet quotiescumque et ubique surrexit haere-  
teus aliquis, qui receptam in Ecclesia fidem ausus  
est impugnare, mox ad unum Origenem recurte-  
batur, qui velut alter David, Goliathum illum exer-  
citum Domini conviciantem funda sua adoriretur.  
Imo ad hujusmodi certamina, præ veritatis amore  
et zelo (in hoc etiam Davidi similis) sese ultra offe-  
rebat. Evidem nemo unquam magis quam Origenes  
dici meruit omnium haereticorum malleus. Ad  
immortam autem fidei regulam perlinere dogma de  
vera Filiū divinitate, semper judicavit catholicæ Ec-  
clesiæ. Neque aliter sensit Origenes. Nam in Pra-  
fat. librorum *Περὶ ἀρχῶν* num. 4 (citante Pam-  
philo in *Apologia*, cap. 1, pag. 20), dogmata sciū  
et creditu necessaria a non necessariis distinguens,  
inter necessaria hæc ponit: « Primo quod nō  
est Deus, qui omnia creavit. » — « Tum deinde  
quod Jesus Christus ante omnem creaturam nature ex-

Patre est. — « Incarnatus est cum Deus esset, et homo factus mansit quod Deus erat. » — « Tum deinde honore ac dignitate Patri et Filio sociatum esse Spiritum sanctum. » Inter dogmata non necessaria, sive problemata, quæ modeste et salva pace ecclesiastica in utramque partem disputari poterant, numerat ibidem questiones, de tempore et modo creationis angelorum, de sole, luna et stellis, utrum animantia, an exanimia sint, etc. In istiusmodi scilicet questionibus discutiendis, nlmiam fortasse libertatem sibi indulxit Origenes: ad altera vero illa dogmata quod attinet, a fidei regula in Ecclesia fixa et stabilita vel latum unguem recedere ipsi religio fuit. Quarto, magni esse ponderis mihi videtur argumentum, utcunque ipsum contempserit doctissimus Huetius<sup>79</sup>, Bellarmini (quod alibi obiter attigitus) qui catholicum fuisse in hoc articulo Origenem inde probat; quod sana et orthodoxa fuerit præceptoris Ipsius Clementis, et discipolorum Dionysii Alexandrini et Gregorii Thaumaturgi, de mysterio SS. Trinitatis opinio. Ad Clementem enim quod attinet, supra, ubi de ejus fidè agerem, evidentissime probavi, a nemine quam ab ipso catholicam doctrinam de ὁμοούσῃ Triade clarius agitat aut prædicatam fuisse. Idem de Alexandro Dionysio et Gregorio Thaumaturgo (utcunque duobus maximis nominibus Arianæ impietatis notam inuaserit, in sui nominis infamiam, Jesuita Petavius) infra æque clare ostendemus. Quid autem? An verisimile sit, qui tam catholicum eo in articulo magistrum, qui tam orthodoxos habuit discipulos, qui etiam magistrum suum, ut præstantissimum Ecclesie doctorem semper admirati sunt, in ipso articulo hereticum fuisse? Quinto, deinde mille instar testimoniis de Origenis in hac quæstione ἀρθροδοξίᾳ esse debet magnus Athanasius; qui in libro *De synodi Nicænae decretis*<sup>80</sup>, sensisse cum Patribus Nicænis Origenem de vera et æterna Fili divinitate, diserte testatur, Περὶ δὲ τῶν (inquit) ἀδίως συνελαντῶν Δόγον τῷ Πατέρῳ καὶ μὴ ἐτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως, ἀλλὰ τῆς τοῦ Πατρὸς ίδιον αὐτὸν εἶναι, ὃς εἰρήκασιν οἱ ἐν τῇ συνόδῳ, ἔξετω πάλιν ἡμᾶς ἀκοῦσαι καὶ παρὰ τοῦ φιλοπόνου Θριγένους, id est, « Verbum autem ab aeterno esse cum Patre, nec alterius substantiæ vel hypostasis, sed ipsius paternæ substantiæ proprium illum esse, quemadmodum dixerunt qui interfuerunt synodo, licet nobis rursus audire etiam ex laborioso Origene. » Ibidem autem, priusquam ipsa Origenis testimonia adducit, fatetur Athanasius, præmissa quedam ab Origene fuisse in loco a se primum citando, quæ sane doctrine repugnare viderentur: sed ait, illa disputantis, non asseverantis more ab eo prolata fuisse: quæ vero ipse affert, plane genuinam Origenis sententiam continere. Μετ' οὖν (inquit) τὰ ὡς ἐν γυμνασίᾳ λεγόμενα πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς, εὑρίσκος αὐτὸς ἐπιφέρει τὰ ίδια, λέγων οὕτως, id est, « Post illa ergo, quæ certandi gratia quasi in pa-

<sup>79</sup> Bellarm. lib. *De Christo*, cap. 10. <sup>80</sup> Athanas. tom. I, p. 277.

A laetra adversus hereticos adduxerat, statim ista, quæ propria ipsius sunt, subintulit, dicens. « Deinde citat illustrem Origenis sententiam de Filii aeternitate et consubstantialitate; cui et alteram ex alio Origenis libro subjungit; quæ loca sectioni nostræ tertiae reservamus. Sane autem ego nullus dubito, quin disserendi illa ratio, quam ubique fere in scriptis suis secutus est Origenes, qua nevpe hereticorum placita, ipsorum hereticorum quasi personam induens, primam representare, deinde catholicam explicare sententiam solitus fuit, ansam imprimis dederit imperitis et malevolis ipsum Origenem heresis accusandi, quasi scilicet heretica illa ex animo defendisset. Ait vero Huetius *Origenian.* lib. II, quæst. 2, num. 5, pag. 119, Origenis sententiam *parum Athanasio perspectam fuisse.* Sed in eo ignoscat nobis vir eruditus, quod nihilominus persuasum habeamus, Athanasio episcopo Alexandrino, Origenis Alexandrini temporibus tam vicino, scriptorumque ejus aliorumque veterum diligentissimo pariter et perspicacissimo lectori, longe melius perspectam fuisse Adamantii sententiam, quam cuiquam ex nobis seris nepotibus perspecta esse possit. Pergit autem Huetius: « Non nego, inquit, haec dixisse Origenem; at eo sensu dixisse, quo Nicæna dixit synodus, id vero fateri non possum. » Rursus dico, nemini melius cognitum esse potuisse synodi Nicænae sensum, quam Athanasio, qui synodo illi ipse interfuit. Idem vero Athanasius testatur, Origenem tam de Filii τῷ ὁμοούσῳ, quam de ipsis τῷ συναζότῳ cum Patribus Nicænis omnino sensisse. Ac de Filii quidem aeternitate, verum illud esse non diffitebitur Huetius; de consubstantialitate vero, id fateri se non posse proficitur. Atqui supra fuse et luculententer ostendimus, Filium non alio sensu Patri ὁμοούσιον dixisse episcopos Nicænos, quam quo Filius statuitur verus esse Deus perinde ac Pater, non creatæ alicuius aut materialis essentiæ. Atque hoc sensu Filium Patri ὁμοούσιον agnoscisse Origenem, nos in hoc capite abunde probavimus. Ad numericam, quæ dicitur, unitatem substantiae Patris et Filii quod attinet (quam negasse Origenem ibidem ait Huetius), possum evincere ostendere, Origenem unitatem illam eatenus agnoscisse, quatenus ipsam Patrum antiquorum quisquam, adeoque ipse Athanasius agnovit: hoc est, credidisse Origenem, Patrem, Filium et Spiritum sanctum, cum revera tres sint personæ, nequam tamen ut tres homines seorsum et separatim existere; sed intime sibi invicem coherere et conjunctos esse; adeoque alterum in altero existere, atque, ut ita loquar, immixtare invicem et penetrare per ineffabilem quamdam περιχώρησιν, quam circumsessionem scholastici vocant: ex qua περιχώρησι unitatem illam numericam necessario effici contendit Petavius *De Trinit.*, lib. IV, cap. 16. Sed hac de re alibi commodior erit disserendi locus. Vide sect. 4, cap. 4, num. 9 et seqq.

# ORDO RERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

### ORIGENES.

#### SUPPLEMENTUM AD ORIGENIS EXEGETICA.

|                                    |     |
|------------------------------------|-----|
| Monitum.                           | 9   |
| Adnotationes in Genesim.           | 11  |
| Adnotationes in Exodum.            | 15  |
| Adnotationes in Leviticum.         | 17  |
| Adnotationes in Numeros.           | 21  |
| Adnotationes in Deuteronomium.     | 25  |
| Adnotationes in Iesum filium Nave. | 33  |
| Adnotationes in Judices.           | 37  |
| Adnotationes in librum I Regum.    | 39  |
| Adnotationes in librum II Regum.   | 47  |
| Adnotationes in librum III Regum.  | 57  |
| Enarrationes in Job.               | 55  |
| Excerpta in Psalmos.               | 106 |
| In psalmum IX.                     | 106 |
| In psalmum XIII.                   | 107 |
| In psalmos XV., XVI., XVII.        | 110 |
| In psalmum XXII.                   | 111 |
| In psalmum XXXI.                   | 114 |
| In psalmum XXVII.                  | 115 |
| In psalmum XXXVI.                  | 118 |
| In psalmum XLI.                    | 135 |
| In psalmum L.                      | 158 |
| In psalmum LXXVII.                 | 159 |
| In psalmum LXXX.                   | 150 |
| In psalmum CL.                     | 150 |
| Fragmenta in Proverbia.            | 150 |
| Expositio in Proverbia.            | 161 |
| Scholia in Cantica cantorum.       | 234 |
| Scholia in Matthæum.               | 290 |
| Scholia in Lucam.                  | 312 |
| Scholia in Epistolam I Joannis.    | 370 |
| SPURIA.                            | 371 |
| Commentarius anonymi in Job.       | 371 |

#### OPERA AD ORIGENEM SPECTANTIA.

|  |     |
|--|-----|
| Admonitio ad Apologeticum Libellum S. Pamphili martyris pro Origene.                 | 521 |
| Præfatio Rustici in Apologeticum S. Pamphili.  | 539 |
| APOLOGIA S. PAMPHILI PRO ORIGENE.  | 541 |
| Præfatio. — Ad confessores ad metalla Palæstinæ damnatos.                            | 541 |
| CAPUT PRIMUM. — Catalogus ecclesiastice prædicationis.                               | 549 |
| CAP. II. — De Deo Patre omnipotente.   | 557 |
| CAP. III. — De deitate Filii Dei.  | 559 |
| CAP. IV. — De Spiritu sancto.  | 561 |
| CAP. V. — De Incarnatione Verbi Dei.   | 572 |
| CAP. VI. — Quod ea quæ in Scripturis referuntur, etiam secundum litteram gesta sint. | 589 |
| CAP. VII. — Quomodo sentiebat de resurrectione.                                      | 594 |
| CAP. VIII. — De peccatis peccatorum.   | 601 |
| CAP. IX. — De anima.   | 604 |
| CAP. X. — De transmutatione animarum.  | 608 |
| Epilogus Rustici, seu Liber De adulteratione librorum Origenis.                      | 615 |

### P. DANIELIS HUETII ORIGENIANA.

#### Operis totius prologus et partitio.

#### LIBER PRIMUS, CONTINENS ORIGENIS VITAM.

|   |     |
|---|-----|
| Libri primi partitio.   | 633 |
| CAPUT PRIMUM. — Quidquid natales inter Origenis et Severi mortem intercesserit, complexum. I. Origenis patria, astas, parentes. II. Nomen. III. Cognomenta. IV. Institutio puerilis, indoles. V. Præceptores et studia. VI. Utrum Ammonium audiverit. VII. An plures fuerint Origenes, et plures Adamantii. VIII. Leonidas martyrium. IX. Origenes grammaticam publice profiteret, catechumenos instituit, martyribus præsto est. X. Utrum hoc tempore Cæsaream Cappadocia iherit. XI. Grammatice docendo munus abdicat. XII. Piæ ejus exercitationes. Plurimi ex ejus discipulis martyrum obeunt. XIII. Se ipso evirat.  | 633 |
